


13
7 K
2

PAVPERTATIS OPES,
SIVE
DE PRIVILEGIIS PAVPERVM

Ditissimus Tractatus Legalis, atquè Moralis

AVTHORE

ANTONIO LEONCILLO
PATRITIO SPOLETANO
V.I.D. ET PROTONOT. APOSTOLICO

Iam in Studio Publico Parmensi Iuris Ciuilis interprete, ac simul illius Status Gubernatoris Generalis, Auditore; Inde in Romana Curia Iudice; Postmodum quater Rota Ferrariensis Auditore, et nunc etiam in Episcopatu Ferrariæ Vicario Generali.




FERRARIÆ

Apud Franciscum Succium Thypographum Cameralem

Superiorum Permissu *M. DC. XLIX.*


INNOCENTIO
DECIMO
PONTIFICI
OPTIMO MAXIMO
ANTONIVS LEONCILLVS.



EPISCOPOS, Patres Pauperum, frequenter, & merito, Sacri Canones nuncupauere, Eminentissime titulus hic, Episcoporum Patri, ac Episcopo congruit, qui immediatas Christi Domini vices gerit in terris, eius scilicet, qui se pauperum parentem, atque Patronum, verbo simul, et exemplo perpetuo professus est. Ergo cui nam congruentius quam S.V. dicare poteram Legales, ac Morales Prærogatiuas, Ciuilia Canonica, ac Diuina Priuilegia Paupertatis? Omnino, si materiem respicias, Legale, Iuris consultissimo; Pium, ac Sanctum Opus, Sanctissimo dicandum erat, et singulariter ei, qui singulari prouidentia, ac pietate fouet indigentes, qui misericordiam in pectore, eiusdemque symbolum gestat in stegmate; si Authoris etiam persona spectetur, is & origine Spoletanus, et Ordine Sacerdos, & Dignitate Apostolicus Protonotarius, bis, terque S.V. subiectus, sed deuotione deditissimus. Ergo Liber hic, non Liber, sed seruus Tuus erat, et tanquam partus ex Seruo natus, tibi tanquam Domino debebatur: Non est liberum fluuijs, subtrahere Ponto Aquarum tributum. Hos igitur tanquam tui prædij fructus agnosce; Ita pauperculum opus hoc meum, immo iam tuum, tuo ditissimo patrocinio fortunabis; Solis est feculentos etiam terræ vapores ad mediam, vsque Aeris Regionem extollere; Et tu qui Solis

 nun-

nunquam occidentis vices geris in terris, si post Pastorales sollicitudines, volumen hoc aliquando reuolues, calamum, scriptoremque Beabis. Sic erit opus tutum, quia tuum, sic proprijs carens, alienis splendescet ornamentis. Et quantum auferet Authoris obscuritas, tantum iubar tui Sacri Nominis afferet; Eius scilicet quem ante, Summum Hominem, quam Pontificem veneratus est orbis; Cui fixum, et immotum semper fuit, non solum praeesse, sed prodesse, vt non modò maximus, sed etiam optimus haberetur, cuius sapientia, Dignitates quasqunque supereminet; Cuius Virga, et Baculus, Catholicam vniuersitatem mirifice consolantur, Est enim Districtio virga ferientis, est et Consolatio Baculi sustinentis; Est Rigor, sed non exasperans, est Amor, sed non emolliens; Est Zelus, sed non immoderate saeuiens, est pietas, sed non plusquam expediat parcens. Neq; hic ego sisterem, sed altissimus supremæ virtutis tuæ, velut Aquilæ volatus, humanum superat obtutum, et non solum orationis, sed rationis, ac mentis meæ Acies, eius splendore obstricta tenebrescit, et veluti scrutatrix maiestatis, opprimitur a Gloria. Vnde labores hosce meos (quod in templis solet) venerabundus, ac silens, tuæ Benignitatis ad Aram appendo, & voueo. Qui in Altis habitas, humilia Respicias, et ne despicias, Maximus, ne pusilla contemnas, sciens non esse minus Regium, modica libenter excipere, quam magna liberaliter elargiri. Et diutissime, Roma, & Christianus Orbis Vniuersus, tua Luce præfulgeat.



Emi-



Em.mo ac Reu.mo D. Card.li
FRANCISCO MARIÆ MACCHIAVELLO EPISCOPO FERRARIENSI.
ANTONIVS LEONCILLVS.



ETVIT Gentilium Ritus, et superstitio vnicam ædem duobus numinibus dedicari; patitur Christiana Religio, Templũ vnum, Diuis pluribus consecrari. Liceat ergo mihi, & S.mo Pontifici, & Em.mo Antistiti, idem opus dicare: Episcopos pauperum Parentes, Sacrorũ Canonum, et Conciliorum Decreta, sæpius appellarunt, Em.tia tibi titulus hic cōpetit Em.me Princeps, qui præcipuam erga indigentes Beneficientiã ac Benignitatem profiteris, ergo si materiem operis inspicias, nulli congruentius, quam tibi secundo loco dicare poteram Priuilegia, siue Diuitias Paupertatis; si Authoris etiam personam spectaueris, ea tibi ratione ordinis, Officij, ac Beneficij subdita, et magis etiam obseruantia, ac seruitute subiecta. Hos igitur ex tuo quasi fundo prouenientes redditus excipe, nec dedegneris Arboris Poma degustare, quam humaniter irrigare non es dedignatus. Tu inquam, qui studiorum, ac studiosorum Amantissimus semper extitisti; Qui nobiliss.us Maiores tuos, te minores reddidisti: Cuius etiam oris vultus, ac vniuersi corporis decor, ac forma, viuentem Imaginem ingenitæ virtutis, atq; honestatis semper expressit: Cuius efflorescentem etiam in viridiori ætate, prudentiæ, ac Iustitiæ indolem excelsam, admirabunda Roma suspexit, inde viriles fructus vberes Colonia degustauit, ac in dies, vberiores Ferraria colligit, quæ diu in alijs exoptatum experitur in te mirabile temperamentum, ita cum seueritate male sociabilem Lenitatem commiscens, vt nec asperitate exulcerentur subditi, nec Benignitate soluantur. Nec tibi (quod est rarum) vel facilitas Authoritatem, vel seueritas Amorem diminuit, & quod est rarius, ex tanto dignitatum, virtutemq; fastigio, fastus nul-

§ 3 lus

lus audet insurgere. Et longe plura famulus diceret, nisi modesta Domini Authoritas interdiceret, quæ magis amat agere commendanda, quam commendationes pati, & laudes mauult promereri, quam audire, dicerem tamen, nisi debitá tibi præconia comprehendere, non esset opus Epistolæ, & nisi satius foret de te conticescere quam pauca scribere, dicerem, sed parum prudentis, ac nimium audentis notam incurrerem, nam si in tuarum virtutum Oceanum me immergerem, vtiq; non emergerem. Ergo sit hoc obseruantiæ erga te meæ Tacita significatio, sed non obscura, sit seruitutis testimonium loquples, sit Deuotionis, ac Venerationis Documentum perenne. Teque Diuina Maiestas Diutissime seruet incolumem.

ILLVSTRISSIMÆ CIVITATI FERRARIENSI ANTONIVS LEONCILLVS.



VPERIORI Lustro, post Decisiones tibi tunc dicatas, Tractatum sub hoc benigno Cœli Ferrariensis influxu lucubratum, pollicitus sum, & nunc emitto, tibi non solum ideo debitum, quia promissum, sed ideo promissum, quia debitum; Nec est à te materies aliena, cum Ciuitatis intersit, pauperes sustentari, & absque pauperibus Ciuitas non sit perfecta, vt Legaliter, & Phylosophice suis in locis in hoc ipso Volumine comprobaui. Excipe igitur opus origine tuum, & me tuum si non origine, saltem Domicilio, Beneficio, & affectu, & si non natum, certe creatum Ciuem agnosce, & Vale.

PIO LECTORI
ANTONIVS LEONCILLVS.



ATIONALE Animal quod gestiat mutis Animantibus præstare, summa ope niti dicet, ne vitam silentio transigat, & licet homini diu viuere denegetur, non denegatur aliquid post vitam relinquere, quo se vixisse testetur. Is autem viuere, ac frui anima videtur, qui negocio intentus præclari facinoris, aut artis bonæ, famam, aut Gloriam quærit. Et nulla est profecto humilitas tanta, quæ tantæ rei dulcedine, vel non capiatur, vel non tangatur. Hanc, & ego, vt fatear, quod negant alij, si non assequor, saltem sequor, si non capio saltem cupio, non humanam tantummodo, sed æuiternam; quod si non hæc vna sit satis ad scribendum, aliæ quoq; impulerunt me causæ plures, quæ (quasi Voces clamantes mihi scribe) licet interdum oscitantem, ac veluti somniculosum erexerunt, nimirum: Vt non tam inde scribentis Laus, quam Legentis emanaret vtilitas: Vt vel aliorum, vel meum saltem qualequnq; sit exercerem, aut experirer ingenium: Vt scribendo alijs, vel alios edocerem, vel me ipsum potius erudirem: Vt non ignarus simul, ac ignauus haberer: Vt legens diu cum Antiquis locutus, scribens cum posteris loquerer: Vt si non Legerer, saltem Legerem: Vt melancolico mei corporis, animiq; intemperamento si non curando, saltem leniendo mederer: Vt quasi naturale vitæ thedium effugerem: Vt otium humani generis hostem fugarem: Vt id agerem, quod nemini nociturum, pluribus profuturum confiderem: Vt pauperibus, quibus viuens non potui quantum volui, saltem moriens, ac etiam post obitum elemosinarer.

Ergo Superioribus Annis, fœmineum quodãmodo fœtum emisi, Ferrarienses Decisiones; nunc si non robore, saltem nomine masculum Edo, Tractatum de Priuilegijs Paupertatis, si non alio titulo, saltem perfectum temp. re partum, non sane septimestrem, non mensium, sed annorum vltra nouem, ac decem spatio coagulatum. Est quidem veritati proximum, quod de more moraliter, et argute summus ille Phylosophus pronunciauit, Res neminem sequntur, Omnes qui volunt vacant; Sed nec est ab eadem veritate prorsus alienum, quod eidem Lucillo idem ipse Phylosophus alibi scripsit, Tu qui escere vis, fortuna tua non vult, Quod. & mihi fortasse contigit, Conatus enim meos non semel frustrata, vel morata est Auara, vel inuida occasio; Publicis, priuatisq; negotijs, & casibus varijs in hydriæ modum exerescentibus implicitus, et inuolutus, quã primo sperauerã tractatus huiusce Conclusionem, fere postmodum desperaueram, & partum hunc, domestico perpetuo carceri quasi Damnaueram, vt vbi cunas, ibi sortiretur, & tumulum, sed Diuino fauente lumine, ac numine, superauit exitus vota mea, & æterna Benignitas, honestis conatibus aspirauit. Compleuit Dominus Labores hosce meos, & qui primo dedit velle, postremo dedit, & posse.

Legi ego, hoc virtuti accidere semper triste, alio seculo nasci, alio laudari, quoniam Inuidia nouis semper prætulit antiquos: Fama est, famam viuentibus denegari, immo vitio prauitatis humanæ, vetera in Laude, præsentia in fastidio esse, quoniam pascitur in viuis Liuor, post fata quiescit: Audiui multos improbare quæ legunt, immo quod imprudentius, ac impudentius est antequam legant, & despicere prius quam inspiciant, & antequam comprehendant, reprehendere. Non est mihi nouum, noui aliquid scriptitantem, patere morsibus plurimorum, ac inui-

dorum

dorum insaniam prouocare, & alios quidem scribendo sudare, alios detrahendo laborare: Scio plures esse Coruos, quā Columbas; plures Censores, quam Consules; sæpe partem maiorem vincere meliorem; Pronum esse ad male sentiendum Iudicium, & obtrectationem pronis auribus excipi. Nec me denique latet, quod inuidentibus nihil Alienum solet arridere, cum tamen Auaris econuerso sola placeant Aliena.

Sed hac sublunari felicitate Beatus non est is, cui plurima bona, sed ille potius, cui minimum mali contigerit experiri: Omnes habere Amicos, operosum est, sat esset, inimicos non habere: Laudatores omnes sperare, temeritatis est, multum foret detractores euitare. Sed euitari vix possunt morsus sycophantarum, quibus obsonium, & pulpamentum est aliorum scripta carpere. Et nulla est tā modesta felicitas quæ malignitatis dentes possit effugere: Ergo aduersus Censorias, virgulas earumq; seueritatem, nullam mihi securitatē ausim polliceri. Non ego in tanta maledicorum turba postulo, quod adhuc Scriptorum nemini fortasse contigit, vt scripta hæc mea, nullum habeant obtrectatorem, non enim ignoro huic malo Remedium, nisi si nihil scripserim, inueniri nullum posse, neq; huic inhumano hominum generi, Silentium, nisi nostram Taciturnitatem efficaciter indicere potuisse. Sed nec ego laudatorem quæro, nec iniquum vituperatorem pertimesco; Liber, libellum licet famosum non expauexit; Qui obseruat Ventum non seminat, & qui considerat Nubes, non metit; propter Auiculas, sationem quis deserat? vilior est profecto, qui maledicos, quam qui hostes fugit, hic enim facta, & verbera, ille autem inania verba pauescit; in Dicaces Dicteria protinus retorquentur, & qui omnes contemnit, contemnatur ab omnibus necesse est. Et ad honesta vadenti, contemnendus est contemnendorum hominum contemptus, immo argumentum boni est, displicuisse malis. Ergo male de nobis loquantur mali, legant, qui volunt, qui nolunt abijciant; magis cum D. Hieronimo bonorum charitate prouocabor ad studium, quam malignantium detractione, vel odio deterrebor.

Obijcient forsan, quod præcesserit alius, qui eiusdem materiæ tractatum, licet per breuem Bencincas. Perusinus conscripsit: Sed quis ideo prohibet, quin post tot annorum curricula Spoletinus, si non melius, saltem plenius, si non ingeniosius, ac neruosius, saltem copiosius scribat? Scripsit ille, sed cumulatiue, non priuatiue quo ad alios, Studium Antiquitatis, obsistere non debet posteritatis industriæ. Inuenturis inuenta non obstant, & hac in Re sæpe posterior, potior est priore, immo sæpius optima conditio est vltimi. Sic, vt cæteros conticescam post tot Appellationum Tractatus Guidonis Papæ, Rebuffi, Schenchi, Ioan. Ferrar. Ruginelli. et aliorum suum plausibiliorem Scaccia conscripsit. Et post plures tractatus de Beneficijs, Io. Seluæ, Rebuff. Duran. Coras. Gimon. Roffin. Gregor. Quintanaduen. Zecchi, & aliorum, suum emittere non dubitauit Garzia, & Rebus nouis, noua addidit nomina Lotterius in suo, de Re Beneficiaria.

In Amplissima sylua, Amice Lector, periti venatoris est, feras quamplurimas capere, nec vmquam culpæ fuit, non omnes cepisse. Sit mihi quidem satis, diffusæ materiæ partem maximam tradidisse, vel certe maiorem quam alius ad hæc vsq; tempora tradiderit. Scripsi sed non omnino Rescripsi; fontes etiam multos indicaui, vnde sitim sedare studiosus possit. Ad torporem excutiendum, alios Authores adeundi, relinquendus erat locus; in latissimo campo decet superesse spicas, quas post metentium terga colligant alij; in tanta rerum varietate nunquam offendere plusquam humanæ felicitatis est, Homines sumus, Euolue, Corrige, vbiq; memor humanitatis, veniam pro laude peto, multa sunt fateor defectiua, multa forsan etiam excessiua; Tu igitur ne abutaris facultate, & facilitate promerendi, quam hic exibeo, supple Defectum, Corrige Benignus excessum. Adde quod deest; Adime quod superest: Relinque spinas, Rosas collige si quæ adsunt; Accipe quod placet, excusa quod non placet; Age mecum vt tecum alios agere

con-


concupisces; Homini in praxi, velut in actiua vita vehementer occupato, si quid in contemplatiua. si quid in Theorica per incuriam exciderit, condonabis: fortasse non expugnaui, sed pugnaui, non satisfeci, non perfeci, non profeci, sed tamen feci; non valui, sed tamen volui: Magnarum rerum, & si successus abfuerit, honestus semper fuit ipse conatus, immo etiam in magnis, est voluisse satis. Et si desint vires, tamen est laudanda voluntas: Vtinam scripta hæc mea, quæ mihi fortasse magis placent, quam prosint, tibi magis prosint, quam placeant, nisi (quod mihi magis placeret) prodesse simul valeant, & placere. Sed nunquam omnibus omnia placent. Vtinam quantum ego laboris, & incommodi in eorum lucubratione sustinui, tu tantum ex eorumdem lectione vtilitatis, ac voluptatis excipias: vtinam sit tibi mea hæc velut Cygni vox postrema suauior: vtinam Lectores mei, sint Dilectores si non mei, saltem veritatis, charitatis, humanitatis, vtiq; si non commendabunt, certe non condemnabunt eum, qui pro aliorum quiete, quandoque vigilauit, qui laborauit, vt aliorum labores minueret, atque vt proximis, ac pauperibus præsertim prodesset.

Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Sed ab elemosinandi præcepto, nec pauper eximitur, nam qui temporaliter non potest. debet id spiritualiter agere, & qui non valet auro, vel opere, saltem ore, ac verbo opitulari: Talenta mihi bonus pater non multa relinquit, talentum quod Dominus gratis dedit, gratis ecce do pauperibus, & hanc eis quam possum elemosinam tribuo. Aliqui aliquibus distribuunt, ego simul omnibus omnino pauperibus do. alij singulis; ego etiam vniuersis; alij superuacaneum indigentibus erogant, ego fateor, me, quæcunque habebam meliora ex paupercula ingenioli mei officina exhausisse, vt illis elargirer, immo non erubesco, me pro mendicantibus mendicasse, si non pecunias, certe Doctrinas, atque suffragia. Et quandoquidem noueram, me pro pauperibus in propria veluti causa deponentem, idonee testificari non posse, propterea ad comprobanda eorum priuilegia, locupletes testes superinduxi. Non expectet hinc aliquis ciborum delicias, quoniam pauperibus, ac plerumque famelicis, Dapes non voluptuarias, sed necessarias ministramus, licet aliquando Legalia simul & moralia copulemus, miscentes quidem, sed præferentes vtile dulci, ac seria ludo. Quod si forsan alius super hac nostra materie quasi super cibo quodam leuissimo nauseabit, forsan alijs, & viris potissimum integrioribus, noster hic saltem tanquam Cibus pauperum quasi manna placebit: omnino certus sum, opus hoc vndequaque pium, non posse nisi ab aliquo impio ore damnari. Nec dubito pluribus placiturum, cum pauperes Diuitibus, si non pondere, ac qualitate, quantitate tamen, ac numero Superiores existant. Sed nec displicebit, vt puto, Diuitibus, me latissimam illis simul, atque tutissimam. vel aperuisse, vel emundaße viam Benemerendi. Benefaciendo pauperibus, qui, & dum à Diuitibus accipiunt, longe plura retribuunt, cum pro eis, qui nec fallit ipse, nec fallitur, centuplum etiam hoc in seculo polliceatur. Ego vero non aliam ab indigentibus retributionem exposco, quam vt quemadmodum Ego pro ipsis ad Populum sermones emitto, ita, & pro me ipsi ad Dominum preces effundant, Scio enim quod non solum Orationes, ac Deprecationes, sed Præparationes Cordium, ac Desideria Pauperum exaudiet Dominus.

DIVI-

DIVISIO TOTIVS OPERIS





DIVISIO, ſeu partitio, Animum legentis incitat, mentem Intelligentis præparat, memoriam artificioſe reformat, vt docuit Gloſa in §. igitur in verb. Eaſdem in prohem. Inſtit. Ciuilium. Quia tamen idem habet vitij nimia, quod nulla Diuiſio, vt dixit Seneca Ep. 89. ad Lucillum. Ideo vniuerſum hoc longum opus, Diuido, ſed breuiter in tres partes.

Pars Prima continebit ſex quaſi prȩludiales, ſeu prȩparatorias Quæſtiones, quarum prima Erit, Vnde dicatur, & quid ſit paupertas. Secunda quid veniat ſub nomine, ac legato paupertatis. Tertia quot, & quæ ſint pauperum Species. Quarta quid ſint Diuitiæ, & de diuerſis earum nominibus. Quinta, quot, & quæ ſint Diuitum Species. Sexta quomodo paupertas probetur.

Secunda principalis Pars continebit quadringenta viginti quinque Priuilegia Paupertatis, numero, & ſpecie diſtincta, & Alphabetico etiam ordine digeſta.

Tertia denique Pars pro Coronide continebit duo, ſi non omnino Legalia, ſaltem moralia Capita; In Primo exponetur quot, & quæ ſint Remedia Paupertatis, ſiue Præſeruatiua, ſiue Lenitiua, ſiue Correctiua, vel Curatiua, & erunt Remedia quindecim. In Secundo vero dicetur, ad quot, & quæ mala Remedium ſit ipſa Paupertas, & quot Medebitur malis, tot erunt Remedia, ſcilicet viginti duo.


GO Franciſcus Pellizzarius e Societate Ieſu, Iuſſu Eminentiſſimi D. Cardinalis MACHIAVELLI Ferrarienſis Epiſcopi, vidi Librum Reuerendiſſimi Domini Antonij Leoncilli, qui inſcribitur De Priuilegijs Pauperum, nihilque in eo legendo deprehendi, quod deuiet à fide Ortodoxa, aut Chriſtianis moribus aduerſetur: quin potius in eo de natura Pauperratis, eius Priuilegijs, ac Remedijs Author ita Luculenter; ſolide, docte, ac erudite diſſerit, vt inde agnoſci poſſit non minus inſignis Iuris Conſultus in vtroque Iure verſatiſſimus, quam Theologus, Phyloſophus moralis, ac Politioris Litteraturæ Cultor: vt proinde Liber hic vtiliſſimus futurus ſit, non ſolum Iuris Conſultis, ſed etiam Theologis, Phyloſophis moralibus, Concionatoribus, ac humanarum litterarum Studioſis: Certe Author de Paupertate ita opulenter, ac copioſe egit, vt de ſeipſo non immerito dicere poſſit, Copioſum me Inopia fecit, cum alij econtra dicere ſoleant, Inopem me copia fecit. Librum ergo Iſtum, digniſſimum Cenſeo, qui ad Commune bonum litterariæ Reipublicæ, quam primum Typis euulgetur, ſicque Immortalitate donetur, In quorum fidem, præſentem atteſtationem manu propria ſubſcripſi. Ferrariæ 28. Aprilis 1647.

Franciſcus Pellizzarius Soc. Ieſu.

Imprimatur

F. M. Card. Machiauellus
Epiſcopus Ferrariæ.



EGO



GO D. Antonius Maria Ripa Clericus Regularis Congregationis de Somasca, ac Sancti Officij Reuisor pro Reuerendissimo Patre Inquisitore Ferrariensi, suauissime perlegi Paupertatis Opes, siue de Priuilegijs Pauperum Tractatum, In quo non solum attestor, me nihil inuenisse, quod Catholicæ Fidei, bonisque moribus obstet, sed veritatis impulsu fateri cogor, ex his Pauperum Priuilegijs, mentem meam, ditissimos eruditionis, ac Doctrinæ Thesauros percepisse; ex hoc enim Tractatu discere potest, humanarum litterarum Studiosus, quid loquatur ingeniose: quid apte diserteque conscribat Rhetoricus; quid moralis Phylosophus acute concludat, quid Iuris Consultus oportune decernat, quid orator Euangelicus fructuose distribuat, quid tandem Catholice disputet Theologus: Et si Alexandro Macedoni, post tot Vrbium, Regnorumque triumphos, ad cohibendam eius impudentiam (exprobratum olim fuit) non sibi merito magni nomen vindicare posse, cum tota hæc Mundi moles in tenuem puncti atomum concludatur, atque adeo in paruo nemo valeat acclamari vt magnus; iure sane merito, ac sine temeritatis nota, cur plausibilem hanc sibi gloriam vsurpare non poterit Author, dum pannosos miserorum centones sic ingeniose Doctorum placitis, Sanctorumq; Patrum acumine sarcinauit vt contemptibilem alioquin egenorum Inopiam, mentis suæ Diuitijs illustrarit, odibilem Paupertatis vocem, apud cordatos homines optabilem reddiderit, ac in materiæ paruitate, Pauperum facultates ditissime magnificarit? Prodeat igitur quam primum in lucem ad publicam Studiosorum vtilitatem hic Tractatus, qui dignus a me censetur Typis aureis, vt cum pretioso caracterum splendore, nominis perennitas vbique præfulgeat. In quorum fidem manu propria me libentissime subscribo. Ferrariæ Die 14. Maij 1647.


D. Antonius Maria Ripa Clericus Regularis Congreg. de Somasca.

Imprimatur

F. Franciscus Cuccinus Romanus, Magister, & Inquisitor Generalis Ferrariæ.

PARS

INDEX ALPHABETICVS
Notabilum Contentorum
IN TRACTATV
ANTONII LEONCILLI
DE DIVITIIS PAVPERTATIS, ET PRIVILEGIIS PAVPERVM.



A

Ædificium.

Æqualitas.

Æquitas.

Æstas.

Ætas.

Ætymologia.

Afflictio.

Alexander.

Alienatio.

Alie-

Altare.

Altum.

Alumnus.

Ambitio.

Amicitia.

Amicus.

Amor.

Anima.

Ani-

Animal.

Animus.

Appellatio.

Aqua.

Arbitrium.

Bea-

Bellum.

Beneficiatus.

Beneficium.

Beneplacitum.

Blasphemus.

Bona.

Per

Bonum.

Bonus.

C

Caducum.

Cæcitas.

Captatoria.

Captiuus.

Carcer.

Carceratus

Cardinalis.

Charitas.

Caro.

Castitas.

Casus.

Causa.

Cautio.

Census.

Cessio.

Animal.

Animus.

Appellatio.

Aqua.

Arbitrium.

Beneplacitum.

Blasphemus.

Bona.

Per

Cautio.

Census.

Cessio.

Chyragra.

Cicero.

Ciuitas.

Clausula.

Clericus.

Cœlum.

Collatio.

Col-

Chriſtus.

Crudelis.

Culpa.

D

Damnatio.

Damnum.

Debitor.

Debitum.

tum, est onus importabile, comes mendacij, & felix est, qui debito caret p. 2. pr. 11. n. p.
Debitum, est species seruitutis n. 5. irrogat pudorem, & visum est aliquibus morte grauius n. 6.
Pro debito patris, non tenetur filius, nec vxor pro debito mariti, nec econtra p 2. pr. 21. nº p. fallit in debito contracto pro Alimentis n. 2. 3. & 4.
Debitum proprie non dicitur, sed quasi debitum, quod Iudicis officio debetur p. 2. pr. 92. n. 11.
Debiti, seu æris alieni, Remedium præseruatiuum est paupertas p. 3. c. 2 Rem. 6. n. p.
Debiti. seu æris alieni pudore, aliqui se necauere ibid.
Debiti, seu æris alieni, Remedium etiam curatiuum est paupertas n. 2.

Decima.

Decima, Pastoribus est debita de Iure Diuino, quo ad congruam sustentationem; quo vero ad quotam est de Iure humano p. 2 pr. 75. n. p.
Decimam soluentes abundabunt n. 2.
Decimæ sunt tributa egentium animarum ibid.
Decima est impræscriptibilis, quando Pastori deficit sustentatio n. 3.
Super Decimis sine Superioris authoritate transactio facta non valet n. 4.
Decima. de Iure debetur, etiam de lucro quæsito ex mera industria personali n 5.
Decima debetur, etiam non deductis impensis, ac nõ deducto semine n. 7.
Ad Decimas pauper non tenetur, etiam si Constitutio sub excommunicatione præcipiat n. 8.
A Decima soluenda, pauper excusatur ex toto, si indiget extreme, quod si non extreme, relinquatur ei aliquid, vt viuere possit n. 11.
A Decimis pauper excusatus, non tenetur ad illas, licet desinat esse pauper n. 13.
Decimam assignare potest Episcopus pauperi, etiam Laico, non tamen in titulum n. 14.
Decima est fauorabilis, sed paupertas fauorabilior ibid.
Ad Decimas non tenentur Beneficia debilia, seu parua p. 2. pr. 76. n. p. nec ex hortis Leprosi viuentis in communi n. 4.
Decima etiam Pontificia non comprehendit Hospitalia pauperum n. 5.
A Decimis exemptio concessa paupertatis intuitu, includit etiam Bona acquirenda, donec cesset paupertas n. 6.
Decima ex illicite quæsitis, non debetur p. 2. pr. 119. n. 13. nec recipi debet, nisi ab eo, qui iam pœnitentiam egerit n. 14.

Decurio.

Decuriones regulariter alendi non sunt à Ciuitate p. 2 pr. 77. nu. p. facti tamen pauperes, in subsidium aluntur ex publico n. 6.

Degradatus.

Degradatus Clericus, etiam pauper non alitur ex Beneficio p. 2. pr. 36. tertio n. 5. nisi vt n. 6.

Deliciæ.

Deliciæ nobis indixere debilitatem, & quod diu volumus, posse desinimus p. 2. pr. 362. n. 23.
In Delicijs Castitas periclitatur n. 42.

Delictum.

Delicta ne remaneant impunita, publice interest p. 2. pr. 236. n. 24.

Delinquens.

Delinquens puniendus est in eo, in quo deliquit p. 2. pr. 36. primo n. 4.
Delinquunt multi, propter inopiam, & dicitur sceleri proclinis egestas p. 2. pr. 134. n. 3.
Ad delinquendum timidiores sunt Diuites, si non virtutis amore, saltem formidine pœnæ confiscationis n. 4.
Delinquunt plures, propter copiam, quam propter inopiam n. 5. vbi vide versus.

Democratia.

Democratia optima est, quæ nec valde Diuites, nec valde pauperes continet p. 2. pr. 362. n. 45.

Demon.

Demon amisit Dona Gratiæ, sed non omnino Dona naturæ, & habet scientiam, & experientiam, sed hominum cogitationes non penetrat, nisi aliquando præsumptiue, forsan ex signis p 2. pr. 2. n. 19.
Demon, qui dicitur Tentator, ipse ad tentandum vtitur instrumento Diuitiarum p. 2. pr. 362. n. 46.
Demon laqueos posuit in Diuitijs, & in paupertate num. 57.
Demoniaci sunt, qui pro opibus ad Demonis opem confugiunt p. 3. c. p. Rem. 3. n. 6. Alia in V. Misericors.

Denuntiatio.

Denunciare quilibet potest Legata pauperibus, vel alias pia, nec debet Relatoris nomen formidare p. 2. pr. 78. n. p. Alia in V. Notarius.

Depositum.

Depositum, quam mutuum denegare, iniquius est, & quare p. 2. pr. 282. n. 16.



Dero-

Derogatio.

Desperatio.

Deus.

Dictio.

Diffinitio.

quare

Diues

&

Doctor.

Doctoratus.

Doctrina.

Dolor.

Dolus.

Dominium.

Dominus.

Domus.

Donatarius.

Donatio.

Donator.

Dos.

Editio.

Electio

Elemosina.

Elemo-

Emphyteosis.

Emphyteota.

Emptio.

Episcopatus.

Episcopus

professe n. 5.

Episcopus pauper potest sibi retinere pœnas pecuniarias n. 6. si tamen vere indiget n. 8.

Episcopus ordinãs, quando teneatur alere ordinatum, vide in V. Ordo.

Episcopus dicitur pater pauperum etiam infidelium. p. 2. pr. 128. n. p.

Episcopus erga pauperes largam manum habeat, & alienam inopiam, suam credat n. 2.

Episcopus potest conuertere in maiorem necessitatem, quod in minorem relictum est, & quod non potest commode fieri, potest in aliud commutari p. 2. pr. 192. n. 3.

Ad Episcopum ius exequendi deuoluitur, exequtore testamentario non exequente infra annum legata pauperibus, vel alias pia p. 2. pr. 131. nn. p. non obstante prohibitione testantis, ne le Episcopus intromittat n. 2. Alia in V. exequtor.

Episcopus, & Sede vacante Capitulum compellere potest exequtores ad exequenda pia relicta, & illis negligentibus exequi n. 6.

Episcopus est exequtor omnium vltimarum voluntatum ad pias causas, & an Episcopus originis, vel Domicilij, vel Rei sitæ n. 12.

Episcopus supplet defectum administrantium Hospitalia n. 13. Alia in V. Administrator.

Episcopus cogit etiam Religiosos exemptos ad reddendam rationem exequtionis testamentariæ, & si in hoc deliquerint, eos punit n. 14.

Episcopus, an sit exequtor cuiuslibet vltimæ voluntatis etiam non piæ n. 15.

Episcopus est exequtor omnium piarum voluntatum, & morientium, & viuentium n. 17.

Episcopus habet potestatem in Laicos in causis pijs, non obstante constitutione contraria p. 2. pr. 165 num. 17.

Episcopus procedit non obstantibus exemptionibus in causis mercedum, & miserabilium n. 19.

Episcopus esse debet omnium pauperum pater, & præsertim Clericorum p. 2. pr. 315. nu. 2. & quis dicatur Clericus pauper n. 2.

Episcopus nihil detrahit de relicto pauperibus p. 2. pr. 346. n. 2.

Episcopus, pauperum tutelam suscipit, vt in V. Tutela.

Episcopus, an possit ex fructibus fabricæ Ecclesiæ ditioris applicare fabricæ Ecclesiæ pauperioris p. 2. pr. 413. n. 8. & 9.

Error.

Error fortunæ non dirimit matrimonium p. 2. pr. 9. n. 9. nisi quando influit in errorem personæ, vt ibi.

Euictio.

Euictionis Cautionem si præstare non potest venditor, non admittitur ad iuratoriam, sed minuitur pretium p. 2. pr. 47. n. 23.

Exauditio.

Exaudiri ad vtilitatem exoptabile est, non autem ad voluntatem, vel ad voluptatem p. 2. pr. 2. n. 6.

Non exaudiuntur à Deo, qui pauperes non exaudiunt p. 2. pr. 300. n. 5.

Exceptio.

Exceptio dilatoria non potest opponi post litem contestatam p. 2. pr. 132. n. p. fallit fauore pauperis vel minoris, vel mulieris, vel Ecclesiæ n. 2.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam in mutuo, & dote non durat post biennium p. 2. pr. 133. n. p. & extra mutuum, & dotem non durat, nisi per 30 dies n. 2.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ semper opponere potest Ecclesia, quando de actuali numeratione non constat, sic & alia pia causa n. 3. & signanter pauper n. 4.

Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo, & non numeratæ dotis in matrimonio, quare detur n. 5.

Excommunicatio.

Ab excommunicatione incurrenda extusat paupertas pauperem non soluentem p. 2. pr. 134. n. p. etiã si præcesserit condemnatio, nisi infra mensem soluerit, & infra mensem potuerit, sed sub finem mensis sine dolo posse desierit n. 2. ac etiam si pauper excommunicationi consenserit n. 3. & non obstante obligatione camerali n. 4.

Ab excommunicatione incursa ob non solutionem, constito de paupertate, pauper absoluitur p. 2. pr. 135. n. p. etiam non facta satisfactione, si paupertas durat n. 2. & si ante facultate absoluendi cum Clausula satisfacta parte, adhuc pauper absolui potest cum cautione iuratoria de satisfaciendo n. 3.

Ab excommunicatione absolutus cum reincidentia si non soluerit in termino, adhuc si in termino non potuerit, non reincidit n. 4.

Excommunicatio nulla, non ligat p. 2. pr. 138. n. 2.

Ab excommunicatione absolutus in mortis articulo à non habente potestatem conualescens tenetur accedere ad habentem potestatem sub pœna reinciden- tiæ p. 2. pr. 170. n. 55.

Excommunicatus.

Excommunicato extremè indigenti, elemosina debetur p. 2. pr. 115. n. 16.

Ab excommunicato elemosinam recipere potest pauper in necessitate p. 2. pr. 119. n. p.

Excommunicatus ob Clerici percussionem accedere tenetur ad Papam pro Absolutione, sed si paupertate grauetur absolui potest ab Episcopo p. 2. pr. 136. n. p. quando paupertas est extrema n. 3. &

Exempla.

Exemptio.

Executio.

Exequtor.

Fames.

Fauor.

Fauorabilis.

Felicitas.

Felix.

Feriæ.

Festa.

Feudatarius.

Feudum.

Fideicommissum.

Fideiussio.

Fideiussor.

Fidelis.

Fides.

Filia.

Filius

Filiusfamilias.

Fiscus.

Fæmina.

p. 2.

Forensis.

Fornicatio

Fortuna.

Forus.

Frater.

Fur-

G

Gabella

Generalitas

Genus.

Gloria.

Gratia.

Grauamen.

Graue.

Gula

H

Habitatio.

Hæreditas

Hæres.

Hęre-

Humilis.

Humilitas.

I

Ignorantia.

Ieiunium.

Imago.

Immunitas.

Impedimentum.

Imperator.

Imperium.

Incerta.

Incertitudo.

Indulgentia.

Industria.

Infantes.

Infelicitas.

Infidelis.

Infi-

Infirmitas.

Infirmus.

Ingratitudo.

Inimicitia Inimicus.

Iniuria.

Inopia.

Inops.

Inquisitio.

Inue-

Inuestitura.

Inuidia.

Iracundia.

Iubileum.

Iudei.

Iudex.

Iudicium.

Iuramentum.

Legitima.

Legitimatus.

Lex.

Medio

Miser.

Miserabilis.

Miseria.

Misericordia.

Mona-

Moniales.

Monumentum.

Mora.

Mores.

Mors.

Mortui.

Mulcta.

Mulier.

Multum.

Mundus.

Munera.

A mu-

Mutatio.

Mutuum.

N

Natura.

Naturalis.

Naufragium.

Necessarium.

Legitima.

Legitimatus.

Lex.


Locatio.

Locus.

Locuples.

Lucrum.

Luxuria.



M

Magister.

Magistratus.

Mala.

Matrimonium.

Medicina.

Medicus.

Medium.

Medio

Miser.

Miserabilis.

Miseria.

Misericordia.

 res

Misericors.

Missa.

Mobilia.

Modus.

Monachus.

Monasterium.

Mona-

Moniales.

Monumentum.

Mora.

Mores.

Mors.

Mortui.

Mulcta.

Mulier.

Multum.

Mundus.

Munera.

A mu-

Necessitas.

Negatiua.

Negociatio.

Nego-

Notorium.

Noua.

Nouerca.

Nullitas.

Numerus.

Nurus.

O

Obedientia.

Oblatio.

Obli-

Opinio.

Oppressio.

Opulentia

Opus.

Oratio.

Ordo.

Orpha-

Orphanus.

Otium.

P

Pactum.

Papa.

Paradisus.

Parentes.

Parochus.

Pars.

Parsimonia.

Pastor.

Pater.

Patiens.

Patientia.

Patria.

Patronus.

Pauper.

Pauperes.

Paupertas.

ab

Peccator.

Peccatum.

Peculium.

cum

Pecunia.

Pensio.

Pensionarius.

Penuria.

Pere-

Pænitens.

Pænitentia.

Phylosophia.

Phylosophus.

Pignus.

Pietas.

Prælatio.

Prælegata.

Præsentatio.

Præscriptio.

Præsumptio.

Pretium.

Princeps.

Prin-

Priuatio.

Priuignus.

Priuilegiatus.

Priuilegium.

Resurrectio.

Retentio.

Retractus.

Rigor.

Rogo.

Rusticus.

S

Sacerdos.

Sacramentum.

Sacrilegium.

Salarium.

L

Satisda-

Solemnitas.

Sollicitudo.

Solomon.

Solus, Solitudo.

Solutio.

Somnus.

Soror.

Species.

Spes.

Spiritualia.

Spolium.

Sponsalia.

Spurius.

Stabilia.

Stipulatio.



PARS PRIMA.

QVÆSTIO PRIMA.

Vnde dicatur, & quid sit paupertas, et quis in genere dicatur proprie Pauper, vel Inops.

SVMMARIVM.



1 OMNIS Disputatio debet à deffinitione proficisci.
Ignoratis terminis paralogizatur.
2 Duplex est diffinitio alia quid nominis, alia quid rei.
3 Aetymologia Græce, Latine veriloquium, prodest ad inueniendam quidditatem rei Stoici illam exquirunt, &c.
4 Multi paupertatem affectant, vel simulant, vt eius priuilegijs perfruantur.
5 Aliqui dementiam fingunt; vt Ciuilia onera effugiant.
6 Pater qui Filium debilitauit, vt bello fieret inhabilis, fuit deportatus.
7 Paupertas quid sit ex Varrone, & quid ex alijs num. 9. & 10.
8 Pauca, natura desiderat, & rerum ad vitam sufficientium nemo est pauper.
11 Paupertas est parui possessio ex Sen. non qui parũ habet, sed qui plus cupit, pauper est.
12 Pauper dicitur qui parum habet, inops qui nihil habet ex Archid. et alijs, & probatur nu. 12. & seq. sed vide num. 15. & seq.
13 Dictio, & poni solet inter diuersa, sed aliquando inter idem sonantia.
14 Jnops idest sine ope ex Ias.
15 Pauper, & Inops sæpe confunduntur, & probatur etiam num. 16.
17 Priuatio supponit habitum.
18 Non entis nulla sunt qualitates.
19 Dictio, & auget, & ampliat dispositionem.
20 Inops, idest sine opibus.
21 Inopia dici potest aliquando medium inter diuitias, & paupertatem.
22 In quo differant pauper, inops, mendicus, miserabilis.
23 Quis dicatur inops, vel pauper videtur relinqui Iudicis arbitrio.
24 Verbum pauper, & paupertas sumitur in genere, & in specie, & quid importet.
25 Adoptio sumitur in genere, & in specie, & quid in vtroque sensu significet.
26 Testamentum sumitur in genere, & in specie, & quid importet.
27 Institutio sumitur in genere, & in specie, & quid significet.
28 Transactio sumitur in genere, & in specie.
29 Auaritia sumitur in genere, & in specie.
30 Pecunia sumitur in genere, & in specie.
31 Luxuria sumitur in genere, & in specie, & quid sit in vtroque sensu.
32 Penuria differt a paupertate, & quomodo.
33 Egestas differt a paupertate, & quomodo.
34 Credendum est peritis in arte.
35 D. Hieronymus fuit à spiritu correptus quia Libros Ciceronis nimium lectitauit.
36 Paupertas, & egestas aliquando non differunt.
37 Diuitiæ in genere sumuntur pro abundantia.
38 Paupertas in genere sumitur pro deficientia, seu carentia, declarara n. 39.
40 Paupertatis verbum importat aliquando diuitias.

1 OMnis, quæ de re aliqua suscipitur institu-
tio, debet a diffinitione proficisci, vt in-
telligatur id, de quo disputatur, *Teste Tullio lib.*
p de offic. Ignoratis enim terminis facile para-
2 logizamur, vt Philosophus loquitur: Duplex
est autem diffinitio, vt dialectica docet, alia
quid nominis, alia quid rei, illa descriptionem,
hæc essentiam continet, vt inquit *Bald. in leg.*
maximum vitium C. de lib. prat. qui tamen si
Philosophatus minus foret, Legista forsasse
3 melior extitisset. Et vocis cognitio prodest ad
inueniendam quidditatem rei, cum Etymolo-
gia Græce, Latine veriloquium sonet, vnde,
Stoici teste eodem Tullio studiose exquirebãt
vnde verba sint dicta *& I. C. in l. p. ff. de. orig.*
Iur. inquit, Iuri operam daturum nosse opor-
tet vnde Iuris nomen descendat.

Nos ergo de paupertate sermonem immo
tractationem habituri, inuestigabimus ante
omnia, vnde dicatur, et quid sit, paupertas, &
4 qui nam dicantur, & sint propriè, vel impro-
priè pauperes. Quod est etiam neccessario
sciendum, quoniam multi paupertatem affec-
tant, vt eius priuilegijs perfruantur, vt inquit
Gl. in l. 4. C. qui num. lib. se exc. lib, 10. in v.
proponas, & probat tex. in ca. significantibus 33.
de off. deleg. ibi, Iuliana vidua mentiens se pau-
perem).

5 Sic etiam in simili plures, furorem, vel De-
mentiam fingunt, vt curatore recepto ciuilia
onera detrectent *l. obseruare 6. ff de Bon. eorũ*
vnde non est temere dandus Curator, vt ibi,
& consonat *Pet. 2. de remed. D. 115.* Labo-
rum ferias quidam simulato furore quæsiere,
6 verus furor, ferias veras dabit) Immo fortior
est in simili *tex in l. 4 §. eum qui ff. de re milit.*
vbi Pater qui filium debilitauit vt bello inha-
bilis, fieret, deportatus est.

7 Paupertas igitur nihil aliud significat quam
paruam partem, exiguum patrimonium, mo-
dicas facultates; Dicta est enim a parua pe-
cunia vel a paruo lare. *Teste Varrone lib. 4. de*
ling. lat. quem ita refert Rimin ald. Iun. cons.
377. num. 8. lib. 4. Adducens etiã Tullium in
Tusculanis quæst. ibi, paupertatis onus nõnun-
quam disputando leuamus, docentes quam pa-
rua, & quam pauca sint quæ natura desiderat;
8 cui consonat *Plut. de cupid. diuit.* ibi Rerum
ad vitam tolerandam sufficientium, nemo est
pauper) Et quod pauperes dicantur quasi pa-
rum potentes, dixit *Archyd. in can. quo iure 8.*
D. quem refert Rimin. Iun. d. cons. 377. num. 8.
9 *lib. 4.* Et quod paupertas secundum commu-
nem vsum loquendi importet modica bona di-
xit. *Medices in memorabili opusculo, Mors omnia*
soluit p. p. n. 103 ex tex. et ibi Bart. in l. huius 78.
§. heredum ff. ad Trebell. & Bald. in Rub. C. de
verb. Sig. nu. 8. Vnde, & Sen. diffiniendo, seu de-
10 *scribendo Ep. 87. ad Lucillum. dixit,* Non video
quid aliud sit paupertas, quam parui possessio,
quamuis Ep. 2. suo more moraliter, & argute
loquendo dixerit, non qui parum habet, sed
qui plus cupit, pauper est.

11 Propriè autem pauper dicitur, qui parum
habet, Inops, qui nihil habet *Archid. in can.*
quo iure 8. D. Castren. in l. id quod pauperibus
nu. 4. C. de Ep. & Cler. Dec. in c. ex ratione num.
20. & 21. de Appell. Fabian. in Auth. praterea
nu. 19. Vnde vir, & vxor Socin. cons. 30. nu. 6.
Beuincas de pauper. qu. pr. num. 39. Ias. in l. si
constante ff. sol. matrim. num. 163. vbi quod
Inops dicitur ab in. quod est non, & ops
opis *Rimin. Iun. con. 657. lib. 6. num. 15.* vbi
quod dictio illa (in) est in totum priuatiua *Ad-*
dens ad Bellamer. Conclus. seu Dec. 663. Surd.
Decis. 61. num. 10. & de Alim. tit. 9. qu. 37.
nu. 9. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 65. nu. 9.
Scacc. de Appell. qu. 15. art. 3. num. 47.

12 Pro hac distinctione induci potest *Ps. 34.*
eripiens inopem de manu fortiorum eius, ege-
num, & pauperem a diripientibus eum *& Pro.*
31. manum suam aperuit inopi, & palmas suas
extendit ad pauperem *& Ps. 71.* parcet pau-
peri, & inopi *& Ps. 73.* pauper, & inops
laudabunt nomen tuum, & alij similes textus,
quos adduxi infra ponderando, quod dictio,
13 (&) poni, seu interponi solet inter diuersa, &
tanquam copula, designat diuersitatem copu-
latorum *gl. in Rub. ff. de iur. & fac. ignor. &*
in l. si duo C. per quas person. nob. acq. Ias. in l.
pr. num. 2. ff. de iust. & iur. Rot. in Rom. fidei-
commissi D. 267. num. 4. par. 2. Recens. Barbos.
de dictionibus in dictione, (&) num. 25. Nisi
ponatur inter duo idem sonantia nam, tunc
ponitur pro (idest) *vt num. 26.* & tunc stat de-
claratiuè.

Ad idem induci potest *text. Ps. 106.* Adiu-
uit pauperem de inopia, si intelligas idest præ-
seruauit ab inopia, & fecit ne ex paupertate
incideret in inopiam, ad idem *Eccli. cap. 31.*
Laborauit, pauper in diminutione victus, &
inops fit, *& Val. Max. lib. 4. memorab. cap. 8.*
Fabritius in honorem patriæ paupertatem ino-
14 pia mutauit. Confert etiam etymlogia si di-
cas cum Ias. vbi sup. inopem quasi sine ope
hoc est sine auxilio.

15 Sed quod non differant pauper, & inops,
sensisse videtur *Bart. in d. l. si constante ff. sol.*
matrim. vbi in formatione casus ponit dicta
nomina tanquam Synonima, idque animaduer-
tit. *Ias. in ead. l. si constante nu. 164.* Et ex-
pressè distinctionem prędictam reprobat *Alex.*
in ead. leg. si constante num. 15. quem sequi vi-
detur Ias. in d. le. num. 164. cum alijs relatis per
Beuincas de paup. d. qu. pr. num. 4. Campeg. de
dote pa. 3. qu. 20. num. 2. qui prater alios ad-
ducit Tex. in c. qua in Ecclesiarum 7. de Const.
Idem sentire videtur Rim. Iun. cons. 657. vol. 6.
num.

num. 16. Vbi quod quandoque ista vocabula confunduntur, *& Surd. D* 61. *n.* 11. vbi quod dicti termini pauper, & inops aliquando confunduntur, & promiscuè in iure leguntur *Menoch. de arb. Iud. d. cas.* 65. *num* 9. vbi quod rectius forte sensit Ias. cuius sententiam inquit probat *tex in Auth. de exhib. Reis, & Rota in Regien. prioratus D.* 594. *num.* 4. *p.* 4. *diuers.* Appellat hanc, scrupulosam, & minus securam differentiam. Pro hac secunda opinione induci potest *tex. in l. si procuratorem* 8. *§. si ignorantes ff. mād. vers. quod tamen ibi*, si paupertas non permisit, excusata est eorum inopia *Et tex. in §. quoniam vero Auth. de exhib. reis vers. si vero ibi*, si inops vir, aut mulier inueniatur, *& ibi*, ille vel illa superstes pauper *& tex. in l. si creditores* 15. *ff. de priuil. Cred. in § fin. ibi*, præter paupertatem, *& ibi*, si nec inopia) Quibus in locis patet paupertatem, ac inopiam, pro Synonimis vsurpari.

16

Confirmatur idem *ex tex. Eccli.* 29. assume pauperem, & propter inopiam eius, ne dimittas eum vacuum, & prius *Eccli.* 4. animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperē in inopia sua, *& Ps.* 106. Adiuuit pauperem de inopia intelligēdo idest liberauit, *iuxta Ps.* 112. Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem, & inducendo ex ratione illa, quod priuatio supponit habitum, *leg. Decem* 116. *ff. de verb. oblig.* Vnde si pauper ibi priuatur inopia, neccessario dicendū, quod ante priuationem laboraret inopia, & sic simul diceretur pauper & inops Vnde, *& D. August. super Ps. illo lib.* 17. *de Ciuit. Dei cap* 4 ait Inops quippe idem est, quod pauper. Ad idem *tex. in leg. si ab arbitro* 10. *§. fin. ff. qui sat. cog. ibi*, si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis, vel magna inopia acciderit, ex integro satisdandum erit inducendo *ex Ias. in d. l. si constante num.* 164. ea ratione, quia si inopia esset, nihil habere, non reciperet qualitatem magnam, vel paruā, quia non entis nullæ sunt qualitates *leg. eius qui in prouincia* 41. *ff. si cert. pet.* Et conferre potest etiam axioma Phylosophicum quod priuatio non recipit magis, & minus. Accedat *Sen. Ep.* 108. Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia. Ad idem forte fortius confert *Ps.* 71. parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet, *& Ps.* 85. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me quoniam inops, & pauper sum ego, *& Ps.* 68. Ego vero egenus, & pauper sum Deus adiuua me, *& Ps.* 108. Libera me, quia egenus, & pauper ego sum, *& Ps.* 39. Ego autem mendicus sum, & pauper. Qui quidem textus videntur omnino probare non importare maiorem indigentiam inopiam quam paupertatem, quia si id esset, frustra post inopiam exprimeretur paupertas, immo contrarium argui potest ex eadem ratione ne frustranea dicatur superadditio illa rei minoris

17 (at "do ex ratione illa")

18 (at "quia non entis")

19 post maiorem, & quia dictio, (&) auget, & ampliat de sui natura dispositionem *Bald. in Rub. C. de contr. empt. num.* 17. *Pal. D.* 230. *lib.* 2. *Crescent. D.* 3. *de proc. Barbos. de Diction. in Dict. (&) num.* 33.

20 Ad quod etiam facit, quod inops, si vocis etymologiam spectemus, videtur idem sonare, quod sine opibus *ad trad. per Ias. in d. l. si constante num.* 164. *& per Rimin. iun. cons.* 657. *n.* 15. *lib.* 6. Vnde ad hoc vt aliquis dicatur inops videtur sufficere si sit sine opibus hoc est si non sit opulentus, & diues & sic videri posset mise-

21 rabilius esse pauperem, quam esse inopem. Et dici posset inopia medium quoddam inter diuitias, & paupertatem, de quo tamen vide quæ dixi plenius in qu. quis dicatur diues sub finem.

Et hæc esse posset tertia opinio in hoc verbali articulo, qui tamen influit in reales, vnde *& August. Confess. lib.* 5. *cap.* 12. veniebant in animum meum cum verbis, quę diligebam, res etiam quas negligebam.

22 Quarta sit opinio, quam sensisse visus est *Medices in opusc. mors omnia soluit p. p. num.* 103. vbi sic a t Pauper habet minus quā diues, inops, minus quam pauper, mendicus minus quā inops miserabilis vero caret omnibus bonis, & sic voluit forte dicere quod minus habet pauper, quam mendicus, seu saltem minus, quam mendicans, vt quia pauper talis sit, qui mendicare non valeat. Videtur autem posse dubitari de veritate præsertim tertiæ Conclusionis quatenus asserit mendicum minus habere quam inopem, & pauperem *arg Ps.* 39. Ego autem mendicus sum, & pauper. Dubitari etiam potest de vltima conclusione, quatenus distinguit a paupere miserabilem, cum tamen omnis pauper sit miserabilis, vt probaui *P.* 2. *in V. miserabilis, & V. misericordia.*

23 Quinta sit opinio quam sensisse visus est *Idem Medices in opusc. de Casibus fortuitis p.* 2. *qu* 4. *nu.* 2. *&* 3. pro qua faciunt quę latius dicam infra, quod relinquatur arbitrio Iudicis, quis dicatur inops, vel pauper.

24 Accedat vltimo nostra, & erit sexta opinio, quod verbum pauper, seu paupertas sumatur in genere, & in specie. Si sumatur in specie, pauper dicatur, qui parum habet, si vero in genere, & tunc contineat pauperem in specie, inopē, mendicum, egentem, & omnes pauperū species, de quibus in sequentibus differemus, & confert *tex. in l. si quis ad declinandam* 37. *C. de Ep. et Cler. ibi*, quis enim pauperior ijs qui inopia tenti sunt, & in xenone repositi, &c.

25 Sic in simili verbū Adoptio sumitur in specie, & in genere prout continet arrogationem de eo, qui est sui iuris, & adoptionem in specie quæ fit de filiofam. *l.* 2. *ff. de Adopt.*

26 Sic etiam teſtamentum ſumitur in ſpecie prout eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, *vt in le. pr. ff. de Teſtam.* Et prout eſt diſpoſitio de toto patrimonio cum hæredis inſtitutione, & ſumitur etiam in genere, prout eſt teſtatio mentis, & vltima voluntas, & tunc continet etiam Codicillum, & donationem cauſa mortis, *ad tex. in l. Eunuchis 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. ibi,* liceat Eunuchis vltimas condere voluntates, ſalua teſtamentorum obſeruantia, & hanc diſtinctionem probat *Aretin. Cranett. Soc. Iun. in Rub. ff. de leg. pr. & communem eſſe fatetur Riccius in Rub. Inſt. de teſtam. num. 59.*

27 Sic etiam inſtitutio accipitur in ſpecie pro prima hæredis inſtitutione, ac etiam in genere, prout continet etiam ſubſtitutionem, quæ eſt ſecunda inſtitutio, *vt per DD. in Rub. ff. de vulg. & in C. de Imp. & alijs ſubſt.*

28 Sic etiam tranſactio ſumitur in ſpecie pro concordia ſuper lite, ac etiam in genere pro quocumque pacto *ad tex. in leg. tranſacta 229. ff. de verb. ſig.*

29 Sic, & Auaritia ſumitur in ſpecie, prout eſt inordinatus amor habendi pecuniam *D. Thom. 22. qu. 118. art. 2.* & in genere pro quacumq; immoderata cupiditate, *vt Luc. 10.* Cauete ab omni auaritia.

30 Sic, & pecunia ipſa ſumitur in ſpecie pro pecunia numerata, & in genere pro quacumque re ęſtimabili dixi in q. quis dicatur Diues.

31 Sic, & Luxuria ſumitur in ſpecie pro venerea incontinentia Carnis *D. Thom. 22. qu. 153. art. p.* & in genere pro quouis exceſſu, & pro quacumque exuberantia, & ſuperfluitate, vnde Luxurioſus dicitur quaſi ſolutus in voluptates, *vt ibid. per D. Thom. & Sen. de Conſ. ad Marc.* Honores ſine ambitione, Diuitias ſine Auaritia, Voluptates ſine luxuria debemus appetere *& idem Sen. Ep. 114.* Argumentum eſt luxurię publicę, Orationis Laſciuia Sic *in l. & mulieri 15. ff. de Cur. Fur.* Et mulieri quę luxurioſæ viuit (ideſt prodigę exponit Gl.) Curator dandus eſt. *Et in l. ex damni 40. ff. de damn. infec. ibi,* in Damno infecto, quoad picturas, moderata fit ęſtimatio, nec cuiuſq; Luxuria ſequenda eſt, *& apud Tacit. de moribus German. cap. 15.* Hęc Barbaris inter cætera Eiectamenta maris iacebant, donec Luxuria noſtra dedit nomen. *Et apud Mart. lib. 10. Ep. 79.*

Illa placet Tellus in qua res parua Beatum.
Me facit, & tenues luxuriantur opes.

32 Nota etiam, quod differt a paupertate penuria, hęc enim ſecundum Deriuatores, habet in ſe egeſtatem, indigentiam, & defectum neceſſariorum, vt dixit *gl. in cap. 1. incipit periculoſo de St. Regul. in ſex. in v. abſque penuria, quam ſequitur Caſtrens. in l. id quod pauperibus num. 4. C. de Ep. et Cler. Alex. in l. ſi conſtante nu. 16. ff. ſol. matrim. Campeg. de dote pa. 3. qu. 20. nu. 2.*

33 Differt etiam egiſtas a paupertate *Luc. de pen. in l. p. col. p. C. de Mendic. & valid. Magon. deciſ. Florent. 50. nu. 28. & prius num. 27.* dixit egenum, qui non poteſt aliunde vitam degere, *facit Pſ. 81.* Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Confert ad hoc *Tullius in Parad. ibi* iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem, aut mendicitatem nunquam obſcure tuliſti: huic autem tanquam in arte loquendi peritiſſimo eſſe credendum.
34 Credo *ad tex. in l. ſeptimo menſe 12 ff. de St. hom. in ſtio. D. Hieron. in Ep. de Cuſtod. Virgin. ad Euſtoch. ibi.* miſer ego lecturus Tul-
35 lium ieiunabam. Vnde quia libros nimis lectitauerat Ciceronis, fuit a ſpiritu correptus vt dicitur *in cap legimus, huius nominis primo 37. diſt. & ipſe met. D. Hieron. narrat in Ep. ſuprad.* Ad idem *Sen. Ep. 58.* quanta nobis verborum paupertas, immo egeſtas eſt.

36 Contrarium vero videtur argui poſſe *ex l. quiſquis 5. §. p. C. ad l. Iul. Mai. ibi* ſint perpetuo egentes, & pauperes *& Pſ. 40.* Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperē *et Pſ. 69* Ego vero egenus, & pauper ſum *et Pſ. 108.* Libera me, quia egnus, & pauper ego ſum *& Pſ. 81.* Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iuſtificate *& Deut. 15.* Præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi. Qui quidem textus probant egeſtatē, & paupertatē differre ea ratione, quod copula poni ſolet, inter diuerſa, vt dixi ſupra. Sed videntur etiam probare, quod paupertas ſit miſerabilior, quam egeſtas dum poſt egeſtatem quaſi augmentatiue paupertas exprimitur ex his, quę pariter dixi ſupra.

Vltimo nota quod ſicut diuitię in genere ſu-
37 muntur pro abundantia vt infra dixi *hac ead.*
38 *parte p. qu. 4.* Ita etiam paupertas vel egeſtas, vel nopia in genere, & late ſumpto vocabulo ſumi poteſt pro deficientia ſeu carentia non ſolum pecuniæ, ſed cuiuſqunque alterius rei vnde *Sen. Ep. 58.* Quanta nobis verborum paupertas immo egeſtas eſt, mille res, nomina deſiderant, & non habent, quędam cum habuerint, faſtidio noſtro perdiderunt, quis autem ferat in egeſtate faſtidium *Et idem 2. de benef.* Efficit Inopia ſermonis, vt diuerſa eodem nomine vocemus, *& Ep. 48.* Dementia eſt, ſuperuacua diſcere in tanta temporis egeſtate, *& Auguſt. confeſ. lib. 13. cap. 38.* Copioſa eſt egeſtas humanæ intelligentiæ, *& Author. Method. confeſſionis,* In inferno egeſtas eſt omnium rerum, præter quam miſeriarum *et Bellarmin. de Aſcenſ. ment. in Deum cap. 3.* Aer & Ignis egena, & pene vacua ſunt Elementa, Aqua, ſolis Piſcibus abundat, Terra immenſis diuitijs, *& Tacit lib. 4. an. c. 5.* egenā Aquę

dice-

dicebat vtramque Inſulam, dandos vitę vſus, cui vita concederetur & pet. 2. de Remed. Dia. 104. De virtutis Inopia inquit. Aliæ omnes Inopiæ naturales, aut fortuitæ, ac violentæ eſſe poſſunt, hęc vna proculdubio voluntaria eſt, Virtutis Inopiam non patitur, niſi qui vult quomiá prima,& maxima pars virtutis eſt velle.

39 Declara hoc vltimum notabile, quia licet paupertas, vel egeſtas, vel Inopia ſignificare poſſit non ſolum carentiam pecuniæ, ſed cuiuſqunque alterius rei, id tamen verum eſt, quãdo pronunciatur cum adiuncto illius rei, vt patet in exemplis ſupra poſitis, Paupertas verborum, egeſtas temporis, &c. At quando nomen paupertatis, vel egeſtatis ſimpliciter, & abſolutè profertur, tunc proprie refertur ad carentiam diuitiarum, ſeu pecunię iuxta ea, quę diximus ſub initium huius quęſtionis.

40 Aliquando tamen, nomen paupertatis ſignificat Diuitias, vt dicam in quæſtione ſubſequenti.

QVAESTIO SECVNDA.

Sub Legato Paupertatis quid veniat, et plura de Paupertate, & Diuitijs, & de Prodigalitate, & Auaritia, & quod non ſit maius vitium.

SVMMARIVM.

1 *PAupertatem ſuam relinquens, intelligitur relinquere ſuam hæreditatem, & n. 2. et 3.*

2 *Quæ ſcimus, ſunt pars minima eorum, quæ ignoramus.*

3 *Fideicommiſſum paupertatis ſuæ dicitur vniuerſale.*

4 *Fideicõmiſſum peculij intelligitur de hæreditate.*

5 *Peculium dicitur puſillum patrimonium.*

6 *Opes dicuntur Diuitiæ non abſolutè, ſed comparatiuè ad paupertatem.*

7 *Bona dicuntur Stabilia non abſolutè, ſed comparatiuè ad mobilia.*

8 *Principes ſunt ſi non pauperiores, ſaltem indigentiores quam priuati.*

9 *Diuitiæ ſeculares, comparatæ Cæleſtibus non ſunt Diuitiæ.*

10 *Terra reſpectu Cæli eſt inſtar puncti, & minus vide ibi.*

11 *Alexander Magnus, falſum geſſit Cognomen, & quare.*

12 *Religioſa paupertas ſummis Diuitijs exequatur, & num. 58.*

13 *Durum eſt paupertatis vilitatem detegere, vel Inuidiæ exponere Diuitias.*

14 *Aliqui ſcientiam propriam, Ignorantiam vocant, & Diuitias paupertatem ex modeſtia.*

15 *Aliqui ex Auaritia, cum ſint Diuites, ſe pauperes putant, & pauperes fiunt.*

Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli. Plus cupimus quam ſapimus, maiorem famem, quam ventrem habemus.

16 *Aliqui cum ſint pauperes, ſe diuites putant, & magis pauperes fiunt.*

17 *Sæpe de facultatibus ſuis amplius, quam in ijs eſt ſperant homines.*

Sæpe qui Legant non niſi verba Legant, vide verſus.

18 *Hæreditas ſine vllo corpore, Iuris intellectum habet, Differt tanquam continens a contento, (quicquid contra dixerit Seneca) a corporibus hæreditarijs.*

19 *Debitor cui relinquitur Liberatio reputatur Diues ad effectum Falcidiæ detrahendæ.*

20 *Alij Diuitijs non vtuntur, alij abutuntur, alij vtuntur, vt alienis, curant, vt proprias.*

21 *Alij ita parcunt, vt ſemper victuri, Alij ita prodigunt, vt mox morituri.*

22 *Auaritia hominibus inſita eſt a natura.*

23 *Prodigi peccant committendo, Auari ſæpius amittendo.*

24 *Non dare Chyragra eſt. Clientis Chyragra, eſt Cauſidici Podagra, vide verſus.*

Aperit Iudicantis Aures, Litigantis manus. vide verſus.

25 *Leuius eſt peccatum omiſſionis, quam commiſſionis.*

26 *Auaritia videtur eſſe vitium ſimplex, Prodigalitas aliquando duplex, quoniam prodigus, vt ſit prodigus, fit etiam auarus.*

27 *Alijs eripere, quod alijs largiare, officio penitus aduerſatur.*

28 *Liberalis non eſt qui aliena largitur.*

29 *Alexander carpitur a Sen. quod vrbes rapiebat & ſpargebat.*

Et alius a Taceito, quod eſſet Raptor, largitor.

30 *Luxuriam, ideſt prodigalitatem temperans Auaritiam non timet.*

31 *In ſuo facere quicquid libet, licet etiã cum damno vicini, dummodo non intendatur.*

32 *Auaritia duplex, & quæ prohibita Iure Ciuili,*

33 *Prodigalitas quando prohibita a Iure Ciuili.*

Conſulibus Aurum ſpargere non permittitur.

34 *Prodigo Curator datur.*

35 *Spernitur ſumptuaria lex. Veſtium Luxus interdictus, ſed non reſtrictus.*

36 *Prodigus alicui prodeſt. Auarus nocet, & quãdo.*

37 *Si damnatur qui non dedit proprium, magis, qui inuaſit alienum. Et ſi qui nudum non veſtiuit, magis qui ſpoliauit.*

38 *Auaritia eſt mortalis quando opponitur Iuſtitiæ, non quando ſola liberalitati.*

39 *In dãdo excedere nõ mali, ſed nõ ſolidi, ſeu ſtolidi hominis eſt. Prodigalitas videtur vitiũ virile.*

40 *Auaritia Muliebre vitium, Animum virilem effeminat.*

41 *A*

41 *A liberalitate minus distat prodigalitas, quam Auaritia.*
42 *Auaritia, virtutem non tangit, prodigalitas ad eam venit, & peruenit, & pertransit.*
43 *Non dicitur venisse qui non stetit, nec discessisse, qui statim rediit.*
44 *Prodigalitas egestate, & senectute sanatur. Immo, & aliquando virilitate.*
45 *Auaritia incurabilis ex Aris. Crescit ætate, vt pecunia.*
46 *Monstrum est deficiente via, & vita, viaticum, & patrimonium augere.*
47 *Auaritia aliquando transire videtur ad hæredes.*
48 *Aliquando Prodigus succedit Auaro, vide versus.*
49 *Prodigus dare non potest, Auarus non vult.*
50 *An Mulier grauida, vel vacua, coitum magis appetat, remissiue.*
51 *Cicero dissentientibus Cæsare, & Pompeio dixit. A quo fugiam scio. Ad quem fugiam nescio*
52 *Auarus calcaribus, Prodigus freno eget.*
53 *Diuitię non sunt claudenda, nec reseranda, non abscondenda, nec iactanda, non effundenda, sed dispensanda.*
54 *Diuitiæ, nec reponendæ, nec exponendæ, et n. seq.*
55 *Pecunia sepeliri prohibetur.*
Auaro moriente eius Diuitiæ resurgunt, vide versus.
56 *Dementia est, nimium hæredibus procurare, & quare.*
Defunctus ploratur magis, quando minus relinquit, vide versus.
57 *Paupertas prodest, sed ab hoc prodesse liberet nos Deus, fallit hic, & nu. seq. vbi dici potest paupertatem hanc tribuat nobis Deus.*
58 *Diues paupertas quæ.*

1 PAupertatem suam simpliciter legans, seu
relinquens, licet Diues sit, dicitur relinquere, & legare totam suam hæreditatem quamuis opulentam *ad Tex in l. Lucius Titius 78 §. hæredũ ff. ad Trebell. ibi,* ex reditu paupertatis, quę ad vos peruenit, *& per illum Tex. Bald. in Rub. C. de verb. sig. in vlt. qu. nu. 8.* vbi quod verbum paupertas tunc significat Lucrum. *Ias. in l. si constante ff sol. matr. num. 152.* Vbi dicit quod illum Textum ad hoc ponderauit Bald. qui nihil ignorauit, quod tamẽ hyperbo-
2 licę dictum crede, quoniam ea, quę scimus sunt
pars minima eorum, quę ignoramus (*vt dixit D. Bonauent. in solilo.*) Vnde, & ego dicebam aliquando quod homo quamuis ad alios comparatiue doctissimus, absolutè tamen loquendo meretur magis nomen Ignorantis, quã scientis, quia plus est, quod ignorat, quã quod scit. Sed (vt vnde digressa est eo reuertatur oratio) conclusionem prædictam firmat etiam. *Cremẽsis sing. 23. incipit. Quidam doctissimus Cotta in suis memorialibus in V. paupertate legata. Mantica de Coniect. vlt. vol. lib. 9 tit. pr. n. 6. qui adducit Alciat. in l. 2. ff de verb. sig. nu. 13.* vbi quod vir etiam locuples paupertatem suam Titio relinquens, intelligitur sensisse de suis facultatibus vniuersis *Peregrin. de fideicom. art.*
3 *5. num. 5.* vbi quod fideicommissum paupertatis suæ dicitur vniuersale fideicommissum.
4 Confert ad conclusionem *tex. in l cogi. 16 ff. ad Trebell. ibi,* & si peculium meum testator dixerit, cogẽdus erit. De successione enim sua,
5 etiam hic rogauit. Peculium autem dicitur
pusillum patrimonium *Gl. in l. si quis Presbitero C. de Ep. & Cler. in V. peculia.*

Ratio conclusionis est communis vsus, vel abusus loquendi, quia plerique suum patrimonium, paupertatem suam appellant, *ad Tex. in d. l. Cogi. 16. ff ad Trebell. ibi,* quia plerique patrimonium suum, peculium dicunt, & tradit. *Pereg de fideicom. d. tit 5. num. 5.*

6 Ratio autem huius rationis, multiplex esse
potest. Prima sit, quia licet opes paupertati comparatę, diuitię dici possint, absolute tamẽ loquendo, diuitię huius sęculi non sunt verę diuitię, nec sunt diuitiæ simpliciter, sed secundũ quid. Vnde dicuntur substantiæ huius Mundi non substantię simpliciter, & sane non potest naturaliter, vel moraliter dici vera substantia, quæ tot subiacet accidentibus in acquirendo, conseruando, & amittendo, vt latius comprobaui infra *in hac ipsa parte pr quæst. quarta.*
7 Sicut eadem ratione bona stabilia in compa-
ratione mobilium sic appellari possunt, absolute tamen loquendo non dantur in hoc sæculo Bona Stabilia. *Vnde Sen. Ep. 15.* Si quid in illis esset solidi, aliquando implerent, *& Plut. de cons ad Apoll* Non est recte rationes rerum putãtis firmum aliquid in rebus instabilibus ponere (Et Petr. in triumpho Diuinit.) Ma poiche sotto il Ciel cosa non vidi stabile, & ferma, &c Quem licuit mihi referre, Latinis Italica communicendo, sicut aliquando commiscuit. *Thesaur. Decis. vlt et Medices de sepulc. q. 3. n. 10.*

Immo non solum non suut stabilia, sed instabilia, vt probant verba Plut. supra relata, & alia, quæ dixi *p. 3. de vanitate Diuitiarum.*
8 Et Principes ipsi, qui videntur alijs ditiores,
hoc in seculo sunt pauperiores, vel saltem indigentiores. *Vnde Sen. de Paupertate loquens in opus. quod in sapientem non cad. Iniuria,* Inquit miseriores sunt, illi enim exiguo, hi multo egent, & ad hoc vide quę dixi *p. 2. in V. Princeps.*
9 Accedat, quod Diuitiæ huius seculi compa-
ratæ, Cœlestibus, multo minus sunt Diuitiæ. Vnde *D. Gug. Hom. 37. in Euang.* Terrena substantia supernę fœlicitati comparata, pondus est, & non subsidium.
10 Et Terra ipsa Coelo comparata instar pun-
cti

dicitur ab Astrologis; Immo solares Radij per interpositam terram, ita pertingunt ad oppositas Stellas firmamenti, ac si terra omnino nihil esset. *Ita Bellar. in opusc. de Ascens. ment. in Deum c. 2.* Vnde, & merito, *Sen. Ep. 91.*

11 Alexander Magnus infelix ob hoc ipsum, quod intelligere debebat falsum se genere Cognomen, quis enim esse magnus in pusillo potest.

12 Econtra verò Religiosa Paupertas spiritualis æquiparatur summis Diuitijs. Vnde *D. Paul. 2. ad Cor. 6.* Sicut egentes, multos autem locupletantes, sicut nihil habentes, & omnia possidentes, *& Io. Apoc. 2.* Sciò Paupertatem tuam, sed Diues es, *& Pro. 13.* Est quasi Diues, cum nihil habeat, & in hoc etiam sensu verissimũ erit, quod cecinit, *Mart. lib. 11. Ep. 33.* Non est Paupertas Nestor habere nihil

Secunda ratio sit; quia forte testator Diuitias suas appellauit Paupertatem, vt eas celaret inuidiæ, *ad Tex. in l. 2. sub fin. C. quan. &*

13 *quibus quarta pars. deb. lib. 10. ibi*, Durum, & crudelitati proximum est ostentatione pompaque rerum familiarium, vel paupertatis detegere vilitatem, vel Inuidiæ exponere Diuitias. In quo vide quæ dixi latius parte tertia in Remedio Inuidiæ.

14 Tertia ratio, quia forte ex humilitate, & modestia sic locutus est Testator, quemadmodum aliquando aliqui scientiam propriam, Ignorantiam vocant, vt Socrates dicens. Hoc vnum scio, quod nihil scio, *& Catullus ibi*, Si qui mearum Ineptiarum Lectores eritis. Ita forte potest intelligi, *& illud Tibulli.* Me mea paupertas vitæ traducat inerti. Dum meus assiduo luceat Igne focus, &c. *Sic illud Thobiæ 5.* Baculum Senectutis nostræ tulisti, sufficiebat nobis Paupertas nostra, *& Paralip. 23.* ecce ego in paupertate mea præparaui Impensas Domus Domini.

15 Quarta ratio esse potest Auaritia, & Insaturabilitas, ex qua qui Diuites sunt se ipsos decipientes, se Pauperes putant, non respicientes, quod capiunt, sed quod cupiunt maiorem habentes famem, quam ventrẽ iuxta illud *Horat. lib. p. Ep. p.* Semper Auarus eget, *& Boet. de Consj. Phyloj. lib. 2. Metr. 2.* Nil iam parta vidẽtur, sed quæsita vorans sæua rapacitas, alios pandit hiatus, *& Mart. lib. 12. Ep. 10.* Habet Africanus millies, tamen captat, fortuna multis dat nimis, satis nulli. Vnde quod dixit *Horat. Ep. 2. ad Lollium.* Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet, paucis contingit. Immo dici potest contigit hoc nulli. Quilibet omne cupit, & vere moraliter loquendo non qui parum habet, sed qui plus cupit, Pauper est vt dixit *Sen. Ep. 2.* & Auaros esse Pauperes Latius infra comprobaui qu. 3.

Nec mirum, reperiri, qui cum sint Diuites se ipsos decipientes, se tamen Pauperes opinan-

16 tur, cum è contra reperiantur, qui cum sint Pauperes sibi blandientes, se tamẽ Diuites existimant esse, vnde incidunt in *Plutarchum de profectu morum ibi*, pecunia pressi dum per fastum Diuitibus se comparant, eo magis egent.

17 Vnde, & sæpe de facultatibus suis, amplius quã in ijs est sperant homines, vt dicitur *in §. infrandem Inst. Tit. quibus ex caus. man. non licet*; & sæpe contingit, *quod Martialis cecinit lib. 2. Ep. 79.*

Argenti libras marius tibi quinque reliquit,
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

18 Et sæpe etiam prædicatur *Tex. in l. Hæreditas 50. ff. de pet. hæredit. ibi*, Hæreditas sine vllo corpore Iuris intellectum habet, cum differat hæreditas à rebus, & corporibus hæreditarijs tanquam continens a contento, & immo sæpe detur Hæreditas non continens corpus aliquod hereditarium. Quamuis *Sen. 6. de Benef.* has esse acutas Iurisconsultorum ineptias dixerit subdens. Tanquam aliud quicquam sit hæreditas, quam quæ in hæreditate sunt.

19 Confert ad rem *Tex. in l. quærebatur 81. ff. ad l. Falc. ibi*, sed cum debitori liberatio relinquitur, ipse sibi soluendo videtur, & quod ad se attinet Diues est, quod inducitur ibi ad effectũ detractionis falcidiæ, & dixit *Alex. in ead. l. in 2. not.* quod quis sibi ipsi semper dicitur esse Diues, & soluendo.

20 Ratio prædictorum aduersantium errorum est, quoniam aliqui curant facultates, vt proprias, vtuntur, vt alienis, vt dixit *Bion. apud Manut. lib. 7. Apophe.* Immo Diuitijs non vtuntur. Aliqui vero abutuntur, *vt ex Aris. refert Plut. de Cupid. Diuit.*

21 Et alij quidem ita parcunt, vt semper victuri. Alij ita prodigunt, vt mox morituri, *vt ex ead. Aris. Manutius docet in Apophe.*

Quis autem eorum tolerabilius erret, esset Academica Quæstio inter Prodigalitatem, & Auaritiam.

22 Auaris primo fauere potest, quod Auaritia magis quam Prodigalitas hominibus insita sit a natura, *vt dixit Aris. lib. 4. moral. nicom. c. p. sub finem.*

23 Secundo quod peccant; Prodigi committendo, nam abutuntur, & dant, cui, & quãdo non debent, & contra modum, Auari autẽ regulariter peccant omittendo, quia non vtuntur, & non dant cum debent. *Vnde Mart.* carpens Auarum Clientem, qui se Podagra laborare dicebat.

24 Sed cum nihil das, hæc inquit Chyragra est *& Io. Eudomen. lib. vn. Ep. 80.*

Pontice Causidico nil porrigis, ista Chyragra est,
Ille pedẽ pro te non mouet hęc podagra est,
& prius Ep. 27.
Miraris Clause, quod sint tibi Iudicis Aures,

Cum

Cum tua Iudicibus non sit aperta manus.

25 Leuius autem est peccatum Omissionis, quā Commissionis, vt Rationibus, & Authoritatibus Iurisconsultorum, & Theologorum comprobat *Tiraq. de pan. temper. caus. 44. per tot.*

26 Tertio, quod Auaritia videtur vitium simplex, at Prodigalitas duplex vitium, Auarus enim regulariter est solum Auarus, nunquam etiam Prodigus, at è contra Prodigus est aliquando, & sæpe etiam Auarus, vt animaduer-

27 tit *Aris. 4. moral. nicomac. c. p.* Sæpe enim alijs eripit, quod alijs largiatur, vt loquitur *Tullius p. de off.* subdens quod nihil magis officio potest esse contrarium, cui accedit *Sen.*

28 *lib. p. de Clem. ibi,* Liberalis est non qui aliena largitur, sed qui quod alteri donat, sibi detrahit. Vnde, *& idem Sen. 2. de Benef.* Carpit

29 Alexandrum inquens quāto maioris animi fuisset Vrbes non rapere, quam spargere, *& Tacit. lib. 2. histor. c. 20.* carpit Antonium *ibi* strenuus manu, sermone promptus, raptor, largitor, *& Sen. 4. de Benef.* Malus inquit nullo vitio vacat, nec Audacem timoris absoluimus, nec Prodigum Auaritia liberamus, *& Tacit.*

30 *lib. 2. hist. c. 15.* Si Luxuriam temperaret, Auaritiam non timeret; vbi pro Luxuria prodigalitatem intellige, *vt in l. & Mulier. 15. ff. de Cur. Furios. iuxta gl. in V. luxuriose.*

31 Quarto Auaritia dummodo parcat alienis non prohibetur à Iure Ciuili, quo in suo facere, quicquid libet, licet etiam cum damno alterius dummodo non intendatur, *vt dixi in meis Decisionibus Ferrariensibus D. 46. n. p. & 9.*

32 Loquor de frequentiori Auaritia, quam asininam, & fornicariam diuitiarum cupiditatem vocat *Plutarchus in opusc. de cupid. Diuit.* Alia est enim vt ibid. per eumdem, Belluina, & Fera, quæ Calumniarias struit, hereditates inuadit, de qua postea dicam.

33 Prodigalitas vero prohibetur etiam de Iure Ciuili, *vt in Auth. de Consul. ibi,* Consuli Argentum spargere permittimus; Aurum solius Imperatoris est spernere, *& in l. vnic. C. nulli licere in frenis, & equestrib. Sellis Balteis Margaritas Smaragdos Hyacinthos habere ibi,* quod ad Imperatorium ornatū pertinet, non licet præparare sub colore offerendi Principi, pietas enim mea, dona huiusmodi nō expetit, nec Regium sibi offerri a priuatis cultum desiderat, *& in l. quoniam 12. C. de Curs. public. ibi,* quinquaginta libras auri Sella cum frenis non trāseat, & si quis moderaminis Imperatorij præscripta libramenta trāscenderit, eius Sella in frusta cedatur, *& in l. is cui bonis 6. ff. de verb.*

34 *oblig.* vbi Prodigo Curator datur, & ei Bonorum alienatio, & administratio interdicitur.

35 Ad idem *Tacit. lib. 3. an c. 9. ibi,* ædiles disseruerant sperni sumptuariam Legē, *& D. Bern. de consid. ad Eug. lib. 3. c. 11. ibi,* vestium luxus interdictus, sed non restrictus, & vide alia, quę dixi *p. 3. in remedio parsimoniæ.*

36 E contra vero prodigis fauet primo, quod prodigalitas dando, aliquibus prodest, Auaritia vero quando non solum tenax, sed fraudulenta est auferendo, pluribus nocet. *Aris. lib. 4. mor. Nicom. c. p.* Auarus enim non semper contentus est tenaci, & quasi asinina retentione, sed aliquando manus extendit ad vulpinam, seu fraudolentam, & ad Leoninam, seu violentam inuasionem, siue acquisitionē; *iuxta illud Aug. serm. 20. de Verbis Domini* Si in Ignem mittitur, qui non dedit rem propriā, vbi putas mit-

37 tendus, qui inuasit alienam? Si cum Diabolo ardet, qui nudum non vestiuit, vbi putas arsurus, qui expoliauit?

& Aris. in Libello de virtutibus, & vitijs tres esse dixit species Auaritię, scilicet turpem quęstum, Tenacitatem, Illiberalitatem.

38 Et Auaritia, vt opponitur Iustitiæ est mortale peccatum, licet non vt opponitur liberalitati, *vt docet D. Thom. 22. q. 118. art. 4.*

39 Secundo quod prodigalitas in se non videtur vitium, nam in dando excedere non mali, sed stolidi hominis est, *vt dixit Aris. d. lib. 4. moral. ad nicomac. c. p.* Quod si velis esse vitium, non negabis esse vitium virile, & omnino hominis esse, *vt ibi loquitur Aris.*

40 At Auaritia animum virilem effęminat *inq. Salust. de Conjur. Catil.* & est vitium muliebre *inq. Sen. quem refert, & D. Anton. in sum. Theol. p. 3. tit. p. c. 25.* & vide, quæ ad hoc dixi *p. 3 in remedio Auaritiæ.*

41 Tertio si vitium est prodigalitas, certe minus vitium videtur, quam Auaritia; quia minus distat a virtute liberalitatis, ad quam etiam facile reducitur, *vt docet D. Thom. 2. 2. q. 119. art. 3.*

42 Confert ratio, quod Auaritia non tangit virtutem, non peruenit ad virtutem. At Prodigalitas venit, & peruenit ad virtutem liberalitatis, licet non sistat, sed transeat, & licet

43 dici possit, quod venit, sed non peruenit, immo nec venit, quia non dicitur venisse, qui non stetit nec discessisse, qui statim redijt, *vt dixi D. 18. n. 9.*

44 Quarto prodigalitas est magis corrigibilis, nam *vt inquit D. Thom. 22. q. 119. art. 3.* egestate, & senectute sanatur. Immo sępe etiam iuuenes prodigi viri liberales euadunt cessante iuuenali calore, & facilitate, *vt loquitur tex. in leg. si maritus 15. §. Lex Iulia. ff. ad l. Iul. de Adult.*

45 Sed Auaritia, & Illiberalitas incurabilis est, *inquit Aris. lib. 4. moralium ad Nicom. cap. 5. sub finem.* Et Auaritia Iuuentutis crescit ętate sicut cresc t amor nummi quantum ipsa pecunia crescit, *vt euenit Satoricus Iuuenalis* licet sit quasi mostrum desitiente via augere viaticū,

&

46 & deficiente vita augere patrimonium, *et vide, quę dixi p. 3. in Rem. Auaritia.*
47 Et adde hic, quod aliquando videtur hoc vitiū ad hæredes tranſire, *vnde Plut. de Cupid. Diuit.* Auarorum filij antequam accipiant diuitias, complentur paterna Auaritia.
48 Licet contingat etiam aliquando contrarium, vt videlicet prodigus filius, patri auaro ſuccedat, vnde *Eccleſ. 2.* alius laborat, vt homini otioſo quæſita dimittat.

Et Ego aliquando cecini.

Vinaque geſtatis, ſed non guſtatis Aſelli.
Sic vos non vobis tam graue fertis onus.
Prodigus, & vobis hæres ſuccedit, Auari.
Sic vos non vobis multiplicatis opes.

Quid dicendum? Auarus Iudex forſan ad fauorem Prodigi pronunciaret, vt ab eo pinguiorem ſportulam conſequeretur, ſed forſan etiam omnino propina careret, quia ſæpe Prodigus dare non poteſt, Auarus non vult.
49 Ego huius quæſtionis Deciſionem relinquo Phyloſophis, & Accademicis, & ſi Iudex forem, neque Prodigis, neque Auaris auderem fauorabilem, & abſolutoriam proferre Sententiam, ſed libentius in vtroſque condemnatoriam dicerem, vt in ſimili elegantiſſime *Tiraq. de l. connub. Leg. 9.*
50 *gl. p. n. 128.* vbi in quæſtione illa. An Mulier grauida coitum magis appetat, an non grauida, poſt relatas pugnantes opiniones, ita ſubdit. Ego vt has in concordiam reducam, puto vtraſque, & prægnantes, & vacuas huius rei auidiſſimas eſſe, vt vix dignoſci queat vtræ auidiores ſint, vel di-
51 cerem, quod, Cæſare, & Pompeio diſſentientibus, dixit *Tullius apud Plut. in Apophr.* quem fu-
52 giam noui, ad quem fugiam non noui. Et auaro quidem ſi haberem, calcaria commodarem, Prodigo vero frenum adicerem, vt ille de liberalitatem perueniret, hic autem in ea ſiſteret dum peruenit.
53 Et ambos ante pugnantes conciliarem, vtriuſque menti inſigendo Aurea verba *Tull. 2. de off.* Nec ita claudenda eſt, res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeruanda, vt pateat omnibus, *et verba Senecę de vita Beata*, Phyloſophus opes, nec iactabit, nec abſcondet, Quicquid habebo, nec ſordide cuſtodiam, nec prodige ſpargam, & verba *D. Ambroſij de officijs relata in can. Dominus 86. D.* Dominus non vult ſimul opes effundi, ſed diſpenſari.
54 Et Ego dicam pecuniam, nec reponendam eſſe, nec exponendam, nam primum prohibet, *tex. in*
55 *l. 4. ff. de l. Iul. peculat. ibi,* pecunia mandatis principum ſepeliri prohibetur, *vnde Io. Eudomen. lib. 2. Ep. 13.* argutiſſime cecinit.

Mortuus eſt Tuſconus, opes de morte reſurgunt
In cumulo, vt tumulo, quæ iacuere diu.

Secundum vero in verbis prohibere videtur, *tex. in l. 2. ſub fin. C. quando, et quib. quar. pars deb. lib. 10. ibi,* vel Inuidiæ exponere Diuitias.

Sed qui pecuniam, publice, ac prodige exponeret, non ſolum Inuidiæ, ſed Auaritiæ exponeret, & ſic non ſolis muribus, ſed furibus miniſtraret.

Vltimo ad ornatum materiæ, primæ Conclu-
56 ſionis, nota hic, quod dixit *Sen. Ep. 123. quę eſt pen. ad Lucill.* quanta Dementia eſt, hæredi ſuo procurare, vt tibi ex amico inimicum magna faciat hæreditas, plus enim tua morte gaudebit, quo plus accepit, *vnde, et Mart. lib. 6. Ep. 63.*

Hiccine deflebit vero mea fata dolore?
Si vis, vt plores, des Mariane nihil.

Et Eccleſ. 2. Deteſtatus ſum induſtriam, qua laboraui habiturus hæredem, quem ignoro, an ſtultus, vel ſapiens futurus ſit, *et ibid.* Alius laborat, vt homini otioſo (tu dic aliquando vitioſo) quæſita dimittat, & eſt quicquam tam vanum?

Nota etiam, quod licet Cyn. quem retuli, cum
57 alijs p. 2. non male dixerit, Paupertas prodeſt, ſed ab hoc prodeſſe liberet nos Deus, in paupertate tamen de qua hic locuti ſumus, dici forte poterit, hanc paupertatem tribuat nobis Deus.
58 Adde quod datur etiam alia paupertas Diues, *vnde D. Petr. Criſol. ſerm. p.* eſt apud patrem, inquit Paupertas Diues, & dici poteſt etiam Diues Paupertas Religioſa, *vnde D. Paul. 2. Cor. 6.* ſicut egentes, multos autem loquepletantes, *et D. Leo ſerm. 4. in Quadrageſ.* ſemper Diues eſt Chriſtiana paupertas, quia plus eſt, quod habet, quam quod non habet.

QVAESTIO TERTIA.

Quot, et quæ ſint Pauperum ſpecies.

SVMMARIVM.

1 *Pauper dicitur, qui non habet in Bonis quinquaginta aureos.*
2 *Aurei valor quantus ſit.*
3 *Habens quinquaginta Coronatos, non dicitur Diues, niſi quando agitur de modico præiuditio, vt n. 4. vel ſumus in ruſtico, aut ſimili vt n. 5.*
6 *Pauper etiam dicitur, qui non habet in Bonis centum aureos, ſed vide ibi.*
7 *Habens ſupra centum aureos, dicitur Diues, quando agitur de modico pręiuditio.*
8 *Dicitur aliquando Pauper etiam, qui vltra mille aureos habet.*
9 *Non decet ſtipendiarios, et vxores artificum, ſericis, vti ex D. Antonin.*
10 *Nobilis habens tantum mille, dicitur Pauper, Ruſticus, etiam minus habens, dicitur Diues.*
11 *Pauper dicitur, non habens vnde ſe alat, & qui hoſtiatim quęrere victum, vel ſuffragia cogitur, vt nu. 12.*
13 *Pauper non eſt, cui ad vitam ſuſtentandam, neceſſa-*

via non desunt, & cui rerum suppetit vsus.

14 Secundum naturam viuens, nunquam pauper, secundum opinionem, nunquam Diuet.

Rerum ad vitam tolerandã sufficientiã, nemo pauper.

15 Professus in Religione mendicantium, dicitur pauper, presertim quando monasterium eget.

16 Fratres minores, dicuntur in arctissima paupertate constituti, & fundati.

17 Et Clerici Regulares, qui nec habent, nec possunt.

18 Proprietatem abdicantes non sunt homicidæ sui, nec tentatores Dei, & quare.

19 Ecclesia dicitur pauper non habens sufficientia ministris, vel indigens ędificio, & ornamento, vt n. 20.

21 Pauper dicitur, decentus, in hospitali, immo extreme pauper.

22 Hospitalia dicuntur ipsę miserabiles personę, quę ibi detinentur, & non differunt nisi vt Ciuitates a Ciuibus.

23 Hospitalia priuata non gaudent generaliter priuilegijs hospitalium, sed de relictis ad eorum fauorem, non detrahatur falcidia, nec Trebellianica, vt nu. 24.

25 Qui tenetur aliquem alere, liberatur si eum recipi faciat in hospitali, inspecta tamen qualitate personę, vt n. 26.

27 Relictu pauperibus concurrentibus ad domum Testatoris, possunt saltem ad tempus Hospitalibus applicari.

28 Pauper dicitur cuius facultates non sufficiunt ad soluendum certum debitum, vel generaliter ad soluendu debita vt n. 29. & qui non pot. soluere, nisi necessariam Domum vendat n. 30.

31 Pauper dicitur, qui superesse non potest oneri sibi iniuncto.

32 Paupertas metienda est habito respectu ad id, de quo agitur.

33 Debitores possunt lato modo pauperes dici, etiam quãdo soluere possunt, vide ibi.

34 Quando quis dicatur ad Inopiam vergere, & male vti substantia sua, rem ssiue.

35 Pauper non fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio deponit.

36 Pauper an et quando dicatur, qui non habet in Bonis, quanti est cuulu in qua testificari debet.

37 Tutor dicitur pauper, minus habens in Bonis, quam Pupill[illegible].

38 Fideiussor dicitur pauper non habent in Bonis, quantum valet causa, pro qua fideiubit.

39 Filiusfam. dicitur, et presumitur pauper, agens contra Patrem. Alias non dicitur pauper Filius habeas Patrem Diuitem, nec econtra dicitur Pater pauper habens Filium Diuitem n. 40.

41 Non potest dici pauper, qui volens vti iure suo, potest esse non pauper.

42 Pauper dicitur, qui non potest viuere, nisi de suo quotidiano labore, immo Inops 43. declara, vt ibi, et vide contra n. 45. et seq vsq; ad 50.

44 Legatum relictum pauperibus puellis, pot. etiam applicari viuentibus ex suo labore.

45 Idem reputatur habere bona, vel artem.

46 Habens artem, ex qua viuere possit non gaudet beneficio ne connumeratur vltra posse, nec Alimentis legalibus.

Non dicitur pauper, qui potest sibi victum quærere famulando, vel operando.

47 Filius artificis industrius non dicitur pauper.

48 Habens artem dicitur esse soluendo.

49 An Artifex dicatur pauper, distingue vt ibi.

50 Clericus dicitur pauper si non pot. nisi artificio viuere, idem in puellis n. 51.

52 Pauper dicitur qui non potest viuere secundum suam dignitatem, & eius filię sunt capaces elemosinarum Dotalium 53.

54 Dicitur miserabilis, puella, quæ non potest inuenire sibi maritum conditione parem.

55 Nobilis ad decentiam indigens, potest sibi tanquam pauper incerta reli[illegible]tre, & est capax pauperibus relictorum vt n. 56.

57 Pauperi nobili magis est succurendum.

58 Nobilis dicitur pauper de eo de quo Rusticus dicitur Diues.

59 Rusticus, porcellum tanquam oculum, & plus quam oculum facit.

Bos pro seruo, pauperi est.

60 Nobilis non debet vesci cibis Rusticanis, quod nimis seruatur vt ibi.

61 Est veniale peccatum, pauperi delitiosa cibaria dare, sed in hoc pauci peccant.

62 Diuites vtantur superfluis, dent inopibus necessaria vide versus.

63 Infantes expositi, sunt pauperes, & miserabiles, & gaudent priuilegio fori, & sunt alijs miserabiliores

64 Infantes expositi an præsumuntur legitimi, & promoueri possint ad Sac. Ordines, Moyses fuit expositus.

65 Ad quem spectet onus alendi Infantes expositos, vide versus.

66 An Hosp tale succedat exposit[illegible].

67 Filios exponentes nisi sint pauperes, tenentur hospitali subministrare expensas.

68 Peccatum filios exponentium, solet esse reseruatum Episcopis.

69 Pater Filium exponens causa misericordię, quem non habet, dicitur illum necare, & punitur sicut & Dominus seruum exponens.

70 Pater exponens filium, priuatur ipso iure patria potestate, quo ad ciuilia.

71 Maxime pius est locus infantium expositorum, cum sint pauperes innocentes, & omnino impotentes.

72 Furiosi dicuntur pauperes, & pro eis acta, debent esse gratuita.

73 Quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito.

74 Furiosi de numero viuorum videntur exire, antequam moriantur, magis, quam ignaui, immo deplorabiliores videntur, quam mortui.

75 Dementia videtur paupertas maxima vide ibi.

Pecunia Stulto non solum non prodest, sed obest.

76 Stulti, & Furiosi sunt miserabiles, & eorum priuilegijs

legijs gaudent.
77 Peregrini dicuntur miserabiles, & gaudent priuilegio fori, & eorum causa sunt Summaria.
78 Scholares dicuntur miserabilis, & gaudent priuilegio fori.
79 Orphanus dicitur miserabilis, & gaudet priuilegio fori, & Aduocato pauperum. Et proprie dicitur qui caret Patre, Matre, & Tutore.
80 Captus ab hostibus dicitur miserabilis, & gaudet priuilegio fori. Et Legatum pro redemptione captiuorum, dicitur maxime pium.
81 Moniales dicuntur miserabiles.
82 Iudea ad fidem de nouo conuersa, dicitur miserabilis.
83 Conseruatorium puellarum secularium, tanquam pius locus gaudet priuilegio fori.
84 Seminarium puerorum gaudet priuilegio fori, & in multis æquiparatur Monasterio.
85 Pauper quis dicatur relinquitur arbitrio Iudicis. Sic etiam Miserabilis quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis n. 86. etiam quando agitur de magno præiudicio n. 87. Intellige extra casus à Iure decisos n. 88.
89 Leges non possunt omnes casus comprehendere.
90 Lex eo profectior dicitur quo minus relinquit Iudicantis Arbitrio.
91 Quando de paupertate agitur respectu certi effectus requiritur talis, quæ sit ad illum correspectiua, & cessat arbitrium.
92 Arbitrium Iudicis in iudicanda paupertate, Regulari debet ex qualitate personarum.
93 Arbitrium in dubio intelligitur Regulatum, & non liberum, licet tribuat facultatem, æquitatem rigori præferendi quando tribuitur Iudici habenti facultatem procedendi prout de Iure.
94 Potestas Absoluta an detur in Principe.
95 Arbitrium liberum in Iudice non videtur dari.
96 Casus qui dicuntur pro Amico, sunt casus pro inimico.
97 Auari non sunt vere Diuites, Diuitem esse in ptendo consistit.
98 Diues est, qui nihil cupit.
Auari dari possunt pauperes, pauper est, non qui parum habet, sed qui plus cupit.
99 Semper Auarus eget, & omnibus eget, vt n. 101.
100 Auaritia est inordinatus amor habendi.
101 Auaritia ipsa, pauper dicitur, egestas, & miseria.
102 Auari dicuntur Inopes, vide versus, Alciat, & Authoris, in quibus Auari Asinis æquiparantur.
103 Auari dicuntur miserabiles, & eos gaudere priuilegio fori sensit Nouarius.
104 Auari videntur miseri magis, quam miserabiles.
Communius vsus, immo & abusus loquendi præualet proprietati sermonis.
105 Auaro an, & quando debeatur elemosina.
106 Peccatores dicuntur pauperes.
107 Peccator est pauper Cæcus, & Caco deterior, qui errat sine duce, vel cum Cæco duce, & est deplorabilior, quam mortuus, & est non solum Pauper, sed inops 108.
109 Peccatores ex diuitibus facile pauperes fiunt, vide versus.
Nihil est Infelicius, felicitate peccantium.
110 Peccatores licet alias Diuites, miseri tamen sunt, sicut econtra vir bonus nunquam miser.
Peccatoribus debetur tanquam misero misericordia, & duplex elemosina, de qua ibi, & tertia de qua n. 114.
111 Alij sunt pauperes Diaboli, alij pauperes Christi, & pauperes Dei.
112 Peccator non dicitur miserabilis ad hoc, vt gaudeat priuilegijs miserabilium.
113 Meretrix reputatur miserabilis persona, & gaudet priuilegio fori secundum aliquos.
115 Pauper dicitur, qui solus est, & vnicus. Solus non habet subleuantem.
116 Non est bonum, Hominem esse solum. Homo dicitur, Animal sociabile, sed nullum minus. Dicitur etiam Animal mutabile.
117 Deus solus, sed non solitarius.
118 Conueniebat Deum communicari humanæ naturæ, licet non conueniret humana naturæ vniri Deo, Deus dicitur humanatus non homo Deificatus.
119 Qui secum loquitur, caueat, ne cum homine malo loquatur.
120 Pœna eorum, qui deserta Ciuitate solitudines captant.
121 Beatus non debet constitui solitarius ex Arist.
122 Qui solus est, videtur minus pauper.
123 Nemo vnum esse se cogitat, quilibet tamen vnicum esse se putat.
124 Solus non est cum quo virtus habitat isque magis consolatur cum solus est, & ex solitudine non sollicitudinem, sed solatium capit.
125 Sapienti non sunt dulciora colloquia, quam solilequia is secum viuere, & loqui potest, & in otio de negotio cogitare.
126 Voluptas magna, quæ capitur ex seipso ab eo, qui est se ipso contentus.
127 Solitudo tuta est sapienti, & perfecto, non autem incipienti, ac minus insipienti. Odium turbæ sanat solitudo, tædium solitudinis turba.
128 Miser videtur, qui seruit, immo miserrimus ex Sen. Diues prandet cum vult, Pauper cum potest.
129 Palatinorum peculium priuilegiatum, vt Castrense cum illi non sint alieni à labore Castrorum.
130 Libertas inæstimabilis est, vel infinita est eius æstimatio, vide versus.
Seruitus Durior morte.
131 Dicta de seruis idest mancipijs, trahenda non sunt ad famulos, & familiares, quorum videtur aliquibus suaue Iugum.
132 Seruos non habemus hostes, sed facimus. Ad hoc ibi vide moralia.
133 Miserabilis est, qui seruit ex necessitate, sed qui ex auiditate miser est, at non miserabilis.
Possessio quasi pedum positio. Aliqui volunt esse Dominus, & possessores.

1 Qvamuis in genere dictum sit supra, quis dicatur Pauper, & Inops, pro maiori tamen eiul-

eiusdem rei declaratione, descendemus ad pauperum species. Et quamuis *Plut. de Cup. Diuit.* dixerit, Rerum ad vitam tolerandam sufficientiũ, nemo est pauper, illud tamen morale est, Legaliter autem loquendo.

1 Primo pauper dicitur, qui non habet in bonis quinquaginta Aureos, *l. nonnulli 10 ff. de Accusat. ibi.* nonnulli ptopter paupertatem, vt sunt qui minus, quam quinquaginta Aureos habent, *gl. in Auth. de Hared. & Falc. in prin. Bart. in d. l. qui accusare in p. not. ff. de Accusat. Ias. in l. si constante nu. 144. ff. sol. matr. Corset. in Repert. ad Abb. in V. Pauper Ruin. Cons. 139. nu. 6. lib 4. Natta cons. 666. nu. 3. Bursat. cons. 216. nu. 91. lib. 2. Mascard. de prob. concl. 1155. n. 26. vol. 3.* vbi quod ab accusando, & testificando repellitur, *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 65. nu. 3. Marchesan. de Comm ff. p. 2. cap. 4. n. 24.* vbi loquitur ad effectum ne causa pauperis auocetur a loco Domicilij ipsius pauperis.

2 Declara vt *tex. in dicta l.* nonnulli intelligatur de aureis, quorum septuaginta duo, constituunt vnam libram auri, *Ruin. in cons. 139. n. 6. lib. 4.* In quo tamen vide *Couar. de veteri numismate cap. 3. §. p. & 2. vbi in §. p. n. p.* probat aureum esse sextam vnciæ partem, *& vide tex. in §. sed nostra Inst. de succes. libert.* vbi pro mille sestertijs vnus aureus computatur, *& vide Alciat. lib. 12. Paregon. Iuris cap. 11. & Menoch. de Arbitr. d. Cas. 65. n 4.*

3 Declara 1. quod licet iudicetur pauper non habens in bonis quinquaginta coronatos, non tamẽ, qui eos habet dicendus est Diues, *Ita Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2 cas. 65. n. 3.* Nec mirum, quoniam inter Pauperem, & Diuitem, datur medium vt comprobauimus *infra q. 5. sub fin.*

4 Subdeclara, vt quando agitur de modico præiudicio, habens supra quinquaginta aureos reputetur Diues. *Ita Mascard. de prob. lib. p. Conclus. 526. n. 11.*

5 Et quod aliquando dici possit Diues, qui habet tantum quinquaginta aureos in bonis attenta eius qualitate, vt quia Rusticus sit, vel valde humilis conditionis, *tradit Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 65. quem seq. Ciriacus controu. 102. n. 11.*

6 Ampliatur primo, vt Pauper dicatur etiam, qui non habet in bonis centum aureos, *ad tex. in §. sed nostra inst. tit. de success. libert. ibi,* si liberti minores centenarijs sint idest minus centum aureis habeant, nullum locum habeat patronus in eorum successione, si testamentum fecerint, *iuncto antecedenti §. postea vero ibi,* Ad aucta sunt iura patronorum, qui loqupletiores libertos habebant *gl. in § fin. in V. Pauper in Auth. de exhib. reis Ias. in l. si constante n. 144. ff. sol. matr. Honded. cons. 93. n. 3. lib. p. Mascard. de Prob. lib. p. concl. 526. n. 16. Medices in opusc. Mors omnia soluit p. p. n. 102.*

Contrarium tamen videtur sensisse. *Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cas 65. n. 4.* vbi quod *tex. in §.* sed nostra, ad rem nostram non facit, quia Iustinianus ibi non iudicauit Diuitem, vel pauperem habentem, vel non habentem centum aureos.

7 Supposita tamen pro vera, communi ampliatione, illam, amplia, vt habens in bonis supra centum aureos, dicatur Diues, quando agitur de modico præiudicio, *Ita Mascard. de prob. lib. p. concl. 526. n. 10. & 11.*

8 Ampliatur secundo prima conclusio, vt pauper etiam dici possit, qui solum mille aureos habet in bonis, *Bart. in l. si constante n. 14. ff. sol. matrim. Socin. cons. 30. n. p. lib. 4. Berou. cons. 120. n. 15. lib. p. Natta cons. 605. n. 12. lib. 3. Pedros. cons. 8. n. 153. Surd. de Alim. tit. 9. q. 37. nu. 3.* Vbi subdit hęc verba, quod si eo tempore redditus aureorum mille non sufficiebant, quando erant omnia vilia, multo minus sufficiet nunc, quod ad ea tempora deuenimus, quibus omnium rerum pretium creuit. & ex communi vsu (tu dic Abusu) plura ad vsum, & ornatum desiderantur, quam prædictis temporibus consueuisset.

Cui addo ego *D. Antoninum in sum. Theol. p. 3. tit. 8. c. 4. §. 5. in Rub. de Serificis seu Setarolis,* vbi sic ait. Hæc Ars honorabilis est in humana

9 Ciuilitate, & quamuis de se non illicita, tamen deseruiens vanitati in multis, nam sericis vtuntur hodie etiam stipendiarij, & Vxores Artificum, quod est satis indecens.

10 Declara, vt hoc procedat inspecta qualitate personarum, quoniã vnus Miles, vel nobilis homo habens mille in bonis, est pauper, vnus Rusticus, minus habens, est Diues, *Ita Iac. Butreg. in Auth. preterea, C. vnde vir, & vx. Bart. in l. si constante in 2. q. p p. principalis Natta cons. 605. n. 12. lib. 3.*

11 Secundo pauper dicitur, qui non habet vnde se alat, *Crau. cons. 199. n. 5. & seq. lib. p. Mascard. de prob. lib. 3. concl. 1154. nu. 35. facit tex. in l. si quis ad declin. 37. C. de Ep. & Cler. ibi,* pauperibus, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione indigentibus, pecunię distribuantur.

12 Vnde & pauper dicitur, qui pro vita sustentanda elemosinas quærit, *ad tex. in d. l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. Ang. in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui sat. cog. Ias. in l. si constante n 146. ff. sol. matr. Mascard. de prob. lib. 3. Concl. 1154. n. 17. Medices in opusc. mors omnia soluit p. p. n. 103. Rota in Perusina Dotis De 250. n. 4. p. 4. diuers.*

Confert *Ps. 39.* ego autem mendicus sum, & pauper, & quod dixi latius, *p. 2. in V. mendicare,* & adde hic obiter, quod si pauper est, qui vadit hostiatim victum quærendo, *vt loquitur Ias. d. n. 146. & Rota in d. Perusina,* poterit etiam aliquãdo pauper dici, qui opus habet mendicare suffragia populi, vel Collegij, saltẽ si nõ habeat aliunde.

13 Infertur ex conclusione. quod pauper non dicitur, cui ad vitam necessaria non desunt, *gl. in l. maritũ in V. post ff. sol. matr. Luc. de pen. in Rubric.*

C. de

C. de mend. valid. lib. 10. Benincas. de Paupert. q. p. n. 42. Magon. decis. lucens. 26. n. 24.

14 Probat, *Horat. lib. p. Ep. 12.* Depone quærelas, pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus, Immo plus dixit *Sen. Ep. 16.* si ad naturam viues nunquam eris pauper, si ad opinionem, nunquam Diues, inquit Epicurus, exiguum natura desiderat, Opinio immensum, & adhuc plus dixit, *Plut. de cupid. diuit.* rerum ad vitam tolerandam sufficientium, nemo est pauper.

15 Sic dicitur pauper, professus in Religione mēdicantium, *ad tex. in can. non dicatis 12. q. p. & in c. cum ad Monasteriū 6. de St. Monach. & in Auth. Ingressi C. de Sac. Eccles. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 7. n. p. & 2. Burat. in Rom. hæredit. de Cusidis D. 256. n. 8. vbi tamen n. 9.* id videtur intelligere, quando Monasterium est inops, & ex elemosinis non potest professum sustentare.

16 Et in specie, quod fratres minores dicantur in arctissima paupertate constituti, *dixit Bart. in tract. minori earum nn. 21. & 39.* vbi quod vita fratrum minorū fundata est in arctissima paupertate.

17 Sed fortasse maior est paupertas, quam profitentur RR. Clerici Regulares, qui nec elemosinas quærunt, sed à Diuina Prouidentia expectant longe perfectius, quam Phylosophus ille Demetrius Cinicus, qui contra omnia naturæ desideria pugnans, interdixit sibi habere, interdixit, & poscere, *vt refert Sen. in opusc. de vita Beata.*

18 Fratres autem omnem à se proprietatem abdicantes non sunt tentatores Dei, nec homicidæ sui, quia si nunquam deficiet fides Ecclesiæ ex Euang. nec Elemosina deficiet. Quod si cuncta deficerent, iure poli ab omni lege extrema necessitas est exempta, *ita loquitur tex. in Clem. exijt, qui seminat de verb. sign.*

19 Sic, & pauper dicitur Ecclesia, quæ non habet Alimenta commode sufficientia eius ministris, & inseruientibus, *Bald. in cap. ad aures nu. 7. de Rescript. Surd. de Alim. tit. 7. q. 32. n. 3.* vbi quod Ecclesia dicitur indigere quādo indigēt eius ministri.

20 Et pauperum appellatione veniunt Xenodochia, Monasteria indigentia luminaribus, ornamentis, ædificijs, & similibus, *Nauar. in man. cap. 17. n. 92.*

21 Tertio pauper dicitur immo in eximia paupertate constitutus, qui stat in Hospitali, *ad tex. in l. si quis ad declinandam 37. C. de Episc. & Cler. ibi*, quis enim pauperior, quam ij, qui inopia tenti sunt, & in Xenone repositi, &c. *gl. in d. l. si quis ad declinandam, & in l. si constante ff. sol. matr. Bal. in ead. l. si quis ad declinandam Alex. ad Bart. in l. qui accusare n. 2. C. de eden. Jas. in d. l. si constante n. 146.* vbi quod dicitur esse in extrema paupertate *Medices in opusculo Mors omnia soluit p. p. n. 103.*

22 Et Hospitale non est aliud, quam ipsæ miserabiles personæ in eo contentæ, nempe pauperes infirmi, & pupilli qui in eo refouentur, *Bald. cons. 377. n. 2. & 3. lib. 3. Nonarius de elect. for. sect. 2. q. 54. n. 2.* vbi quod dictarum personarum fauore, hospitalibus priuilegia conceduntur.

23 Et quamuis Hospitalia, quæ nobiles habent. Si tamen hodie habent in suis Palatijs non gaudeant generaliter Priuilegijs Hospitalium, *l. Orphanotrophos vbi Bald. C. de Epis. & Cler. Corf. in suis sing. in V. Hospitale.*

24 Attamen de relicto huiusmodi Hospitalibus, non detrahitur falcidia, nec Trebellianica *Castrens. cons. 255. Andr. in c. Raynutius de Testam. Corsett. in allegato singulariin V. Hospitale.*

25 Nota hic, quod qui tenetur aliquem alere, liberatur si faciat eum recipi in Hospitali, *Bald. in l. p. §. sed scimus per illum tex. C. de lat. lib. tollen. Marsilius sing. 420. incipit extat. Inris regula,* vbi inducit ad id regulam, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.

26 Declara hoc notabile, vt itelligatur, & sit verum, quando persona Alimentanda est talis, quę sine dedecore possit habitare in hospitali, alias secus, *Ita Bald. in d. l. p. §. sed scimus C. de lat. lib. toll. Marsil. d. sing. 420.*

27 Nota etiam, quod legata facta pauperibus concurrentibus ad Domum Testatoris. possent per exequutores saltem ad tempus distribui Orphanotrophio, in quo aluntur miserabiles personæ, si quidem finalis causa Legati, est Adiumentum Pauperum, & maior ratio militat in pauperibus, & miserabilibus infirmis, qui in tali Orphanotrophio detinentur. Ita probat, & in facti contingentia consuluisse, refert *Nonarius in praxi priuil. miserab. person. priuil. 71. n. 10.*

28 Quarto pauper dicitur is, cuius facultates non sufficiunt ad soluendum certum debitum, cuius respectu contenditur, *l. si constante 25. ff. sol. matr. ibi, Mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere §. sed aeque Auth. de fideiuss. Ias. in d. l. si constante n. 145. ff. sol. matr. Maseard. de prob. lib. 3. Concl. 1150. n. 13. & post Fabran. Ang. Alex. Idē Mascard. eod. lib. 3. de prob. Concl. 1154. nn. 16. Afflict. D. 179. n. 3. Burat. in Romana Grani D. 41. n. 5.*

29 Et generaliter, pauper dicitur is, cuius facultates ad debita soluenda non sufficiunt. *Bald. in Auth. praeterea C. vnde vir, & vxor Medices in opusc. mors omn. sol. p. p. n. 103. Rota in nouissimis D. 48. p. 2. quam sic refert Riccius in Collectan. D. 1906. & est Portuen. restitutionis in integrum D. 48. n. 3. & 4. p. 2. diuersorum.*

30 Amplia, vt pauper dicatur, qui non potest soluere, nisi ponat manum ad vendendam Domum, sibi necessariam ad habitandum, *Bald. in l. in fundo per illum tex. in Additione n. p. ff. de rei vendic.* vbi dicit ex tex. Colligi alium modum probandæ paupertatis.

31 Accedat hic, quod pauper dicitur, qui superesse non potest oneri, sibi iniuncto, *§. sed. & propter paupertatem instit. de excus. tut. l. paupertas 9. ff.*

9. ff. eod. tit. et vtrobique gl. in V. Imparem Ias. in l. si constante n. 145 ff. sol matr. Medices in opusc. mors omn. sol. p. p. n. 103.

32 Et generaliter quando agitur de paupertate respectiue ad aliquid, semper metimur paupertatem respectiue ad illud, *Ias. in l. si constante n. 45. vers. sicut etiam ff. sol. matr. Ab. cons. 69. nu. 6. Rota in d. Portuen. restitutionis in integrum D. 48. n. 4. p. 2. diuers.*

33 Amplia, vt debitores lato modo dici possint Pauperes, etiam si eorum facultates ad debita soluenda sufficiant, *Vnde Sen. Ep. 87.* Pauper inquit est, quia debet, nisi Iudices interesse, an quis ab homine, vel à fortuna mutuum acceperit, sed in hoc sensu, quo ditiores homines, eo pauperiores erunt, & hæc quoq; videbitur exoptabilis paupertas, sed ad hoc vide, quæ dixi de ære alieno.

34 Quando autem dicatur, quis vergere ad inopiam, & male vti substantia sua, *docent Bart. Ias. et DD. in l. si constante ff sol. matr.*

35 Adde hic, quod pauperior non fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deponit, *l. si sponsus 5. §. maritus ff. de Don. inter vir, et vxor.*

36 Quinto pauper dicitur, qui non habet in Bonis quanti est causa ad effectum ferendi testimonij. *Fuit hoc originale D. Cla gl. in §. si vero absunt in V. substantiã Auth. de heredib. et Falc gl. in c. prohibẽtur 2. q. p. Corsett. in Rep. ad Abb. in V. Pauper Roman in l. 2. in princ. ff. qui sat. cog. Ang. in §. Hinc nobis Auth. de hered. & Falcid. Alex. cons. 15. lib. 3. Natta. cons. 666. n. 3. Ruin. cons. 149. n. 32 Gabriel. concl. 18. n. p. de testib. & post Felin. Grat. Anan, & alios Mascard. de prob. vol. 3. concl. 1154. n. 43.*

Sed contra d. glosam sensisse videntur, *Ias. in l. si constante ff. sol. matr. n 155.* quod d. glosam licet communiter approbatam non putat esse veram, nisi vt ibi per eum, *Dec. cons. 162. n. 7. lib. p.* vbi quod si vera esset d. glosa, fere omnes Rustici repellerentur a testimonio, *& post Cror. & Rip. Couar. Var. Resol. lib. 2. C. 6. n. 8.* vbi dictam glosam dicit esse falsam, licet eam plerique passim nimijs præconijs extollant.

Concorda, vt d. glosa sit vera, non ad effectum repellendi pauperem à testimonio, sed ad effectũ præferendi Diuitem cæteris paribus, arbitrio tamen Iudicijs, *Ita videtur esse de mente Ias. in d. l. si constante n. 156. & Decij d. cons. 162. nu. 7. et Couar. d. c. 6. Var. n. 8. et Mascard. de prob. concl. 1154. n° 44.*

37 Amplia, vt Tutor dicatur Pauper, qui non habeat tantum in Bonis, quantum habet Pupillus, cui designatus est Tutor, *Ita gl. in d. §. si vero absunt Auth. de Hered. et Falc. et in §. sed, et propter paupertatem inst. tit. de excus. tut. et in l. paupertas ff. eod. Ias. in d. l. si constante n. 154. ff. sol. mat.*

38 Amplia, vt etiã fideiussor de iudicio Sisti, vel alius dicatur pauper, qui non habeat tantum in Bonis immobilibus, quantum ascendat ad valorem causæ, pro qua intercedit, *gl. & Rom. in l. 2. in pr. ff qui sat. cog. Ias. in d. l. si constante n. 154. ff. sol. matrim.*

39 Sexto Pauper dicitur, & præsumitur filius fam. *Ita sensit Rota contra Castrensem in Colonien. Alimentorum D. 499. n. 3. p. p. diuers. coram Oradino, & in Rom. Hereditat. de Cusinis D. 756. n. 7. coram Buratto Ferentill. ad eumdem Buratt. in Foroliuien. dotis D. 906. n. 11.* vbi quod regulare est, quod filio agenti contra Patrem debeantur Alimenta, etiam non docto de Paupertate, quia dicitur habere pro se fundatam intentionem donec probetur contrarium, *ad tex. in leg. si quis à liberis 5. §. idem Iuris vbi DD. & in l. si neget 7. ff. de lib. agnoscen. cum alijs, de quib. ibi per eum.*

40 Declara, quia ad alios effectus non dicitur Pauper Filius, qui habet Patrem Diuitem, sicut, nec Pater habens Filium Diuitem, *Caualcan. de Vsufruct. mul. n. 226. fol. 759. Surd. de Alim. tit. p. q. 25. n. 12.*

41 Confert ad hoc Ratio, quia non potest dici Pauper, qui si vult vti iure suo, potest esse Diues, vel saltem non Pauper, *Rota in vna Rom. pecuniaria de Crescentijs coram Manzanedo, quam citas, & seq. coram Caualleriom alia Rom. pecuniaria D. 554. nu. 5.*

42 Septimo Pauper dicitur, qui non potest viuere, nisi de suo quotidiano labore, *Bald. per tex. & gl. ibi in l. paupertas 9. ff. de excus. Tut. sub initium Ias. in l. si constante n. 151. ff. sol. matr. Campeg. de testibus Reg. 401. vers. 2. Rim. Sen. cons. 529. n. 11. lib. 3. Crauetta cons. 199. n. 5. & seq. lib. p.*

Conferunt verba, *Ps. 87.* Pauper sum ego, & in laboribus à Iuuentute mea. Et quod pauper dicatur, qui manibus quotidianum victum quærere cogitur, *Dixit Rota in nucerina hereditatis vlt. Ian. 1597. coram Litta, quam refert Riccius Collectan. 1906. & est D. 409. p. 4. Diuers.* Dic tu idem si pedibus.

43 Immo quod viuentes ex proprio artificio, dici possint Inopes, *Docet Ab. dicens notandum, & menti tenendum, in c. super n. 4. de voto,* & bene probare videtur, ibi textus appellans Inopes Artifices, qui possunt de laboribus suis sibi quærere necessaria, licet non dicantur Inopes ad effectum de quo ibi scilicet excusandi à voto si possint Terræ Santæ subsidia ministrare ex prædictis laboribus, vt ibi dicitur, *Idem sentit Ias. in l. si constante ff. sol. matr. n. 147. vbi dicit ad rem facere tex. cum gl. in d. l. paupertas 9. ff. de excus. tut. Crauett. cons. 199. n. 7. & 8. lib. p. Natta cons. 166. n. 3.*

44 Infertur ex Conclusione prædicta, quod legatum relictum pro pauperibus puellis, intelligatur etiam de illis, quæ viuunt ex suo labore, si aliunde non habent Alimentum, *Ita Bald. in d. l. paupertas ff. de excus. tut. sub initium.*

Et quod puellæ, quæ licet viuant ex artificio, non tamen habent vnde dotentur sint capaces Legati relicti pro pauperibus puellis maritandis,

post

post Bald. & Ias. probat Mascard. de prob. lib. seu vol. 3. Concl. 1154. n. 38.

45 Sed contra primam Conclusionem, & sic quod habens Artem ex qua viuere possit, non reputetur pauper, senserunt, gl. in l. si quis argentum C. de dona. Addensad. Bart. in l. Spadonem §. est autē n. 9. ff. de excus. tut. & post gl. Crot. Calcan. Ruin. Mascard. de pro. d. Cōcl. 1154. n. 36. Crauett. qui tamē loquitur in mercatore, cons. 199. n. 10. Ruin. cons. 81. n. 6. lib. 5. Cephal. cons. 216. n. 9. lib. 2. Houded. cons. 77. n. 39. lib. p. Rot. in Ariminen. Castrorum corā Seraphin. D. 1279. n. 5. & loquitur in Notario, Surd. de Alim. tit. 7. q. 15. n. 16. vbi quod paria sunt, quod quis habeat bona sufficientia pro alimentis, vel quod habeat Artem, ex qua possit alimenta percipere.

Et prius post alios, Idem Surd. in eod. tract. de Alim. tit. p. q. 78. n. 31. & seq.

46 Vbi quod habens Artem, vel Officium, ex quibus viuere possit, non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere potest deductis alimentis, & quod vbicunq; lex mandat aliquem ali, intelligitur nisi ex arte, vel industria viuere possit.

Et in specie, quod non dicatur pauper, qui potest sibi victum quærere famulando, seu inseruiendo, probat Bertaz. cons. Ciuil. 87. n. 7.

Et quod paupertas ad certum effectum non dicatur sufficienter probata quando quis potest aliquid operando lucrari, Sensit Rota in Romana Grani D. 573. n. 4. p. p. Recens. qua est Decis. 41. penes. Baratt.

47 Immo quod pauper non dicatur filius Artificis Industrij, cui pater potest Alimenta subministrare, probauit Rota in Romana Aliment. D. 470. n. 5 p. 2. Recens.

48 Immo etiam habens artem dicitur esse soluendo, gl. parua in l. etiam ff. sol. matr. et in l. si quis argentum C. de Don. Bald. nou. in tract. de Dote p. p. spec. 16. col. 2. vers. si tamen talis filia, et post alios Surd. de Alim. tit. 7. q. 6. n. 3.

49 Conciliando præd. ctas dissentientes opiniones dici forte potest, quod quando aliquis ab alio petit Alimenta, tanquam pauper, si viuere potest ex arte, seu labore, non reputatur pauper, ad trad. per Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 31. et seq. & ita procedat hæc secunda opinio.

Si vero quis gaudere velit alijs priuilegijs paupertatis, & tunc forte distingui potest, aut ars est tenuis, vt vix necessaria subministret, & procedat prima opinio, aut est pecuniosa, & adeo lucrosa, vt vltra necessaria tribuat, & procedat secunda.

50 Limita tamen secūdam opinionem in Clerico, is enim dicitur pauper, & aliunde non habere quādo viuere non potest, nisi ex Artificio, quamuis alias honesto, Roman. cons. 344. nu. 2. Crauett. cons. 199. nu. 5. quos refert, sed non seq. Surd. de Alim. tit. 7. q. 36. n. 3.

51 Limita etiam in puellis, quæ licet viuant ex artificio, si tamen non habent, vnde dotentur, dicūtur pauperes ad effectum cōsequendi leggatum relictū pauperibus puellis maritandis, Ita post Bald. et Ias. Limitat Mascard. de prob. Concl. 1154. n. 38.

52 Octauo pauper dicitur, qui non potest viuere secundum suam dignitatem, ad tex. in l. p. §. mulier ff. de ventr. in poss. mitten. et in l. nepos proculo 125. ff. de verb. sig. Bald. in l. si quis ad declinandam C. de Ep. et Cler. Ias. in l. si constante n. 146. ff. sol. matr. et post Bart. Barbat. et D. Thom. Tiraq. de Pia Caus. in pref. vers. Intellige secundo, et in tract. de nobilit. c. 20. n. 154. Nattu cons. 590. nu. 14. vbi quod dicitur egere, qui non potest viuere secundum conditionem, & dignitatem suæ personæ, Cephal. cons. 1564. lib. 4. n. 10. vbi quod pauper non solum est is, qui necessaria non habet ad vitæ sustentationem, sed etiam is, qui non habet, quæ qualitas, & conditio sui status exigit, Mascard. post alios de prob. Concl. 1151. n. 13. et seq. Surd. de Alim. tit. 8. privil. p. n. 10. et tit. 9. q. 37. nu. 2. et prius tit. 7. q. 9. n. 27.

53 Infertur primo ex conclusione prædicta, quod si aliquis nobilis habet vnde viuat, sed suam dignitatem cōseruare non potest, & habet puellas, quas maritare non potest, possunt sibi dari per Episcopum in subsidium dotes relictæ pro puellis maritandis, Ita Ias. in l. si constante n. 151. ff. sol. matr.

54 Infertur secundo, quod dicitur miserabilis persona, puella nobilis, quæ non potest iuueni sibi nobilitate pari, matrimonio iungi, Ita post Bald. Dec. Rebuff. et alios Mascar. de prob. Cōcl. 1161. n. 7.

Vnde & Executores relicti, seu deputati ad distribuendum bona inter pauperes, possunt dare puellæ, quæ, & si dotem habet, cum ea tamen non potest virum sibi parem inuenire. Bald. nou. de dote p. 5. col. 3. vers. ex quo infert, et post Lup. et Tiraq. Surd. de Alim. tit. 7. q. 10. n. 28.

55 Infertur tertio, quod nobilis, qui ad decentiam sui status indiget, recipere sibi potest incerta tanquam pauper, vt post Caietan. docet Nauar. in man. c. 17. n. 93.

56 Infertur quarto, quod Executores deputati ad bona distribuendum inter pauperes, dare possunt nobili, qui licet habeat ad necessitatem, non tamē habet ad condecentiam necessaria. Bald. in l. si quis ad declinandā C. de Ep et Cler. Surd. de Alim. tit. 7. q. 27. Et saltem quando patrimonium inter pauperes distribuendum, est magnum, poterit inter pauperes nobiles distribui, Mantica de Coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 3.

57 Amplia vt cæteris paribus, nobili potius, quam ignobili indigenti, sit succurrendum, vt probat Barbos. de pot. Ep. Alleg. 4. n. 24.

58 Ad comprobationem Conclusionis supradictæ confert alia similis Conclusio, quod nobilis dicitur pauper de eo, de quo Rusticus dicitur Diues. Iac. Butrigar. in Auth præterea C. vnde vir, et vxor Bart. in l. si constante in princ. ff. sol. matr. Ang. in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui sat. cog. Dec. cons. 162. lib. p. nu. 7. vbi generaliter, quod quis

quis ſit diues, vel pauper, iudicatur arbitrio Iudicis ſecundum qualitatem perſonarum, *Tiraq. de nob. c. 20. n. 150. Maſc. poſt alios de prob. concl. 526. n. 12. Natta conſ. 605. n. 12. lib. 3. Honded. conſ 93. n. 30. lib. 1. Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. caſ. 65. n. 8.* vbi quod nobilis habens mille, iudicatur Pauper, Ruſticus vero habens centum iudicatur Diues, *Nouar. de elect. fori ſect. 2. qu 34. n. 3. Rota in Ferrarien. Lucri Dotis D. 113. nu. 13. p. p. Recenſ.*

59 Vnde ſi etiam Porcellum habeat tenuis homo tanquam oculum ſuum, ſeruat illum, *Ita gl. in l. illicitas §. ne potentiores in V. Lumine ff. de off. præſid.* Et qui auſert Ruſtico porcum, aufert oculum, *Roman. poſt gl. quam ſingularem dixit ſing. 706. Cenall. in Theſaur. Com. Con. Com. q. 741. n. 9.* Immo pauperes pluris faciunt porcellum, quam oculum, *Tiraq. de nob. c. 20. n. 126.*

Adde, quod *ex ariſt. lib. p. politic. c. p.* Bos pro ſeruo pauperibus eſt.

60 Ad idem confert, quod nobilis non debet veſci cibis Ruſticanis, *ad tex. in can. non cogantur 41. D. Surd. de Alim, tit. 4. q. 18. n. 8.* quod ſatis ſuperque ſeruatur, neque in hoc, deficiendo, ſed excedendo peccatur, *Vnde Sen. Epiſt. 55.* Debilitatē nobis indixere delitiæ, & quod diu noluimus poſſe deſiuimus.

61 Et dicitur veniale peccatum, deliciosa, vel ſumptuoſa cibaria pauperi præparare, *can. Criminis ſub fin. 25. D. Tiraq. de nob. c. 20. n. 146.* ſed pauci peccant in hoc genere venialiter excedendo, plures, & magis mortaliter peccant deficiendo, quia non ſolum precioſa pauperibus non tribuunt ſed viliora, etiam denegant.

62 Vnde, & *D. Aug. in d. can. non cogantur 41. D.* Diuites vtantur ſuperfluis, dent inopibus neceſſaria, vtantur precioſis, dent pauperibus vilia.

Sed pauper Lazzarus cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa Diuitis, & nemo illi dabat, *Lucę 16.* de quo vide ſi placet argutiſſime differentem, *D. Petrum Criſolog. Serm. 66. et ſerm. 121. cum tribus ſeq.* Et de hoc ego aliquando ſic cecini.

Veſtibus, atq; cibis, nimium, nimiumq; repletus
Reſpexit nudi pauperis ipſe famem.
Nunc ſitiens, minimum de Cœlo poſtulat vndę
Aſt illi Guttam mica negata negat.
Eſt ſibi crudelis, qui eſt ſic immitis egeno
Quique alimenta negat, ſe quoq; Amice necat.

63 Nono, Infantes expoſiti veniunt appellatione pauperum, *ad trad. per Benincaſ. de paupert. qu. p. & 2. & per Nouar. de elect. for. ſect. 2. q. 10. n. p. & per Coſtam de ratione Ratæ q. 9. n. 9.* vbi quod hoc nō eſt ambiguū, & inter miſerabiles reponuntur, *Couar. pract. q. c. 6. n. 7. Viuius D. 521. lib. 4. Theſaur. D. 177. Coſta de ratione Ratæ q. 9. nu. 9. Nouar de elect. for. ſect. 2. q. 10. nu. p.* vbi quod tanquam miſerabiles gaudent priuilegio fori, *& n. 2.* vbi quod dici poſſunt Orphani orbati omni proſus ſpe.

Immo inter omnia loca pia, nullum magis piū nullum videtur eſſe miſerabilius, quam Hoſpitale infantium expoſitorum, qui non ſolum non habent, ſed nec quærere poſſunt, adeo, vt omnino à ſola Diuina Prouidentia, & humana pietate, viuendi ſubſidia poſſint expectare, cum nec fodere valeant, nec mendicare.

64 Nota hic, quod infantes expoſiti cenſentur legitimi, *vt probat Paleott. de noth. & ſpur. c. 63.* vbi propterea *poſt Io. de Anan. in c. p. de Infant. expoſit.* firmat eos ad Sacros Ordines poſſe promoueri *Sequuntur Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. caſ. 396. n. 15. & 16. & prius d. n. p.* Et per totum illum caſum ponit pænas exponentium infantes, *& n. 8.* notat Moyſem fuiſſe expoſitum, *vt exod. cap. 2.*

Sed pro contraria ſententia, videlicet, quod expoſiti reputentur illegitimi, *refert Couar. Maiol. Salſded. Vgolin. Enriq. Vaſque. Tolet. Rebell. & alios Garzia de Benef. p. 7. c. 2. nu. 10.* dicens eam ſibi magis placere motus experientia, quia pauci legitimi exponuntur, ſubdit tamē *n. 11.* quod poſt factum, admitti poſſet prima ſententia ob authoritatem eam tenentium, quos ipſe citat *n. 8.* & ſunt vltra citatos à me ſupra, *Felinus Bermondus Rodriquez. Vela Salaſ.*

65 Ad quem autem ſpectet onus alendi infantes expoſitos, quæſtio eſt in qua quinq; refert pugnantes ſententias, *Coſta de ratione Ratę q. 9. per tot.* & quod pro rata ſpectet ad Eccleſiam, ad Principem, ad Communitatem, ſenſiſſe videtur, *Theſaurus D. 118. n. 4.* Et quod ad Hoſpitale ſi adeſt ſufficiens, alias ad Eccleſiā ſi ſufficit, alias ad Dominum loci, qui eſſet ab inteſtato ſucceſſurus, *ad tex. in l. fin. C. vnde vir, & vxor,* ſentire videtur, *Surd. de Alim. tit. p. q. 81. n. 2. Nouar. de elect. fori ſect. 2. q. 10. n. 3. Coſta de ratione Ratę d. qu. 9. nu. 13.* Et quod ad ſolam vniuerſitatem ſpectet onus, argui videtur ex eo, quod infantes huiuſmodi dicuntur filij Populi, *Coſta de rat. Ratę d. q. 9. n. 10.* vnde verſus.

Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnis.
Cui pater eſt populus, non habet ille patrem.

66 An autem Hoſpitale ſuccedat expoſitis, diſcutit hinc inde authoritatibus, & rationibus, *Franchus Deciſ. 198. per tot.* vbi probat veriorem eſſe, & communiorem contra Baldum, & Guglielmum, quod non ſuccedat ſaltem de iure, & vbi nō adeſt conſuetudo contraria, ſed vide pro Hoſpitali, *Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. q. 362.*

67 Nota quod exponentes filios, Hoſpitali tenentur ad ei ſoluendas impenſas, ſi eos paupertas non excuſet, ob id, quod Hoſpitalia in pauperes ſubueniendos inſtituuntur, *c. de Xenodochijs de Relig. Domibus, vbi late Lupus in repeti. ita Nauar. in man. ſup. Sex. Decal. c. 16. n. 48.*

68 Immo peccatum hoc tranſmittentium filios pro-

proprios ad Hospitalia quos suis sumptibus alere potuerant, solet esse Casus reseruatus absolutioni Episcopi pro vt in Synodo Spoletana celebrata in patria mea sub Illustriss. Petro Vrsino an. 1583. est vigesimus tertius. Et est etiam inter reseruatos in Synodo Ferrariensi sub Illustriss. Io. Fontana celebrata anno 1592.

69 Nota etiam quod necare videtur filium exponens causa misericordiæ, quam ipse non habet. *l. necare 4. ff. de lib. Agnos.*

Et Pater sobolem, & Dominus seruum exponens punitur, *vt in l. 2. C. de Infant. exposit.*

70 Et Pater filium exponens eo ipso priuatur patria potestate, *c. vnic. de Infant. exposit. ibi,* Hoc ipso patria potestate fuit liberatus. *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 64. n. 4.* vbi quod priuatio illa incurritur ipso iure & post alios. *Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 10. n. 6. vbi post Gratian. discept. 267. n. 37.* limitat quo ad parentibus vtilia, secus quo ad onerosa.

71 Vltimo quo ad pietatem loci, in quo recipiuntur expositi, adde, quod multę paupertates nō sunt fine culpa, *vt diximus p. 2. in V. priuilegia.* Et Innocentem paupertatem leuare est maxime pium, vt ibi & in V. elemosina dictum est. Non est autem paupertas, neq; maior, neq; innocentior, quam infantium prædictorum, pro quibus etiam fari pium censeo.

72 Decimo dicūtur pauperes, & eorum priuilegio gaudent mente capti, fatui, stulti, seu furiosi. *ad tex. in l. tam Dementis 21. in fine C. de Ep. Aud.* vbi quod in actibus pro mente capto celebrandis gratis cuncta procedunt, ne tale hominum infortunium, expensarum quoq; detrimento pregrauetur. Idemque disponitur *in l. furiosi 25. pariter in fine C. de nupt.*

73 Probari primo potest ex eo, quod Sapientes dicuntur diuites, *vt probaui hac ead. parte q. 5.* Ergo Insipientes, & Stulti dicentur pauperes, quoniam quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. *l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. dixi D. 77. n. 7.*

74 Probari secundo potest ex eo, quod Stulti quo ad actus Ciuiles habentur pro mortuis, & hi vere videntnr de numero viuentium exire antequam moriantur magis quam ignaui, & otiosi, de quibus id pronuntiauit. *Sen. de tranq. anim. ad serenum* dicens vltimum malorum hoc esse: Mortui vero dicuntur pauperes, *vt probaui p. 2. in V. Sepultura.* Ergo & Stulti, pauperes dici poterūt,

Immo videtur magis deplorabilis stultitia, quam mors. Vnde *Sap. Eccli. 21.* Supra mortuum plora, defecit enim lux eius supra fatuum plora, defecit enim sensus eius Luctus mortui septē dies Luctus fatui, & Impij omnes dies vitæ eorum.

75 Amplia vt dementia videatur, & sit paupertas longe maior quam ipsa paupertas, nam sicut longe maior est sapientia, quam pecunia, *vt diximus p. 3.* Ita longe maior est carētia Cerebri, quā pecuniæ ex multis, ac etiam ex eo, quod cum cerebro potest acquiri pecunia, at non è contra cum pecunia cerebrum, & cum talento possunt acquiri talenta, at non è conuerso. Vnde Themistocles apud Tullium, & Plut. malo inquit hominē, qui pecunia indigeat, quam pecuniam, quę homine, *& pro. 17.* dicitur, quid prodest Stulto habere diuitias cum sapientiam emere non possit? *& Sen. Ep. 87.* pecunia inquit in quosdam homines sicut denarius in cloacam cadit, & plus dicitur *pro 26.* sicut qui mitit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem, *& pro. 30.* Est qui stultus apparuit post quam eleuatus est in sublime, *& pro. 3.* Stultorum exaltatio ignominia, *& pro. p.* prosperitas stultorum perdet eos. Vnde non solum eis Diuitiæ non prosunt, sed obsunt.

Et quod grauior sit dementia, quam egestas, indicare videtur *tex. etiam Deut. ibi,* percutiat te Dominus egestate, percutiat te Dominus amentia. Immo concludi potest, quod paupertas maxima sit Inopia cerebri.

76 Et quod stulti sint miserabiles, & eorum priuilegijs potiantur, & gaudeant. *probat Nouar. de elect. for. sect. q. 44.*

Confert *tex. Matt. 17.* miserere filio meo, quia lunaticus est.

77 Accedant hic aliqui, qui licet non semper pauperes, dicuntur tamen semper miserabiles personæ sic miserabilis persona dicitur Peregrinus. *Nouar. de elect. fori. sect. 2. q. 30. n. p.* vbi quod habet electionē fori & *n. 3.* vbi quod causæ Peregrinorum sunt summarię confert. *tex. in l. 2. §. cumq; Consules ff. de orig. iur.* vbi prætor Peregrinus creatus est, qui inter Peregrinos iudicaret.

78 Sic Scholaris dicitur miserabilis persona *ad tex. in Auth. Habita C. ne fil. pro patre,* vbi quis eorū non misereatur, qui amore scientiæ exules facti de diuitibus pauperes semetipsos exinaniunt. Conferunt *tradita per Nouar. de elect. for. Sect. 2. q. 15. n. p. & seq.* vbi quod Scholaris gaudet priuilegio fori, & *n. 2.* vbi registrat verba *dicta Auth.*

79 Sic Orphanus dicitur miserabilis. *Nouar. de elect. fori sec. 2. q. p. n. p.* vbi post plurimos probat eum gaudere priuilegio fori.

Confert *tex. in c. p. 87. D. ibi* Orphanis Ecclesię præsidium implorantibus, Episcopi debent adesse, & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare non debent.

Et Orphanis dandum esse pauperum Aduocatum probat *Afflit. in Const. Regni Lege præsenti, Nouar. de elect. for. sec. 2. q. p. n. 3.*

Orphanus autem proprie dici videtur, qui Patre, & Matre, & Tutore caret, & est in ętate pupillari *ad trad. per Nouar. de elect. for. d. sec. 2. q. 2. Sed vide, quæ dixi p. 2. in V. Orphanus.*

80 Sic Captus ab Hostibus dicitur miserabilis *Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 32. n. p.* vbi quod gaudet priuilegio fori *& nu. 9.* vbi quod bona

Ecclesiarum, Montium, Pauperum, Confraternitatum, Hospitalium possunt alienari pro redemptione captiuorum, *& n. 11.* vbi quod legatum pro redemptione captiuorum est fauorabilius, quam legatum pro pia causa, ad quod adducit. *Fulgos. Caroc. Riccium, & Tiraq. de piis caus. in præf. vers.* Itē legatum libertatis. Sed vide *quæ dixi p. 2. in V. Carceratus, & in V. captiuus, & adde hic tex. Ambros. in can. Aurum. 12. q. 2. ibi.* Aurum Sacramenta non quærunt, ornatus Sacrorum, redemptio captiuorum.

81 Sic Moniales dicuntur miserabiles personæ. *Rebuff. Franch. Castill. Perier. Rot. Lusitan.* Refert *Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 62. n. 2.* vide quę dixi in V. elemosina.

82 Sic, & Iudea ad fidē de nouo conuersa, quod dicatur miserabilis persona, *dixit Innoc. in c. Iudei de Iudeis Felin. in C. significantibus n. 8 de off. de leg.*

83 Et Conseruatorium puellarum secularium gaudere priuilegio fori tanquam pium locum. *probat Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 55. per tot.*

84 Idemque de Seminario puerorum probat *ead. sec. q. 59. n. p.* Et solet æquiparari Monasterio Monialium præterquam quo ad aspectum. *dixi D. 46. n. 9. & 10.*

85 His præmissis sciendum est, quod iudicare quis dicatur pauper relinquitur Arbitrio Iudicis. *Bart. in l. si constante nu. 14. & 16. ff. sol. matr. Barbat. cons. 21. n. 34. l. 2. Felin. in c. si quis testium n. 12. de test. Dec. cons. 162. n. 7. lib. p. Rim. sen. cons. 640. n. 14. lib. 4. Rol. a Vall. cons. 15. n. 19. lib. 3. Natta cons. 605. n. 12. lib. 3. Mascard. de prob. concl. 78. n. 15. lib. p. & concl. 526. n. 11. eod. lib. p. & concl. 1154. n. 8. lib. 3. Menoch. de arb. Iud. referens ad id vigintitres Doctores lib. 2. cas. 65. n. 7. et post Marsil. iunior. at alios Caroc. de Locat. p. p. q. 5. n. p. vbi de com. testatur Marchesan. de commiss. p. 2. c. p. n. 15. & melius p. p. c. 21. n. 104. Surd. de Alim. tit. 7. q. 9. n. 10. et tit. 9. q. 37. n. p. Scaccia de appell. q. 17. limit. 40. n. 8. Medices in memorabil. tract. seu opusc. mors omnia soluit p. p. n. 103. Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 34. n. p. & seq. & in praxi priuil. miserab. priu. 73. n. 10. Barbos. de pot. Ep. alleg. 41. n. 24 Magon. Decis. Florent. 13. nu. 10. Rota Rom. in Portuen. restitutionis in integrum D. 47. n. p. p. 2. Diuer. coram Cantucio Burats. post plures in Ferranen. aliment. D. 15. n. 2. & ibi post plurimos n. 9. Ferentillus.*

86 Sic etiam relinquitur arbitrio Iudicis, quis dicatur miserabilis *gl. in l. vnic. C. quan. Imp. inter pup. & vid. Burbus. cons. 21. n. 24. lib. 2. Afflict. in Const. omnes nostri in 2. not. Couar. pract. q. c. 6 n. 3. vbi de com. test. Neurizzan. in Sylua nup. lib. 6. n. 34. & post Bart. dec. Alberic. Barbat. Guid. Pap. Marsil. Rip. Neurizzan. Alciat. Muntic. Couar. Rebuff. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 66. n. p. vbi de receptis DD. Sent. testatur. Et post Alex. Calcan. Menoch. & alios Muscard. de prob. concl. 1161. n. p. & seq. lib. 3. vbi enumerat etiam species miserabilium. Medices in opusc. mors omn. solu. p. p. n. 103. Scaccia de Ap. q. 7. n. 138. vers. Subdeclara latius post plurimos Nouar. de elect. for. sec. 2. in præf. n. 3. & in praxi. priuil. miserab. pers. in prælud. nu. 4.*

87 Amplia vt Conclusiones prædictæ procedant, etiam quando agitur de magno præiudicio. Ita *probat Mascard. de prob. concl. 526. n. 11. lib. p.*

88 Limita p. Conclusiones prædictas in illis personis, quæ de iure, vel ex communi DD. Sent. pro pauperibus, vel miserabilibus habentur in illis enim cessat Iudicis arbitrium, *vt post Rebuff. tradit Scaccia de appell. q. 7. n. 138. vers. subdeclara Nouar. in praxi priuil. miserab. in prælud. n. 3.*

89 Et generale est, quod Iudicis arbitrium est veluti subsidiarium, & non est ei locus nisi deficiente lege, quæ non potest omnes casus comprhendere *l. non possunt 11 ff. de Leg. & tradit Menoch. in præfat. tract. de arb. Iud. n. p*

90 Lex autem tanto est perfectior quanto plura comprhendit, & quanto pauciora relinquit Iudicis Arbitrio, *vt docet Arist. p. Rhetor.*

Et ex mente *D. Thom. p. 2 q. 95. art. p.* melius est omnia legibus ordinare quam relinquere Iudicis arbitrio, quia pauci sapientes, & quia qui statuunt iudicant de futuris, & absque passione.

91 Limita 2. vt conclusiones procedant in materia indifferenti, & quando agitur de paupertate simpliciter, & absolute, secus quando agitur respectu certi, ac determinati effectus, quia tunc requiritur paupertas, miserabilitas, seu impotentia correspectiua ad eundem effectum, vnde cessat arbitrium. *Scaccia de Ap. q. 17. limit. 40 n. 8. Rota in portuen. restitutionis in integrum D. 48. n. 2. p. 2. Diu.*

92 Declara vt arbitrium prædictum non sit liberum, sed regulatum ex qualitate personarum. *Dec. cons. 162. n. 7. lib. p. Natta cons. 605. n. 12. lib. 3.*

93 Et in dubio arbitrium intelligitur de regulato, & non de libero, licet tribuat Ius æquitatem rigori præferendi quando tribuitur Iudici alias habenti facultatem procedendi, prout de iure, *vt comprobaui D. 17. n. 5. 6. & 7.*

94 Immo quēadmodum in Principe non dari potestatem absolutam, sed solam ordinariam. *Docet Couar. Var. resol. lib. 3. c. 6. n. 8. & Vasq. lib. p. Illustr. Controu. c. 26. n. 22.*

Et quod sine iusta causa vsurpata plenitudo potestatis, sit potius plenitudo tempestatis appellanda *cum Bald. Cranett. & alijs dixit Thesaur. D. 91. nu. p.*

Et verba *Couar. vbi sup. sunt hac.* Hæc distinctio absolutæ potestatis, & ordinariæ in humanis Principibus falsissima est, & adeo absurda, vt mirer omnino, viros vtriusque iuris peritissimos ea vsos esse.

95 Ita & magis dicendum videretur, in Iudice nō dari arbitrium omnino liberum, sed solum regulatum

latum a iure, vel ratione. Et conferre pot. *tex. in l. p. §. si ęs alienum ff de reb. eorum ibi*, nisi æs alienum vrgeat, licet cæterum expediat, alienari res minoris nequit, quia prætor liberum super hoc non habet arbitrium.

96 Confert etiam *Thesaur. D. 89. n. 3.* vbi sic ait. Nunquam mihi placuit eorum opinio, qui similes dubios casus dicunt esse quęstiones pro amico, soleo enim dicere, quod potius sunt casus pro Diabolo, cum non liceat Iudici in dubio iuris articulo aliter dicere quam, sibi non liquere, vel in fauorem vtriusq; iudicium proferre, rem ipsam diuidendo. Hæc Thesaurus, tu vero dic quod si sunt casus pro Diabolo, vtiq; non sunt casus pro amico. Immo pro inimico sunt iuxta illud, *Matt. 13.* venit inimicus, & superseminauit Zizania.

97 Sunt & alij, qui si non semper legaliter, semper tamen moraliter dici pauperes possunt, & ante omnia. Auari non possunt dici diuites, *Vnde Lucæ 12.* Stulti hac nocte repetent animam tuam, quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi Thesaurizat, & non est in Deum Diues. Et quod dixit Alphonsus Aragonum Rex prodigo cuidam, citius me pauperem, quam te diuitem faciā, non minus prodigo congruit, quam auaro, nam *ex Arist. pr. Rhet.* Diuitem esse magis in vtendo, quam in possidendo consistit.

Et quia Diues est, qui nihil cupit, vt dixit *Ausonius ex Sent. Bia.* Auarus autem omnia concupiscit, vt infra dicemus *& Sen. Ep. 19.* Neminē inquit pecunia diuitem fecit. Immo contra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit, quæris causam, plus incipit habere posse, qui plus habet, *& Ep. 21* ex Epicuro. Si vis diuitem facere, non pecuniæ adiiciendū, sed cupiditati detrahendū est.

98 Sed non solum diuites non sunt auari, sed pauperes, & sunt, & dicuntur. Vnde, *prou. 13.* est quasi diues cum nihil habeat est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit, *Et Ausonius in B. s Sent.* quis Diues? qui nil cupit, quis pauper? auarus. *et Sen. trag.* Cogesto pauper in Auro *& Sen Ep. 2.* non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Nec enim est aliud auaritia, quam cupiditas diuitiarum, & immoderatus amor habendi, *vt ex D. Thom. dixi infra. & Plut. de Cup. diuit.* Hominem possidentem prædia, greges, & gementem, cum sumptus facit, quo nam alio morbo laborare dicemus, quam paupertate animi, *et Sen. Ep. 104.* Torquebit te paupertas, & quod est miserrimū falsa, *& Ep. 73.* Occurrent tibi, quod genus egestatis grauissimum est, in diuitijs pauperes, & concordat *prou. 13.* est quasi pauper cum in multis diuitijs sit, *& Eccles. 6.* vidi aliud malum, & quidem frequens, vir cui Deus dedit diuitias, nec dedit potestatem, vt comedat ex eis, *& D. Aug. lib. 7. de Ciuit. Dei c. 12.* Aliud inquit sunt diuitiæ, aliud pecunia: Dicimus diuites sapientes iustos bonos, quibus pecunia nulla est, vel parua; Dicimus Pauperes auaros, ac semper egentes.

99 Accedit ratio quoniam pauper est, qui eget vt suo loco probauimus at semper auarus eget, vt cecinit. *Horat. lib. p. Ep. 2. ad Lollium & dixit D. Petr. Chrisol. serm. 120. in fin. ibi*, verum est, verum est semper auarus eget. Immo omnibus eget vt dicam infra.

100 Et si non, qui parum habet, sed qui plus cupit pauper est, vt dixit *Sen. Ep. 2.* Auaritia non est aliud, quam cupiditas, & immoderatus amor habendi, *vt docet D. Thom. 22 q. 118. art. 2.* Vnde, *& D. Seu. Boet. de Consl. Philos. lib 2. metr. 2.* commiscens vtile dulci eleganter, & moraliter cecinit Nil iam parta videntur, sed quæsita vorans sæua rapacitas, alios pandit hiatus.

101 Et non solum Auarum, sed auaritiam ipsam, pauperem *dixit Pet. 2. de remed D. 5 ibi* Auaritia lucro crescit, eoque fit pauperior, quo plus habet. Et Auaritia non solum paupertas, sed egestas appellatur *ab eodem pet. 2 de remed. D. 9. ibi*, deesse vitæ dicitis, quod auaritiæ deest. Ita fit vt omnia vobis desint, & quæ habetis, & quæ cupitis, quod & illa tangere non audetis, & hæc assequi non valetis vtrobique par, vel miseria, vel egestas.

102 Immo etiam Auari non solum Pauperes, sed Inopes dicuntur. Vnde *Iuris Conf. eruditis Alciat. in emblem.*

Cui similem dicam hunc, Inopem quem copia reddit?
An ne Asino? Sic & instar hic eius erit.
Namq; Asinus dorso pretiosa obsonia gestat
Seq; rubo, aut dura carice pauper alit.
Et ego aliquando sic cecini.
Dulce a gestatis, sed non gustatis Aselli.
Sic vos non vobis prægraue fertis onus.
Prodigus & vobis hæres succedit, Auari.
Sic vos non vobis multiplicatis opes.

Et Ouid. 3. met Inopem me copia fecit, verius, quam *6. met.* tutam me copia fecit.

Et Sen. Ep. 70 occurrent, quod genus egestatis grauissimum est, in diuitijs inopes.

Et ratio est apud *Claudian. lib. p. in Rufin.* Semper Inops quicunque cupit.

Alia est ratio, quia si inops est, qui nihil habet, vt supra quæst. pr. probauimus. Et antiq um dictū est Auaro tam deest, quod habet quā quod non habet, vt refert *D. Hieron. Paulino ad pentateucum*. & vt dixit *Sen. Ep. 108.* desunt inopiæ multa, Auaritię omnia, quia scilicet omnia cupit, & tantum illi deest quantum cupit, *vt dixit idem Sen. 7. de benef.*

103 Nec solum Pauperes, & Inopes sed et miserabiles videntur Auari. Vnde *Plut.* nemo obsoniorum cupidus propterea obsonio abstinet, nemo vino, quia vinosus; pecunia auari ob amorem pecuniæ abstinent. At qui non sit hæc Insana, & miserabilis animi affectio, propter frigus veste, propter famen pane, propter auaritiam pecunia non vti.

Et quod Auarus dicatur miserabilis persona, *inquit Nouar. de elect. for. sect. 2. q. 18. n. 9. & seq.* vbi probare conatur auarū, vt miserabilem gaudere priuilegio fori. Sed neminem, qui id dicat allegat,

104 Et ego non credo, magis autem credo Auaros esse miseros quam miserabiles, *vt cecinit Ouid. in Ibin.* sisque miser semper, nec sis miserabilis vnquam.

Et quidem Auaros esse miseros probat communis vsus loquendi, qui sic eos appellare consueuit, & miseros, & Auaros tanquam synonima reputare.

Qui quidem cōmunis vsus in hac materia probat *vt docet Poetarum Doctor Horat. de Arte Poetica ibi.*

Multa renascentur, quę iam cecidere, cadētq;
Quę nūc sunt in honore vocabula, si volet vsus
Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

Immo non solum vsus, sed etiam communis abusus loquendi præualet proprietati sermonis, *ad tex. in l. Labeo 7 ff. de sup. leg. & in l. vt Alphenus 87 ff de verb sig. & in c. maiores 3. de Baptis. cum alijs adductis ab Euerard. in loco ab opinion. vulgi vers. Itē valet ad habendum.*

Auaros esse miseros probat etiam *D. Bonau. ex Aug. in soliloq. exerc. p. c. 2.*

Ieiuni, & famelici amamus miseri famem nostram. *Et Ouid. 11. Met.*

Attonitus nouitate mali diuesq; miserq;
Effugere optat opes, & quę modo vouerat, odit
Copia nulla famem releuat, sitis arida Guttur.
Vrit, & inuiso meritus torquetur ab auro.

Et Pet. 2. de remed. D. 4 multa mihi ad vitam desunt: Cui pauca sufficiūt, quo modo desint multa non video, sed deesse vitæ dicitis, quod auaritiæ deest, ita fit, vt omnia vobis desint, & quæ habetis, & quę cupitis, quod & illa tangere non audetis, & hæc assequi non valetis, vtrob que par, vel miseria, vel egestas.

105 Sed nec esse miserabiles auaros, nec pauperum miserabilium priuilegio gaudere, probat Azor in loco mox allegando, vbi quod si quisita sit auarus, vt nihil ex suo velit insumere, quo propriæ necessitati subueniat, non est ideo, quasi pauper in necessitate constitutus, necessario subueniendus ab alijs ex elemosinæ præcepto *Ita docet Azor. moral. instit. p. 2. lib. 12. q. 5.* vbi tamē limitat nisi tanta sit eius infirmitas, & deprauata animi affectio, vt sibi vitæ neccessaria subtrahat non secus, ac si quis ex animi infirmitate, vel cæco affectu se suspendere, vel in flumen proicere velit, tenemur eum iuuare.

Adde *Em. Sa. in Aphoris. V. Elemosina n. 9. ibi,* Ex auaritia nolenti sibi subuenire non tenentur. Alij prouidere, non enim indiget.

106 Non solum in specie auari, sed in genere etiam peccatores, & malis moribus imbuti dicūtur pauperes, *Bald. in l. humilem in fin. C de incest. nupt. Socin. cons. 17. in pen. col. ad finem lib p Cotta in memorialibus V. paupertas excusat confert ps. 78.* ne memineris in quitatum nostrarum antiquarum. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia paupeses facti sumus nimis.

107 Amplia vt peccator dici possit pauper Cæcus, immo & omni Cæco miserior, quia putat se videre, quod non videt, *vt dixit Bellarm. de Ascent. ment. in Deum c. 6.* Idq; agnouit etiam *Senec. ep 50. ibi.* Ceci ducem quærunt, nos sine duce erramus, vel dic, quod si lucem habet peccator, sensum habet, & passiones cæcas, & obcæcantes irascibilem, & concupiscibilem, amorem, & odium. Vnde cecinit, Italicus Naso de vno Stellato Regno trionfaran dui Cicehi Amore, & Sdegno. Sed cum Cæcus Cæco Ducatum præstat, ambo in foueam cadunt. *Matt. 15.*

Immo si mortui dicuntur Pauperes, vt diximus p. 1. in V. Sepultura, deplorabilior videtur conditio peccatoris quam mortui *iux. tex. Eccli. 22.* luctus mortui septem dies, luctus fatui, & impij omnibus diebus vitæ eorum.

108 Amplia pr. vt paupertas peccatoris sit tanto maior, quam communis paupertas, quanto maior est carentia Diuinæ Gratiæ, quam temporalis pecuniæ. Immo ex hoc non solum pauper, sed inops dici potest peccator, nam si Deus est omnia in omnibus, sequitur, vt qui Deum non habet, nihil habeat. Et quid prodest homini si vniuersum Mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?

109 Amplia 2. vt licet peccator aliquando pecunijs abundet *vt Ps. 72.* ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, de quo tamen *vide, quæ dixi p. 3. in remed. timoris Domini.* Sæpe tamen peccatores, ex diuitibus, pauperes efficiuntur etiam quo ad pecunias, nam *vt Ouid. cecinit lib. p. de arte aman.* Inuenit artem fœmina, qua cupidi capiat amantis opes, *& idem eod. p. de arte.* Sic ne perdiderit non cessat perdere lusor, & reuocat cupidas alea sępe manus. Et peccator ille pœnitens, vtrumque confessus est dicēs.

Diues eram dudum, fecerunt me tria nudum.
Alea, vina, venus per quæ sum factus egenus.

Adde *Ps. 36* vidi impium superexaltatum trāsiui, & ecce non erat.

Accedat quod nihil est infelicius felicitate peccantium. *Aug. in Can. paratus 23. q. p.*

110 Amplia 3. vt peccator licet aliquando non sit pauper, quo ad pecunias, est tamen semper miser, quemadmodum ècontra vir bonus miser esse non potest, vnde *Sen. in opusc.* quare viris bonis mala accidant, cum sit prouidentia, persuadebo inquit tibi ne vnquam boni viri miserearis, potest enim miser dici, non potest esse.

Vnde, & peccatori tanquam misero misericordia congruit. Ad quod confert quod scribitur. *lib. 4. esdr. c. 8.* propter nos peccatores, misericors voca-

vocaberis, & quod cecinit *Boet. de conf. Phyl. lib. 4. metr. 4.*

Dilige iure bonos, & miserefce malis.

& peccatori tam quam pauperi congruit Elemosina de qua loquitur *Aug. in enchyridio ad Laurentium ibi*, non solum, qui quod cuique necessarium est indigenti dat, sed & qui dat veniam peccanti, elemosinam dat.

Et adhuc magis peccatori congruit alia elemosina de qua loquitur. Idem *Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 27.* super illo *Eccli. 30.* miserere animæ tuę placens Deo vbi sic ait. Hanc ergo elemosinam, vt Deo placeat non faciens Animæ suæ, quomodo dignas animæ suæ elemosinas facere dicendus est?

111 Declara p. vt peccatores dici possint pauperes, sed pauperes Diaboli, quemadmodum econtra alij pauperes Christi, & pauperes Dei, *vt in c. non minus 4. de immun. Eccli. ibi.* De bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & Pauperum Christi vsibus deputatis. *& apud Aug. in Ps. 61 ibi.* Sunt quidam qui facilius omnia sua pauperibus distribuunt, quam ipsi fiant pauperes Dei.

112 Declara 2. vt licet peccator dicatur pauper, & miser, non tamen est miserabilis, quo ad hoc, vt gaudeat legalibus priuilegijs miserabilium personarum *Bald. in Auth. cui relictum C. de Ind. vid. Toll. Cotta in memorialib. in V. paupertas excusat.* vbi quod huiusmodi paupertas, regulariter non excusat.

An autem vera paupertas in quam quis incidat ex peccato, excuset, & gaudeat pauperum priuilegijs *dixi p. 3 in V. priuilegia.*

113 Sub declara p. seu limita declarationem prædictam, vt Meretrix licet alio nomine peccatrix soleat appellari, attamen reputetur miserabilis persona actu & habitu, *vt docet Nouar. de elect. for. sec. 2. q. 11. n. 3. & 5. & prius n. p.* probat plurimorum authoritate Meretricem gaudere priuilegio fori, quod ego, vel probare, vel reprobare non ausim.

114 Subdeclara 2. vt licet peccatori, qui non sit temporaliter pauper, non debeatur elemosina temporalis, attamen vltra elemosinas de quibus supra, debetur ei etiam elemosina spiritualis, quæ præcipitur, *in Euang. Matt. 18 ibi.* Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.

115 Pauper etiam, & miser dici posse videtur, qui solus est, & dici solet etiam vulgo desolatus. *vnde Ps. 23.* Respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego, quasi dicat ideo pauper quia vnicus, *Et Sen. de Cons. ad Marciam.* Habes ex filio duas filias, si male fers magna onera, si bene magna solatia. Et sane qui solus est non videtur posse nisi difficile consolari. Vnde, *& Eccli. 4.* væ soli, quia si ceciderit non habet subleuantem se, & ibidem si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet, *& Sen. Ep. 2.* nullius boni sine socio potest esse iucunda possessio

116 *& Gen. 2.* Non est bonum esse hominem solum, & communiter dicitur Homo politicū, Animal, & sociabile (licet si verum inspicias) nullum minus *inquit Pet. 2. de rem. D. 31.* & animal mutabile dixit *Plato vt ref. Plut. de vitios. pudore.*

117 Adde *Ps. 106.* errauerunt in solitudine.

Adde etiam, quod legitur *lib. 7. Theolog. seu Philosophia mistica secundum Aegiptios impressa post Arist. c. 2.* non conuenit quod Deus existat solus, vel si solus certe non solitarius. *vt dixit D. Pet. Chrysol. ser. 57.*

118 Et quod conueniret quod Deus ipse tanquam summa Bonitas communicaretur humanæ naturæ, licet non conueniret humanæ naturæ vniri Deo *probat D. Thom. p. 3. q. p. art. p.*

Vnde licet non dicatur homo Deificatus, Deus tamen dicitur humanatus, vt explicat *idem Thom. ead p. 3. q. 16. art 3.*

119 Ad idem fortasse cōfert, quod cum adolescentulus quidam interrogaretur a Crate quid illic solus ageret, respondit, mecum loquor. At ille, caue *inquit* ne cum homine malo loquaris. *Ita narrat Sen. Ep. 10.* quasi Philosophus ille tunc si non *vt* malam certe, vt periculosam solitudinem, senserit esse cauendam.

120 Accedat quod etiam de Iure Ciuili videtur solitudo damnari *in l. si quis Decurio 24. C. de decur. lib 10.* vbi si qui Sectatores ignauiæ, solitudines, & secreta captauerint desertis muneribus Ciuitatum reuocantur, & eorum bona, quorum intuitu discesserunt applicantur ijs, qui fuerint in eisdem muneribus substituti.

121 Adde quod scribitur *lib. 10. Theol. misticæ post Arist. impressa c. 14* Si intellectus amore spoietur, fiet solitarius, & silentiosus nihil comprehendens, *& Arist. lib 9. moral. nicom. c. etiam. 9.* Absurdum fortasse est vt Beatum solitarium faciamus, nemo enim esset qui omnia bona habere per se ipsum eligeret qui ppe cum ciuile animal sit homo, & ad conuictum natura aptum.

122 Sed econtra videtur quod qui vnus idest solus est, sit minus pauper, cum vni, quā multis pauciora sufficiant, vnde & ego amico dicebam aliquando ego, quia non vnicus, pauper sum, tu quia vnicus

123 es, pauper non es *Et Sen. Ep. 114.* sani erimus, & modica concupiscemus si vnus quisq; se numeret, metiatur simul corpus sciatque nec multum capere nec diu posse, sed nemo vnum esse se cogitat, *& Ep. 120* magnam rem puta vnum hominem agere, sed præter sapientem nemo vnum agit. *& Eccli. 4.* vnus est & secundum non habet, & laborare non cessat.

Tu vero dic, quod licet nemo vnum esse se cogitet, quilibet tamen vnicum esse se putat non tam quantitatiue, quam qualitatiue. Vnde, & *Mart. cecinit lib. 5. Ep. 13.* qui velit in genio cedere, rarus erit.

124 Adde *Pet. 2. de rem. D. 51.* solus sum, non est solus

solus cum quo virtus, & honestas habitat.

Accedat quod multi magis consolari videntur cum soli sunt, & magnum ex solitudine solatium capiunt. Vnde & ego mihi solus aliquando canebam Mihi non sollicitudo, sed solatium solitudo relinquamus multitudinem Requiramus solitudinem, vnde & Phylosophus ille Interrogatus, quare rides cum sis solus? respondit. Immo quia solus sum, rideo, vel si placet responsio sub eisdem primis litteris retrogradis, seu præposteris fac vt sic interrogatus. Solus Quare Rides, respondeat, Rideo, Quia Solus, vt in simili interrogatus Pontifex Sancte Pater, Quare Rides respondisse fertur Rideo Quia Papa Sum.

125 Et sane sapienti non sunt forte dulciora colloquia, quam soliloquia, & Phylosophus ille dixit. Hoc ex Phylosophia consequtus sum, vt mecum ipse viuere, & loqui possim. Vnde, & Scipio in otio de negotio, & secum in solitudine loquebatur, *vt refert Tull. 3. de off.* Et confert *tex. Ap. ad ephes.* 5. loquentes vobis met ipsis, & psallentes in cordibus vestris Domino, *& Aug. in soliloq. c.* 1. Tu Domine diligis solitudinem ego multitudinem, *& Sen. Ep.* 105. nihil eque proderit quã quiescere, minimum cum alijs loqui, & plurimum secum.

126 Ad idem confert, quod voluptas maxima videtur, quę capitur ex se ipso. Sic Demetrius assueuerat ex se voluptatẽ accipere, *vt refert Plut. in opusc. de profect. morum. & coniunct. Sen. Ep.* 20. Hoc opta vt contentus sis te met ipso. Contentus autem eris te ipso si didiceris quid rectum sit quid honestum, vt docet *Plut. in opusc. de virt. & vitio.*

Adde *Sen. Ep.* 9 vide quam sit se contentus sapiens, vt aliquando sui parte contentus sit, si illi manum, aut occulum, morbus, aut hostis exciderit, reliquię illi satisfacient, & erit imminuto corpore tam lætus, quam integro fuit.

127 Quid ergo dicendum? Non est dubium pericula esse in Ciuitate & pericula in solitudine, *ad tex. D. Pauli* 2. *ad cor.* 11. In re tamen nostra videtur ex prędictis posse distingui, quod aut loquimur de homine insipiente, vel non sapiente, vel etiam incipiente. Aut loquimur de sapiente, & perfecto, si de primo, & sic de homine, qui homine indiget, & hic reputetur pauper, et miser si solus sit, si vero desapiente, & viro perfecto loquamur, & hic quia minus solus dicitur cum solus est non potest licet vnicus sit, pauper dici, vel miser. Immo erit ei solitudo solatium.

Postremo accipe, quod docet *Sen. de Tranq. anim.* Alternanda inquit, & miscenda sunt solitudo, & frequẽtia, & erit altera alterius remediũ

Odium Turbæ sanabit solitudo, Thedium solitudinis Turba.

Vltimo Pauper ac miser videtur dici posse qui

128 seruit. *Vnde ex D. Hieron. Author. Method. confessionis,* satis diues (*in quit*) qui pane non eget satis potens, qui seruire non cogitur, & clarius ad hoc *Sen de vit. Beat.* Omnium occupationum conditio misera, eorum autem miserima, qui ad alienum somnum dormiunt, ad alienum gradum ambulant, ad alienum comedunt appetitum.

Vnde ex hoc ipso etiam pauperes dicendi sunt si verum est quod Diogenes interrogatus, qua nam hora prandere quis debeat.

Respondit, diues cum vult, pauper cum potest. Idemque Diogenes dictitabat.

Prandet Arist. cum placet Alexandero, prandet Diogenes quandocunque Diogeni placet.

129 Et merito *in l. vnic. C. de Cast. Palatin. pecul.* ita disponitur Palatini dum in Palatio nostro morantur, quod quæsierint, vt castrensẽ peculiũ habeant, non enim alieni sunt a labore castrorum, qui signa nostra comitantur.

Merito inquam priuilegium prædictum Aulicis debetur, nec quantum debetur potest eis vn-

130 quam tribui, nam libertas inæstimabilis est. *l. libertas* 107. *ff. de Reg. Iur.* vel infinita est eius æstimatio, vt loquitur *tex. in l. non est singulis* 176 *§ fin. ff. eod. tit de Reg. Iur.* Nec bene pro toto libertas venditur Auro. Venditur illa tamen gratis vbiq; datur, sed ab insipientibus, nam Phylosophis visa est seruitus durior esse, quam mors. *vnde Sen. Ep.* 77. ab eo qui ne seruiret illisum parieti caput rupit hoc epiphonema deducit. Tam prope libertas est, & seruit aliquis? Et prius *Ep.* 4. refert alium, qui se præcipitauit a tecto ne Stomachantem Dominum diutius audiret.

131 Et quamuis prædicta de seruis hoc est de mancipijs dicta sint de quibus etiam loquntur leges, & Rubricæ Legales. *ff. de seru. corrup. C. de seruis fugitiuis,* & similes vnde non videantur ad famulos trahenda, & minus ad aulicos, qui suauiori vocabulo familiares etiam appellantur, quorum iugum suaue diei potest saltem comparatiue ad seruitutem mancipiorum. Attamen an sit suaue nescio, scio iugũ esse, & credo etiam suaue futurũ.

132 Si Domini Senecam audirent *Ep.* 47. vbi appellat arrogantiæ prouerbium illud, totidem esse hostes, quot seruos, non habemus inquit Hostes, sed facimus *& ibid. prius* Lucillum alloquens, ait familiarius te, cum seruis tuis viuere decet. Serui sunt. Immo homines: serui sunt, immo contubernales; serui sunt, immo humiles amici serui sunt, immo conserui, si cogitaueris tantũ in vtrosque licere fortunæ. Et cum Seneca loquatur de mancipijs, tu si loquaris de seruis nostrorum temporum adde, serui sunt, Immo famuli, immo familiares, immo fratres omnes in Christo a Deo, nam vt cecinit, *D. Seu. Boet. de cons. Phyl. lib.* 6. *metr.* 3. omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu mortales cunctos edit nobile germen, si authorem Deum spectes, nullus degener extat ni vitijs peiora fouens proprium deserat ortum. Vnde, & *Sen. Ep* 47. seruus est, sed fortasse liber animo, ostende quis non sit seruus, alius libidini

seruit

ſeruit alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori.

133 Poteſt fortaſſe Concluſio prædicta declarari, vt ſeruientes reputentur pauperes, & miſeri non tamen ſint miſerabiles, ideſt miſeratione digni, quando non ex neceſſitate, ſed magis ex auiditate inſeruiunt, quos percutere poteſt dictum *Seneca de breuitate vita, ibi*, prædia ſua occupari a nullo permittunt, in vitam ſuam poſſeſſores inducunt vnde collige quod aliquando qui ſeruiunt ſubiectantur Dominis non ſolum, vt Dominis, ſed etiã vt poſſeſſoribus qui quaſi pedibus calcanticũ poſſeſſio dicatur quaſi pedum poſitio *l. p. ff. de acq. poſſ.*

Ad declarationem prædictam confert *& idem Sen. Ep. 47. ibi.* Infelix, qui huic vni Rei ſeruit, vt Altilia decenter ſecet, niſi quod miſerior eſt, qui hoc voluptatis cauſa docet, quam qui neceſſitatis cauſa diſcit cui conſonat illud Petrarchę apud me Senecæ ſecundi, ſeu iunioris, & forte non inferioris *lib. p. de remed. vtr. fort. Dial. 30.* de varijs ſpectaculis ibi non facile dictũ eſt an Luſor infamior, an ſpectator, niſi quod illum ſæpe paupertas, hunc ſemper vanitas trahit.

QVAESTIO QVARTA

De multiplici nomine Diuitiarum.

SVMMARIVM.

1 *OMnes diuites ex ſententia Stoicorum.*

2 *Diuitia in genere ſumuntur pro abundantia declaran. 3.*

Magna diuitia ſunt eſſe inopem malorum.

Multi ſunt diuites, immo prodigi promiſſorum, vide verſus.

3 *Diuitię vox ſimpliciter prolata ſignificat abundantiã pecunia.*

4 *Quod eſt in genere tale, eſt proprie tale.*

5 *Verba in dubio, ſumuntur in ſpecie, & in potiori ſignificatu n. 6.*

7 *Verba legis ſumuntur in concreto non in abſtracto.*

8 *Diues dicitur quaſi Diuus.*

9 *Apud Hębreos ex Aug. diuitiæ dicuntur Mammona, vel apud Syros ex Hier.*

10 *Variantibus Sacris Doctoribus, cui magis credatur.*

11 *Loquples dicitur quaſi locis plenus.*

12 *Aurum, aurum gignit per vſuram, aduerſus naturã.*

13 *Opes quia dant opem hoc eſt auxilium. Apes dant opes.*

Opes apud nos, extra nos tamen ſint, & honeſtus ſit eorum introitus, & exitus.

14 *Diuitiæ dicuntur Bona.*

15 *Bona dicuntur, quia Beant, Beare eſt prodeſſe.*

16 *Moraliter diuitiæ non videntur Bona, nec Bona.*

17 *Diuitię dicuntur ſubſtantię.*

non ſunt veri Phyloſophi, qui de ſubſtantia loquuntur.

18 *Fideicommiſſum ſuper ſubſtantia dicitur vniuerſale.*

19 *Subſtantia non tam ſignificat diuitias, quam rem familiarem, niſi quando opponitur paupertati. Dictio & aliquando auget aliquando declarat.*

20 *Diuitię moraliter non videntur ſubſtantię, cum tot ſubiaceant accidentibus, quę videntur mutare ſubiectum.*

21 *Diuitię, quo ad acquiſitionem ſubiacere videntur accidentibus, & quo ad conſeruationem n. 22. vide verſus.*

23 *Pecunia dici poteſt ſubſtantia ſecundum quid. Et ſubſtantia huis Mundi, ſeu terrena, & ſubſtantiola. In hac ſubſtãtia non eſt ſubſtantia, vel ſubſiſtẽtia.*

24 *Diuitia dicuntur fortunæ. Fideicommiſſum ſuper fortunis, dicitur vniuerſale. Fortunę ſine fortuna, nec acquiruntur, nec conſeruantur.*

25 *Fortuna ſignificat aliquando Deum, & natura fatum fortuna Dei nomina ſunt varie vtentis ſua poteſtate.*

26 *Diuitię primario pendent a Deo, vide verſus.*

27 *Diuitię dicuntur facultates, tribuunt facultatem, & facilitatem.*

De facultatibus ſuis, magis, quam in ijs eſt, ſperant homines.

Locuples non ſolum dicitur ex facultatibus, ſed et ex facilitate conueniendi, hęres ſatiſdare tenetur cuiuſquumq; facultatis, vel dignitatis exiſtat.

28 *Fideicõmiſſum ſuper facultatibus dicitur vniuerſale.*

29 *Facultates aliquando non tam diuitias, quam rem familiarem ſignificant.*

30 *Diuitię dicuntur copia ſeu copia vt n. 31.*

32 *Diuitię dicuntur etiam res ſecunda, aſequendo, vide verſus.*

33 *Res ſecundę in genere ſignificant felicitatem.*

Solomoni magis obfuerunt res ſecunda, quã profuerit Sapientia, miſerię tolerantur, felicitate corrũpimur.

34 *Diuitię appellantur pecunia quo nomine omnes res continentur cum poſſint in pecuniam omnia conuerti.*

35 *Pecunia a pecudibus quoniam veteres omnia in pecoribus habebant.*

36 *Fideicommiſſum pecunię eſt vniuerſale. Fallit in Ruſtico fideicommittente.*

37 *Pecunia ſumitur in genere, & in ſpecie.*

38 *Generali nomine pecunię veniunt res omnes, & in dubio ſumitur in genere, ut fideicommiſſum intercidat.*

Nobilitas, pecunia iuuanda.

Seruus, pecunia Domini dicitur.

Pecuniarię cauſę, ſępe materiam criminis creare noſcuntur.

Pecunia, vel nimia gratia facere, idem dicitur.

Melius eſt ampliari hominibus imperiũ, quã pecunia.

Sapientia, vt pecunia quaſita inuenitur.

39 *Pecunia in ſpecie ſignificat pecuniam numeratam ex communi vſu loquendi.*

40 *Pecunia aliquando ſignificat, qua conſiſtunt in pondere numero, & menſura, & ſic ſumitur in caſu, nec fauorabili, nec odioſo.*

Pecu-

41 *Pecunia significat aliquando non diuitias, sed rem familiarem.*
Homo debet esse pecuniæ alienæ inappetẽs, suæ parcus, publicæ auarus.
42 *An appellatione mobilium veniant pecuniæ, & gemmæ, remissiue.*
43 *Peculium dicitur parua pecunia, & pusillum patrimonium, aliquando quod præsidij loco seponitur, sic pecunia sine peculio fragilis dicitur, et sumitur in alijs duobus sensibus, vt ibi.*

1 Vidimus vnde dicatur, & quid sit Paupertas, & qui sint Pauperes, nunc ordine congruo dicendum est. Vnde dicantur, & quid sint Diuitiæ, & qui sint Diuites. Et quamuis ex sententia Stoicorum, vt refert Tullius omnes sint Diuites, qui Cœlo, & Terra frui possunt. Vnde, *& Sen. ep. 90.* locupletissimum dixit mortalium Genus, in quo pauperem inuenire non posses, ea tamen tempora transierunt.

Ante omnia igitur sciendum videtur, quod quẽadmodum paupertas sumitur aliquando pro qualibet carentia, vt suo loco supra diximus. Sic,
2 & Diuitiæ in genere sumuntur aliquando pro qualibet abundantia, etiam alterius rei, quam pecuniæ, & aliquando hoc verbum Diues, idem sonat, quod abundans. *Sic ad Rom* 10. Idem Dominus omnium Diues in omnes, qui inuocant illum, *& ad Ephes* 2. Deus Diues in misericordia, *& D. Petr. Chrisol. serm.* 104. Esto Diues in misericordia si vis semper esse Diues, *& Iac.* 2. Deus elegit pauperes in hoc Mundo Diuites in fide, *& ad Tim.* 6. Diuites in Bonis operibus, *& p. ad cor. p.* Diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia. *Et apud Petr. 2. de remed. vtr. for. D.* 103. Linguam perdidi; si malam lucratus es plurimum, magnę diuitiæ sunt esse inopem malorum. *Et apud. Horat. de Art. Poet.* Ego nec studium sine Diuite vena, nec rude, quid prosit video ingenium, & apud. *Ouid. p. de Art. Amand.* promittas, facito, quid enim promittere lædit, pollicitis Diues, quilibet esse potest, quo in genere ditissimam esse Vrbem indicauit ille, qui cecinit. Tu promissorum prodiga Roma vale, *& Pet. 2. de rem. D.* 14. Vos rerum Auarissimi estis, & prodigi promissorum, *& idem eod. lib. 2. Dial.* 37. Sæpe qui Diuites sunt verborum esse inopes rerum nosse debueras. Ad idem confert *Ps.* 64. Visitasti terram, & inebriasti eam multiplicasti locupletare eam, & consonat *Bellarm. de Ascent. ment. in Deum c.* 3. Aer, & Ignis egena, & pene vaqua sunt elementa, Aqua solis Piscibus abundat Terra immensis Diuitijs *& D. Petr. Chrisol. serm* 123. Caueamus ne censu pauperes crimine Diuites ad istum Diuitem perducamur, *& serm.* 135. D. Laurentius erat Pauper Opibus, Diues moribus.

Declara, vt Diuitię in genere significent abun-
3 dantiam etiam alterius rei quam pecuniæ quando proferuntur cum adiuncto illius rei, vt in exemplis propositis Diues in misericordia in fide in bonis operibus Diues promissorum At si verbum Diuitię proferatur simpliciter, & absolute, significat abundantiam pecuniæ. Et sic sumitur in specie, & non in genere, & quamuis quod est in ge-
4 nere tale sit proprie tale *ad tex. eum. ibi not. in l. semper in generalibus* 190 *ff de Reg. Iur. & docuit Bald. in l. 2. C. de Iur. Anul. aureor* qui tamen si Phylosophatus minus foret, legista fortasse melior extitisset, attamen in dubio verba accipiun-
5 tur potius in specie quam in genere *ad tex. in l. si in Rem. 6. in princ. cum ibi not. ff. de rei vendic ibi.* Appellatio enim rei non genus, sed speciem si-
6 gnificat, prout etiam in dubio verba accipiuntur in potiori significatu *ad tex. in l. his verbis 48. ff. de hered. Instit. l. qui liberis 8. §. hac verba ff. de de vulg & post Roman. docet Mantica de Coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. n. 14.* Et præsertim verba
7 legum intelligi debent in concreto, & non in abstracto *d. l. si in rem 6. ff. de rei vendic. & ex illo tex. ita docet Io. Donatus d fina Sangrensis in Enchyridio Iuris in V verba.*
8 His præmissis sciendum, quod Diuitiæ a Diuinitate nomen traxisse videntur, nam Varro eruditissimus Romanorum scripsit dici Diuitem a Diuo, quod is, vt Deus, vel quasi Deus, nihili indigere videtur, *vt refert Tiraq de nobilit. ca. 3. n. 22. in fin. & confert ad id Ps.* 23. Domini est Terra, & plenitudo eius, *& Ps.* 15. Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, *& Aug. lib. 13. confes. c.* 38. Tu bonũ nullo indigens Bono, *& Plut.* Deus omnia agens, & nihil egens Vnde & apud eumdem *Plut. in Apopht.* Antiquus ille Lacon. cum pro Dijs Eleemosina quæreretur eam denegauit dicens Deos Diuites esse, vel vt ibi dicitur. Cum vidisset quẽdam Dijs congregantem ait non curo Deos me ipso indigentiores.
9 Apud Hebreos autem Diuitiæ appellantur Mammona *ex Aug. lib. 2. de sermon. Domini in Monte c.* 14. sed ex *Sent. Hieron. ad Eustochium de custodia virginitatis.* Gentili Syrorum lingua Mammona Diuitię nuncupantur, & vt iterum dixit idem *Hieron. Ep. 15. ad Algasiam.* Mammona non Hæbrorum, sed Syrorum lingua Diuitiæ nuncupantur, quod de iniquitate collectæ sint. In hac autem materia concernente sciẽtiam linguarum videtur magis credendum *Hieron. quam August. ad trad. per euerard. in Topica in loco ab*
10 *author. post initium, vbi post gl. & Io. de Imol.* docet quod quando Sacri Doctores sunt varij, standum est Augustino in disputationibus, Gregorio in moralibus, Hyeronimo in translationibus, Ambrosio in Sacramentis.
11 Locuples autem dicitur quasi locis plenus idest possidens immobilia, vel dicitur quasi loculos habens. *Ita Ias. in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui sat. cog.* vbi quod talis debet quis esse, vt dica-

tur

tur idoneus fideiuſſor. Ad id, quod dicitur de locis confert communis vſus loquendi Ferrariæ vbi fundus ruſticus, ſeu ager ſolet appellari locus. Ad id quod dicitur de loqulis confert *tex. in can. habebat 12. q. p.* vbi ſic loquitur Aug. Habebat Dominus loqulos à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum Eccleſiaſticę pecuniæ forma eſt inſtituta, & vt intelligeremus, quod præcepit non eſſe cogitandum de craſtino non ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecunię ſeruetur a Sanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

Et quod dicti ſint loqupletes, qui plurima agrorum loca cum pecorum multitudine poſſiderent, *poſt. Card. in Clem. exiui de verb. ſig. & Abbat. in Rub. de Pecul. Cler. docet Iodochus Dammander in enchyridio parium, ſeu ſimilium iuris in V. pecunia, & anima in princ.* Et confet *Horat. de Art. Poet.* Diues, Agris, Diues poſitis in Fænore nummis.

12 Et quidem in Fænore nummus, nummum parit, & ſe ipſum auget, ſed præter, & contra naturam eſt hic acquirendi modus, vt loquitur *Ariſ. p. polit. c. 7. & Ambroſ. relatus in can. ſicut 47. D.* Vſurę inquit Arte nequiſſima ex Auro, Aurum naſcitur.

13 Diuitię apud Latinos dicuntur etiam Opes, quia dant Opem hoc eſt Auxilium, vel quia ſunt Opes hoc eſt Auxilia, intellige ad Bona, & mala. Sic quod alibi opes ſignificent Auxilia patet, *apud Saluſtium in probem. ad Hiſtoriam Catlinæ ibi.* Mihi rectius videtur Ingenij, quam virium Opibus gloriam quærere.

Sed Opes pro Diuitijs accipiuntur, *apud Sen. in opuſc. de Beata vita ibi.* Opes Phyloſophus contemnendas dicit, & habet Ait eas debere contemni non ne habeat, Sed ne ſollicitus habeat, Opes apud me, extra me tamē ſunt. Habebit Phyloſophus Opes, quarum tam honeſtus ſit exitus, quam introitus, nec iactabit, nec abſcondet, *& Ep. 18.* Opum poſſeſſionem tibi non interdico, ſed eas intrepide poſſideas, & apud eumdem, vel alium *Senecam in Thieſtem* Regem non faciunt opes, *& apud Martial. lib. 11. Ep. 5.* Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores, & cum tot Creſos viceris, eſſe Numam.

Et ſiue pro auxilijs, ſiue pro diuitijs opes accipiantur, tempore Sanctiſſimi Vrbani Octaui, qui Apes geſtabat in Stegmate, dici recte poterat Apes dant Opes.

14 Dicuntur etiam Diuitię communiter Bona, vt idem ſit habere bona, ſeu habere in Bonis, ac eſſe Diuitem. Confert *tex. Luc. 16.* vbi Diuiti dicitur recepiſti bona in vita tua, *& Iob. p.* amiſſis pecorib⁹ dixit ſi Bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus, ſic accipiuntur *in tit. de bonor. poſſeſſionibus, & de bonis damnatorum, & de bonis Auth. Iud. poſſidend.*

15 Naturaliter autem Bona ex eo dicuntur, quod Beant hoc eſt Beatos faciunt, Beare autem eſt prodeſſe. *ſunt hac verba tex. in l. Bonorum Appellatione 49. ff. de verb. ſign. & conſonat. Sen. Ep. 117.* Bonum eſt, quod prodeſt, *& Ouid. Ep. 4.*
Iuppiter eſſe bonū ſtatuit quodcumq; iuuaret.

16 Sed moraliter loquendo Diuitias non eſſe Bonas, nec Bona, copioſe probaui *p. 2. in V. malum, & in V. ſalus, & p. 3. in remed.* ex vanitate Diuitiarum, & comprobat *Sen. in opuſc. de vit. Beat. ibi,* Diuitias nego Bonum eſſe cum Bonos non faciant, & apud malos deprehendantur, ſed habendas, & vtiles eſſe, & commoda afferre fateor, *Sed Ep. 87.* Diuitiæ inquit inter commoda numerantur, per eas tamen multa nobis veniunt incommoda.

17 Diuitiæ appelluntur etiam ſubſtantię ſiue ſubſtantia. *Sic Eccli. 41.* O mors quam amara eſt memoria tua homini habenti pacem in ſubſtantijs ſuis, *& Gen. 12.* egreſſus eſt Abraam, & tulit Saram, Loth, & vniuerſam ſubſtantiam ſuā, *& Gen. 13.* erat ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare communiter *& Pſ. 108.* ſcrutetur fænerator omnem ſubſtantiam eius, *& Pro. 3.* Honora Dominum de tua ſubſtantia, *& pro. 13.* ſubſtantia feſtinata minuetur, *& Eccli. 6.* Vidi aliud malum, & quidem frequens vir cui Deus dedit Diuitias, & ſubſtantiam, nec tribuit ei poteſtatem, vt comedat ex eis, *& Eccli. 10.* qui gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia, *& Eccli. 14.* viro cupido tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid Aurum, *& Eccli. 31.* Laborauit impius in congregatione ſubſtantiæ, & in requie replebitur bonis ſuis, *& Tob. 4.* ex ſubſtantia tua, fac elemoſinam, & noli auertere oculos tuos ab omni paupere, ita enim fiet, vt non auertatur a te facies Domini, *& Luca 15.* Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe, *& in l. ſi duas 6. §. de Phyloſophus ff. de excuſ. tut. ibi.* Si de ſubſtantia loquuntur, iam manifeſte fient nō phyloſophantes, *& in l. fin. C. de Dot. promiſ. ibi.* Idoneam ſubſtantiam, *& in Auth. quod nunc §. p. C. de Cur. furioſ.* vbi quod Curator cuiuſcumq; ſubſtantiæ, vel Dignitatis ſit, iurare tenetur de rebus vtiliter gerendis.

Ratio Conclufionis eſſe poteſt quoniam in hoc ſæculo ſola pecunia reputatur ſubſtantia, cætera præter pecuniam velut accidentia exiſtimantur, nam pecuniæ obediunt omnes, immo omnia, *vt loquitur tex. Eccli. 10.*

18 Infertur ex concluſione, quod cum quis per fideicommiſſum relinquit ſubſtantiam ſuam, intelligitur relinquere totum ſuum patrimonium, *vt diſponit tex. in l. cogi. 16. ff. ad Trebell. & docet Peregrin. de fideicom. art. 5. n. 4.*

Declara vt regulariter hoc verbum ſubſtantiæ
19 ſimpliciter prolatum non ſignificet Diuitias, ſed ipſam rem familiarem, adeo vt non quicunque habet ſubſtantiam, dicatur Diues, ſed qui ſubſtātiam magnam habet, Diues dicatur, qui paruam,

D pau-

pauper, qui mediorum, nec Diues, nec Pauper; Primum probatur *Gen. 3. ibi.* erat eorum substātia multa, & nequibant habitare communiter.

Secundum probatur *Eccli. 34* qui offert Sacrificium ex substantia pauperis quasi qui victimat Filium in conspectu Patris? Tertium probatur *ex l. fin. C. de Dot. promiss. ibi.* Idoneam substantiā iunctis alijs verbis ex eodem contextu.

Dixi regulariter quoniam aliquando hoc verbum substantiæ, etiam simpliciter prolatum, ratione subiectæ materiæ significat Diuitias, præsertim quando opponitur Paupertati, *vt in illo Eccli.* 10. qui gloriatur in Paupertate, quanto magis in substantia, *& in alio eiusd. Eccli.* 41. O mors quam amara est memoria tua homini habenti pacem in substantijs suis, & statim sequitur. O mors Bonum est Iudicium tuum homini indigenti, *& in illo Eccli.* 6. vidi aliud malum, & quidem frequens vir cui Deus dedit Diuitias, & substantiam nec tribuit potestatem, vt comedat ex eis, vbi plus etiam videtur importare substantia, quam diuitiæ si dictio illa, & stat augumentatiue, & ampliatiue prout est eius natura, *vt post alios doces Barbosa de dictionibus in dictione, et n. 33.* licet possit etiam stare declaratiue quasi pro idest, *vt in Rub. ff. si Ager. vectigalis, et Emphyteusicarius petatur*, quāuis aliqui *textus* habeant, *ibi* dictionem, vel

20 Limita vt hoc verbum substantiæ, siue Diuitijs, siue etiam rei familiari, tribuatur magis ex vulgari æstimatione, & communi vsu loquendi quam ex proprietate sermonis, quoniam quicquid sit substātia secundum Phylosophos, de quo me refero, *ad Alim. in lib. prædicamentorum 10. p. c. p.* absolute tamen, & moraliter loquendo non videtur posse dici substantia, quæ tot subiacet accidentibus, & in acquirendo, & in conseruando, vt experientia quotidiana docet vtrumque; & forte hic etiam dici potest, quod contingit accidentia mutare sub ectum, *vt vere dicitur in c. cum Martha de Celeb. miss.*

21 Et quo ad acquisitionem probat *tex. in l. si Defunctus 10. C. arbit. tut. ibi,* Nec industria, vel Augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur interdicendum est, *& Tac. lib. 3 ann. c. 9. ibi,* quamuis fortuna, vel industria plerique pecuniosam ad Senectam peruenerint, mansit tamen prior animus, *& Ou. lib. 2. de Arte Aman.* non minor est virtus, quam quærere, parta tueri casus inest illic hic erit artis opus.

22 Sed & quo ad conseruationem huiusmodi substantia pendet a casibus, vt eleganter, & argute describit *Mart. lib. 5. Ep. 43.*

Callidus effracta nummos fur auferet Archa
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor vsuram pariter sortemque negabit
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit Amica;
Mercibus extructas obruet vnda Rates.
Extra fortunam est quicquid donatur Amicis
Quas dederis solas semper habebis opes.
Ego autem dico si non elegantius certe verius
Extra fortunam est quicquid donatur egenti,
Quas Inopi dederis, semper habebis opes.

Adde *tex. Matt. 6.* nolite thesaurizare vobis Thesauros in terra, vbi Erugo, & Tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Adde etiā *Authorem Method. confessionis ibi.* Diuitiæ sæpe viuentem deserunt, morientem vero nunquam sequuntur.

Confert Phylosophus summæ Stoicæ Sapientiæ Crisippus, quem sic laudauit *I. C. in l. 2. ff. de leg.* studeant inquit homines comparare Diuitias, quæ cum possidente enatant, scilicet virtutes cum communes Diuitiæ subiaceant naufragijs. Ad idem cōfert quod scripsit *Plut. in Aopht.* Cęsar inq. primus Augustus cum audiret Alexandrum magna terrarum parte subacta dubitasse, quidnam per reliquum vitę tempus facturus esset, demiratus est, quod non maius opus Alexander existimaret partum seruare, & gubernare Imperium, quam magnum acquisiuisse, ergo si ad acquirēdum fortuna exigitur, ea etiam fortasse fortius ad retinendum exigetur, & confert *Idem Plut. in libris, quos inscripsit de Alexandri fortuna, vel virtute, & quod dixit amisso Regno Dionisius in Apopht. apud eund. Plut.* Pater mihi tyrannidem reliquit, Fortunam non reliquit. Et confert quod ipsæ Diuitiæ, vt dicemus Bona fortunæ, immo, & fortunæ nuncupantur sane verius, quam substantiæ.

23 Dicas ergo, quod pecunia non est substantia simpliciter, sed secundum quid. Vnde dicitur substantia huius Mundi *p. Io. 3. ibi.* qui habuerit substantiam huius Mundi, & clauserit viscera fratri necessitatem habenti, quomodo Charitas Dei est in illo. Et dicitur substantia terrena *in Can. duæ sunt 45. D. ibi.* Charitatis elemosina sine substantia terrena sufficit, *& apud Greg. hom. 37. in Euangelia* Terrena substantia supernæ fœlicitati comparata, pondus est, & non subsidium, & est substantia mobilis, ac transiens, & non permanens. Vnde *D. Paul. ad Heb.* 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Vnde, *& Ps. 38.* & nunc quæ est expectatio mea? non ne Dominus. Et substantia mea apud te est, & est potius substantiola, quam substantia, vnde, & *D. Bern. de consid. ad eugen. lib. 4. c. 9.* Episcopi ad manus habent, quibus Animas credant cui suas committant substantiolas non inueniunt magnam de minimis, minimam de maximis curam gerunt.

Et vere dici potest, quod hæc substantia non solum non est substantia. sed quod in hac substantia non est substantia seu nulla est substantia, *vnde Ps. 68.* infixus sum in limo profundi, & non est substantia, & de diuitijs etiā dici potest, quod

dici-

dicitur *in Ps. 38.* & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Et saltem negari non potest, quod in huiusmodi substantia, non est substantia idest non est subsistent'a, seu stabilitas. *unde Sen. Ep. 15.* Si quid in illis esset solidi, aliquando implerent, at haurientium sitim concitant, *& Plut. de Consol. ad Apolon.* non est recte rationes rerum putantis firmum aliquid in rebus instabilibus quærere.

24 Diuitię igitur verius quam substantiæ, fortunę nuncupantur probat *tex. in l. 2. C. de pet. hon. lib. 10. ibi,* omne semen alienas appetendi fortunas eruere cupientes, *& tex. in l. cogi. 16. ff. ad Treb.* vbi quod fideicommissum quo quis relinquit fortunas suas, dicitur vniuersale, & continet patrimonium vniuersum, *& Boet. de Cons. Phylosoph. lib. 3. Metr. 3.* Crede fortunis hominum caducis Bonis crede fugacibus.

Confert ratio, quoniam Diuitiæ sunt similes fortunæ, quæ dicitur inconstans, instabilis variabilis forte plus quam Luna mutabilis volubilis, immo volatilis si videlicet fortuna sumatur pro casu seu causa secunda, vel media, ad quod conferunt dicta *p. 3. de vanitate Diuitiarum* quibus adde, quod perseuerantia Diuitiarum non præsumitur, *vt infra q. 5. dicetur.*

Confert, & alia ratio, quoniam Diuitiæ pendere videntur a casu, & fortuna, tam quo ad acquisitionem quam, quo ad conseruationem, vt supra comprobaui, & omnino dici potest, quod fortunæ sine fortuna, nec acquiri possunt, nec conseruari, & quod pendent a fortuna n esse, & conseruari, & longe exoptabilius videtur habere fortunam, quam fortunas maxime si pro fortuna Deum ipsum intelligamus, in quo quidem sensu saluari forte potest virgilianum illud *Octauo Eneidos* fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Idque sensisse videtur *Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei c. 8 ibi* ducunt volentem fata, nolentem trahunt Ennij Senecæ sunt (ni fallor) hi versus, & hoc vltimo fatum appellauit summi patris voluntatē. Tu vero hic adde quod *Sen. Ep. 107. ex Cleante.* Sic refert, ducunt volentem fata, nolentem trahunt, Fortunam vero accipi pro Deo ipso, expresse sensit *Sen. 4. de benef. ibi,* natura inquis hoc mihi præstat, non intelligis te cum hoc dicis mutare nomen Deo? natura fatum fortuna, omnia Dei nomina sunt, varie vtentis sua potestate. Et fatum, & fortunam accipi pro Diuina Prouidentia omnia ordinante ad suos fines, & fatum, & fortunam aliquando dici habito respectu ad causas proximas, *docuit D. Thom. p. p. q. 116. art. p.*

26 Et hæc bene congruunt etiam subietæ materię quoniam Diuitiæ primario pendent à Deo, vt agnouit *Horat. lib. p. Ep. 4.* ad tibullum Dij tibi Diuitias dederant artemque fruendi, *& eod. lib. Ep. 18* sed satis est orare Iouem, qui donat, & aufert det vitam det opes. Eqummi animum ipse parabo, *& Mart. lib. p. Ep. 104.*

Si dederint superi Decies mihi millia centum
Dicebat non dum scæuola factus eques.
Qualiter o viuam, quam large quamque Beatæ
Riserunt faciles, & tribuere Dei.
Sordidior multo post hoc toga, penula peior
Aut viue, aut Decies scæuola redde Deis.

Et probat Diuina scriptura *p. Reg. 2.* Dominus pauperem facit, & Ditat, humiliat, & subleuat, *& pro. 22.* Diues, & pauper obuiauerunt sibi vtriusq; operator est Dominus, *& Ps. 12.* Cantabo Domino, qui Bona tribuit mihi, *& Iob. p.* si Bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus, Dominus dedit Dominus abstulit, & vide quæ dixi *p. 3. in remedio spei in Domino.*

27 Diuitię appellantur etiam facultates, quia rerum fere omnium facultatem, & facilitatem præbeant, Immo Gręci facilitatem, & opulentiam vno verbo significant. *Ita Tiraq. de nobilit. c. 3. nu. 5.* vbi adducit illud *Eccli. 10.* pecuniæ obediunt omnia *probat Tullius 2. de off.* singulorum facultates, & copiæ, Diuitiæ sunt Ciuitatis, probat *tex. p. ad Cor. 13.* si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest *& tex. in §. in fraudem instit. tit. quibus ex caus. man. non licet ibi* Sæpe de facultatibus suis amplius, quā in ijs est, sperant homines, *& in l. 2 ff qui satisd. cog. ibi.* fideiussor loquples intelligitur non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate, *& in l. p. §. semper ff vt leg nom cau.* vbi hæres satisdare cogitur, cuiuscumquną; dignitatis, vel quarumqunque facultatum sit, *& in l. nec ei 17 ff. de adopt. ibi* inquiritur ex comparatione facultatum an salubris sit arrogatio pupillo, *& in l. fin. C. de operis libertorum ibi.* Defectis facultatibus patroni, *& in l. si quis ib. C. de rescind. vend. ibi.* proprias distrahere facultates, & textus est ad hoc omnium optimus *in l. si quis à liberis 5. §. si impubes ff. de Lib. Agnos. ibi* iniquissimum est patrem egere cum filius sit in facultatibus. Et probat etiā communis vsus loquendi, qui pro eodē sumit hominem Diuitem, & facultosum, qui quidem vsus, immo & abusus probat vt dixi sup. *& docet Euerard. in loco ad opinione vulgi.*

28 Infertur, quod fideicommissum, quo quis relinquit facultates suas est vniuersale, & comprehendit totum fideicommittentis Patrimonium. *l. cogi. 16. ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicom. art. 5. nu. 4.*

29 Declara quoniam aliquando hoc verbum facultates non simpliciter Diuitias, sed rem ipsam familiarem significat, & forte etiam modicam. Vnde *in d. §. in fraudem instit. tit. quib. ex caus. man. non lic.* dicitur quod sæpe de facultatibus suis amplius, quam in ijs est sperant homines, *& in l. si constante 25. ff. sol. matr.* Mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere. Itaque hic etiā cadit distinzio, quam fecimus supra de verbo substantiæ.

30 Diuitię appellantur etiam Copiæ probat hoc *tex. Aug. in c. maiores 16. q. 7. ibi*, Maiores nostri Copijs abundabant, quia Deo Decimas, & Cæsari tributum præstabant, nunc fiscus tollit, quod Christus non accipit, *& Tullius 2. de off.* singulorum facultates, & copiæ Diuitiæ sunt Ciuitatis, confert quod legitur *in lect. D. Marthæ 29. Iulij ibi* nobilibus, & copiosis parentibus nata intelligendo copiosis idest Diuitibus, *& Aug. lib. 12. confess. c. p. ibi* copiosa (idest Diues) est egestas humanæ intelligentiæ, & forte sic etiam intelligi pot. *Ps. 129* Copiosa apud Deum Redemptio.

31 Aliquando etiam Diuitiæ appellantur copia sub nomine vnuius sicut, & paupertas dicitur Inopia forte quasi sine copia, vel fine opibus, vel fine ope. Vnde *D. Bern. de interior Dom. c. 26.* ex super effluenti aliorum copiæ prouenit aliorum inopia, *& Ouid. 3. met.* Inopem me copia fecit, *& idem 6. eiusd. met.* sum felix, &c. Tutam me copia fecit. Maior sum quam cui possit fortuna nocere, multaque vt eripiat, multo mihi plura relinquet.

Declara vt hoc verbum Copiæ aliquando non tam Diuitias quam rem familiarem importet et à paruam ratione adiuncti. Vnde *Tull. p. de off.* Copiæ paruæ singulorum sunt, eorum autem qui his egeant infinita est multitudo.

32 Diuitię dictæ sunt etiam res secundæ a sequendo *inq. Aug. lib. 13. de Trinit. c. 13.* intelligo quia nos sequimur illas, & alij nos sequuntur ob illas. Vnde *Budaeus in praef. ad opusc. Plut. de tranq. Animi.* Amicum inquit secundæ res parant, aduersæ probant.

Cōfert Comprouincialis meus *Propertius* Vmbria quem genuit.

Aurea nunc vere sunt sęcula plurimus auro

Venit honos; Auro conciliatur amor.

Aurum Lex sequitur Auro venalia iura

Aurum omnes victa iam pietate colunt.

Et Ouid.

Aspicis vt veniant ad candida tecta Columbę

Ibit ad amissas nullus Amicus opes.

Et vide quę dixi *p. 3. in remed amicitiæ*, & adde nunc quod non solum omnes sequuntur opes, immo a minimo ad maximum omnes Auaritiam sequuntur *Hierem. 8.* Et pecuniæ obediunt non solum omnes, sed omnia *Eccle. 10.*

33 Declara vt res secundæ sumantur in genere significent non solas Diuitias, sed humanam fœlicitatem quę non in solis Diuitijs sita est quēadmodum non in sola paupertate versatur aduersitas, & ita pot. intelligi etiam *Budeus praallegatus in d. praefat. ad opus. Plut. de tranq. Animi ibi*, Amicum secundę res parant, aduersæ probant. Ad idem *Aug. lib. 12. de Ciuit. Dei c. 20.*

Salomon bonis initijs malos exitus habuit, quia secundæ res ei magis ob fuerunt, quam profuerit Sapientia, Cui consonat *Hieron. de virginit. ad Eustoch.* solus in Delicijs Salomon, & forsitan ideo perijt, *& Tacit lib. p. Histor. c. 4.*

Secundę res acrioribus stimulis animum explorant, nam miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur *& idem lib. 2. hist. c. 2.* rebus secundis etiā egregios duces insolescere

34 Diuitię demum appellantur nomine pecuniæ, sicut, & diues, & pecuniosus pro eodem accipiuntur. Vnde *Tac. lib. 3 an ca 9.* quamuis plerique pecuniosam ad senectam peruenerint, mansit tamen prior animus. Idemq; indicat *Sen. Ep. 119* neminem pecunia Diuitem fecit. Immo cōtra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit, quæris causam? Plus incipit habere posse qui plus habet. *Et Aug. in can. totum p. q. 3.* expresse dixit, quod quicquid homines habent in terra pecunia vocatur, *& tex. in l. 2. C. de Const. pec.* inquit quod pecunię nomine omnes res continentur, cum possint in pecuniam omnia conuerti, *& tex. in l. rei appellatio 5. ff. de verb. sig. ibi*, pecuniæ significatio ad ea refertur, quæ in patrimonio sunt, *& in l. pecuniæ nomine 222. ff. eod. tit. de verb. sig.* dicitur pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura continentur.

35 Pecunia vero dicta est a pecudibus, eo quod antiqui, quod habebāt in pecoribus habebant *Aug in can. totum p. q 3.* vel quia antiquitus pecora erant loco pecuniæ. Vnde *Gen. 33.* Iacob emit partem agri centum Agnis *& Iosue 24.* in parte Agri, quam emerat Iacob cētum nouellis ouibus.

36 Infertur ex Conclusione, quod fideicōmissum pecunię est vniuersale, & continet vniuersum patrimoniū *l. cogi. 16. ff. ad Treb. Pereg. de fid. art. 5. n. 4. & prius ibi gl in V. pecuniam* generaliter ait, quod appellatio pecuniæ pro tota substantia ponitur, *vt in l. propemodum 88. ff. de verb. sig.* vbi quod tantum pecuniæ dicitur quis relinquere, quantum ex bonis eius refici potest. *Apostilla vero in d. l. cogi.* limitat vt id non procedat in contractu, vel testamento Rustici quia in eo pecuniæ appellatione, possessiones non veniunt, *per tex. in l. vxorem 39. §. legauerat ff. de Leg. 3. forte in fine*, vbi legauerat Testator quicquid possidebat in patria, & dicitur non intelligi legatam pecuniam in patria reperta, n.

Quid autem generaliter veniat sub dispositione pecuniæ vide magistraliter *per Bart. in l. talis scriptura 30. n. 2. ff. de L. p.*

37 Sciendum est interim, quod nomen pecunię sumitur in genere, & in specie, *d. l. cogi. 16. ff. ad Treb. & d. l. pecunia nomine 222. ff. de verb. sig.*

38 In genere quidem seu generali sumpto vocabulo, pecuniæ appellatione veniunt quæcunque possunt in pecuniam conuerti, *Surd. D. 35. n. 17.* vbi etiā quod pecunia est rerum omniū mensura.

Ita sumitur in exemplis supra positis, *& in lib. prou. 2.*

Si quæsieris sapientiam, quasi pecuniam, inuenies eam, *& apud Tacit. 2. an c. 8.* nobilitatem pecu-

pecunia iuuandam præfatur Tiberius, & *Eccli* 10 pecuniæ obediunt omnia, *& Exod.* 21. si seruus a Domino percussus, superuixerit vno die, Dominus non subiacebit pœnæ quoniam pecunia illius est, *& in l. properandum* 13. *C. de Iud. ibi* Pecuniariæ causæ sæpe materiam criminis creare noscuntur, *& in l.* 4. *ff. si omiß. cauſ. testam. ibi,* licet non pecunia, sed nimia gratia fecerit, adhuc tenetur, *& in l. Cum ratio* 7. *C. de Bon. damn.* Ampliari Imperium hominum adiectione, quam pecuniarum copia malo, & in hoc sensu sumitur in dubio, ne fideicommissum intercidat, *vt in d. l. cogi.* 16. *ff. ad Sen. Conſ. Treb.*

39 In specie autem sumitur nomen pecuniæ, pro pecunia numerata, seu impressa. Ita sumitur *in l. p. C. de Admin. tut. ibi,* nisi mobilis sit substantia pupilli, Tutor non fænerabit pecuniam, sed recondet, *& in l.* 4. *ff. ad l. Iul. peculat. ibi,* mandatis Principum pecunia sepeliri prohibetur. Et in hoc secundo sensu sumitur ex communi vsu loquendi, *vt per Bart. in d. l. talis Scriptura n.* 2. *sub fin. ff. de l. p.*

Quæ forte est etiam ratio eius, quod diximus in Rustico.

40 Aliquando vero sumitur in tertio sensu, quodam medio, vt pecunia comprehendat ea solum, quæ pondere numero, vel mensura consistunt, *vt in d. l. talis Scriptura* 30. *ff. de l. p.* Et in hoc sensu sumitur quando Casus non est, neq; fauorabilis nec odiosus, *vt docet Bart. in d. l. talis Scriptura n.* 2

41 Adde quarto, quod aliquando, & sæpe hoc nomen pecuniæ non significat Diuitias, sed rem familiarem, seu patrimonium, *sic in l. si Chorus* 79. *ff. de l.* 3. *ibi* pecuniam sine peculio fragilem esse *& Exod.* 22. vbi seruus pecunia Domini dicitur, *& in l. pecuniæ* 4. *ff. de verb. sig. ib.*, pecuniæ appellatione, rem significari, proculus ait, *& apud Tac. lib. p. hist. c.* 12. *ibi.* pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ Auarus.

42 An autem appellatione mobilium veniat pecunia numerata, & sic in specie sumpta est alia quæstio voluntatis de qua *per Manticam de coniect. vlt. vol. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 2. *& seq. & per Ludouis. in Romana legati mobilium D.*257. *per tot.* licet ibi quæstio esset de gemmis.

43 Peculium vero dicitur quasi parua pecunia, siue pusillum patrimoniũ. *leg. cogi.* 16 *ff. ad Treb. gl. in l. si quis Presbiter in V. peculium C. de Ep. & Cler.*

Alio modo sumitur *in l. si Chorus* 79. *ff. de l.* 3. *ibi,* Audiui Rusticos senes dicentes pecuniam sine pecullio fragilem esse, pecullium appellãtes quod præsidij loco seponeretur.

Alio modo fortasse sumitur *in lib. Exod. ca.* 19. *ibi,* si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum, eritis mihi in Peculium.

Alio denique modo sumitur *in tit. ff. de Castr. pecul. et in tit. Can. de peculio Clericorum.*

QVAESTIO QVINTA.

Quot, & quæ sint Diuitiarum, & Diuitum Species.

SVMMARIVM.

1 *Virtutes sunt veræ Diuitiæ, quas licet ferre secũ & cum possidente enatant.*
Domum nostrum ingrediens nos miretur magis quã supelectillem.
Homo, nudus est æstimandus.
Fallaces Diuitiæ, veris opponuntur.
Alij Diuites in Deum, Alij Diuites huius sæculi.
Quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito.
Contentum suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæque Diuitiæ.
Animus sibi diuitias facit nihil concupiscendo.
2 *Beatus dicitur à Sen. qui præsentibus contentus est.*
3 *Virtutes etiam intellectuales dicuntur Diuitiæ, & fælicitatem afferunt, Scientia, & experientia quomodo distinguantur.*
4 *Sapiẽtia Diuitijs æquiparatur, immo, & longe præponitur.*
5 *Lætus dicitur Diues.*
6 *Omnes sunt Diuites (dicunt Stoici) qui Cœlo, & Terra frui possent.*
Rerum ad vitam tolerandam sufficientium nemo pauper ex Plut.
7 *An habens in Bonis quinquaginta, vel centum aureos dicatur Diues.*
8 *Diues quis esset olim apud Romanos.*
Neminem pecunia Diuitem facit ex Sen.
9 *Alij Diuites natura, Alij Diuites status.*
10 *Quis dicatur Diues extra casus expressos in iure, iudicatur Iudicis Arbitrio regulando ex personarum qualitate.*
Diuitem esse, magis in vtendo quam in possidendo consistit.
11 *Loquples quis dicatur.*
12 *Fiscus dicitur Diues, & satisdare non tenetur.*
13 *Communitas an, & quando dicatur Diues, et quid ad*
14 *effectum auocandi causam, quæ sunt vniuersitatis, non sunt singulorum, nec econtra.*
15 *Resoluta vniuersitate quilibet de vniuersitate bonorum partem vindicat.*
16 *Interest Reip. subditos esse loquupletes.*
Melius loquupletibus imperare, quam esse loquupletem.
17 *Diues dicitur Filius habens Patrem Diuitem, vel saltem dicitur pauper Diues.*
18 *Aestimum patris dicitur æstimum Filij.*
19 *Nepos habens Auum Diuitem, dicitur Diues.*
20 *Vxor habens Maritum Diuitem non dicitur Diues.*
21 *Mater habens Filium Diuitem, non dicitur Diues.*
22 *Filius non potest ordinari ad titulum hæreditatis paternæ.*

Episco-

23 *Episcopus non tenetur alere sic ordinatum habentem patrem Diuitem.*
24 *Diues dicitur habens actiones, nisi sint contra pauperes vt n. 26.*
25 *Non dicitur impeditus qui potest impedimentum remouere.*
26 *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.*
27 *Habens actiones non dicitur Diues quando sunt ex sola obligatione Ciuili.*
28 *Habens credita naturalia non dicitur Diues, minus habens Antidoralia, vt n. seq.*
29 *Antidoralis obligatio non ligat, neque in foro fori, neque in foro poli nisi vt ibi.*
Lucri species est, Beneficij sibi debitorem acquirere.
30 *Habens etiam solam proprietatem bonorum dicitur Diues, et potest eã vendere etiã inuito vsufructuario.*
31 *Filius non dicitur posse se alere, nisi habeat ad id redditus sufficientes, nec tenetur vendere proprietatẽ.*
32 *Habens societates officij, vel soccidas dicitur Diues.*
33 *Census ęquiparatur stabilibus. Declara vt ibi.*
34 *Loca Montium non vocabilium æquiparantur stabilibus.*
35 *Ditior reputatur habens Rustica prædia, quã vrbana*
36 *Olim diues, et nunc præsumitur, sed vide n. seq.*
37 *Perseuerantia Diuitiarum non præsumitur.*
38 *Diues factus præsumitur ex laboribus, & industria, licet administrauerit aliena.*
39 *Fallit quando non datur industria, vel labor, vide ibi.*
Substantia festinata minuetur.
40 *Rector hospitalis præsumitur ditatus ex Bonis hospitalis, nisi contrarium doceat, idem in Rectore Ecclesię.*
41 *Ex maleficio Diues, non gaudet priuilegio Diuitum.*
Ex maleficio quæsitum à seruo, Domino non quæritur.
Ex maleficio Pauper an gaudeat pauperũ priuilegijs.
42 *Diues prę{s}umitur ignorare vires sui patrimonij.*
43 *Diuitis officium est libenter dare, pauperis libenter accipere.*
44 *Inter Diuitias, et paupertatem datur mediũ vide ibi.*
45 *Quis dicatur medius inter pauperem, et Diuitem.*
46 *Medium datur inter contraria licet non inter contradictoria.*
47 *Inter velle, et nolle mediat non velle: Inter consentire, & dissentire non dissentire n. 48. Inter placet, & displicet non placet n. 49. inter testatum, et intestatum intestabilis n. 50. inter iustum, iniustũ, non iustum, et Gratia n. 51. Inter assistere, & resistere non assistere nn. 52. Inter permittere, & prohibere non permittere n. 53. inter sanum, & infirmum non sanus, et senex. n. 54. Inter necessarium, & superfluum non necessarium n. 55.*
56 *Habens in bonis centum coronatos non est neque Diues, neque Pauper.*
Item Filius habens Patrem Diuitem, item habens ad victum tantum necessaria.
57 *Aliquis est Diues sibi, Pauper amicis vide versus.*
58 *Recensiores Gramatici declinando amisere Datiuum; sed immo non fuit amissus ille casus, sed conuersus in vltimum vide ibi.*

Abraam non sibi, sed Pauperi Diues fuit.

1 SCiendum est primo, quod verę Diuitiæ sunt virtutes, & virtutibus prędití, sunt vere Diuites. Vnde *D. Greg. hom. 15. in Euang. ad 8. Lucæ* Sic ait. Hoc in loco, alio Euangelista tastante nequaquam Dominus Diuitias, sed fallaces Diuitias appellat, fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere non possunt, quæ mentis nostræ Inopiam non expellunt. Solæ autem Diuitię verę sunt, quę nos Diuites virtutibus faciunt. Si ergo fratres carissimi, Diuites esse cupitis, veras Diuitias amate. Et Cic in paradoxis, virtus, nec tempestate, nec temporum mutatione mutatur, qua qui præditi sunt, soli sunt Diuites, Improborum nemo adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis, & Crisippus, vel vt alijs placet Aristippus aiebat, studeant, homines comparare Diuitias, quæ naufragio non pereunt, & simul cum possidente enatant, & vt refert *Pet. 2. de remed D. 9.* Aristippus hoc vnum iussit Domi nunciarent, eas opes filijs parandas, quæ naufragio non perirent, & quę liceat secum in exilium ferre vt Cato dicebat *apud Sen. de cons. ad Poly* 6. Tu adde & quæ fisco non subiaceant.

Adde etiam Claudian in Consulatum manlij ibi
Ipsa quidem virtus pretium sibi
Diuitijs animosa suis immotaque cunctis.
Casibus, ex alta, mortalia despicit Arce.

Ad idem *Val. Max. lib. 4. memorab. c. 8.* Agrigentinus Gillia opibus excellens, sed multo etiam animo loqupletior, *et Sen. Ep. 108.* Homines in animo non in Patrimonio putent esse Diuitias, *& prius Ep. 5.* qui Domum intrauerit, nos potius miretur, quam supellectilem nostram, *et Ep. 76.* Cum velis veram hominis æstimationem inire, nudum inspice, ponat honores, ponat patrimonium, & alia fortunæ mendacia, Corpus ipsum exuat, Animũ intuere. Hoc ipsum indicauit Phylosophus ille sapiens Bias, qui dixit omnia mea Bona mecum porto, vel vt refert *Sen. Ep. 9.* Stilpon vir strenuus, qui amissa patria liberis vxore dixit nihil pe.d.di Omnia mea mecum sunt, *et D. Paulus Pad. tim. 6.* Diuites inquit in Bonis operibus, *et Pet. 2. de rem. D. 44.* nullius rei eget, qui virtutum Diues est quarum indigentia vere miseros, & misericordiæ egentissimos facit.

Adde quod veris Diuitijs, sæpe falsæ, atq; fallaces opponuntur. Vnde *vt refert D. Hieron. ad Paulinum relatus in Can Gloria 12. q. 2.* Crates ille Thebanus ditissimus, cum ad Phylosophandum Athenas pergeret, magnũ auri pondus abiecit, nec se posse putauit virtutes simul, & Diuitias possidere.

Certe qui virtutes non possidet licet Diuitias quoquomodo possideat, non est in Deum Diues, *iux. tex. Lucæ 12.* sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum Diues, nec est dicendus simpliciter Diues, Sed Diues huius seculi *vt dixit Paul. p. ad tim. 6.* Diuitibus huius sæculi præcipe non subli-

sublime, nec sperare in incerto Diuitiarum.

Et quod virtute præditi dicantur Diuites, probatur etiam ex eo quod malis moribus imbuti, & vitijs impliciti, dicuntur pauperes, vt suo loco supra probauimus. Idem autem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito. *l. fin. ff. de Leg. 3.*

Probatur etiam ex *D. Greg. lib. 15. moral. c. 5. ibi*, Diuites eguerunt, & esurierunt, quia dum exterius multiplicantur, interius inanes fiunt, & pæne Sapientiæ satiari minime merentur.

Alia etiam ratio Conclusionis prædictæ est *apud Sen. Ep. 74. ibi* quæris quare virtus nullo egeat; præsentibus gaudet, non concupiscit Absentia, & concordat *Tullius in paradoxis*. Animus hominis Diues non Archa solet appellari Animus oportet tuus se Diuitem iudicet Diues est, qui nihil quærit nihil appetit, nihil optat amplius; contentum suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæque Diuitię. Vnde, & iterum *Sen. Ep. 21. ex epicuro*, inquit si vis Diuitem facere non pecuniæ adiciendum, sed cupiditati detrahendum, *& Ep. 77.* Animus sibi pacem fecit, nihil timendo, fecit sibi Diuitias, nihil concupiscendo, *& Val. Max. lib. 4. memor. c. 3.* Fabritium loquipletem faciebat non multa possidere, sed modica desiderare, *& idem eod. lib. 4. c. 8.* Iuro nullas Diuitias paupertati talium virorum, fictilibus contentos posse præferri, omnia habet qui nihil concupiscit, & concordat *Apost. 2. ad cor. 6.* Tanquam nihil habentes, & omnia possiddentes, *& Sen. de Vit. Beat.* Ego Terras omnium video tanquam meas, meas tanquam omnium.

2 Immo non solum Diues, sed Beatus dicitur, præsentibus qualiacumq; sint contentus, *vt dixit idem Sen. in eod. opusc. de Vit. Beat. & Mart lib. 10. Ep. 47.* quærens ea, quæ vitam faciunt Beatiorem, vt ipse loquitur concludit dicens, Quod sis esse velis, nihilque malis.

3 Amplia vt non solum virtutes morales, sed etiã intellectuales, vt scientiæ dicantur Diuitię. *Vnde D. Hieron. Ep. 151. ad Algasiam* sic ait, qui fidelis est in minimo, hoc est in carnalibus, & in multis fidelis erit, hoc est in spiritualibus, qui autẽ in paruo iniquus est, vt non det fratribus ad vtendum, quod a Deo pro omnibus est Creatum, iste & in spirituali pecunia diuidenda, iniquus erit, si autem carnales Diuitias, quæ labuntur non bene dispensatis, veras æternasque Diuitias Doctrinæ Dei, quis credet vobis, confert quod dicitur de Christo Domino *ad Colos 2.* in quo sunt omnes Thesauri Scientiæ, & Sapientiæ Dei, *& tex. in c. ex multis p. q. 3.* nec eligant in Domo Domini, qui maiores Sacculos pecunię conferant, sed eos, qui moribus disciplina, & scientia Diuites pro officio suo ipsam valeant sustentare.

Nec solum Diues dicitur, sed felix, qui potuit rerum cognoscere causas, hoc est scire, quod non est aliud, quam rem per causam cognoscere, in hoc enim scientia ab experientia distinguitur; quod expertus scit ita rẽ esse, nescit cur ita res sit.

4 Amplia vt multo magis sapiẽtia Diuitijs æquiparetur, & Diuites esse, qui sapientes sint secundum Phylosophos censuit, & comprobauit *Tullius c. vlt. paradox. quem refert Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 5. in fin. & probat tex. sap. 8.* Si Diuitię appetuntur in vita, quid sapientia loquipletius, quæ operatur omnia, nec dissentit, *Sen. Ep. 8.* quid eo loquipletius cui quod donet fortuna non inuenit, & plus dicitur *Iob 28.* non adęquabitur sapientiæ Aurum, vel vitrum, vel topatius Excelsa, & eminentia non memorabuntur in comparatione illius, *& Sap. ca. 7.* Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, & longe exoptabiliorem esse sapientiam, quam Diuitias comprobauimus *p. 3.* in remedio sapientiæ.

Et sapientes recte Diuites dici, probatur etiam ex eo, quod econuerso insipientes, ac stulti dicuntur pauperes, vt supra suo loco probauimus, & idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito *l. fin. §. fin. ff. de Leg. 3.*

5 Huc spectat, quod Diuites dicuntur quiqunque Læti sunt Pauperies si læta venit, Ditissima res est, *inquit Neuizzar. in Sylua nuptiali lib. 3. n. 5. adducens gl. in Auth. de Tabellion in V. caute* vbi quod Salomon ait melior est Buccella panis sicca cum Gaudio, quam plena vtraq; manus cum Iurgio. Vnde *& Mart. lib. 4. Ep. 77.* nunquam Diuitias Deos rogaui contentus modicis, meoque lætus.

Ad comparandam vero lætitiam, remedium potissimum esse sapientiam ostendimus *p. 3. c. p.* vbi vide, quæ de lætitia diximus, & fortasse lętaberis.

6 His præmissis, sciendum est, quod si vera esset sentent a Stoicorum quam plurimi, ac fere omnes essent Diuites, nam teste Tullio omnes sunt Diuites, (dicunt Stoici) qui Cœlo, & Terra frui possunt iuncto eo quod cecinit *Ouidius 6. Met.* nec solem proprium natura, nec Aera fecit, quãvis Principes generaliter venationem prohibentes, Aeris vsum prohibere videantur, nec longe distat à sententia prædicta *D. Hieron. Paulino ad pentateucum* sic viuamus (inquit) tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, victus, & vestitus Diuitię Christianorum sunt. *& Sen. Ep. 90.* Loquipletissimum dixit mortalium genus, in quo Pauperem inuenire non posses, *& Ep. 80* quid eo loquipletius cui quod donet, fortuna non inuenit, *& Plut. de cupid. Diuit.* Rerum ad vitam tolerandam sufficientium, nemo est Pauper.

7 Et saltem multi essent Diuites si vera foret sententia *Gl. & aliorum quos refert Mascard. de probat. volp. Concl. 526. n. 10.* quod qui habet in Bonis quinquaginta, vel centum aureos, dicatur Diues, quod tamen, nec admittit ipse *Mascard.* nisi vbi agitur de modico præiudicio.

8 Si vero inspiciatur sententia Marci Crassi pau-

cissimi

cissimi erunt Diuites, is enim eum solum esse Diuitem asserebat, qui ex proprijs redditibus posset alere Legionem, *vt narrat in eius vita Plut, et refert Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 65. nu. 5. & Tullius c. vlt. parador.* *Sic refert* multi ex te audierunt, neminem esse Diuitem, nisi qui exercitũ alere posset suis fructibus.

Sed, & apud Romanos, Diuites habebantur, & in nobilium subsellijs sedere poterant in Ludis spectandis ij quibus quadringentorum sestertiorũ, patri auoque Census fuisset, *vt tradit Plin. lib. 33. Nat. hist. c. 3. Alex. ab Alex. lib. 5. dier. genial. c. 16. & refert Menoch. de Arb. d. cas 65. n. 6.*

Quod si sequaris verba *Sen. Ep. 119.* nullus erit Diues saltem ex ijs, qui communiter Diuites existimantur, inquit enim ipse. Neminẽ pecunia Diuitem fecit, Immo nulli non maiorem sui cupiditatem incussit.

9 Et saltem paucos esse Diuites, comprobari videtur ex ijs quæ *tradit Nauar in man. c. 24. n. 6. in fine,* in hęc verba, sequitur sine iusta causa Rosellam dixisse paucos Diuitum Confessarios saluatum iri, si elemosina in prædictis duobus casibus de præcepto foret, non enim tot sunt, quot putat huiusmodi Diuites, quibus sit superfluum status, cum nec Reges, nec magni Principes, qui habent Thesauros ad Bella, quæ probabiliter timent, dicantur habere superflua.

Vel ex his potes etiam colligere Diuites esse in duplici differentia, Alios scilicet Diuites naturæ, qui habent superfluum naturæ, qui fortasse multi sunt, alios vero Diuites status, qui habent superfluum status, qui pauci sunt, *& vide p. 2. in V. Princeps.*

10 Veritas est, quod extra casus expressos in iure relinquitur Iudicis Arbitrio quis dicatur Diues. *Bart. in l. si constante n. 14 ff. sol. Matrim. & ibid. Alex. Ias & Rip. Couar. lib. 2. var. res. c. 6. n. 8. Gigas de Pens. q. 89. n. 10. Grauatius qui de com. test ad vestr. lib. 4. c. 4. n. 30. Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Don. in V. omnia, vel partem nu. 31. post alios Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 7. & Rota in Ferrarien. Lucri Dotis D. 113. n. 13. p. p. Recens.*

Declara vt huiusmodi arbitrium non sit liberum, sed regulandum ex qualitate personarum, *ita loquntur preallegati, & Menoch. ipse de Arb. d. cas. 65 n. 7. & signanter Nat. cons. 605. n. 2. lib. 3.*

Et pro Declaratione Vide *quæ dixi sup. q. 3.* & nota quod scripsit *Arist. p. Rhet. c. 5. ibi,* In Summa Diuitem esse magis in vtendo, quam in possidendo consistit.

11 Sciendum est ergo, quod loquples est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit *sunt hæc verba tex. in l. quos nos hostes 234. §. loquples ff. de verb. sign.*

12 Et fiscus dicitur Diues *gl. in l. non dubito 10. ff. de Iur. Fisci in V. relinquere, & probat tex. in l. 2 ff. de Fund. Dot. ibi,* nec fiscus ad quem fundus peruenit alienat, licet semper soluendo sit, & idoneus Vnde est, quod fiscus satisdare non tenetur *dixi p. 2. in V. Cautio.*

13 Licet possint aliquando Communitates, seu Vniuersitates dici pauperes, quo ad aliquem effectum *vt apud Tac. lib. 4. hist. c. 2. ibi,* prætores publicam paupertatem quæsti modum impensis postulauerunt, regulariter tamen Communitates videntur dici posse Diuites, vel saltem non pauperes, Vnde Communitas allegans paupertatem ad effectum Auocationis causæ, & remissionis ad partes non auditur, quia si vnum quadrantem, vt ita dicam pro singulo ponant, massam constituunt, ex qua valeant litem sustinere. *Ita Marchesan. de commiss. p. 2. c. 4. §. 2. n. 27.* vbi addit ita fuisse resolutum in signatura, & ita passim seruari, & allegat etiam *tex. in l. 2. vbi DD. ff. de fund. Dot. & Marchesan. refert, & sequitur Scaccia de Appell. q. 7. n. 130. vers. extende istam restrictionem in fine.*

Immo videtur omnino dici posse Diues Communitas saltem illa, quæ subditos habet Diuites, quia licet Ciuitas à Ciuibus differat tanquam con-

14 tinens à contento. Vnde & quæ sunt vniuersitatis, non sunt singulorum, *l. in tantum 6. §. p. de rer. Diuis §. vniuersitatis eod. tit. inst.*

Et Debitum, vel Creditum vniuersitatis non est singulorum *l. sicut 7. in fin. ff. quod cuiusq, vniuers. ibi,* si quid vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod vniuersitas debet, singuli debent. Quemadmodum econtra res singulorum non sunt vniuersitatis *§. singulorum inst. tit. de rer. Diuis iuncto § vniuersitatis eod. tit.*

15 Attamen Ciues Collectiue sumpti constituunt Ciuitatem, & dici possunt Ciuitas, & vniuersitas non est aliud, quam singuli homines qui ibi sunt, *vt dixit gl. in d l. sicut in vnum debetur in fin. ff. quod cuiuscumq; vniuers.* & dissoluta vniuersitate, quilibet de vniuersitate, posset quasi propriam vindicare partem rerum ad vniuersitatem spectãntium *ad tex. in l. 3. ff. de Colleg. illicit. & sensit gl. in d. l. sicut in V, non debetur sub initium ff. quod cuiuscumq; vniuers.*

16 Et econuerso interest Reip. subditos esse loquppletes, *vt tradunt DD. ex tex. in l. vnic. §. fin. C. de Cad. tollen. ibi* nostrum esse proprium subiectorum commodum existimamus, *& in §. consideraumus Auth. vt Iud. sine quoque suffrag. ibi,* Et Imperium, & Fiscus abundabit vtens subiectis loqupletibus. Vnde & *Tullius 2. de off.* singulorum facultates, & Copiæ, Diuitiæ sunt Ciuitati, immo Marcus Curius dixit malle se, quam loqupletem esse, loqupletibus imperare, *vt refert Val. Max. lib. 4. memorab. c. 3. & vide quæ dixi p. 2. in V. Ciuitas.*

17 Dicitur etiam Diues filius habens patrem Diuitem *ad tex. in l. in suis 11. ff. de lib. & pos. ibi,* quasi olim hi Domini essent, & ibi etiam, viuo patre quodamodo Domini existimantur, *c. Clericos*

p.

p. q. 2. can. fin. in fin. 16. qu. p. c. p. vbi Ab. de Mag. Alex. in Auth. præterea vnde vir. & vx. Crauetta conf. 164. n. 3. Surd. de Alim. tit. p. q. 23 n. 12. & tit. p. q. 33. n. 30. & 31.

Confert *D. Petr. Crisol. serm. p.* vbi loquens de filio fam. inquit, Est apud patrē paupertas Diues *& Paulo post* penes se deiecit habendo qui penes patrem abundauerat non habendo.

18 Amplia p. vt æstimum patris dicatur æstimum filij. *gl. in l. 2. C. de ijs, qui ætat. lib. 10. Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 3.*

19 Amplia 2. vt Diues dicatur etiam Nepos habens Auum Diuitem *DD. in Auth. præterea C. vnde vir, & vx. Surd. de Alim. tit. p. q. 103. n. 3.*

20 Limita p. quia Vxor non dicitur Diues ex eo, quod habeat Diuitem Maritum *arg. auth. præterea C. vnde vir, & vx. cum alijs adductis per Crauett. conf. 164 n. 3.* de quo tamen videtur posse dubitari.

21 Limita 2. quoniam Mater non censetur Diues licet habeat filios Diuites, *vt probat Crauetta d. conf. 164. n. 6.*

22 Limita 3. quia non potest filius ordinari ad titulum paternæ hæreditatis etiam opulentæ, *vt post alios docet Garzia de benef. p. 2. c. 5. n. 91.*

23 Declara hanc limitationem, vt tamen ordinatus habens Patrem Diuitem dicatur habere aliunde ad effectum excusandi Episcopum ordinantem à subministratione Alimentorum, *ad tex. in c. p. de mag. Imola in c. Episc. & ibid. Dec. n. 3. de præben, & post alios tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 3.*

24 Diues etiam dicitur habens Actionem ad rem consequendam *ad tex. in l. qui actionem 15. ff. de Reg. Iur. Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. n. 32 et n. 40*

Confert *Horat. de Arte Poet.* Diues Agris Diues positis in fænore nummis.

Confert & ratio quoniam qui facere potest, vt habeat, & non facit, perinde est ac si habeat, *ad tex. in l. qui potest facere 135. ff. de Reg. Iur. Surd. de Alim. tit. 7. q. 15. n. 18 & 19.* vbi quod non dicitur egenus, qui potest egestate non laborare. *Idem Surd. de Alim. tit. 9 q. 35. n. 32.* vbi quod habetur pro Diuite, qui facere potest vt sit Diues.

25 Sic in simili non dicitur impeditus, qui potest impedimentum remouere. *Bart. in l. sed, & si per prætorem §. p. vers. sed nec ad eos ff. ex quibus caus. maior Dec. cons. 177. n. 3. Surd. de Alim. tit. 7. q. 15. n. 19.*

26 Limita p. vt non dicatur Diues, habens actionem contra pauperem, quia inanis est Actio, quā Inopia debitoris excludit. *l. nam. is 6. ff. de Dolo* & ita limitat *Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. n. 42. & tu vide si placet. quæ ad hoc dixi latius p. 2. in V. Actio.*

27 Limita 2. vt habens Actiones, seu credita, dicatur Diues, quando sunt naturalia simul, & Ciuilia secus si sint Ciuilia tantum, quia licet, hæc tribuant Actionem, Actio tamen illa est elidibilis exceptione, *vt probat totus institutionum titulus de litterarum obligationibus.*

28 Idem est si sint Credita naturalia tantum, quoniam naturalis obligatio tribuit exceptionem, sed non tribuit Actionem, *l. Iurisgentium 7. §. sed cum nulla ff. de pact. cum ibi traditis ab interpretibus.*

29 Idem & multo magis obtinet in Creditis antidoralibus *tex. est in l. sed & si lege 25. §. consuluit ff. de hæred. pet. ibi* Bonæ fidei possessor, qui tenetur quatenus loqupletior, non videtur factus loqupletior si donauerit, quamuis ad remunerandum sibi aliquem obligauerit.

Et ratio est quoniam hæc obligatio, qua Benefacienti Benefacere tenemur, licet moraliter sit efficax, & videatur ligare, quo ad vim quandam directiuam, & saltem, quo ad honestatem, attamen Ciuiliter, & quo ad necessitatem, & vim coactiuam, non est efficax, nec ad agendum, nec ad excipiendum, nec ligat in foro fori, immo nec in foro poli, *vt comprobaui Decis. 17. n. 14.* & quod accipiens beneficium sit debitor moralis, sed non legalis, *Sensit D. Thom. 22. q. 106. ar. 4.*

Sed prædictis aduersari videtur *tex. in l. si pignore 54. §. p. ff. de furt. ibi,* qui furatur vt donet, adhuc est fur, quia Lucri species est ex alieno largiri, & Beneficij sibi debitorem acquirere.

Ad quod vide, quæ dixi in V. Donatio de Dontario, qui tenetur alere pauperem Donatorē

30 Dicitur & Diues, qui habet aliquorum Bonorum proprietatem licet nudam *l. sciendum. 15 §. item qui solam ff. qui sat. cog.* vbi dicitur Idoneus fideiussor etiam, qui solam habet rei proprietatem *Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 14. & seq.* vbi addit rationem quoniam Proprietarius potest etiam inuito vsufructuario vendere proprietatē.

31 Sed pro limitatione, nota quod filius non dicitur posse se alere, nisi tot redditus habeat, quot sufficiant, vt viuere possit, nec tenetur ad id vendere proprietatem, *Bald. in l. fin §. ipsum autem in fin. C. de Bon. quæ lib. Dec. in l. Diuus pius n. 9. ff. de Reg. Iur.*

32 Nota etiam, quod non possidens stabilia, sed habens societates officij, vel Census, vel soccidas dicitur Diues, sed non idoneus. *Ita Carrocius de Locato p. 3. tit. de loco publico fruendo n. 6.* vbi adducit rationem, quia exiget, & fortasse nescietur.

33 Declara tamen vt possidens Censum perpetuum dicatur possidere stabilia, quoniam huiusmodi Census, stabilibus æquiparantur, & veniunt appellatione stabiliū, *vt probat Cencius de Censib. p. p. c. 5. q. p. art. 2. per tot & firmat Rota coram Buratto in Tridentina Censuum Dec. 580. n. 8.* vbi quod prohibita Alienatione stabilium censetur etiam prohibita Census alienatio.

Subdeclara vt Census veniat appellatione stabilium, quo ad sortem principalem, & quo ad Ius exigendi annuas præstationes, secus quo ad ipsas præstationes seu fructus maturatos, quoniam hæc

inter mobilia numerantur. *Gratian discept forens vol. 5. c. 811. n. 22. & post alios Ferentill. ad Buratt. in d. Trident. Censum D. 580. n. 15. in litt. B.*

34 Adde quod etiam Loca montium non vacabilium veniunt appellatione stabilium. *Oradin. D. 116. Seraphin. in Romana Montis nonenalis D. 679. n. 9.* vbi supponit venire sub prohibitione Alienationis stabilium *Buratt. in Collen. Hereditatis D. 474. nu. 9.* vbi quod propterea veniunt sub Legato stabilium.

35 Adde etiam, quod Ditior reputatur, qui habet prædia Rustica, quam qui vrbana *Ang. in l 9. C. de Reb. Ciuit. lib. 11. Neurzzan. in Sylua nupt. lib. 9. n. 64.* vbi addit rationem, quoniam Domus suppositæ sunt Incendio, & Ruinæ, & quod propterea Ioannes Plagarensis semper stabat in Domo conducta.

36 Ad materiam primo hic nota, quod olim Dives, & nunc Diues præsumitur, quia non præsumitur amisisse Dominum rerum suarum, *ad tex. in l. sine possidetis 16. C. de prob. & post host. Ioãdr. Butr. Imol. Archid. Gemin. Abberic. & Alciat. tradit Mascard. de prob. vol. 9. Concl. 526. n 6.*

Et fortius confert *sus. tex. Matt. 19.* omni habenti dabitur, & non habenti auferetur, quod videtur habere, *& Mart. lib. 5. Ep. 82.*

Semper eris pauper, si pauper es emiliare
Dantur opes nulli nunc nisi Diuitibus.

37 Sed quod perseuerantia Diuitiarum non præsumatur, colligi videtur *ex tex. in l. in confirmando 8. vbi Bart. notat ff. de Confirm. tut. ibi facultatum fieri diminutio, & dixit Natta cons. 358. n 7. & 8. & Mascard. de prob. d. concl 525. n. 9. de prob. & Nattã seq. Cauallet. in Romana Dot. de Boncompagnis Dec. 333. n. 3.* vbi expresse dicitur, quod in hac materia Diuitiarum ex præterito non præsumitur in præsens.

38 Secundo nota, quod Diues præsumitur factus suis laboribus, etiam si aliena negotia administrauerit *ad tex. in l. si Defunctus 10. C. Arbit. tut. Bart. in leg. Defensionis faculeas C. de Iur. Fisc. lib. 10. & post Dec. & Corasium tradit Menoch. de præs. lib. 6. præs. 28. n. 10.*

Et licitum esse dicitur, ingeniose Bona acquirere *ad tex in l. fin C. si quis al q. test. probi.* vbi quod Marito licet Vxorem blandis verbis inducere, vt eum instituat hæredem, & dixit *Marsilius sing. 526.* vbi tamen limitat, quando aderat primum Testamentum ad fauorem alterius, quod an verum sit, Cogita.

39 Illud certe verum videtur, quod fallat Conclusio suprad. quando nulla datur industria, vel labor in Administratore, qroniam his cessantibus, Pauper non præsumitur effici Diues. *Roman. cõs. 274. & 346. Dec. cons. 175. in fin. Siluan' cons. 86. n. 6. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 28. n. 11.*

Et secundum hanc fallentiam intelligi potest, *tex. Hieron. in can. negotiatorem. 88. D. ibi* ex inope Diuitem quasi pestem fuge, *& pro. 13. ibi,* Substantia festinata minuetur. Quæ autem paulatim manu colligitur, multiplicabitur.

40 Fallit etiam Conclusio in Rectore Hospitalis, qui si pauper olim erat, & hodie est Diues, præsumitur in dubio ditatus ex Bonis hospitalis *Bald. in Auth. Licentiam C. de Ep. & Cler. Felin. in c. de quarta n. 10. de præscrip.* vbi dicit idem esse in Rectore Ecclesię.

41 Tertio nota, quod ex Vsuris, Rapinis, vel alias ex maleficio Diues non gaudet priuilegijs, & prærogatiuis Diuitum. *Ita post Iac. Aretin. & Pet. Cynus in leg. in Bonafidei in 7. qu. C. de Iure iur. Afflict. in ea. 9. col. 2. vers. item illud, quod dicitur tit. de pace iuram firman. Tiraq. de nobil. c. 3. n. 23. Confert tex. in l. Cura 4. §. 9. ff. de mun. & hon. ibi honestis rationibus patrimonium incrementum accipit. & in c. hac autem scripsimus in fine 30. D. ibi Diuites cum iustitia.*

Adde etiam hic, quod quicquid ex maleficio seruus quæsierit, extra causam peculij est, & Domino non acquiritur. *l. quod seruus 24. ff. de Acq. poss.*

An autem, qui suo vitio incidit in paupertatẽ, amittat priuilegia pauperum *dixi latius p. 2. in V. priuilegia.*

42 Quarto nota, quod Diuites præsumuntur ignorare vires sui patrimonij, *ad tex cum ibi not. in l. quisquis 15. in l. si voluntate 8. & in l. 2. C. de Resciss. vend. Riminald. Sen. cons. 594. n. 8. lib. 3.*

Confert *Ouid. 3. Met.*

Hoc pecus omne meum est, multæ quoque vallibus errant
multas sylua tegit, multę stabulantur in Antris
Nec si forte roges, possem tibi dicere quot sint
Pauperis est numerare pecus.

43 Quinto nota, quod Diuitis officium est dare, pauperis autem libenter accipere, *c. Reuertimini 16 q. 9. §. si minus Auth. de non alienan. Bursatt. cons. 420. n. 32. lib. 4.*

Et non solum officium Diuitis est dare, sed libenter dare, hylarem enim datorem diligit Deus *2. ad cor. 9. Vnde Eccli. 35.* In omni dato hylarẽ fac vultum tuum, *& vide, quæ ad hoc dixi p. 2. in V. Elemosina.*

44 Vltimo pro Coronide huius quęst. nota quod inter Diuitẽ, & pauperem inter Diuitias, & paupertatem, datur medium, quia non sunt hęc contradictoria, sed contraria, idque probari videtur *ex tex. pro. 30. ibi* mendicitatem, vel vt legunt alij paupertatem, & Diuitias ne dederis mihi, sed tantum tribue victui meo necessaria. Vnde ponderando naturã Dictionis aduersatiuæ, (sed) colligitur, quod habere tantum victui necessaria sit medium inter Diuitias, & paupertatem secundum vnam litteram, vel secundum alteram, quæ habet mendicitatem, paupertas inter mendicitatem, & Diuitias mediabit.

Ad idem confert *Mart. lib. 4. Ep. 77.*

Nunquam Diuitias Deos rogaui

Con-

Contentus modicis, meoque lætus
Paupertas, veniam dabis, recede.

Quasi inter Diuitias, & paupertatem medium sit, modicum possidere, quod bene procedit si pro modico intelligamus, quod expressit *Apost. p. ad Tim. 6. ibi*, Habentes Alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

Ad idem *Horat. lib. p. Ep. 12.*
Depone querelas.
Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.

Vnde videtur supponere hunc non esse, neque Diuitem, neque pauperem, sed medium inter vtrumque.

45 Adeo vt dici posse videatur, quod pauper sit, cui rerum deficit vsus: Diues cui rerum abundat vsus, nec Diues, nec pauper, cui rerũ suppetit vsus.

Vel Diues dicatur, qui habet superfluum: Pauper qui non habet necessarium, non Diues, nec pauper, qui habet necessarium tantum, sed non superfluum.

Vel inops dicatur, qui nihil habet, pauper qui parum habet: Diues qui multum habet, nec Diues, nec Pauper qui satis habet.

Vel certe dicas iuxta a iam opinionem, quam supra terigi q. 3. quod inter Pauperem, & Diuitem mediat inops, quatenus idem sonat, quod sine opibus.

Vel etiã dic *ex Medic. in opusc. mors omnia soluit p.p. n. 102.* quod pauper habet minus, quã Diues; Inops minus quam pauper; Mendicus minus, quã Inops; miserabilis caret omnibus bonis, & sic fortè minus habet, quam mendicus. Ego vero dubito præsertim de hoc vltimo, quoniam omnis pauper dicitur miserabilis, *vt ostendi p. 2. in V. miserabilis, & in V. misericordia.*

Infertur ex prædictis, quod non videatur verũ id, quod tradit *Mascard. de prob. vol. p. concl. 525. n. 13.* quod videlicet cognito, quibus casibus probetur paupertas, cognoscitur quibus probentur Diuitiæ, cum paupertas sit contraria Diuitijs, vt ibi per eum, quoniam est quidem contraria, sed non contradictoria, vnde admittit medium, vt supra probaui, & infra etiam comprobabo.

46 Nam licet medium non detur inter contradictoria, nec enim inter contradictionem possibile est aliquid medium esse, *vt dixit Arist. 4. Metaph. c. 5. in princ.* datur tamen medium inter contraria, vt infra patebit, immo impossibile est media non esse oppositorum siue ex contrarijs, vt loquitur *idem Arist. 10. Metaph. c. 5. & 6.*

47 Sic inter velle, & nolle mediat non velle, *Dec. in l. eius est nolle ff. de Reg. Iur. D. Thom. p. 2. q. 6. ar. 3.*

48 Inter consentire, & dissentire mediat non cõsentire *l. qui tacet 185. ff. de Reg. Iur. ibi*, qui tacet vtique non fatetur, sed verum est eum non negare, *c. qui tacet vbi Dyn. de Reg. Iur. in sex. Dec. in l. quacunq; n. 38. ff. de off. eius cui mãd. est iurisd.*

49 Inter placet, & displicet mediat non placet. *Bart in l. Gerit n. 12. ff. de Acq. hered.*

50 Inter testatum, & intestatum mediat non testatus, seu intestabilis *ad trad. perscribentes in Rub. inst. tit. quibus non est permiss. fac. test.*

51 Inter iustum, & iniustum mediat non iustum, & aliquando mediat Gratia *ad trad. in l. p ff. de Iust. & Iur.*

52 Inter assistere, & resistere mediat non assistere, nec resistere *ad trad. per Bart. in l. si non sortẽ 26. ff de Condic. Indeb.*

53 Inter permittere, & prohibere mediat non permittere, nec prohibere *ad trad. in l. Legis virtus ff. de Legib.*

54 Inter Sanum, & Infirmum mediat non sanus, nec infirmus, & inter sanitatem, & infirmitatem mediat Conualescentia, & aliquando senectus, *vt ostendi Dec. 151 n. 14.*

55 Inter necessarium, & superfluum mediat non necessarium, *vt innuit Sen. 5. de benef. ibi*, magis non necessarium, quam superuaquum.

56 Sic & inter paupertatem, & Diuitias, & inter Pauperem, ac Diuitem dabitur medium ex prædictis, *ac etiam ex trad. per Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 65. nu. 3.* vbi ait, quod licet iudicetur pauper non habens in bonis centum coronatos, non tamen, qui eos habet iudicandus est Diues, vt ibi per eum. Ergo necessario dicendum, quod is non erit Diues, neque Pauper, sed inter vtrumque mediabit.

Ita non dicitur pauper is, cui ad vitam necessaria non desunt. Ita filius fam. qui habet patrem industrium, vel alias Diuitem, vt diximus supra, nec tamen hi dicuntur proprie Diuites, ergo proprie erunt medium quid inter vtrumque.

57 Postremo potest hic addi, quod dari potest aliquis, qui sit, vel dicatur simul Diues, & pauper, diuersis tamen respectibus, vt probat *Iuuen. sat. 5. ibi*, esto esto vt nunc multi Diues tibi, pauper Amicis, & hi, si multi erant tempore Iuuenalis, ac etiam tempore *martialis qui lib. 2. Ep. 43.* conqueritur de eo, qui Amicorum omnia communia esse dictitabat, & tamen omnia tanquam quarto modo propria retinebat ibi, Ex tantis op.bus veteri fidoque Sodali, Das nihil, & dicis Candide communia, protecto ex multis plurimi euasere temporibus nostris, vnde vere cecinit Perusinus

58 ille, recensiores Grammaticos declinando amisisse Datiuum, & nos verius fortasse dicemus, Datiuũ casum non amissum casu, sed culpa, & dolo in Ablatiuum peruenire fuisse conuersum, adeo vt inter homines sæpius audiatur Dominus abstulit, quam Dominus dedit, vel saltem dicemus Datiuũ in vltimum casum trãsisse, quoniam hodie solum in vltimis voluntatibus fit Donatio, quæ nec est propria donatio, vt suo loco dicemus, Donatio autem inter viuos, vel mortua est, vel transiuit ad mortuos, seu saltem ad morientes.

Sed cõtra, Abraam non sibi, sed pauperi Diues fuit, *vt dixit D. Pet. Crisol. serm. 121.*

QVAESTIO SEXTA.

Quomodo Paupertas probetur.

SVMMARIVM.

1 *Multi paupertatem affectant, vel mentiuntur, vt priuilegijs perfruantur.*
2 *Paupertas eſt concludenter probanda quando agitur ad certum effectum.*
3 *Stante Clauſula conſlito de paupertate, non ſufficiunt præſumptiuæ probationes, niſi quando adſunt verba Arbitrio Rotæ.*
Paupertas probanda eſt ab Allegante ſiue actore, ſiue reo.
4 *Paupertas probatur per famam, vt ibi.*
5 *Paupertas probatur per aſtimum.*
6 *Paupertas defuncti probatur ex Inuentario hæreditatis donec probetur contrarium.*
7 *Paupertas probatur ex Decoctione.*
8 *Paupertas probatur ex Ceſſione Bonorum.*
9 *Paupertas probatur ex publicatione Bonorum.*
10 *Paupertas Clerici probatur ex admiſſione ad Cap. Odoardus de Solut.*
11 *Paupertas probatur ex communi reputatione, vt ibi.*
12 *Paupertas probatur per excuſſionem factam Iudicis mandato.*
13 *Paupertas probatur Iuramento allegantis ſaltem cõcurrentibus adminiculis, & Iuramentum aliquando eſt adminiculum, aliquando probatio.*
14 *Paupertas probatur Iudicis arbitrio, vt ibi.*
15 *Probatur aliquãdo Paupertas ex ſola negatiua vt ibi.*
16 *Deponens ſuper Paupertate debet remouere ſenſum ab actu, & actum a ſenſu, niſi ſit veriſimiliter informatus.*
17 *Pauper de præſenti, præſumitur fuiſſe pauper in præteritum.*
Probans fideiuſſores nunc non eſſe idoneos transfert in aduerſarium onus probandi fuiſſe idoneos.
18 *De præſenti Pauper non præſumitur ſemper pauper futurus, ſed vide verſus.*
19 *Paupertas intelligitur ſecundum qualitatẽ perſonarũ.*
20 *Ad Paupertatẽ inſpicitur redditus, et non proprietas.*
21 *Quomodo Paupertas probetur, & quis Pauper dicatur Remiſſiue.*
22 *Quomodo probetur aliquem eſſe Diuitem.*

1 QVoniam multi Paupertatem affectant, vt eius priuilegijs perfruantur *gl in l. 4. in V. propoſit C. de his qui num lib. ſe excuſ. lib.* 10. & alij eam mentiuntur *e ſignificantibus 33. ff. de off. & pot. Iud. Deleg. ibi* Iuliana vidua mentiens ſe pauperem.

2 Supponendum eſt, quod Paupertas, quando agitur ad certum, & determinatum effectum eſt concludenter probanda *ad trad. per Bald. & Salicet. in Auth. præterea n. 4. C. vnde vir, & vxor Afflict. D. 179. n. 3. Gratian. Diſcep, Forenſ. vol. 4. c. 660. n. 17. & poſt alias Rota Deciſiones Rota in Peruſina Dotis coram Penia D. 250. n. 5. p. 4. Diu. & in Romana Grani coram Buratt. D. 41. n. 3. vbi Ferentill. n. 10. in lit. C.*

3 Et præſertim ſtante Clauſula conſlito de Paupertate, pupertertas tanquam poſita in conditione probanda, eſt per concludentes probationes, nec ſufficiunt præſumptiuæ *ad tex. in l. Lucius Titius 82. ff. de cond. & Dem. Felin. in Rub. de prob. n. 3. Gratian. Diſcep. Forens vol. 4. c. 660. n. 18. verſ. Immo ſtante Buratt. in d. Romana Grani D. 41 nu. p.*

Sed quando in Commiſſione adeſt Clauſula cõſtito de paupertate Arbitrio Rotæ, ſolet ex his verbis Rota Iuris rigorem temperare, quo ad probationes *Creſcent. D. 287. alias 4. de teſtam. Rota in d. Peruſina Dotis coram penia D. 250. n. 2. & 6. p. 4. Diuerſ. Gratian. Diſcep. Forens l. 5. ca. 907. nu. 2.*

Et quod Paupertas, probanda ſit ab eo, qui ſe fundat in illa, ſiue actor ſit, ſiue Reus *dixi p. 2. in V. præſumptio,* vbi vide ſi placet. His ergo ſuppoſitis.

4 Primo, quia Paupertas conſiſtit in negatiua, & ſic non poteſt euidenter probari, probatur per famam vicinorum, & eorum, qui præſumuntur ſcire *ad tex. in l. p §. p. ff. de Flumin & in l. p. §. p. ff. de leg p. gl. in l. 2. C. quand fiſc. vel priuat. Ang. in l. in fundo ff. de Rei vendic. Bart. in l. ſi verò §. qui pro Rei qualitate ff. qui ſat. cog. n. 7. ibi.* Quæro qualiter probabitur Paupertas cum ſit mere negatiua, & non ſit aliud dicere, niſi non habere? reſpondeo Alibi dicitur, quod ſuffic t probari per famã. *vt notatur in l. vbi C. de Iur. Dot. Hac Bart. ibi Bald. poſt. Jac. de ares. in l. paupertas ff. de exc. tut. verſ. extra quæritur hic, & in l. ſatis datio n. p. ff. qui ſat cog.* vbi tamen ſubdit, quod verum credo ſi agatur de modico præiudicio arg. ad exiben. Theſaurus, ſecus ſi de magno *Sec. Bart. Campeg. de Teſtib. Reg. 401. verſ. 3. Rim. Sen. conſ. 280. n. 3. lib. 2. vbi Rim. Iun.* in additione aſſerit, quod infiniti Doctores hanc Concluſionem ſequntur. *Emilian conſ. 49. Rolan. a valle conſ. 82. n. 30. lib. 2. & poſt plurimos Maſcard. de prob. vol. 3. Concl. 1154. n. 23. & ſeq.* vbi per totam illam quæſtionẽ affert ſexdecim, quos dicit modos probandi paupertatem. *Adde Magon. Dec. Florent. 50. n. 24. Gratian, Diſcep. Forenſ vol. 4. Diſcept. 660. n. p. & ſeq. Medices in memorando tractatu Mors omnia ſoluit p. p, n. 103.*

5 Secundo Paupertas probatur per æſtimum, quando ex forma ſtatuti quilibet debet, ſibi aſcribi facere Bona ſua *ad trad. per Bart. & alios in l. Decem ff. de verb. oblig. & per Bald. in l. quicunq; C. de ſeruis fugit. & per Rim. Sen. in terminis ſtat. Ferrarien. conſ. 280. n. 5. lib. 2. Medices in d. memorab. tract. vel opuſc. mors omnia ſoluit p. p. n. 103*

6 Tertio probatur Paupeſtas defuncti ex Inuentario Hæreditatis donec probetur contrarium.

Alciat.

Alciat. de præſ. Reg. 3. præſ. 20. Cauallér. in Romana Dotis de Boncompagnis Dec. 233. n. 2. vbi quod maxime procedit accedente adminiculo iuramenti etiam Hebrei .

7 Quarto probatur Paupertas ex Decoctione, & fuga Ang. in l. Infundo n: p. in fin. verſ. nota meliorem tex. ff. de Rei vendic. Strac. de Decoctoribus p. 5. n. 11. Maſcard. de prob. vol 3. Concluſ. 1154. n. 28. Buratt. in Bononien. pecuniar. D. 141. n. 9.

8 Quinto probatur Paupertas ex Ceſſione Bonorum ad tex. vbi Ang. in d. l. in fundo ff. de rei vindic. DD. in c. Odoardus de ſolut. Iaſ. in l. ſi conſtante n. 147. & ſeq. ff. ſol. mat. Alex. ibid. n. 13. Rim. Iun. conſ. 377. n. 15. vol. 4. Maſcard. de prob. vol. 3. Concl. 1154. n. 29.

9 Sic etiam probatur ex confiſcatione Bonorum. Seraphyn. in Vrbe vetana Caſtrorum Dec. 33. n. p.

10 Sexto probatur Paupertas in Clericis, ex admiſſione ad Beneficium ca. Odoardus de ſolut. & admiſſus ad d. c. dicitur pauper Seraphin in Salamātina Cenſurarum D. 1098. n. 2.

11 Septimo probatur Paupertas ex communi Reputatione verall. D. 293. n. 2. p. 2. vbi quod ita Rota ſeruat, et quod idem fuerat prius dictum in Portugallien. pecuniaria coram Capiſucco 18. Martij 1551. quam adducit etiam Seraphin in Romana Dotis, & aliment. de Veroſpijs Dec. 51. n. p. vbi quod maxime procedit, quando Teſtes deſcendunt ad alia particularia, quæ ſcientiam concludunt, & idem Seraph. in ead. cauſ. D. 58. n p. et 2. vbi quod ſufficit ad effectum, vt filij, & filiæ conſequantur Alimenta, & Dotes a Patre, etiam illegitimo . Riccius in Collectan. D. 226. in fine Buratt. in Romana Grani D. 41. nu. 3. vbi tamen declarat id procedere de Stilo Rotæ, & quando agitur de probanda Paupertate in genere, vt ibi per eum.

12 Octauo Paupertas probatur per excuſſionem, & per exploratores, alioſque modos, quibus negatiua probatur ad trad per Bart. in l. in illa Stipulatione ff. de verb. oblig. Alex. in. Rub. ff. de non. oper. nunc n. 42. & poſt. Bald. Ang. et Roman tradit Maſcaud. de prob. vol. 3. Concl. 1154. n. 34. vbi quod probatur per Diſcuſſionem mandato tamē Iudicis factam .

Et quod Diſcuſſio Bonorum facta Iudicis mandato ſit modus probandi paupertatem melior de Iure, poſt Ang. Rom. Maſcard. dixit Gratian. Diſcep. Forenſ. vol. 3. c. 552. n. 30.

Et quod per Diſcuſſionem factam ab Amicis, & vicinis probetur paupertas. ſenſit Bald. in l. quicunque C. de ſeruis fugit. & Medices in tract. mors omnia ſoluit p. p. n. 103.

13 Decimo Paupertas probatur Iuramento eam allegantis Specul. in Tit. de Appell. §. nunc. breuiter verſ. quid ergo vbi dicit quod Clemens quintus Commiſit Auditoribus, vt hoc obſeruarent, & quod ita fuit obſeruatum .

Idque de plano procedit concurrentibus alijs coniecturis, & adminiculis Peruſin. in c. ex ratione col. 6. de Appel. Rim. Sen. conſ. 640. nu. 2. & ſeq. lib. 4.

Et quod ſaltem Iuramentum, ſit adminiculum, docet Cauallér. in Romana Dotis de Boncompagnis D. 233. n. 2. etiam ſi ſit iuramentum Hebrei vt ibi.

Et ad aliquos effectus, & in aliquibus caſibus admittit ſtatutum Ferrariȩ probationem paupertatis per iuramentum, vt dixi p. 2. ſuis in locis, & ſignanter in V. Cautio, & in V. procurator.

14 Vndecimo vbi Paupertas, vel probatio Paupertatis limitatur a lege, ſtatur legi , extra caſus autem expreſſos in Iure, in ijs, quæ inferunt modicum præiudicium, probatur opinione vulgi, in ijs vero quæ magnū, Iudicis Arbitrio Gl. in Auth. præterea in V. locuplex C. vnde vir. & vxor Bart. in l. ſi conſtante n. 14. ff. ſol. matrim. Iaſ. ibid. nu. 148. vbi teſtatur hanc eſſe communem Concluſionem .

Et quod Paupertas probetur Iudicis Arbitrio . tradit etiam Rip. in d. l. ſi conſtante ff. ſol. matr. n. 30. & Alex. n. 13. Couar. var. reſol. l. 2. c. 6. n. 8. Rota in Peruſina Dotis D. 250. n. p. p. p. Diuerſ. & prius coram Verall. D. 293. p. 2. & coram Damaſceno in Romana Dotis D. 233. n. 6. p. 2. Recenſ. & coram Canall. in Elnen. penſionis D. 120. n. p. & coram Buratt. in Ferrar. Alim. D. 15. n. 2.

15 Duodecimo probatur aliquando Paupertas ſola negatiua, eo ipſo quod econtra non probantur Diuitiȩ . Couar var. reſol. lib. 2. c. 6. n 3. Guido Pap. qu. 143. Ruin. conſ. 81. nu. 3. lib. 5. Magon. Dec. Florens. 26. n. 30. & Deciſ. Lucenſ. 26. n. 25 qui tamen loquitur de probando aliquem non eſſe Diuitem, et tu vide quæ dixi p. 2. in V. præſump.

16 Ad Declarationem nota p. quod teſtes deponentes Litium non habere, & nihil poſſidere, non probant eius paupertatem, niſi negatiuam coarctent dicentes, quod non poſſet poſſidere, vel habere quin ipſi ſcirent. Debent enim remouere ſenſum ab actu, & actum à ſenſu ad tex. in §. ſi vero abſunt in verſ. & vidiſſe in fin. Auth. de Hered. & Falc. & in l. p. in fin. ff de Itin. act. priu. Couar. var. Reſol. lib. 2. c. 6. n. 8. & poſt Rom. et Couar. in his termin. Buratt. in Rom. Grani. D. 41. n. 2. et poſt alios ibi. Feſentill. n. 9. Gratian. Diſc. Forenſ. lib. 4. c. 660. n. p. & ſeq. Medices in memoran. tract. vel opuſc. mors omnia ſoluit p. p. n. 103.

Limita quando teſtes deponunt ſuper negatiua, de qua ſint veriſimiliter informati, quia tunc non debent neceſſario remouere actum a ſenſu , ſed ſatis eſt ſi remoueant ſenſum ab actu , & ſimpliciter de negatiua deponant Farinacc. de teſtib. q. 65. n. 229. Ludouiſ. in Iannen. Iuriſdictionis Dec. 325. n. 5. & ibi Beltram. Ferentill. ad Buratt. in d. Rom. Gran. D. 41. n. 10. Confert Grat. Diſc. Forēſ. lib. 4. Rub. 660. n. 3.

17 Nota ſecundo, quod de præſenti pauper, præſumitur in præteritum fuiſſe pauper l. p. §. ſi magiſtratus ff. de magiſtr. conuenien. & ibi Bald. ad hoc notat illum tex. Iaſ. in l. ſi conſtante n. 150. ff. ſol.

ſol matr. Menoch. de præſ. lib. p. q. 24. n. 46. vbi rationem adducit, quia quilibet in dies ditari præſumitur, *vt in l. Defunctus* 10. *C. Arb. tut. Adde tex. in l. non eſt neceſſe* 11. *ff. de prob.* vbi pupillus probans fideiuſſores nunc idoneos non eſſe, tranſfert ib aduerſarium, onus probandi, idoneos fuiſſe tunc cum accepti fuerunt.

18 De præſenti autem pauper non præſumitur pauper futurus, in futurum *l. Spadonem* 17. *§. qui abſolutus ff. de excuſ. tut. Maſcard. de prob. lib. p. Con. l.* 170. *n.* 9. vbi rationem adducit ex eodem textu, quia Diminutio, vel augmentum facultatum facile obuenit.

Sed huic propoſitioni aduerſatur martialis, quem retuli *p. 2. in V. æqualitas ibi,* ſemper eris pauper, ſi pauper es æmiliane, dantur opes nulli nunc, niſi Diuitibus, ſed vide ſi placet in d. V. ęqualitas.

19 Nota tertio, quod paupertas intelligitur ſecundum qualitatem perſonarum. *Dec. in Auth. præterea n. 15. C. vnde vir, & vx. & Conſ. 163. n. 6. Caphal. conſ. 564. n. 9. vol. 4. ſed vide, quæ ad hoc dixi plenius ſupra q. 3.*

20 Nota quarto, quod ad probandam paupertatem debet inſpici, quantum ex fructibus patrimonij percipiatur, non autem quantum ex venditione proprietatis redigeretur *ad tex. in l. qui bonis 6. quem ad hoc ſingularem, & mirabilem dixit ibi Bart. ff. de Ceſſ bon. & in l. fin. §. ipſum autem, & ibi Bald. ad hoc notat ff. de Bon. quæ lib. Iaſ. in l. ſi conſtante n. 150 ff. ſol. matr. Rim. Sen. conſ. 640 n. 15. lib. 4. Crauett. conſ. 199. n. 7. lib. p. Natta conſ. 590. n. 14. & conſ. 666. n. 3.*

21 Si quis autem plenius ſcire concupiſcit, quomodo Paupertas probetur, & quis pauper dicatur, Indicabo ei fontes, vnde poſſit ſitim explere poterit igitur ad hoc videre *Bart in l. ſi conſtante n. 14. ff. ſol. matr. Alex. ad Bart. in l. qui accuſare in V. pauper ff. de accuſ. Ab in c. p. col. 3. verſ. vlt. ſcias de accuſat. Felin. in c. ſignificantibus n. 16. de off. deleg. & in c. ſi qui teſtium n. 10. de teſtib. & in c. p. n. 6. de accuſ. Adden ad Bellā. Concl. 44. Cou. Var. reſol. lib. 2. c. 6. n. 8. & prac. quæſt. c. 6. n. 3. in fine Rum. conſ. 81. per tot. lib. 5. Strac. de mercatura tit. de Decoctor. p. 5. n. 11. Nauarr. in man. c. 17. n. 93. Gigaſ. de penſ. q. 80. n. 9. & 10. Odd. de reſt. in integr. q. 38. n. 39. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. caſ. 65. & de præſ. lib. 6. præſ. 25. Marcheſ. de Commiſſ. p. p. c. 18. n. 93. Clar. in praxi. qu. 24. verſ. quæro etiam in fine Maſcard. de prob. concluſ. 1003. n. 69. & concl. 1154. per tot. Caſſad. D. 6. de App. Surd. D. 61. n. 4. Gurb. D. 18. n. 5. & 6. Rota Romana in Peruſina Dotis D. 250. n. 3. & in Nucerina hereditatis D. 409. n. p. p. 4. diuerſ. Seraphyn in Vrbenetana Caſtror. D. 33. n. p & in Rom. Dot. & Aliment. de Veroſpijs D. 51. & in Legionē Congruarum D. 173. n. 7. & in Salamantina Cenſuratum D. 1098. n. 2. Burat. in Ferrar. Alim. D. 15 n. 2. & in Rom. Grani. D. 41. per tot. adde Gratiā. Diſcept. Forenſ. lib 4. c. 660. & lib. 5. ca. 907. & Medic. in memorando tractatu, vel opuſc. mors omnia ſoluit p. p. n. 103. & vide quæ dixi ſup. q. 3.*

22 Quomodo autem probentur Diuitię, ſeu quomodo probetur aliquem eſſe Diuitem, *vide apud Maſcard. de prob. concl. 556. per tot. & vide, quæ dixi ſup. q. præcedenti.*

Non nobis Domine non nobis, ſed Nomini tuo da Gloriam.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

PARS SECVNDA.

PRIVILEGIVM PRIMVM

Absentia.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes gaudent Priuilegijs Absentium.*
Correus conueniri debet vna cum Correo, nisi sit absens, vel non soluendo.
Absentia & Infirmitas aequiparantur.
2 *Absens restituitur in integrum, sic & Pauper, Absentiae species quatuordecim.*
3 *Absentibus, vel non currit praescriptio, vel datur restitutio, sic & pauperibus.*
4 *Iudices debent assumere personas Absentium, et pauperum.*
5 *Absentes habentur pro mortuis etiam in terminis statuti requirentis in contractu praesentiam propinquorum, & an tunc requiratur Iudicis Decretum.*
6 *Absentes habentur pro mortuis maxime in Curia vide ibi. Homo in altis habitans, humilia despicit.*
7 *Pauperes saepe habentur pro mortuis. Mori melius, quam indigere.*
8 *Verba pauperis despiciuntur, Diuitis audiuntur, & extolluntur.*
9 *Non est curandum de Iudicio Mundi Iudicio carentis. Temerarium Iudicium non nocet iudicato, sed Iudicanti.*
10 *Paupertas aequiparatur absentia in fauorabilibus tantum: Iuste absentes habentur pro praesentibus, & quid quo ad fructus Beneficiorum, et distributiones.*
11 *Mortui dicuntur abe... Delegatus in casu absentiae procedit etiã in casu mortis. Mortui non amittuntur, sed praemittuntur non recedunt, sed praecedunt.*
12 *Animae Rationalis immortalitas probatur licet de ea dubitauerit Ciuicus, & non detur scientia, sed fides, & Epicurus prius dixerit animam dissolui, quã corpus, at Plato immortalem animam probauit, & sensit Arist. & nemo contradixit nisi vitijs implicitus.*
13 *Fides est certitudo rerum absentium infra scientiam, & supra opinionem constituta.*
Fides est credere, quod non vides, merces fidei videre quod credis, dubius in fide Infidelis est, & quando.
14 *Anima est Immortalis, sed non vt Deus, quia non semper fuit, & à Deo dissolui posset.*
15 *Mors species exilij cum mortuus exulet ab Orbe.*
16 *Resurrectio Mortuorum comprobatur licet eam Philosophi negauerint, non tamen omnes, Plus est creare, quam resuscitare, & quare. Decreta Concilij Niceni, duo Episcopi defuncti subscripserunt.*
17 *Pauperes non debent haberi pro mortuis, sed mortui pro pauperibus.*
18 *Paupertas affectata non prodest sicut nec absentia. Tres tutelae non affectatae excusant a quarta, Praecepta nolentibus grauia, volentibus leuia. Iugum Christi suaue est probis, durum reprobis, quae impatienter accepta, sunt onera, patienter lata, solatia sunt.*
19 *Contumax habetur pro praesente quo ad eius odium, et an possit capitaliter damnari.*
20 *Pauperes aequiparantur absentibus, & minoribus non econtra, Pauper est maximus priuilegiatorum.*

1 PRimum Paupertatis priuilegium, sit, quod Pauperes gaudent Priuilegijs Absentium, quia paupertas, & absentia aequiparantur. *Bald. in Auth. hoc ita n. 3. C. de duob. reis ibi.* nota Absentiam Inopiae aequiparari *Oddus de Res. in integ. q. 11. n. 48. ibi* Absentia, & paupertas aequiparantur. *Gallia. cons. 72. n. 29. quidem refert Costa de Remed. subsid. Remed. 25. n. 21.*

Probari videtur haec Conclusio *ex tex. in d. Auth. hoc ita de duob. reis* Vnde sumitur, vbi disponitur, quod obligatus in solidum conueniri debet vna cum Correo, nisi Correus ipse sit Absens, vel Inops seu non soluendo. Idem comprobare potest. *tex. in l. p. §. & quidem ff. ex quib. caus. ma.* vbi Absentia, & Infirmitas aequiparantur ibi cum is absit, aut valetudine impediatur, paupertas autem, & Infirmitas aequiparantur, vt infra dicetur in V. Infirmitas.

2 Infertur primo ex hac Conclusione, quod sicut Absens gaudet Beneficio restitutionis in Integrũ. *l. p. ff. ex. quib. caus. mai.* qui tamen loquitur in Absente causa Reip. & ad materiam *Oddus. de Rest. in integ. q. 5. a n. 9. vsq. ad fin. quaest. vbi a n. 27.* reperies quatuordecim species Absentiae habito respectu ad substantiam ipsius Absentiae, licet habito respectu ad causas tres sint species Absentiae de quibus *per Clar. lib. 5. com. opin. §. fin. q. 34. in princ.* Ita etiam pauper in integrum restituitur, *vt infra dicam in V. restit. in integrum.*

3 Infertur secundo, quod sicut Absentibus ali-

quando

quando ipso Iure non currit præscriptio, vel eis restitutionis Beneficio subuenitur, *vt late docet Oddus de Rest. in integ. d. q. 5. n. 17. & seq.* ita etiã aduersus pauperes, vel non currit præscriptio, vel eis restitutionis Beneficio succuritur, *vt dicam Latius infra in V. Appellat. & in V. præscript.*

4 Infertur tertio, quod sicut Iudices in Iudicijs debent assumere partes, & personas Absentium. *l. p. C. si per vim, vel alio modo ibi*, Iudices Absentium suscipiant in iure personas, *& confert tex. in l. properandum 13. §. sin autem C. de Iud. ibi*, Litigatoris Absentia, Dei præsentia repleatur. *Dixi ego Dec. Fer. 40. n. 8.* Ita debent etiam Iudices suscipere partes, & personas pauperum, *vt dicam in V. inquisitio in V. Iudex in V. offic.*

5 Ampliatur principalis conclusio, quia licet priuilegia pauperum male seruentur, hoc tamẽ priuilegium nimis aliquando seruatur, quia sicut idẽ fere videtur aliquando, Abijsse, & Obijsse, seu Abire, & Obire, & sicut Absentes habentur sæpe pro mortuis, *l. p. § & quidem ff. ex quib. caus. mai. ibi*, non esse Actorem tunc quoque intelligimus, cum is absit, aut valetudine impediatur, & docet copiose *Tiraq. de leg. connub. gl. 8. n. 25. et prius, & latius n. 6. & seq.* vbi probat, quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere sine consensu, vel præsentia propinquorum, poterit tamẽ contrahere sine illis, quando sunt Absentes saltem in remotis, ac si essent mortui, *& n. 4. sub finem.* mentionem habet de statuto Ciuitatis Spoleti Patriæ meæ *& n. 20. & seq* explicat an tunc necessario requiratur Iudicis Authoritas.

6 Et quod Absentes habeantur pro mortuis, maxime procedit in Curia, quæ idem sæpe iudicat de Absentibus ab Vrbe quod de Absentibus ab Orbe, & plerumque memoria caret, *& vt dixit D. Bern. ad eugen. de consid. lib. 4. c. 9.* multa nescit non nulla obliuiscitur, plurima dissimulat, & rari sunt ij quibus contingat vt ante quam videantur, prouideantur. Immo frequentius Curia respexit, et non prospexit, sed forte despexit, & plures etiam reperiuntur bene visi, & male prouisi, nec solum ab ea prouideri, sed etiam videri, difficile est aliquando, quoniam Curia hoc præsertim oculorum morbo laborat, vnde Doctor ille noster Traianus non solum Ciuilis, sed politicæ facultatis peritus refert in Parnasi Monte venalia esse perspicilla admodum necessaria ad manutenendam, seu conseruandam potentiam visiuam potentioribus ascendentibus ad excelsa culmina Dignitatum, nec sane mirum, quoniam qui in altis habitat, & humilia respicit, Deus est, At homo qui in altis habitat sæpe humilia despicit

7 Sed vt vnde digressa est, eo reuertatur Oratio, quemadmodũ, in quam, Absentes habentur sæpe pro mortuis, ita & Pauperes in immundo mundo, Immo, & plusquam pro mortuis, *iux. illud Eccli.* fili noli indigere, melius est enim mori quam indigere.

8 Sed & vbi Diuites etiam Absentes habentur pro præsentibus, econtra pauperes etiam præsentes, habentur pro Absentibus, & Ignotis, *iux. illud. Eccli 13.* Diues loqutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt:

9 Pauper loqutus est, & dicunt quis est hic? *& prius ibid.* pauper loqutus est sensate, & non est datus ei locus. non est tamen curandũ de Iudicio Mundi Iudicio carentis cum scriptum sit *Io. 3.* Mundus eum non cognouit, & cum Princeps huius Mundi idest mundanorum Dæmon. dicatur *Io. 6.* & cum temerarium Iudicium non noceat Iudicato, sed Iudicanti *ex Aug. in Can. Temerarium 11. q. 3*

10 Limitatur ergo primo Principalis Conclusio, vt paupertas non æquiparetur Absentibus nisi in fauorabilibus, non autem in odiosis quemadmodũ etiam iuste Absentes non solum non habentur pro mortuis, sed nec pro Absentibus, immo habentur pro præsentibus, quando præsentia concernit eorum fauorem, & eis vtile est haberi pro præsentibus *probat tex. in c. Ad audientiam 15. de Cler. non residen. ibi* cum Absentes dici non debeant, sed præsentes qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur cum alijs adductis *ad Oddo. de rest. in integ q. 5. n. 10. & ab Osasscho Decis pedem 91. nu. 10.* Et an, & quando Absentes habeantur pro præsentibus ad effectum percipiendi fructus præbendarum, & Beneficiorum, & quotidianas Distributiones, docet copiose *Garzia de benef. p. 3. c. 2.* & ad materiam nota *tex. elegantem in c. fin. de rescrip. in Sex. ibi* perpetuas de percipiendis fructibus in Absentia Concessiones, nostris iustissimus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur, successoribus indicamus.

11 Nota tamen, quod licet Absentes, non semper habeantur pro mortuis, mortui tamen semper habentur pro Absentibus, immo pro longe Absentibus, & Obire, ac Abire omnino æquiparantur. *probat hoc tex. Ps. 38.* Remitte mihi priusquam Abeã, & amplius non ero, *& tex. in c. si Delegatus 7. de offic. & pot. Iud. Deleg. in Sex. ibi.* si Delegatus quoties eum abesse contigerit tibi commiserit vices suas, poteris eo rebus humanis exempto cũ & tunc censeatur abesse) commissum tibi negotium dum tamen illo viuente iurisdictione vti cæperis libere definire, *& tex. in l. Mulier. 13. ff. de verb. sig. ibi.* Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est, *& post. Aleiat. Alber. Buttig. docet Oddus. de rest. in integ. q. 5. n. 27.* vbi Recensendo species Absentiæ, hanc præponit dicens. Primo dicitur Absens, qui non est in hoc Mundo, sed mortuus est, Ad idem confert *Sen. de Cons. ad Marciam. ibi.* Remedium habemus Iudicemus mortuos abesse, *& iterum de Cons. ad Polyb. ibi*, erras non perdidit lucem frater tuus, sed securiorẽ sortitus est, non reliquit ille nos, sed antecessit cui cõsonat *D. Cyprian. Serm. 4. de mortalitate relatus in Can. quam præposterum 13. q. 2. ibi*, Non sunt lugendi

gendi fratres ex hoc sæculo liberati cum sciamus eos non amitti, sed præmitti, non recedere, sed præcedere, nec longe abest *D. Aug. lib. p. Retract. c. p. ibi*. Dixi Animus rediturus in Cœlum Iturus, quam rediturus, dixissem securius. Mortuos autem concipere tanquam Absentes facilius erit nobis indubitanter credentibus, Rationales Animas non mori.

12 Et quamuis de Animę Immortalitate dubitasse olim visus sit, Cynicus ille moriens, ac dicens Vos quæritis an Animæ sint Immortales, ego iam sciam, *vt refert Sen. in Opusc. de tranq. Animi. & alius apud Tullium de Sen. ibi*. Si erro credens Animos hominum immortales, libenter erro, neque hunc errorem a me extorqueri volo, quo delector dum viuo.

Et huius Rei scientia euidens, ac Demonstratiua non detur, vt indicat *Sen. Ep. 102. ad Lucillum ibi*. Iuuat de ęternitate animorum credere opinionibus magnorum virorum rem gratissimam promittentium magis, quam probantium, & clarius idem *Sen. Ep. 121.* nos quoque Animum habere nos scimus, quis sit Animus, vbi sit, qualis sit, & vnde, nescimus, & sicut *apud Tacit. de morib. German. c. 10.* dicitur sanctius, ac reuerentius esse de Actis Deorum credere, quam scire, sic, & Animæ Immortalitatem esse magis creditam, quam scitam dixerunt alij. Vnde *& Eccle. 3.* dicitur, quis nouit, an spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum.

Et varias hac in re sententias antiquorum referat *Plut. de placitis Phylosoph. lib. 3. c. 7.* & Epicurei expresse mortalem Animam senserint, *vt ex Aug. lib. 6 conf. c. 16. ibi*. Epicurus accepturus erat palmam in Animo meo nisi credidissem post corporis mortem, remanere Animæ vitam, *& apud eund. de Stoicis, & Epicureis c. 5. ibi*. quod est detestabilius Epicurei prius dicunt Animam dissolui, quam corpus.

Et cauendum est etiam *ab Ouidio lib. 15. Metam* cuius Initium bonum est, sed finis malus, vergit enim in sententiam Pitagorizantium, Animarum transmigrationem credentium ibi Morte carent Animę semperque priore relicta, sede nouis Domibus viuunt habitantque receptæ, & Paulo post. Sed tamen ipsa eadem est, animam sic semper eamdem esse, sed in varias doceo migrare figuras, de quo vide *Petr. lib. p. de remed. vtriu, q; fort. Dial. 15. ibi*, nisi forte Pittagoricę credebat insanię, e corpore in corpus Animas commigrare, quo nihil stultius non dicam à Phylosopho, sed ab homine dictum fuit.

Rectius tamen loqui videtur *Ouid. in peroratione metamorphosis*, vbi de morte, sic canit dum volet illa dies, quæ non nisi corporis, huius Ius habet incerti spatium mihi finiat ęui, parte tamen meliori mei super alta perennis Astra ferar, nomenque erit indelibile nostrum.

Aristoteles etiam immortalem Animam sensit, vt visum est *Plut. in lib. de placitis Phylosoph. lib. 4. c. 25. ibi Arist.* communem somnum corporis, & animæ autumat; mortem vero solius corporis, & consonat, *Sen. Ep. 2.*

Hora illa non est Animæ suprema, sed corpori.

Et Plut. in opusc. de sera numinis vindicta Vna inquit est Ratio, quæ Diuinam Prouidentiam, humanæque animę immortalitatem ostendit, nec alterum repudiare, alterum amplecti datur, & Paulo ante, ego ait Animæ immortalitatem asserere non desinam.

Et ante alios Plato eamdem veritatem comprobauit in Libro de Immortalitate Animę, quo lecto Thebrotus ille non solum mortem non timuit, sed optauit, & petijt, seque de muro præcipitem dedit, *vt refert D. Aug. lib. p. de Ciuit. Dei c. 22.* & Doctrina Platonis refertur *in mistica Phylosophia seu Theolog. impressa post Arist. opera lib. p. c. 4.* vbi dicitur hoc esse principium in quo conuenerunt omnes prisci, & iuniores Theologi, Phylosophi Prophetæ, & Populi; & subiciuntur hęc verba, si maiores non credidissent Animæ Immortalitatem non constituissent legem iuxta dictamen naturę eam asserentem, cui nemo contradixit, nisi vitijs implicitus, sed D. Augustinus etiã dum falsitati reperiebatur implicitus, adhuc hanc veritatem agnouit, & ante quam Christum crederet, Animæ immortalitatem credidit vt supra dixi *ex lib. 6. conf. c. 16. ibi* Epicurus accepturus erat palmam in animo meo, nisi credidissem post corporis mortem, remanere Animæ vitam. Adde eumdem *Aug. lib. de Spiritu, & Anima ibi*. Diligit Anima carcerem suum, & formidat interitum, quæ mori non potest, *& D. Thom. p. p. q. 75. ar. 6.*

Et contraria sententia non solum tanquam antiquus Arabicorum error, sed tanquam hæresis manifesta damnata reperitur à Sacris Canonibus & a Concilio Niceno, & à Constitutione Leonis Decimi, quæ est in ordine quinta, vbi etiam plura ex Sacræ Scripturæ visceribus argumenta desumpta referuntur, & tu si placet, vide *Cherubin. in Summario Bullarij to. p. pag. mihi 93. ad d. constit. Leonis decimi.*

13 Vnde patet, quod licet huiusce veritatis non haberemus Physicam scientiam, seu palpabilem euidentiam, habemus tamen fidem, & certitudinem, fides enim est voluntaria certitudo absentiũ infra scientiam, & supra opinionem constituta, vt magistraliter eam diffiniuit. *Hostiens. in Sum. de Trin. & fid. Cat. in 2. eius parte n. 2.* & dicitur fides esse infra scientiam, quia non habet euidentiam illam, quam habet scientia, fides enim est credere, quod non vides, merces fidei videre, quod credis, *vt dixit D. Aug. de verb. Ap. Petr. Serm. 28.* Dicitur autem supra opinionem, quoniam opinio habet hęsitationem, seu dubitationem, quam fides excludit, adeo, vt dubius in fide, infidelis dicatur *in c. p. de Haret.* ad cuius tamen

declarationem, *vide Dianam p. 2. tr. 6. Miscell. 2. Ref. 42.* & adde quod licet fides non habeat forsan euidentiam possibilitatis, habet tamen euidentiam credibilitatis, & licet non sit euidenter possibilis, est tamen euidenter credibilis.

14 Nota etiam, quod licet Anima sit immortalis, non tamen est immortalis, vt Deus de quo ideo dixit *Apost. p. ad Tim. 6.* qui solus habet immortalitatem, quia videlicet solus Deus nullo casu dissolui potest, Anima vero hominis à Deo ad nihilum redigi posset, ita docet non minus sapientia, quã dignitate Eminentissim. *Bellarm. in opusc. de Ascens. mentis in Deum c. 8. & ante eum idem sensit Aug. de orig. animæ ad Hieron. lib. p. c. 2. ibi.* Anima hominis immortalis est, sed non omnino, sicut Deus de quo dicitur quod solus habet immortalitatem.

Et fuit error Platonis, qui animam rationalem hominis, Deo coeternam credidit, quia nihil esse possit sine fine temporis nisi quod initium non habet temporis vt refert *D. Aug. lib. 9. de Ciu. Dei c. 31. vnde*

Adde quod Deus semper erit, & semper fuit Anima vero antequam crearetur à Deo, non erat idque agnouisse visus est etiam *Sen. Ep. 54 ibi.* Mors est non esse, mortem expertus sum antequã nascerer, Vnde Anima dici potest æterna, quoad terminum, ad quem, sed non ab æterno, quo ad terminum à quo, Deus vero dicitur sempiternus, hoc est semper æternus. Vnde *& D. Thom. p. p. q. 4. ar. 2 & q. 10. ar. 3* docet, esse Immortale, & esse æternũ, esse proprium Dei, in alijs æternitatem esse participatiuam, & similitudinariam.

15 Nota etiam, quod sicut Mors est species quædam Absentiæ, longæ tamẽ ac perpetuæ, ita mors etiam dici potest, species quædam exilij, sed perpetui cum mortuus non solum exulet ab Vrbe, sed ab Orbe, Immo nec erit omnino perpetua hæc Absentia, nec perpetuum hoc exilium consi-
16 derantibus nobis, quod cum Christus resurrexerit, & nos resurgemus. Et licet hic Resurrectionis Articulus difficilis semper visus sit incredulis, *vt ostendit Aug. Serm. 2. in Ps. 88. ibi.* Immortalem esse animam humanam, multigentium Phylosophi probauerunt, sed quo ad carnis resurrectionem, omnes apertissime dixerunt fieri non posse, vt caro ista terrena in Cœlum ascendat, *& vt dicitur act. Ap. c. 7.* cum Athenienses audiuissent à Paulo in Areopago Resurrectionem Mortuorum, quidam irridebant; quidam dixerunt audiemus te de hoc iterum *Sen. tamen Ep. 36.* visus est aliquo modo Resurrectionem hanc agnouisse ibi Mors, quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam non eripit, veniet iterum, qui nos in lucem reponat Dies, *& idem ibid.* Aequo animo debet rediturus abire. Et sane si tanta fuit vis in sermone Dei, vt inciperet esse, quod non erat, quãto magis operatorius erit, vt quę sunt in aliud commutentur, *vt dixit D. Ambr. in lib. de Cathechizandis Rudibus relatus in Can. Panis de Cons. D. 2.* Vnde & quanto magis operatorius erit, vt in integrum restituat, *vt loquitur Iob. c. 12. ibi* Deus multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit, cum & maius miraculum sit eos nasci, qui non erant, quam resurrexisse, qui erant *ad dicta per Aug. serm. 47. de tempore,* pro vt plus esse homines creare, quam resuscitare, *dixit idem Aug. tract. 49. in Euang. Io.* & ad materiam *vide D. Thom. in supplem. q. 75. & seq.* vbi reperies huius resurrectionis qualitatem, causam, tempus, modum, terminos, conditiones, & alia. Et nota quod hunc resurrectionis corporum sicut immortalitatis Animarum Articulum post alia Sacrę Scripturę testimonia stabiliuit anno 328. nicena Synodus autoritate trecentum decem, & octo Episcoporum, cuius Decreta duo etiam Episcopi ibi interim Defuncti post obitum proprijs manibus subscripserunt, vt testatur *Baronius to. 3. suorum Annalium p. 329. litt. C. & D. & refert Cherubin in Summario Bullarij to. p. ad Bullam quintam Leonis Decimi Schol. 2.*

Ergo vt iterum redeamus, vnde digressi sumus Absentes non semper habentur pro mortuis, sed mortui semper habentur pro Absentibus.

17 Sic etiam licet Pauperes non debeant haberi pro mortuis, mortui tamẽ debent haberi pro pauperibus, & æquiparantur pauperibus, & veniunt appellatione pauperum, & sunt vere pauperes, *vt probauimus sup. p. p. q. 3. & hac ead. p. 2. in V. Sepultura.*

18 Limitatur secundo principalis Conclusio, vt paupertas affectata non æquiparetur Absentiæ, nec gaudeat eius priuilegijs. *ita docet Costa de remed. subsid. remed 25. n. 21.* probatur hæc limitatio *ex tex. in l. sed, & qui data 5. ff. ex quib. caus. mai. iuncto fine leg. antecedentis ibi,* sed & ab hoc priuilegio remouetur, qui data opera, & sine lucro affectuauit abesse de quo *Roman. sing. 591. incip.* Tu habes, cum alijs adductis *ab Oddo de Rest. in integr. q. 27. n. 2. Ad idem confert tex. in §. item tria Inst. tit. de excus. tut. ibi,* tria onera tutelę, vel curæ non affectatæ præstant excusationem, vbi Glosa adducit rationem, quia tunc non sunt onera addens versum. Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter, cui tu adde versiculum *Ouidij in lib. Amorum lib. p. eleg. p.* Cedamus; leue fit, quod bene fertur onus, *& Sen. de Cons. ad Marciã. ibi.* Habes ex filio duas filias, si male fers, magna onera; si bene magna solatia, qua ratione Iugum Christi suaue est probis, durum, & importabile reprobis *ex Io. Gerson. de imit. Christi* & præcepta nolentibus grauia, volentibus leuia sunt *ex Aug. de salutaribus documentis c. 8.*
& conferre potest etiam *Plut. de exilio ibi,* vnus quisque sibi hæc leuia, vel grauia toleratu facit.

19 Sed hæc limitatio posset congruentius esse illatio ex conclusione firmata, quia immo in hoc etiã bene procedit æquiparatio nam paupertas affectata

ctata equiparatur Absentiæ affectatæ & sicut hęc non prodest affectanti, ita nec illa, sic etiam quẽadmodum Absentia voluntaria non excusat, Immo grauat, & multo magis quando prouenit ex iniusta causa, & in Iudicijs reputatur contumacia, & sic absens habetur pro præsente, quo ad eius odium, ac præiudicium. *Auth. qua in Prouincia in fine, & ibi Bald. C. vbi de Crimin. agi oport. gl. in l. de vnoquoq; ff. de re Iudic. Bald. in l. cum Fratrem C. de his, qua vt indignis Marant. de ordin. Iudic. in c. de contumacia n. 28.* vbi refert viginti quatuor pænas contumaciæ.

Nota tamen, quod ex dispositione iuris communis cessantibus Bannimentis, & statutis, & cõstitutionibus Absens etiam contumaciter, damnari non potest pæna capitali, sed sola pecuniaria, vel alia vsque ad Relegationem tantum, *Ita disponit tex. in l. Absentem 5. ff. de pæn.* vbi etiam satius esse dicitur impunitum relinqui Facinus nocentis, quam innocentem damnari, & de communi *testatur Clarus quo non est Clarior alter comm. opin. §. fin. q. 44. in princ. quamuis in vers.* Licet autem, testetur etiam de contraria Consuetudine Italię, Gallię, & Hyspanię.

Quemadmodum inquam voluntaria Absentia non excusat, ita etiam voluntaria paupertas (dũmodo non sit Religiosa) in quam quis incidit facto suo, & multo magis si culpa, vel delicto, non solet ei prodesse, quo ad iuris priuilegia, de quo tamen vide, quę dicã infra latius in V. priuilegia.

20 Declaratur Conclusio principalis, quod licet pauperes æquiparentur Absentibus, non tamen Absentes æquiparantur pauperibus, & quamuis Baldus allegatus supra in princ. videatur aliter loqui, intelligendus tamen videtur in casu, in quo loquitur, generaliter autem paupertas, & Absentia videntur tanquam excredentia, & excessa nam priuilegia Absentium communicantur pauperibus, non autem priuilegia pauperum communicantur Absentibus prout idem dicendum videtur in minoribus, vt æquiparatio quo ad pauperes nõ intelligatur restrictiue, sed cumulatiue, vt suo loco comprobabitur, immo videtur, quod in Iure non sit priuilegiatus maior quam pauper.

PRIVIL. II.

Accusatio.

SVMMARIVM.

1 *PAuper de iure prohibetur accusare, fallit quando est honestus vt n. 2. vel quando suam, vel suorũ Iniuriam prosequitur n. 3.*

4 *Posse peccare est non posse resistere; Senex senectuti gratias agat, quia non potest quod non debet.*

5 *Bonum est, mala non posse, & non nosse. Aliqua melius est secure nescire, quam cum periculo scire.*

6 *Aliquando non dare, Beneficium est. Exoptabile est exaudiri ad vtilitatem, non ad voluntatem, vel ad voluptatem.*

7 *Lex aliquando aliquibus, aliquid denegat in eorum fauorem, & confert Beneficium in Inuitum. Minoribus etiam rem suam bene gerentibus, earum administratio denegatur.*

8 *Accusando non incurritur Infamia Iuris, sed aliquãdo facti.*

9 *Filius prohibetur accusare parentes, & Alimentatus Alimentantem, & Testatorem accusans, Indignus est legato, licet à fisco præmium consequatur. Accusare aliquando est Indignitas, & Iniquitas.*

10 *Tentare ad malum, est Demonis proprium. Ad bonum vero tentat Deus.*

11 *An liceat ob bonum finem offerre occasionem peccandi.*

12 *Iniquitates erunt accusatores, & apprehensores.*

13 *Pœnam Talionis imponit Delinquentibus lex Mosaica, & Homicida, Ciuilis.*

14 *Ad pœnam Talionis de Iure tenetur accusator in probatione deficiens. Hodie vero non imponitur nisi calumnioso.*

15 *Nihil occultum, quod non reueletur. Mala fama loquacior quam Bona; Satyram non scribere, difficile.*

16 *Charitas operit peccata, sed malignitas aperit ingeniose magis quam ingenue; Fama veris falsa commiscet. Licet Latinis Italica commiscere.*

17 *Remedium ad hoc, ne aliquid sciatur.*

18 *Deus corda videt, Simonia mentalis iudicatur à Deo.*

19 *Demon amisit Dona gratiæ, non naturæ, & habet scientiam, & experientiam, sed hominum cogitationes non penetrat, nisi aliquando præsumptiue forsan ex signis.*

20 *Remedium ad occultanda peccata est ea aperire Confessori. Deus immemor erit, si tu memor fueris.*

21 *In præteritis Deus habet ius obliuionis, & Abolitionis, non potest facere, vt corrupta non fuerit corrupta; sed potest ab ea amouere omnem corruptionem.*

1 DE Iure accusare non possunt propter paupertatem, qui minus quinquaginta aureis habent, *l. qui accusare 8. l. nonnulli 10. ff. de Accus. qua leges canoniza tur in Can. prohibentur n. 2. q. p. tradit Clar. com. Sen. §. fin. q. 14. in princ.* adducens rationem, quia Lex de paupere plene non confidit, *Farinac. de Accusat. q. 12. n. 48.* Dixi de Iure, quoniam de consuetudine Iudices, nullius Accusationem reiciunt, Immo etiam sine Accusatione, & ex sola Inquisitione communiter procedunt, *vt per Clar. d. q. 14. vers. Scias tamen.*

2 Fallit primo Conclusio si pauper est alias honesta persona, quia tunc etiam de iure communi potest accusare cum cesset ratio prædictæ differẽtiæ, *gl. Ab. & Felin. in c. p. de Accus. Clar. d. lib. 5. com. Sent. §. fin. qu. 14. vers. sed hic quæro post Bossium* dicentem ab hac sententia non esse Iudicando, vel consulendo recededum, *Farinac. de*

Accuſ. d. q. 12. n. 49. vbi diſtinguendo tres caſus, optime declarat.

3 Fallit ſecundo, quando Pauper, ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, tunc enim poteſt accuſare, *Ita diſponit tex. in d. Can. prohibentur 2. q. p.* vbi poſtquam eos retulit, qui prohibentur accuſare etiam ex cauſa paupertatis ſubdit. Hi tamen omnes ſi ſuam iniuriam exequantur, mortẽque propinquorum defendant ab accuſatione nõ excluduntur, quæ quidem verba deſumpta ſunt, *ex tex Ciuili in l. Hi tamen omnes ij ff. de Accuſ.* & hanc eſſe communem Theoricam dixit, *Clar. d. §. fin. q. 14. verſ. volo etiam*, vbi docet etiam, qui nã veniant appellatione ſuorum.

Nec dicat aliquis quod inter Priuilegia paupertatis, etiam onera numeremus, quia non poſſe aliquid facere, videtur onus, & grauamen, nam reſpondeo, quod immo videtur exoptabile hoc non poſſe regulariter accuſare.

4 Sic in ſimili, non poſſe malum agere, potentia magna dicitur, *vt dixit Petr. de remed. vtriuſque fort. lib. 2. Dial. 33.* ſic poſſe peccare non eſt aliquid poſſe, immo aliquid non poſſe, vnde ſolus ille vocatur omnipotens, qui hoc non poteſt, *vt inquit D. Aug. relatus à Gratiano poſt tex. in Can. fin. de pænit. D. 2. vbi gl.* rationem adducit, quia poſſe peccare eſt non poſſe reſiſtere, *& vt dixit Bellarm. de Aſcent. ment. in Deum c. 8.* poſſe peccare eſt Infirmitas Liberi Arbitrij, ſic in ſimili *Sen. Ep. 67.* gratias inquit, Ago ſenectuti, quia quod nolle debeo non poſſum, vel vt loquitur *Tullius de ſenectute*, quia non libet, quod nõ oportet, vel vt ego, quia non libet, quod non licet.

5 Et ſicut Bonum eſt, malũ, ſeu mala non poſſe, ſic Bonum eſt, illa non noſſe, & quædam melius eſt neſcire, quam ſcire *ad tex. in l. Conſulta 23. C. de teſtam. ibi*, Clericis opprobrium eſt ſi periti velint Diſceptationum eſſe forenſium, *& in l. cũ vir 31 C. de Adult. ibi*, ſcelus ſit, quod non proficit ſcire, & aliqua melius eſt ignorare ſecure, quam cum periculo diſcere, *vt dixit D. Hieron. de virg. ad Euſtoch.*

6 Sic in ſimili ſunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, ſed negare, Beneficium eſt, *vt docet Sen. 2. de benef.* vnde, *& D. Aug. de verb. Dom. Sec. lo. Serm. 53.* non habeatis inquit pro magno exaudiri ad voluntatem, ſed ad vtilitatem Aliquando Deus Iratus dat quod propitius negat, *& idem lib. 5. conf. ca. 8.* non curaſti, quod tunc petebat, vt faceres, quod ſemper petebat.

7 Nec eſt nouum, quod aliquando aliquibus aliqua negat Lex in eorum vtilitatem, atque fauorem, vt mulieribus ne poſſint fideiubere *l. p. ff. ad Sillan.* minoribus ne poſſint alienare ſtabilia ſine Decreto *l. p. & tot. tit. ff. de reb. eorum*, pupillis ne poſſint de proprijs bonis diſponere ſine tutore, immo minoribus licet rem ſuam bene gerentibus, rei ſuę adminiſtratio denegatur *vt dicitur in l. p. in fin. ff. de minor.* & ita Beneficium aliquando confertur in inuitum, vt etiam in caſibus relatis, *per gl. in l. inuito 70. ff. de reg. iur.*

8 Et quamuis Pauperem ab accuſando Repelli, non ſit in eius fauorem inductum, reſultat tamen in non leuem eius fauorem, ac vtilitatem, & in hoc etiam non ei nocet, ſed prodeſt Paupertas, quoniam accuſando licet non contrahatur infamia iuris *l. 2. ff. de iur. fiſc. ibi*, non notatur fama deferentis, ſi id fecit non præmij conſequendi, ſed vlciſcendi aduerſarium gratia, incurri tamen videtur infamia facti ſaltem, quando quis non accuſat pro ſua, vel ſuorum iniuria, immo in Patria mea, etiam pro propria iniuria querelam porrigere minus Ciuile iudicatur Preterea cõtrahuntur accuſando odia ſæpe capitalia, vt nimis experientia docet.

9 Confert ad id, quod etiam filij prohibentur accuſare parentes *d. l. qui accuſare 8. in fin. ff. de Accuſ.* immo, & Alimentati, Alimentantem accuſare prohibentur *l. iniquum 17. C. qui Accuſ. non poſſ.* Confert etiam *tex. in l. p. ff. de ijs, quib. vt indig.* vbi dicitur, quod Legatarius accuſans teſtatorem poſt mortem, quamuis præmiũ mereatur a fiſco, indignus tamen eſt legato, vnde colligi videtur ex illo tex. quod eo ſaltem caſu, vel ſimili, accuſare ſit ſpecies, quædam indignitatis, & dicitur Iniquitas *in d. l. iniquum 17 C. qui accuſ. non poſſ. ibi*, iniquum, & longe a ſęculi noſtri Beatitudine credimus.

10 Accedat quod munus Diabolicum videtur accuſare, ſicut, & tentare ad malum *ad trad. per D. Thom. p. p. q. 94. ar. p. & dicitur ad Teſſalon. 3. ibi*, ne forte tentauerit vos is, qui tentat, *& Matt. 4.* Acceſſit tentator, & dixit. Intellige tamen, vt dixi ad malum, & ita intelligitur *illud Iac. p.* Deus neminem tentat vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua, ſed ad Bonum tentat Deus, ſic tentauit Deus Abraam, *Gen. 22. & Deut. 13.* dicitur tentat vos Dominus, vt palam fiat, an diligatis eum *& Pſ. 25.* proba me Domine, & tenta me, *& 2. ad cor. 13.* vos metipſos tentate, ipſi vos probate. Hęc autem non eſt tentatio Deceptionis, ſed tentatio probationis, *vt inquit Aug. ad conſentium Ep. 147.* quæ licita eſt, & honeſta.

11 Dubitatur autem an liceat offerre alicui occaſionem peccandi ad aliquem bonum finem, vt an liceat Domino offerre famulo occaſionem furandi, vt eius fidelitatem experiatur, vel an liceat viro offerre vxori occaſionem adulterandi, vt experiatur eius pudicitiam, & vt reſipiſcat, vel ad alium bonum finem, impediendi aliud malum, vel graue damnum, & pro negatiua ſunt. *Sanchez. et Em. Sa.* pro affirmatiua vero *Petr. Nauarra. Layman. & Sanctius quos refert Diana res moral. p. 3. tr. 5. miſcellan. Reſ. 18.*

12 Sed vt redeamus ad noſtra Accuſare munus eſt etiam ipſius peccati, quo nihil vmquam poteſt turpius excogitari, probatur hoc *lib. 4. eſdr. c. 16. ibi*, Iniquitates, Accuſatores erunt in die illa, ſed

quod

quod plus est, Peccata erunt etiam Apprehensores, & veluti Birruarij, vt probat *tex. pro. 5. ibi.* iniquitates suæ capient impium, *& eod. lib. pro c. tamen. 11. ibi.* In insidijs suis capientur in qui,&in hoc sane, merito capiuntur, qui non capiunt verbum Dei *arg. tex. Matt 29.* Ad idem *tex. Eccli. 6.* noli facere mala, & non aprehendet te, *& Ps. 9.* in operibus manuū suarum comprehensus est peccator, *& Paulo post ibi*, comprehēduntur in Consilijs, quibus cogitant. Ad idem *tex. pro. 16.* vir impius fodit malum, *& Hierem. 14.* effundam super eos malum suum.

13 Adde aliud grauamen, quod sequitur Accusantes,& est,quod sicut pœna Talionis in lege Mosaica comminata, & imposita legitur malefactoribus, *Exod. 21. ibi.* Reddat Animam pro anima, Oculum pro oculo, Dentem pro dente, Manum pro manu,Pedem pro pede, Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, & in iure Ciuili in aliquibus casibus, *vt in l. nemo 3. C. de Ep. audien. ibi.* Homicida, quod fecit, semper expectet.

14 Ita etiam Accusatoribus, si Delictum non probauerint,imponenda venit pœna eadem,quę malefactori debebatur, & sic pœna Talionis *leg. fin. C. de Accus. ibi*, cum Calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij, immo ad huiusmodi pœnam tenetur se accusator inscribere ex dispositione Iuris, *vt in l. 3. C. qui accus. non poss. cum alijs ibi per gl. in V. pœna* & hanc Inscriptionē esse de substantia accusationis,& libelli accusatorij, *post Afflict. Bertrand. & com. comprobat Clar. com. Sen. §. fin. q. 12. vers. dixi quoq;* vbi addit id fuisse optima ratione introductū ad refrenandā temeritatem accusatorum, *licet in vers. caeterum.* asserat inscriptionem, & pœnam etiam Talionis de Consuetudine fuisse sublatam, & rationem adducit, *idem Clar. in d. §. fin. q. 81. vers. sed quato.* ne scilicet timore huiusmodi pœnę deterriti Accusatores retrahantur ab accusando,& delicta remaneant impunita,subdit tamen, quod si vera calumnia accusatoris probaretur, quod scienter innocentem accusasset, pœna talionis esset imponenda,vt de facto refert pluries fuisse impositam.

15 Nec ad effugienda mala ex Accusatione prouenientia, prodest promissio de non detegendo nomine Accusatoris, quia nihil opertum, quod non reueletur,nihil occultum,quod non sciatur,immo quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur *Luca 12.* quod sæpe contingit etiam in hoc sæculo vbi fama mala, quam bona est longe loquacior, obtrectatio enim pronis auribus accipitur, quippe Adulationi fœdum crimen seruitutis, malignitati falsa species libertatis inest, vt loquitur, *Tacitus lib. p. Hist. c. p.* & in hoc magis verificatur, quod scribitur *Iob. 4.* conceptum sermonem tenere, quis poterit, difficile est enim Satyram non scribere, nam quis iniquæ tam patiens Vrbis, tam ferreus, vt teneat se, *vt cecinit Satyric. Iuuen lib. p. Sat. p.* vnde & satyra ipsa a saturitate nomen accepit, *vt est tex. in can. Satyra qui est pen 2. Dist.*

16 Et licet in hoc etiam sensu Charitas operire deberet multitudinem peccatorum *ad tex. pro. 10.* immo & vniuersa delicta, *vt dr iter p. Petr 4.* experientia tamen, docet, quod non ita Charitas operit sicut malignitas aperit mala etiam, quæ non sunt, ingeniose magis, quam ingenue nam de fama *cecinit Latinorum Princeps Poetarum 4. eneid.* tam ficti prauique tenax, quam nuncia veri, quem Princeps Italicorum sequitur canens. Ma precorsa è la fama apportatrice de veraci Rumori, & de Bugiardi. Sed mendacia citius, quā æstiuæ nubes euanescunt. Tu autem noli me carpere, quod hic, & forsan alibi Latinis Italicā cōmiscuerim, cum idem ante me fecerit *Thesaurus in vlt. suæ decisione* plures Alemani, & Areosti versus adducens, & *Medices de Sepult q. 3. n. 10.* Dantem allegans,& plura eius Carmina referens.

17 Nec videtur inueniri posse medium, neque remedium tutius ad hoc, ne aliquid sciatur, quam vt nec facias, nec dicas quodcunque ignorari desideras, & considerabile videtur ad hoc morale monimentum *Plutar. de Garrulitate ibi*, Arcanum communicas, & addis communem loquacitatis Clausulā (nemini dixeris) Queris qui tibi sit quā tu ipse fidelior, inquis at meus est Amicus ille; Sane sed & hic Amicum habebit, cui tantundem credat, isque rursus alium.

18 Ad idem est, quod non solum Phylosophice, sed Theologice, ac religiose docuit *Sen. Ep 43. ibi* si honesta sunt quæ facis, omnes sciant, si turpia, quid prodest neminem scire, cum tu scias. O te miserum si contemnis hunc testem, *& iterum Ep. 73.* quid prodest aliquid esse secretum nihil Deo clusum est; tu adde rationem, quia non solum videt opera, & audit verba, sed cogitationes etiam, & corda scrutatur, *vnde dicitur Ps. 7.* scrutans corda, & Renes Deus *& Ps. 43.* ipse enim nouit abscondita cordis, *& Luca 11. & Matt. 9.* vt vidit cogitationes eorū, *et in c. tua nos 84. de Simon.* dicitur quod simonia mentalis iudicatur à Deo, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorū, *& Ps. 93.* Dominus scit cogitationes hominum.

19 Id tamen est de omnino reseruatis Deo, & licet Demon amiserit Dona gratię non autem omnino Dona naturæ, *ad Trad. per D. Thom. p. p. q. 64. ar. p* vnde & infusam scientiam retinuerit addendo ei longissimā experientiam, *can. sciendum. 26. q. 3.* non tamen huc peruenit, vt cogitationes hominum valeat penetrare, *vnde & Aug. 2. Retract. relatus in can. fin. 26. q. 3.* sic ait Dixi Demones aliquando cogitationes hominum scire ex signis quæ ex Animo exprimuntur in corpore, Rem dixi occultissimam audaciori assertione, quā debui, immo nec Angeli cogitationes hominum agnoscunt nisi ex effectu *D. Thom. p. p. q. 58. ar. 6*

20 Nota tamen hic aliud tutissimum remedium ad perpetuo occultandum omne peccatū *ex D. Greg. in Ps. 2. penit. ibi*, si quis peccata sua tecta esse desi-

desiderat, Deo illa per vocem confessionis ostendat, & consonat, *idem Greg. in Ps. 4. paulo. ibi.* audi qua conditione iniquitatum tuarum se esse immemorem dicat, videlicet si tu memor fueris. Adde *Petr. mihi Senecā iuniorem lib. 2. de rem. vtr. fort. Dial. 128. ibi,* & si in præteritis nullum ius,
21 nisi obliuionis habere Deum Plinius secundus existimet, habet tamen, quod vir ille curiosissimus non vidit, ius etiam Abolitionis. Itaque licet facta infecta esse non possint, ex facto tamen oriens peccatum sic deleri potest, vt iam amplius non sit, ita vt sicut scriptum est *Ps. 9.* quæratur peccatum illius, & non inueniatur. Adde *D. Thom. p. p. q. 25. ar. 4.* vbi quod licet non possit Deus facere, vt mulier corrupta non fuerit corrupta, potest tamen ab ea amouere omnem corruptionem.

PRIVIL. III.

Actio.

SVMMARIVM.

1 *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. Nudus spoliari non potest, vide versus.*
2 *Obligatio pauperis an sit Inanis, & an is dicatur debere, vide versus.*
3 *Iura & actiones non veniunt appellatione mobilium veniunt autem Census, & loca Montium non vocabilium.*
4 *Habens actionem, ipsam rem habere videtur, & non dicitur pauper nisi competat contra pauperem, quod probare tenetur allegans. Deficiente supposito, deficit dispositum.*
5 *Remissio crediti facta pauperi debitori non requirit solemnitates donationis, Legatum à paupere relictū verbale est vide versus.*
6 *Appellatione bonorum veniunt iura, & actiones Bona dicuntur à Beando, & non sunt quę plus incommodi, quam commodi habent.*
7 *Qui mutuans subicit pauperem pro Diuite, furti tenetur, Mutuare est perdere, & præsertim potentiori. Idoneus debitor non indicatur solum ex facultatibus, sed etiam ex facilitate conueniendi.*
8 *Actio quid sit; Creditor debet, debitum, & non debitorem persequi. Creditor dicitur hostis, sed & Debitor aliquando dicitur Inimicus. Creditor, vel Debitor Pupilli, non potest esse eius Tutor.*
9 *Exceptio paupertatis an impediat Iudicium, & quando exceptio spoliationis etiam à tertio factę repellat actorem.*
10 *Actio personalis aduersus pauperem non est inanis, quia carcerari potest saltem de consuetudine.*
11 *Quicquid alim fuerit, hodie pro ęre alieno, nemo propriè seruire compellitur, & creditor id tentans, creditum perdit, & tantundem debitori soluit.*
12 *Obligatus in forma Cameræ, capi potest non seruato ordine legis à Diuo pio.*
13 *Pro modico debito quis capi non potest, arrestari tamē potest ex Stat, fer.*
14 *Mulier honesta, sub pæna capitali, carcerari prohibetur pro debito etiam fiscali, ac etiam pro crimine nisi grauissimo.*
15 *Damnatus in actione personali habet à iure dilationē quadrimestrem ad soluendum, in Reali statim tenetur etiam ad fructus.*
16 *Dotem stabilem restituere quis tenetur statim dissoluto matrimonio, mobilem vero, vel pecuniariam, post annum.*
17 *In executione non possunt capi necessaria supellectilia damus, nisi in subsidium, & debent relinqui vestes, & quid in pallio.*
18 *Carcerationis remedium, leuitiuum, subministratio Alimentorum, Curatiuum vero, Cessio Bonorum.*

1 INanis est actio, quam Inopia Debitoris excludit, sunt hęc verba *tex. in c. olim nobis 16. de Rest. Spol. Idemq; probat tex. in l. nam is 9. ff. de Dolo ibi,* nam is nullam videtur Actionem habere cui propter inopiam aduersarij inanis actio est. *Ad idem est tex in c. frequens p. de rest. spol.* vbi expresse dicitur, habet hoc priuilegium spoliatus, vt non possit exui iam nudatus, cui concinit *Iuuen. Sat. 10.* cantabit vacuus coram Latrone viator, quem adducit etiam *Medices in memorādo tractatu vel opuscula mors omnia soluit,* & Iuuenali consonat *Ouidius de nuce ibi.* sic timet insidias, qui scit se ferre viator, quod timeat, tutum carpit inanis iter, & alia diximus p. 3. in remedio expoliationis
2 Videtur ampliari posse conclusio, vt non solum Actio, sed etiam obligatio sit Inanis, quam inopia Debitoris excludit *arg. leg. impossibilium 145. ff. de Reg. iur. ibi,* nulla est obligatio, & licet paupertas non dissoluat vinculum obligationis ipso Iure, sed suspendat effectum, ope tamen exceptionis, Inanem reddit obligationem donec viget, ac vrget ipsa Paupertas, Vnde *Marc. lib. 2. Epig. 3. ait* sexte nihil debes, nil debes, sexte fatemur, si quis enim debet soluere, sexte potest, & videtur dici posse, quod Pauper debitor debeat materialiter, sed non formaliter, debeat quo ad Iuris intellectum, non quo ad effectum, debeat potentialiter, sed non actualiter, quoniam vere durante paupertate, & donec veniat ad pinguiorem fortunam, nec naturaliter, nec Ciuiliter debet, idque probari etiam potest *ex tex. in l. Debitor 108. ff. de verb. sig. ibi,* Debitor intelligitur is à quo inuito exigi pecunia potest, vnde colligo, quod obligatio pauperis quamuis esset in solidum, nunquā tamen erit solida, vel si solida sit obligatio, Actio tamen, solida non erit ex prædictis. Quod si Academice loqui velis, dic quod immo pauperis obligatio stabilis est, & semper manet, quia nunquam tollitur solutione eius, quod debetur, quo modo omnis alia tollitur obligatio, *vt dicitur Inst. tit. quib. mod. tollitur obligatio in princ.*

Et

3 Et quamuis Iura, & Actiones non veniant appellatione mobilium, vel immobilium, ſed tertiā quandam ſpeciem diſtinctam conſtituant, *l. Adiuopio 15. §. inuentione ff. de re iudic. probat Bartl Conſ 50. incipit Gilius Petri de Florentia n.p* & ratio eſt quoniam mobilium, & immobilium ſubſtantia viſibilis eſt, & corporea, iurium vero, & actionum inuiſibilis, & incorporea (niſi tamen ſint loca montium non vacabilium,& Cenſus quę veniunt appellatione ſtabilium. *Buratt. in Collen. Hæredit. D. 474. n. p. & 2. vbi Ferentill.* credita tamen à paupere debita,videntur inter ſtabilia poſſe quodammodo numerari eo reſpectu, quia ſemper ſunt credita, & debita reſpectiue, nam cū pauper nunquam ſoluat, ſemper debet, vnde ſi non ſunt ſtabilia, ſunt ſaltem credita ſtabilia, ſed hæc accipe iocoſe,& vide quę dicam infra miſcēs ſeria ludo, & vtile dulci.

4 Infertur ergo ex Concluſione firmata, quod licet Actionem habens, ipſam rem videatur habere *l. qui actionem 15. ff. de Reg. Iur.* vnde, & habens Actionem non dicitur pauper *Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. n. 40.* id tamen fallit quando Actio competit contra pauperem, vnde & pauper etiā dicitur qui non habet niſi actionem contra pauperem *ad trad. per Socin. Reg. 121. n. 3. & per Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. n. 42.* & à fortiori id probat *tex. in d. l. nam is 6. ff. de dolo ibi*, nam is nullam videtur actionem habere,cui propter inopiam aduerſarij inanis eſt actio,vnde ſi non videtur actionem habere, minus ipſam rē habere videbitur, & deficient verba in quibus fundatur *tex. in d. l. qui actionem 15. ff. de Reg. Iur.* & deficiente ſuppoſito deficiet diſpoſitum *l. mancipia 5. vbi DD. C. de ſeru. fug. Buratt. in Reatina terrarum D. 52. n. 4. Amat. Deciſ. Fer. 4. n. 43. & dixi ego in meis D. 71. n. 10.*

Declara hanc illationem, vt ad effectum, de quo agitur,habens actionem, probare debeat debitorem non eſſe ſoluendo,alias habens actionem non dicetur pauper *ad trad. per Nattam conſ. 648 n. 13. Surd. de Alim. tit 9. q. 35. n. 42. licet erranter allegit Nattam conſ. 649.*

5 Infertur ſecundo, quod remiſſio crediti facta pauperi debitori non indiget inſinuatione, ac alijs ſolemnitatibus à Iure, vel ſtatuto in Donatione requiſitis *ad trad. per Riminald. inſt. de Donat. n. 759. Decian. conſ. 39. n. 109. vol. 2. quos ſequitur Rota coram Buratt. in Romana pecuniaria D. 640. n. 7.* vbi adducitur inter cæteras hæc ratio, quod Inanis eſt actio, quam Inopia debitoris, excludit, quod ſi erat Inanis actio,erit etiam Inanis Donatio, & veluti verbalis, prout verbale dicitur Legatum à paupere relictum de quo *Mart. lib. 2. Ep. 19.* Argenti libras marius tibi quinque reliquit, cui nihil ipſe dabas, is tibi verba dedit.

6 Infertur tertio, quod licet Iura, & actiones veniant ſub ſimplici appellatione Bonorum *l. rem in bonis 52. ff. de acq. Rer. Dom. l. Bonorum 49. l. Bonorum 208. ff. de verb. ſign. Vinot. inſt. tit. de Donat. n. 89.* Actiones tamen contra pauperem, non videntur proprie Bona dici poſſe, ſaltem durante paupertate, quoniam proprie Bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent *l. propter bona 83. ff. de verb. ſig.* & Bona dicantur, quæ Beant idest proſunt *d. l. Bonorum 49. ff. de verb. ſign.* & licet dicatur, quod paupertas prodeſt, vt infra dixi in V. malum, prodeſt quidem pauperi, ſed nocet Diuiti, & creditori in materia, de qua hic.

7 Infertur 4. quod ſi mihi ſubiecisti Titium egenum, loco Titij locupletis, & nummos ei credidi, furti teneberis *l. ſi quis uxori 53. §. cum Titio ff. de furt.* quia ſic pauperi mutuare, tēporaliter loquēdo eſt perdere *ad tex. qui plus probat in l. 3. in fine prin. ff. ad S.C. Maced.* vbi ſimpliciter dicitur, quod mutuare eſt perdere, ſed perdere eſt, etiam Diuiti, & potenti mutuare, *vt probat tex Eccli. 8. ibi*, ne feneraueris homini fortiori te, quod ſi feceris, perditum habe. Vnde *& in l. 2. ff. qui ſat. cog.* dicitur, quod Idoneus debitor, vel fideiuſſor non iudicatur ſolum habito reſpectu ad Diuitias, & facultates, ſed etiam ad facultatem, & facilitatem conueniendi.

8 Infertur 5. aliud notabile non ſolum legale, ſed morale, quod creditor, qui pauperem debitorem ſcienter vexat peruertit Actionem, Actio enim vt diffinitur *in princ. inſtit. de Action.* eſt Ius perſequendi in Iudicio, quod ſibi debetur, & ſic Debitum, & non Debitorem, ſed cum pauper nihil debeat in effectu, vt ſupra diximus, vel ſi debeat, eius Debitum ſit inane paupertate durante, ſequitur quod Actor aduerſus eum tunc agens, nō Debitum, ſed Debitorem perſequatur, Chriſtianæ, immo, & humanæ Charitatis oblitus, ſe potius hoſtem, quam Creditorem oſtendens, prout Creditor appellatur Hoſtis *in Auth. vt hi, qui obligatas ſe haber. perhib. reſ. min. vel obligati ſunt eis, ad eorum gubernationē penitus non accedant ibi* Creditorem prohibemus, ne hoſtem potius, quā Creditorem adoleſcentulo præbeamus, Aliquando tamen etiam debitor dicitur inimicus, *vt apud. Sen. Ep. 19. ibi* Leue æs alienum, Debitorem facit, graue inimicum, *& apud Tacit. lib. 4. hiſt. c. 13.* Beneficia eo vſque læta ſunt dum videntur exſolui poſſe, vbi multum anteuerterunt, pro gratia odium redditur, *& Eccli. 24.* dicitur, donec accipiant oſculantur manus dātis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam. At in tempore redditionis, poſtulabunt tempus, murmurabunt, & conuicia, & maledicta reddent.

9 Limitatur primo principalis Concluſio, vt exceptio inopiæ impediat exequtionem ſententiæ, ſed non prolationem, & ſic non impedit proceſſum, nec excuſat a litigando *Ab in c. olim 16. de reſt. Spol. in 6. poſt. 10. And. & alios. & confert tex. in d. c. cum olim ibi Mandamus, vt non prius Epiſcopum ad reſtitutionem compellatis, quam poſſit reſtitue-*

stituere, quod percepit. Contrarium tamen, quod scilicet exceptio inopiæ suspendat iudicium, & excuset, etiam a litigando quando quis est proprie Inops, idest nihil habens, vt suo loco dixi, sensit, *gl. in d. c. olim 16. de rest. Spol. et ibid. Ant. de butr. quem aduersus Abbatem defendit subtilis Barbatia in addit. ad eundem Abb. n. 6.* Confert *tex. in l. si procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mandati ibi*, si paupertas eis prouocare non permisit, excusata est eorum Inopia.

Notabilis est autem in hac materia *tex. in cap. frequēs p. de Rest. Spol. in Sex.* vbi disponitur, quod exceptio spoliationis ab alio facta, quam ab actore non admittitur ad suspēdendum Ciuile iudiciū, sed in Criminali admittitur etiam à tertio facta si sit de tota, vel maiori parte substantiæ, & in fine princ. habentur hęc verba. Quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus, habet enim spoliatus priuilegium, vt non possit exui iam nudatus, Ad materiam tamen illius *tex. vide Cephal. cons. 451. n. 30?.*

10 Limitatur secundo supradicta principalis conclusio, vt procedat in actione Reali, sed in actione personali, quæ videlicet prouenit ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto non procedit dicta Conclusio, quoniam etiam stante debitoris inopia, non tamen redditur inanis actio personalis, operatur enim effectum carcerationis, nam quando in executione actionis personalis, non reperiuntur bona se mouentia, vel mobilia, vel stabilia, vel Iura iuxta gradum, & ordinem præscriptū *in l. A diuo pio 15. §. in venditione ff. de re Iudic.* tunc proceditur ad capturam personæ, non solum pro Debito criminali, in quo, qui non habet in ęre luit in corpore *l. p. §. generaliter ff. de pæn.* sed etiam pro debito Ciuili, *ad tex. in l. p. ff. qui bon. ced. poss. ibi.* Hoc beneficium prodest ne detrahantur in Carcerem, *& post gl. Bar. bal. Ab. docet Marant. de Ord. Iud. in c. de citatione n. 58. & conferunt tradita per Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 88. n. 66. Vestrius tamen in praxi lib. 8. vers. & licet gellius,* dixit sibi videri non satis expresso Iure probari, quod possit Debitor pro Ciuili causa carcerari. Et sane videtur Inciuile.

11 Et quamuis olim non solum Debitores, sed etiā filij debitorum pro debitis Paternis, seruire Creditoribus compellerentur, vt probatur *lib. 4. Reg. c. 4.* vbi Mulier accedens ad Eliseum clamauit dicens. Vir meus mortuus est, & ecce Creditor venit, vt tollat duos filios ad seruiendum sibi, cui dixit, quiduis, vt faciam tibi? post hæc Eliseus multiplicauit Mulieris oleum ex cuius pretio Creditori satisfecit, vt ibi narrat Historia, & plus dicitur *Matt. 18. ibi*, Cum Debitor non haberet vnde redderet, iussit Dominus eum venundari, & vxorem, & filios, & quamuis etiam *pro. 22.* dicatur, qui accipit mutuum seruus est fænerantis, id tamen intelligitur de seruitute quadam impropria prout intelligendus videtur. *Plutarchus in opusc. de ære alieno vitā. ibi* quid profuit Atheniēsibus Solon lege lata, ne corpora Debitorum obligarētur, quasi vero non seruiant fæneratoribus, qui debent ijs, immo ne ipsis solis, sed seruis eorum, Et hodie proprie ob ęs alienum liberos homines creditoribus seruire Iura non patiuntur, *vt inquit tex. in l. ob æs 12. C. de act. & oblig.* quæ lex canonizatur *in c. 2. de pignor. ibi*, Lex habet, vt pro Debito liber homo non teneatur, & si bona deficerent, Immo Creditor, qui id tentare ausus fuerit, Creditum amittit, & tantundem debitori soluit *§. quia vero Auth. vt nulli Iudicum. et tradit Vestrius in praxi d. lib. 8. vers. & licet Gellius in fin.*

12 Amplia hanc secundam limitationem, vt obligatus in forma Cameræ, etiam non seruato ordine legis. A Diuo pio, & nulla facta perquisitione bonorum, Immo forsan etiam existentibus bonis, Debitor capi personaliter possit etiam pro Debito Ciuili, & ita practicatur.

13 Limitatur 1. hæc secunda Limitatio, quando summa Debiti, est modica, Vnde *Pius quintus const. centesima §. 3.* pie admodum prohibet aliquē carcerari pro Debito infra septem aureos, quod non habeat annexam causam Criminalem, *& Statutum Ferrar. lib. 2. c. 23 quib. casib. possit pro debito capi* disponit in hęc verba, Prohibentes insuper aliquem capi posse quaqunque de causa pro minori quantitate librarum sex Marchię, Captus autem sequestrari possit, pro quaqunque quantitate.

14 Limitatur 2. prædicta limitatio principalis in Muliere honesta, quæ pro Debito Ciuili carcerari non potest *l. p. C. de off. Diu. Iud.* vbi subditur, quod si quis Matremfam. in publicum post hac crediderit protrahendam, inter maximos Reos, citra vllam indulgentiam capitali pœna plectetur. *Ad idem est tex. in Auth. Hodie nouo Iure C. de cus. tod. Reu. ibi.* nullam Mulierem pro pecunia fiscali, vel priuata, aut pro Crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus, excipit tamen postea grauissimum Crimen, *probat Decius in l. Fæminæ n. 2. ff. de Reg. Iur. & post. alios Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 88. n. 10.*

15 Noto hic, quod licet, quo ad Carcerationem Actio personalis sit durior quam Realis, in alio tamen Realis, durior est, quam personalis, quia condemnatus in personali actione, habet a lege quadrimestrem dilationem ad soluendum *leg. 2. C. de vsur. rei iud.* quamuis possit quis compensare, quod sibi ex sententia debetur etiam infra tēpus iudicato concessum, quoniam illud miserationis gratia indulgetur, *vt dicitur in l. pecuniam 15. C. de compens.* At vero condemnatus in actione Reali nullam habet à lege dilationem, neq; pro re ipsa, neque pro fructibus *§. & si in rem inst. tit. de off. Iudic* & hanc differentiam notat *Vestrius in*

16 *praxi d. lib. 8. vers. immo hac monitione,* huic simile est,

est, quod quando Dos consistit in pecunia numerata, vel mobilibus, soluto matrimonio competit Dilatio vnius anni ad Restitutionem, si autem consistit in Bonis stabilibus, debet statim restitui iuxta dispositionem *tex. in l. vnic. §. ex actione C. de rei vxor action. & tradit Osmot. in §. ex contrario n. 6. Inst. tit. de Legatis.*

17 Noto etiam pro pauperibus, quod in exequutione non possunt capi necessaria supellectilia Domus, nisi in subsidium, & debent Debitori relinqui saltem vestes quibus cooperiatur *Marant. de Ord. Ind. in c. de executione n. 37.* Et quo ad palliū vidi ego Romæ seruari, vt, Debitore ad id specialiter citato, exprimatur in mandato ipso executiuo verbum hoc (Auferatur Pallium) & ego facilior semper fui in apponendo prædictam Clausulam Estiuo tempore, quam hiemali, quoniam ibi Pallium onerosum est, & superfluum, hic vero nimis necessarium, vnde, & nimis durum videtur eripere Pallium in die frigoris *ad tex. pro. 25. ibi,* qui sperat super Infideli, amittet Pallium in die frigoris.

18 Vltimo nota, quod aduersus Carcerationem, Pauper habet duplex Remedium, alterum, vt ita dicam, lenitiuum, alterum vero Curatiuum, Lenitiuum est petitio subministrationis Alimentorum de quo dicam infra in V. Carceratus, Curatiuum vero dici potest Cessio Bonorum, de quo etiam dicam infra in V. Cessio.

PRIVIL. IV.

Aduocatus I.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus tenetur pauperi gratis patrocinari, & sufficit quod pauper iuret se pauperem exstare.*

2 *Aduocatus recusans pauperi gratis patrocinari peccat mortaliter, & quando.*

3 *Peccat Aduocatus à paupere scienter pecuniam, accipiens pro patrocinio.*

4 *An Aduocatus accipiens à paupere pecuniam teneatur restituere.*

Qui accipit pro eo, quod gratis facere tenetur, turpiter accipit, & restituit danti.

An Aduocatus accipiens salarium excessiuum teneatur restituere.

5 *Aduocatus cogi potest ad patrocinandum gratis pauperi, alij vero cum Salario.*

6 *Aduocatus patrocinari sine iusta causa, recusans potest à Iudice mulctari, et ei interdici munus Aduocationis vt n. 7.*

8 *Aduocatus tenetur gratis pauperi patrocinari non obstante Iuramento de non gratis patrocinando, etiam pauperi vt n. 9.*

10 *Aduocatus tenetur gratis pauperi patrocinari licet adsit in loco Aduocatus pauperum.*

11 *Aduocatus non tenetur gratis pauperi patrocinari, nisi in extrema necessitate, vel saltem graui.*

12 *Pauperi contra Aduocatum ad gratis patrocinandū non competit Actio, sed Iudicis officium.*

13 *Aduocatus non tenetur gratis patrocinari pauperi ex lege iustitiæ, sed ex lege Charitatis, quę non obligat ad restitutionem.*

14 *Pauper obtinens in causa non petit expensas Aduocati, sed an Aduocatus petat, vide n. 16. & seq.*

15 *Non priuilegiatus gaudet priuilegio priuilegiati ratione connexitatis, & quando.*

16 *Regula quod nemo cum alterius iactura loqupletetur procedit etiam in paupere in Ecclesia in minore, & in pupillo.*

17 *Fauor non debet in odium retorqueri.*

18 *Hoc priuilegium, mali Aduocati, male seruant, immo etiam cum stipendio erubescunt pro pauperibus intercedere.*

19 *Boni Aduocati, & Iudices quomodo mereantur. Non minus debentur salaria aduocantibus, quam stipendia militantibus.*

20 *Spiritus Sanctus paraclitus, idest Aduocatus pro Bonis Aduocatis aduocabit. Malis autem non erit paraclitus.*

1 ADuocatus tenetur pauperi gratis patrocinari *ad tex. vbi not. in l p. §. At prætor ff. de postulan. ibi* non habenti Aduocatum dabo, *& in l. prouidendum 7. C. de postul. ibi.* si patrocinium denegauerit, careat foro, *& in l. si furiosi C. de nupt.* licet loquatur in furioso ibi Gratis cuncta procedant ne tale hominum infortunium, expensarum quoque detrimento prægrauetur, *& in c. Statutum 9 §. insuper de Resc. in sex.* licet loquatur in Iudice ibi, sed & vbi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expensis, nil prorsus exigat ab eisdem, docent *scribentes in l p. §. cura carnis ff. de off. præf. Vrb. gl. in d. c. Statutum §. insuper de Resc. in sex. in V. pauperes, & per eam Bald. in d. l. si furiosi in vlt. not. C. de nupt. gl. Ab. & Canonistæ in c. p. de off. Ind Felin. in c. si pro debilitate n. 9. sub med de off. Deleg. & in d. ca. p. de off. Iud. n. 2. Benincas de paupertate q. 7. spec. p. in Iud. n. 9. qui dicit gl. in d. ca. Statutum esse peregrinam Gerard. de Petr. Sanct. sing. 73. incipit Pauperes Rolan. conf. 87. n. 25 & 59. lib. 2. Rim. Iun. conf. 329. n. 14 & 16. lib. 2.* vbi quod potest Aduocatus ad id à Iudice compelli. *Couar. pract. q. ca. 6. n. 4. Neuezzan. in Sylua. nupt. lib. 6. n. 31. & post legistas Canonistas, et Theologos latissime Traq. de Nobil. c. 29. n. 39. Caroccius de Locato p. p. qu 8. n. 5. & 12. Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 368 n. 4 Azzor. post Ioan. mai. & Caiet. Mor. Inst. p. 2. lib. 12. c. 8. q. 5. & post alios Medices de Casibus fortuitis p. 2. q. 4. n. 11. Nouarius in praxi priuileg. miserab. priuil. 62. n. 5.*

Et quod ita seruetur in Gallia, Immo quod pauperi cum Rege litiganti Rex ipse prouideat

Aduocatum, qui alleget in Iure, & in facto *dixit*
Bald. in l. magis puto §. in primis ff. de reb. eorum
Boer. q. 324. n. 6. incipit Præsuppono, & q. seq. 325
n. p. vbi quod tex. in l. p. §. Ait prætor ff. de postulã.
ibi non habenti Aduocatum dabo, non intelligi-
tur gratis, sed cum salario Clientuli, nisi sit pau-
per, & quod tunc etiam de publico debet salaria-
ri, *vt ibi post gl. in d. §. ait prætor*, & idem seruatur
in Curia Delfinali, *vt refert Ias. in l. p. in fin. p. col.*
ff. de off. proc. & leg. quem sequitur Guid. pag. q. seu
D. 5. n. 61. Idem in Cancellarijs, & prætorijs Re-
gijs seruari *dixit Cou. pract. q. c. 6. n. 4.* subdens
quod *Reb pub.* & Ciuitatibus boni regiminis con-
gruit, vt in hoc prouideatur per statuta, prout
prouisum legitur *Statuto Ferrariæ lib. 2. c. 86 de*
patrocinijs Aduocatorum, vbi in fine disponitur,
quod Aduocatus electus singulis sex mensibus de-
beat gratis patrocinari omnibus iurantibus, quod
non habent vnde soluere possint nisi Aduocatus
ipse cõtrarium probauerit, & de procuratore dis-
ponit idem statutum in loco, quem infra referam
in V. procurator.
Ampliatur 1. principalis Conclusio, vt Aduo-
2 catus, mortaliter peccet recusans gratis pauperi
patrocinari, si is extreme indigeat patrocinio ad
alimenta necessaria *ad trad. per D. Thom. 22. qu.*
71. art. p. iuxta intellectum Caietani Couar. pract. q.
c. 6. n. 4. Carocc. de Locato q. 8. n. 12. vbi intelligit
quando necessitas est extrema, si vero non extre-
ma, peccatum erit veniale, secundum ipsum, vel
iuxta qualitatem necessitatis graue, vel leue, &
quod quando alia via non est in promptu tenea-
tur Aduocatus sub p. m. pauperes gratis defende-
re *post Sotum dixit V Borellus in Addit. ad Apho-*
rism. Em. Sa. in V. Aduocatus, & quod quando
pauperis necessitas est grauis, licet non extrema,
& in aduocato adest possibilitas, teneatur ipse sub
reatu culpæ mortalis gratis pauperi patrocinari.
Senserunt Syluester in summa in V. Aduocatus q. 28
Sotus de Iust. & Iur. q. 8. ar. p. Couar. pract. q. ca.
6. n. 4. sub fin. Et secundum prædicta Aduoca-
tus, qui recusat gratis pauperi patrocinari saluari
non potest, quoniam abscondit talentum Domi-
ni sui *ad trad. per D. Greg. in Homil. super 15. Matt.*
Beumeas. de paup. q. 7. spec. p. in Iud. nu. 10. Rim.
Iun cons. 329. nu. 16. lib. 3. & post alios Rolan.
cons. 87 n. 29. lib. 2. Scaccia de Appell. q. 12. n. 166.
Ampliatur 2. vt in foro conscientiæ peccet Ad-
3 uocatus a paupere pecuniam scienter accipiens
pro patrocinio *Alberic. in l. ne quicquam §. fin. ff.*
de off proc. & leg. & in l. p. C. de suffrag. Ias. in d.
l. ne quicquam §. vbi Decretum ff. de off. proc. & leg.
n. 2 Gerard. sing. 73. n. 4. incipit pauperes Rolan.
cons. 87. n. 28. lib. 2. Petr. Royz. Decis. Lusitan. 4.
n. 299. Tiraq. de nob. c. 29. n. 39. Carocc. de Loca-
to q. 8. n. 12. Scaccia de Appell. q. 12. n. 166. Na-
uar. in man. c. 25. nu. 29. vbi semper intelligit,
quando pauper indiget extreme, quia non tene-
tur magis Aduocatus ad faciendam elemosinam
de opera, & arte sua, quam alius Diues de suis
Bonis.
4 Ampliari forte potest tertio, vt Aduocatus ac-
cipiens, vt supra pecuniam a paupere in casibus,
in quibus tenetur ei gratis patrocinari, teneatur
eam restituere eidem pauperi, quoniam qui acci-
pit, vt faciat id, quod gratis facere tenetur, tur-
piter accipit, & tenetur danti restituere *ad tex. in*
l. fin. ff. de Cond. ob turp caus. cuius dispositionem
procedere non solum in ijs, ad quæ tenemur ex
lege Iustitiæ, sed etiam in cæteris, ad quæ tene-
mur sola lege Charitatis, probat septem funda-
mentis. *Nauarr. in man. c. 17. nu. 33. licet contra*
Sotum de Iust. & Iur. lib. 4 q. 7. ar p. An autem
Aduocatus accipiens salarium excessiuum, tenea-
tur illud restituere, vide *apud Tiraq. de nob. c. 29.*
nu. 38.
5 Ampliatur 4. vt Aduocatus possit a Iudice co-
gi, & compelli, vt pauperi gratis patrocinetur,
gl. in c. Statutum §. insuper in V. pauperes de Resc.
in sex. post spec. & Abb. Felin. in c. p de off. Iud.
n. 2. Rim. Iun. cons 329. n. 6. lib 3. Et licet possit
Aduocatus cogi ad patrocinandum, etiam non
pauperi, non tamen gratis, *vt probat Felin. post*
alios in d. c. p. de off. Iud. nu. 2. Berius D. 325. n. p.
6 Ampliatur 5. vt Aduocatus recusans in casibus
prædictis possit mulctari donec obtemperet *Felin.*
in c. si pro debilitat. n. 9. de off. Deleg. Rip. in trac. de
peste n pen. par. n. 133. Rol. cons. 87. n. 29. lib. 2.
7 Ampliatur 6. vt si Aduocatus, vt supra recuset
possit ei ad tempus Iudicis arbitrarium interdici
manus Aduocationis *ad tex. in l. prouidendum 7.*
vbi Bald. C. de postulan. Couar. pract. q. c. 6. n. 4.
8 Ampliatur 7. vt licet Aduocatus iurasset se nũ-
quam gratis patrocinaturum, attamen huiusce-
modi Iuramentum in causis pauperum non esset
seruandum *Bald. in l. furiosi in V. Gratis C. de nup.*
& in l. si ad excludendam post med. C. de Iur. iur.
Felin. in d. c. p. de off. Iud. n. 3. Tiraq. de nob. c. 29.
nu. 39.
9 Ampliatur 8. etiam si Aduocatus iurasset in
specie, etiam pro pauperibus gratis non patroci-
nari, adhuc enim non teneretur seruare Iuramen-
tum, Immo teneretur non seruare, & peccasset
iurando, potius quam non seruando *ad Trad. per*
D. Thom. 2. 2. q. 89. ar. 7. Immo etiam seruando
peccaret, quia Iuramentum non debet esse vincu-
lum iniquitatis *ad tex. Aug. in c. inter cætera 22.*
q. 4. & in c. quanto 18. de Iure iur. & in c. cum qui-
dam 12. §. illi vero eodem tit. de Iure iur. vbi est ca-
sus de eo, qui iurauit non alloqui Patrem, Matrẽ,
Fratrem, vel Sororem, & eis humanitatis subsi-
dium exhibere, & dicitur quod ita iurantibus, im-
ponenda est penitentia, quia male iurauerint, &
sunt absoluendi, ne Iuramentum seruent, quod
ibi gl. in V. Absoluendi intelligit ad Cautelam.
10 Ampliatur 9. vt licet adsint in loco Aduocati,
pauperum ex publico salariati, adhuc etiam alij
non salariati tenentur gratis pauperibus patroci-
nari

nari, vt ex communi omnium recentiorum, *refert Frater Micaeel Sal. ad D. Thom. 2. 2. q. 17. ar. p. controu. p. in fin. quem sic refert Scaccia de Ap. qu. 15. n. 51* quod tamen intellige iuxta supradicta, & infradicenda.

11 Limitatur 1. principalis Conclusio, vt Aduocatus non teneatur gratis pauperi patrocinari, nisi quando pauper extreme indiget dicto patrocinio, quia si Causa rueret, fame periret *ad trad. per D. Thom. 2. 2. q. 71. ar. p. & ibi per Caietan. Felin. in c. p. de off. Iud. n. 2. Gigas ad Dec. in c. p. de prob. n. 54. Tiraq. de nob. c. 29. n. 46. in fine Rim. Iun. consl. 329. n. 19. & 20. lib. 3. Carocc. de Locato p. p. q. 8. n. 13. Nauar. in man. c. 25. n. 29.* vbi rationem adducit, quia de opera, vel artificio non tenetur, quis eleemosinam facere, nisi in Casibus, in quibus quilibet alius Diues tenetur de sua pecunia, & de suis bonis eleemosinari. *Bannez. ad 2. 2. D. Thom. q. 32. ar. 2. Dub. 4 Caietan. ad 2. 2. D. Thom. q. 61. ar. p. quos refert Diana Res. mor. p. 4. Tract. 4. Miscell. Res. 211.* licet ipse videatur Aduocatum obligare non solum in extrema, sed etiam in graui pauperis necessitate patrocinij, *prout idem post Syluestr. et Sotum sensit Couar. pract. q. c. 6. n. 4. sub fin. quem supra Retuli in p. ampliatione vbi vide si places.*

12 Limitatur 2. vt pauperi aduersus Aduocatum ad gratis, sibi patrocinandum non cōpetat Actio, sed sola imploratio Iudicis officij *ad Trad. per gl. in c. sicut 47. D. in V. esurientium, & in his terminis, post plures docet Felin. in c. p. de off. Iud. nu. 3. & post plurimos Tiraq. de nob. c. 29. n. 4.*

13 Declaratur 1. vt Aduocatus teneatur ad gratis patrocinandum pauperi, non ex lege Iustitię, sed ex lege Charitatis, & ex præcepto affirmatiuo, quod obligat semper, sed non ad semper, & obligat iuxta necessitatem pauperis litigantis, & statum Aduocati *ad Trad. per Micchaelem Sal. ad D. Thom. 2. 2. q. 17. ar. p. quem ita refert Scaccia de Appell. q. 15. n. 52. vers. Aduerte.* Infertur ex hac Declaratione, quod non teneatur Aduocatus restituere pauperi damna, quę passus est ex non præstito patrocinio, quoniam præcepta Charitatis non obligant ad restituendum *ad Trad. per Nauar. in man. c. 24. n. 7. & per Azzor. mor. Inst. p. 2. lib. 11. c. 9. q. 3.* neque cum hac illatione forte pugnat tertia ampliatio, de qua supra nā ibi, dicitur de Restitutione pecunię acceptæ, hic vero de Restitutione damnorum.

14 Declaratur 2. vt si pauper litigans obtineat condemnationem expensarum contra aduersariū non possit ab eo petere expensas Aduocati, quas vere non fecit *ad tex. in l. fin. C. de fruc. & lit. expē. iuxta secundam lecturam, vt ibi per Bart.* vbi quod victus victori condemnatur in expensis, quas fecit, non autem in ijs, quæ sibi ex priuilegio remittuntur *Bald. in tract. de iure Protomiseos in fin. Benincas. de paup. d. q. 7. spec. p. in Ind. nu. 24.* & ratio est, quoniam expensæ reficiuntur Colliti-ganti, ne damnum patiatur, non autem, vt lucretur *Castrens. in d. l. fin. in fine C. de fruc. & lit. expen. Benincas. d. q. 7. spec. p. in Ind. n. 24.* Vnde videtur colligi notabilis Casus, in quo Diues liti-

15 gans cum paupere gaudebit priuilegio pauperis, quia priuilegiatus facit, non priuilegiatum gaudere priuilegio, ratione cōmunionis, & connexitatis *ad Trad. per gl. in l. 4. C. de in off. test. & in l. si quis duos ff. de lib. leg. Marsil. sing. 501. incipit Titium, & sing. 617. incipit memor.* præsertim quando agitur de damno vitando, *vt in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. & in c. Auditis de rest. in integr. cū alijs adductis à Benincas. de paup. d. q. 7. spec. p. in Ind. n. 25.* & in his terminis videtur ad hoc *tex. in d. l. fin. C. de fruc. & lit. expen. secundum primam lecturam iuxta quam disponit, vt ibi per Bart.* quod priuilegium illi concessum super litis expensis in totum, vel in parte non agnoscendis extenditur ad aduersarium, vt seruetur æqualitas.

16 Et sane quod pauper repetere non possit à Diuite colitigante expensas quas vere non fecit in Aduocato, omnino videtur æquissimum ex supradictis, & quia non debet pauper cum alterius iactura ditari, obstante Regula naturali, quę videtur etiam pauperem comprehendere, cum ab ea non eximatur ecclesia, nec minor, nec pupillus, *vt comprobaui Dec. 69. nu. 13.* sed quod Aduocatus ipse non possit à Diuite expensas petere, quando fuit in expēsis condemnatus, videtur Duritiem sapere, & repugnare non solum æquitati, sed Iustitiæ, tam respectu Aduocati, qui non tenetur Diuiti gratis inseruire *ad trad. post alios per Felin. in c. p. de off. Iud. n. 2. & per Boer. D. 325. n. p. & per Benincas. de paup. d. q. 7. spec. p. in Ind. n. p. & seq.* quam etiam respectu ipsius pauperis

17 contra quem videtur hoc in casu priuilegium, quodammodo retorqueri, *contra tex. in l. quod fauore 6. C. de legib. & in c. quod ob gratiam 61. de Reg. Iur. in sex.* nam si Diuites temere litigantes contra pauperes, non teneantur expensas reficere, facilius contra pauperes litigabunt: præterea Diuites tenentur ānali ... ate subministrare pauperibus colitigantibus habentibus præsumptionem boni iuris Alimenta, & sumptus litis, vt infra dicam in V. Alimenta, fortius in fine litis succūbentes ad eosdem sumptus reficiendos tenebuntur, & ita omnino credo, & praticarem.

18 Non est omittendum, quod hoc priuilegium male seruatur, *vt inquit Scaccia de Ap. q. 15. n. 52. vers. sed hæc Conclusio* vbi plus dicit, quod Aduocati erubescunt, etiam mercede soluta pauperum suscipere Clientelam, & Doctores aliqui non curant de ijs qui non faciunt Bursam hydropicam, *vt dixit Io. de de Blenas in §. actionum insti. tit. de Action. tit. de Actione de peculio in fine,* & quod Plato scienter appellet Aduocatos accipitres pecuniæ, *refert Tiraq. de nob. c. 29. nu. 47.* & quod Aduocati Procuratores, & Notarij sint Canes curiarum, & Deuoratores Pauperum, *dixerunt Bart.*

& Rip. in l. omnes populi n. 5. ff. de Iust. & Iur. Iaf. in §. tripli. nu. 30. Inst. tit. de Action. & post alios Carocc. de Locato p. p. q. 8. n. 2.

19 Sed hæc, & similia intellige de malis Aduocatis, prout de malis Mulieribus intelligitur Alphabetum *S. Antonini in Sum. p. 3. tit. p. c. 25.* Et referam forsan infra in V. Salus. Boni autem Aduocati, qui suo muneri satisfaciunt prout, & Iudices, non minus merentur, quam Fratres Prædicatores, vt antiquus ille Doctor dicebat, Et Fidelium Aduocatorum, & Iustorum Iudicum actiua vita si bene ducatur, magis frugifera erit, quam contemplatiua, vt *Sensit Hostiens. in proœm. summæ canonicæ n. 8.* nec minus salaria debentur Aduocantibus, quam stipendia militantibus, nam vt eleganter dicitur *in l. Aduocati 14. C. de Adu. Diuers. Iudicior.* Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæque defensionis viribus sæpe publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si patriam parentesque saluarent, nec enim solos nostro Imperio militare credimus, eos, qui gladijs, Clipeis, & Toracibus nituntur, sed & Aduocatos, militant namque causarum Patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitã posterosq; defendunt. Vltimo

20 meminerint Aduocati quod Spiritus Sanctus, qui paraclitus idest Aduocatus dicitur, aduocabit pro Aduocatis, qui pro Iustitia simul, & misericordia militantes, pauperes gratuito, ac efficaci patrocinio defenderint. Quod si secus egerint, paraclitus non erit eis forte paraclitus, nec forsan habebunt Aduocatum Christum Dominum, de quo scripsit Apostolus *Ioan. Ep. p. c. 2.* Aduocatum habemus apud Patrem.

PRIVIL. V.

Aduocatus II.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos immo, & Clericus minor Beneficiatus prohibetur aduocare coram Seculari, nisi in causa sua.*

2 *Sacerdotis est, nulli nocere, prodesse, velle omnibus, posse autem solius Dei est.*

3 *Iudices alij ante tempus Iudicant, Alij vsque addiem Iudicij Iudicium protrahunt Vide ibi.*

4 *Militans Deo non debet se negocijs secularibus immiscere, Clericus, vnde dictus, Populi appellatione regulariter non veniunt Clerici.*

5 *Aduocati est stare, Iudicis sedere, & Iudex dicitur sedens; Episcopo sedente, Sacerdos stare non debet Cur Iudex debeat iudicando sedere.*

6 *Sacerdos pauper potest aduocare, probatur triplici ratione.*

7 *Os pro se ipse loquitur, Homo sibimet inseruit.*

8 *Clericus pauper potest exercere opus Rurale, quando non sufficit Oremus nisi Arremus.*

9 *Prima, & ordinata Charitas incipit à se ipso.*

10 *Non potest quis in Sacris ordinari sine sufficienti Beneficio, vel patrimonio, alias ordinans tenetur.*

11 *Bona etiam stabilia subiacent casibus, & substantia subiacet accidentibus, & sunt stabilia non absolute, sed comparatiue.*

1 Sacerdos regulariter prohibetur in Iudicijs aduocare, vel procurare coram Iudice seculari, & in causis secularibus, nisi pro se, vel pro Ecclesia sua *tex. est. in c. fin. de postulan.* vbi adducitur Ratio, *& inc. p. eod. tit.* vbi extenditur etiam ad Clericos minores Beneficiatos tamen, *& in c. prolatum 88. D.* qui tamen tex. loquitur de Episcopo dicens quod id vilem reddit, & reuerentiam Sacerdotalem annihilat, *& in can. denique 14. q. 5. qui desumptus est ex Ambros. in lib. de officijs,* vbi ait, quod in Causis pecuniarijs interuenire, nõ est Sacerdotale, in quibus non potest fieri quin frequenter lædatur alter, *& confert tex. in l. consulta 23. C. de testam. ibi.* Clericis opprobrium est, si velint periti Disceptationum esse forensium.

2 Prima huius Conclusionis Ratio desumitur ex *tex. D. Ambros. in d. Can. denique 14. q. 5. qui refertur etiam in c. fin. de postulan.* quia scilicet Sacerdotis est nulli nocere, & omnibus velle prodesse licet id posse, solius omnipotentis sit immo plus *dixit Sen. de Vit. Beata.* quod ab homine exigitur, vt profit hominibus si fieri potest multis, si minus paucis, si minus proximis, si minus sibi, sed in Iudicijs fieri non potest, quin alter ex litigantibus lædatur. *vt inquit Ambr. in d. Can. denique.* Immo non semel contingit, vt vterque lædatur saltem in expensis, dum Iudicium vsque ad diem Iudicij protrahitur, vt ita dicam, de quo etiam propheta conqueritur *Abacuch. c. p. ibi* Lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem Iudiciũ, & frequentius ortasse Iudices contra hoc peccãt, quam *contra illud p. ad cor. 4.* nolite ante tempus Iudicare, & quia quam tutum, tam difficile est Geometrice medium tenere, pauci lente festinãt,

3 alij enim propter obseruantiam *tex. in l. properandum 11. C. de Iudic.* incidunt in *leg. nimis propere, quæ est prima C. de eseq. Rei Iud.* & sicut Aduocatus ille interogatus de sero respondebat de mane, quasi non sit aliud iudicare, quam consulere, accipientes de sero processum, de mane sententiam proferunt, contra quos ideo inuehit, *post Rom. & Bart. Felinus in c. Ecclesia S. Mariæ n. 35. de Const.* Isti sane nimis obseruant monimentum illud *Eccl. 11.* qui obseruat ventum non seminat, & qui cõsiderat Nubes non metit, & illud. *Apost. ad Rom. 12.* qui præest in Sollicitudine, & aliud *Eccli 3 1.* in omnibus operibus tuis esto velox: Alij vero contra *tex. in leg. Incunde 3. ff. de legib.* totam legem non legunt, quoniam ad §. finale nunquam perueniunt, immo neque ad principium *tex. in c. fin.*

finē litibus 5. de Dolo, & contum. & si respiciunt
finem, certe non tangunt, & in Ciuilibus, etiam
causis, neminem condemnando, vtrumq; litigan-
tem suspendunt, vnde conetur dicere litigator im-
patiens, suspendar propter suspensiones, & hi sa-
ne nimis metuunt comminationem illam sapien-
tis *pro. 19.* qui festimus est pedibus offendit, &
vt effugiant illud *Apostol. p. ad Cor. 4.* nolite an-
te tempus iudicare, incidunt in prophetam *Aba-
cucb. p.* & non peruenit vsq; ad finem Iudicium,
Ergo nec præcipitandum, nec protrahendum, vt
docet *tex. in l. si poculum 20. §. fin. ff. de man. test.*
sed lente festinandum.

4 Secunda Ratio conclusionis est, quoniam mili-
tans Deo, non debet se negocijs secularibus im-
plicare. *vt dixit Ap. 2. ad Tim. 2. & probat totus
tit. ne Clerici vel Monachi secularibus negotijs se
immisceant.* Conferi *tex. d. Hieron. ad nepotianum
in can. Clericus 12. q. p. ibi* Clericus vocabulum
sui nominis interpretetur, & nitatur esse, quod
dicitur, Cleros enim latine sors appellatur, &
Clerici dicuntur, quia de sorte Domini sunt, Ad
idem confert, quod Clerici non veniunt regula-
riter appellatione Populi *vt dixi D. 179. nu. 8.*
Consonat *tex. eiusd. Hieron. ad Rusticum in cano,
sic viue 16. q. p. ibi* si te populus, vel Episcopus in
Clericum elegerit, Age ea, quæ Clerici sunt.

5 Tertia elegans Ratio colligitur *ab Hostiensi
in summa de postulando n. 6.* quia scilicet ad aduo-
cantes, seu procurantes pertineat stare, ad Iudicē
vero sedere, *vt probat tex. in l. quisquis 6. in fin. C.
de postulan. ibi,* cum elegerit necessitatem standi,
& contempserit Ius sedendi. *& in l. p. C. de off.
Ciu. Iud. ibi,* cum Iudice sedendi non habeat facul-
tatem, & Iudex dicitur sedens *in c. quo ad consulta-
tionem 15. de re Iud. ibi,* tempus arctari a sedente
potest, & prorogari, *& Apocal. c. 6. ibi,* Abscon-
dite nos a facie sedentis, At Sacerdotem coram
Iudice prętertim seculari sedente, stare non decet,
Immo plus probat *tex. in can. Episcopus 95. D.
desumpta ex Conc. Cartag.* cuius hæc sunt verba
Episcopus quolibet loco sedens, stare Præsbiterū
non patiatur, Ratio autem cur statutum sit, vt
Iudices in causis ordinarijs debeant Iudicando
sedere. *vt in §. sedebunt Auth. de Iudic.* est vel ad
maestatis decorem, vel quia Animus fit sedendo,
& quiescendo sapientior, vel vt intelligat Iudex,
quod animo sedato debet proferre sententias, *ad
Trad. per Menocch. de Arb. Iud. lib. p. q. 61. nu. 3.
& seq.*

6 Fallit tamen Conclusio, quando Sacerdos esset
Pauper, & de facto egeret, quia tunc licitę posset
aduocare, vt propriæ paupertati subueniret *ad
tex. in Can. Clericus victum 91. D. ibi,* Clericus
victum, & vestitum artificiolo absque officij de-
trimento paret. *& post hostiens. defendit Ab. con-
tra gl. in d. c. p. de postul. & sensit gl. in c. p. de Ce-
lebr. miss. in V. Rurale ibi,* Clericus cui Ecclesia
non sufficit, ex artificio suo victum quærat.

Primo probo ego hanc fallentiam, seu hoc pri-
uilegium Paupertatis *ex tex. in d. ca p. de postul.*
7 *ibi,* nisi propriam causam, *& in c. fin. eod. tit. ibi,*
nisi pro se ipso, sed Pauper, qui aduocat, vt pro-
prijs necessitatibus succurat, dicitur aduocare in
causa, seu pro causa propria, & pro se ipso, ergo
potest immo vere dici potest, quod tunc, os pro
se ipso loquitur, & quod homo sibimet inseruit,
vt in simili cecinit *Ouid. 8. Met. ibi.* Consenuere
casa, paupertatemque ferendo, effecere leuem,
nec iniqua mente ferendam, nec refert Domi-
nos illic, famulosque requiras, tota Domus duo
sunt ijdem parentque, iubentque, & confert *Sen.
Ep. 95.* Immunes erant ab istis malis, qui non dū
se Delicijs soluerant, qui sibi imperabant, & sibi
ministrabāt. Ad idem est Adagium, Non maculat
manus, qui sua facta facit, sicut non est villi erube-
scibile, Epistolas pro se scribere manu propria.

8 Secundo hoc ipsum comprobo à fortiori, nam
Clericus, vel etiam Sacerdos pauper non habens
aliunde vnde viuat, licitę potest exercere opus
Rurale, vt faciebat ille dicens non sufficit Ore-
mus, nisi Aremus, id que probat *tex. in d. Can. Cle-
ricus victum 91. D. ibi,* Artificiolo, vel Agricul-
tura. *& tex. expressior in d. c. p. de Celebr. Miss. ibi,*
peractis horis si voluerit, ereat ad opus Rurale,
iuxta ibi gl. in V. Rurale, quæ rationem adducit
dicens, Clericus enim cui Ecclesia non sufficit,
artificio suo victum quærat *Ab. in c. p. nu. 4 de
postul.* & nos dicemus plenius in V. negociatio.

9 Tertio probo, quoniam Sacerdos potest aduo-
care pro alio paupere, vt in sequenti priuilegio
comprobabo, ergo multo magis poterit pro se ip-
so si pauper sit, officium aduocationis exercere,
vt ex emolumentis proprię paupertati subueniat,
quoniam, & ordinata Charitas incipit à se ipso,
*l. praeses. 6. C. de seru. & aqua, & latius infra dicam
in V. elemosina.*

10 Neque obstat si dicatur, quod Casus paupereta-
tis in Presbitero contingere vix possit, cum à Sac.
Canonibus, & Concilijs prouisum sit, vt non or-
dinetur, absque titulo Beneficij, pensionis, vel
patrimonij sufficientis, alias Episcopus ordinans
teneatur ei prouidere, vt copiosius *infra dicemus*
11 *in V. Episcopus,* non inquam obstat, quia Respon-
deo, quod aliquando, & Beneficia, & Patrimo-
nia pereunt, nec prodest bona esse stabilia, quia
etiam stabilia subiacēt motibus Bellorum, ex qui-
bus amittuntur Dominia, vel saltem possessiones,
& terrę subiacēt Aquę, subiacent igni, subiacent,
& terræ motui, & substantia hæc nostra subiacet
accidenti, Immo & accidentibus, vt dixi latius
p. p. q. 4. & vere non dantur in præsenti seculo
Bona absolute stabilia, vnde *& Plut. de cons. ad
Apol.* non est inquit recte rationes rerum putan-
tis, firmum aliquid in rebus Instabilibus ponere,
sed stabilia nuncupantur comparatiue ad mobilia
Absolute vero videntur omnia mobilia, immo
omnia se mouentia, Immo omnia fugacia, *vt*

dicam

dicam latius infra hac ead. p. in V. malum & p. 3. c. a. Rem. 14 & dixit Sen. 6. de Benef. ibi, mobilia sunt, quę casus dedit, & maiore cursu fugiunt, quam veniunt, *& Boet. de Consl. Phyl. lib. 3. metr. 2. ibi,* Crede fortunis hominum Caducis, Bonis crede fugacibus.

PRIVIL. VI.

Aduocatus III.

SVMMARIVM.

1 *Potest Sacerdos aduocare pro Paupere.*
2 *Potest etiam in causis Ecclesiasticis. Pauperes gaudent Priuilegijs Ecclesiarum.*
3 *Potest quis pro Paupere etiam contra propriam Ecclesiam aduocare.*
4 *Potest Vassallus etiam contra Dominum patrocinari pro Paupere, nec ob id feudo priuatur.*
5 *Documentum ad Clericos, Vidua sunt honoranda, quæ vere Vidua sunt.*

1 QVamuis Clericus Beneficiatus, & multo magis Præsbiter proh beatur aduocare, vel procurare, vt dixi supra in antecedenti Priuilegio, Conclusio tamen fallit fauore pauperum, & miserabilium personarum, pro illis enim potest etiã Præsbiter aducare, vel procurare *c. p. de postul. ibi,* Aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt *c. fin. eod. tit. ibi* Aut si necessitas immineat pro personis coniunctis, aut miserabilibus *Hostien. in summa de postul. n. 6* vbi miserabiles intelligit, quæ proprias causas defendere non possunt *Ab. in d. ca. p. n. 2.* vbi quod requiritur personas esse actu miserabiles, vt viduas, & pauperes *Rubin. D. 411. & post alios plures Nouarius in praxi priuil. 88. nu. 6. & 7. quem sequitur Riccius collect. D. 3035.* & quod id liceat de consensu tamen Episcopi *disponitur in Synodo Ferrariensi, sub Emin. Magalotto tit. de vit. & honest. Cler.*

2 Comprobari potest hoc priuilegium etiam ea ratione, quia Præsbiter potest aduocare, & procurare in causis Ecclesiæ, vt probat a contrario sensu *tex. in d. c. p. de postl. ibi.* coram seculari Iudice in negocijs secularibus, & expresse sensit *Ab. in eodem ca. p. nu. 2. & late Riccius in Collect. D. 3035.* ergo etiam poterit in causis pauperum, quoniam Causa pauperis, & causa Ecclesię æquiparantur, & pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarum, *vt dicam latius infra in V. Ecclesia.*

3 Ampliatur Conclusio, vt Clericus, vel Sacerdos Beneficiatus possit etiam contra suam Ecclesiam propriam, aduocare pro Paupere *Diaz, de luco in praxi Crimin. Can. c. 57.* & Beneficio non priuetur, quo tamen alias priuaretur, vt ibi.

4 Adde in simili, quod licet Vassalus, qui contra Dominum patrocinatur, feudo priuetur *Afflict. D. 265. n. 45. Grammat. D 80. Guid. Pap. D. 151. n. 5. Gayl. obseruat 88. n. 5. lib. p.* attamen qui patrocinatur pro miserabilibus personis de mandato saltem Iudicis, etiam contra Dominum feudi, feudo non priuatur *Mandos. in tract. ingratitudin. c. 62. col. 10. Gayl. d. obser. 88. Borell. in sum. Decis. tit. de Aduocat. offic. n. 87. Nouar. in praxi Priuil. miserab. pril. 62. n. 9.*

5 Demum vt neque hic transeant Legalia sine moralibus, Admonendi sunt præsbiteri, ne sub hoc velamine causam quærant, vt accedant ad personas, quæ vere non sint pauperes, ac miserabiles, & meminerint Apostolicæ monitionis *p. ad Tim. 5.* viduas honora, quæ vere viduæ sunt, Aliæ namque non quærunt aduocatos, vel Procuratores, sed sollicitatores, & Agentes inueniunt, & caueant ne Iudaice forsan, interpretentur, & seruent *illud Eccli 4. in secunda eius parte* in Iudicio esto pupillis misericors, & pro viro Matri illarum.

PRIVIL. VII.

Aduocatus IV.

SVMMARIVM.

1 *Monachi Religiosi, ac etiam Canonici Regulares non possunt aduocare. vel procurare nisi pro Monasterio.*
2 *Religiosus non potest esse Procurator, etiam ad effectum substituendi.*
3 *Monachus debet regularius viuere quam Clericus. Dicitur Monacus, idest solus.*
4 *Seruus Dei, non debet litigare, nec in Iudicio, nec extra.*
5 *Monachi habentur pro mortuis, quo ad actus Ciuiles secus quo ad naturales.*
Pactum de dote lucranda in casu mortis verificatur in professione Religionis.
Cognatio Monachi in terra non est, Vnde sub hoc tit. Moniales visere nequeunt.
Quando mors Ciuilis equiparetur naturali quo ad substitutiones Remissiue.
6 *An possit Monachus aduocando lucrari stante paupertate Monasterij.*
7 *Monachi non luet aduocare, etiam pro Consanguineis, nisi miserabilibus.*
8 *Pro pauperibus, etiam non Consanguineis potest, & cogitur Monachus aduocare, & procurare.*

1 MOnachi, ac Reliqui Religiosi, aduocare, & procurare prohibentur, nisi pro suo Monasterio, seu Ecclesia *Can. Monachi 16. qu. p. ibi,* nullus Monachorum, forensis negocij susceptor, vel exequutor existat, nisi id Monasterij exposcat vtilitas, Abbate nihilominus imperante, *vbi gl. in*

in V. Abbate potest ergo inquit Monachus esse procurator Ecclesiæ suæ de licentia Abbatis, & Canonem illum de Monachis loquentem, extendit ad omnes Religiosos, Immo & ad Canonicos Regulares *tex. in c. 2. de postul.* vbi expresse dicitur Canonicis Regularibus sicut Monachis prohibitum intelligi interentibus causis. Aduocati
2 officium exercere, *& tex. in Clem. Religiosus de Proc. prohibet*, ne Religiosus Procurator constituatur etiam cum facultate, & ad effectum substituendi, *& Regulam tradit Roman. sing. 274.*

Rationes huius prohibitionis sunt Eedem, ex quibus Presbiter prohibetur, quas addaxi priuil. 5 quæ fortius mi itant in Monachis, quos decet Religiosus, & regularius, & solitarius viuere *ad tex.*
3 *Hieron. ad Rusticum Monachum relati in Can. nunquam in fin. de Cons. D. 5. ibi.* puid ergo peribunt omnes, qui in Vrbibus habitant; Breuiter respondeo me in hoc opusculo non de Clericis disputare, sed Monachum instituere.

Sed præter illas tres Rationes, in Monachis adde quartam quoniam Monasticæ vitę propria est solitudo *ad tex. d. Hieron. ad Paulinum relati in Can. si cupis 16. q. p. ibi*, si cupis esse, quod diceris Monachus idest solus, quid facis in Vrbibus, quæ non sunt solorum habitacula, sed multorum? *& tex. in Auth. quom. opor. Monach. vin. in princ. ibi*, singularis vita Res est sacra, &c.

4 Adde, & quintam rationem *ex. D. Paul. 2. ad Tim. 2. ibi*, Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum ad omnes esse, Docilē, patentē, &c. Sed Aduocatorum, & Procuratorum Ars, & professio tota est in litigio, nec aliud est Aduocare, vel procurare, quam pro alijs litigare.

5 Adde denique sextam quoniam Monachus, quo ad actus Ciuiles habetur pro mortuo *§. illud §. si quis autem Auth. de Monachis c. placuit 16. q. p. leg. Deo nobis 42. C. de Ep. & Cler.* vbi pactum de dote lucranda in casu mortis, verificatur etiam in Religionis ingressu *Auth. quom. oport. Monach. vim. §. seu c. 3. ibi*, Cognatio Monachis in terra non est, celestem zelantibus vitam, & propterea ibi dicitur, quod non possunt visitare Moniales, etiam sub tit. cognationis. Et quando hæc mors Ciuilis æquiparetur naturali, quo ad substitutiones *docet Fusar. de substit. qu. 428. cum duab. seq.* Dixi quo ad actus Ciuiles, nam secus est, quo ad naturales cum etiam ipsi comedant, & bibant, & alia faciant, quæ colliguntur *ex tex. in c. sicut ex litterarum 10. de Homicid. & in c. peruenit 18. q. p. & ex Farinac. de testib. q. 61. n. 133. p. mihi etiam 133.*

6 Et quod Monachus aptus aduocando lucrari, non possit aduocare, etiam data paupertate Monasterij, *sensit Butrius in ca. 2. in fine de postul. & ibid. Imol. in 2. col. post Io. Andream* licet referat Lapium Abbatem seruasse contrarium, & Dictū Butrij honestius, & securius esse *dixit ibid. Abb. n. 3. & Felin. in c. I. & H. 23. de re Iud. nu. 12.* & quamuis contrarium probet *Nouarius in praxi priuil. miserab. priu. 85 nu. 9.* fatetur tamen superiorem sententiam esse satis probabilem.

7 Amplia vt nec Monachis liceat aduocare, vel procurare, etiam pro consanguineis, nisi sint miserabiles, vt statim dicetur. *Ita post Imol. Ancar. Card. Io. Andr. hostiens. Ab. Bellamer. probat Nouar. d. priuil. 85. n. 11.*

Sed quod pro pauperibus, & miserabilibus personis, etiam non Consanguineis, Monachi, non solum possint aduocare, vel procurare, sed quod ad id etiam cogi possint, *post spec. Card. Ancar. Imol. Bellamer. Nauar. Salsed. Dyaz. Sarr. Pacian. probat Nouar. in d. praxi priuil. miserab. d. priuil. 85 n. 10. quem refert Riccius Collectan. Decis. 3035.*

PRIVIL. VIII.

Aedificium.

SVMMARIVM.

1 *Quicquid solo superimponitur, solo cedit neque hanc regulam Imperator abrogare potest. Iura naturalia sunt Immutabilia.*
2 *Solum nullius cedit ędificio, & ędificanti.*
3 *Solum cedit Aquę, quando Alueus mutatur secus si sit simplex inundatio.*
4 *Solum cedit ædificio facto ex pecunia Ecclesiæ bona fide, vt n. seq.*
5 *Pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarum.*
6 *Ecclesia, vel pauper ædificantes in alieno solo tenentur soluere pretium soli.*
Naturalis Regula, ne quis cum alterius iactura ditetur, comprehendit etiam minores, pupillos Ecclesias, & pauperes.
7 *Solo cedimus omnes, vide versum, natura calcandū dedit, id propter quod calcamur. Diuitię sunt calcandę, vt nostra fiant.*
8 *Possessio dicitur quasi pedum positio Capit ex naturali possessione dominium Diuitias possideat homo, sed non possideatur ab illis.*
9 *Genitiuus importat Dominium.*
10 *Diuitię debent nobis inseruire nec nos debemus inseruire Diuitijs. Diuitiæ eleuabunt nos si fuerint infra nos, & calcātę ad Cœlum nobis scalam facient.*

1 Regula est, quod quicquid in solo plantatur, seritur ędificatur, superimponitur, solo cedit *l. Adeo 7. §. cum in suo ff. de Acq. Rer. Dom. §. cum in suo inst. tit. de Rer. Diuis. Roman. sing. 378. Incipit tu hoc audito.*

Ampliatur vt non solum Ciuitas, vel princeps, sed nec Imperator ipse possit huiusmodi Regulam abrogare, quoniam Iura naturalia sunt immutabilia *§. sed naturalia Inst. tit. de Iur. nat. gen. & Ciu.* Regula autem prædicta prouenit, ex Iure naturali, vt probat *tex. in l. qui domum 31. ff. ad leg.*

leg Aquil. ibi, præter Ius naturale, quo superficies ad soli Dominum pertinet, & casum illius Legis dixit vnicum esse *Roman. sing.* 378. subdens Decipies Barbatos cum illa.

2 Fallit tamen primo Regula prædicta in solo nullius, hoc enim cedit ædificio, & ædificanti. *l. intantum 6 ff. de rer. Diuis. ibi*, vt soli Domini constituantur, qui ibi ædificant, & loquitur de littore Maris.

3 Fallit 2. in Aqua, illa enim non cedit solo, sed immo solum cedit Aquæ, si alueo derelicto, alium occupet, fit enim publicus Alueus sicut, & fluuius publicus est *l. Adeo 7. §. insulam ff. de Acq. Reg. Dom. §. quod si naturali instit. tit. de Rer. Diuis. Cepoll. de seruit. Rust. præd. ca. 25. nu. 2.* quamuis aliud sit in simplici inundatione, quæ fundi speciem non immutat *§. alia sane causa inst. de Rer. Diuis.*

4 Fallit 3. (& hoc ad nos pertinet) si ex pecunia Ecclesiæ in alieno solo ædificatur, tunc enim solum cedit ædificio *ad tex. in can. q. alii. 17. q. 4. gl. in can. Apostolicos in V. Contraxisse 12 qu. 2. Archid. ibid specul. in tit. de empt. & vend. § tertio loco vers. quod si Clericus Bald. in l. intantum ff de Rer. Diuis in princ.* licet loquatur per verbum Dicunt quidam *Tiraq. de priu pia caus. priu. 121. Adde Abb. cons. 94. n. p. lib. 2. Euerard. in loco à Milite ad Ecclesiam vers. nono istud facit*, vbi ad materiam refert alios ex quibus aliquos, etiam contrarium sensientes.

5 Retenta tamen hac fallentia, seu limitatione, illam amplia, etiam quando ex pecunia pauperis ædificatur in alieno solo, nam & tunc solum cedet ædificio, quoniam priuilegia Ecclesiarum, & pauperum æquiparantur, vt infra dicemus in V. Ecclesia, intelligo, tamen quando bona fide quis ædificauit *iuxta tex. in §. ex diuerso in fine cum ibi Not. Inst. tit. de Rer. Diuis.*

6 Limita modo, & Restringe hanc Limitationem, vt in casu præmisso Ecclesia, vel Pauper soluere teneatur Domino, pretium soli, seu fundi, in quo fuit bona fide ædificatum, ne scilicet loquepletentur cum alterius iactura *ad tex. in l. nam hoc natura 14. ff de cond. Indeb. & in his termin. Bald. in c. p. §. & quia vidimus col. 6 tit. de his qui feud. dare poss. in vsib. Feudor. Tiraq. de pia cous. d. priu.* 121. Ratio huius restrictionis, seu declarationis, est quoniam Regula illa naturalis, ne quis cum alterius iactura loquepletetur, comprehendit etiam minores, pupillos Ecclesias, & pauperes, *vt ostendi Decis. 69. n. 13.*

7 Pro Coronide hic addo, quod supra posita Conclusio Quicquid solo superimponitur solo cedit, est vera nimis, non solum legaliter, sed etiam moraliter, quoniam solo cedimus omnes, vnde & aliquando cecini Sollicitus solum de solo solus homo, & viuentes quidem terram calcamus, sed morientes Terra nos calcat, Immo & viuentes calcamur ab ipsa, dicente, ac docente *Seneca Ep. 94. ad Lucillum* natura pedibus aurum, atque argentum subiecit, & calcandum, & præmendū dedit quicquid est propter quod calcamur, & premimur, *& prius Ep. 31.* Ad optima calcatis Bonis popularibus ibimus, Vnde *& Hieron. Paulino ad pentateucum* pretia inquit possessionum deferebant ad pedes Apostolorum *act. Ap. 4.* vt ostenderent Diuitias esse calcandas. Quod si vere fieret, tunc Diuitiæ vere nostræ efficerentur *iux. illud. Deuter. 11.* omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit, *& Ios. p.* omnem locum, quē calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, *& in eod. lib. Ios. c. 14.* Terra quam calcauerit pes
8 tuus, erit possessio tua, Vnde & possessio dicitur pedum, quasi positio, & cæpit ab hac naturali possessione Dominium *l. p. ff. de acq. poss.* Qui sic Diuitias calcarent, & vere possiderent, & non possiderentur ab illis, prout ab illis possessum fuisse Ptolomeum dixit *Val. Max. lib. 9. mem. c. 4.* posset *cum Seneca in opusc. de vit. Beat.* veraciter, & intrepide asseuerare Diuitiæ meæ sunt, tu Diuitiarum es, cui consonat *Ps. 75.* omnes viri Diuitiarum nihil inuenerunt in manibus suis, & sane multo Crebriores, quos propheticus sermo notat, viri Diuitiarum quam Diuitiæ virorum, *vt dixit Petr. p. de Rem. D 53.* viri inquam Diuitia-
9 rum, qui non habent verum, ac morale Dominium in Diuitias, vt indicat genitiuus ille, qui si non ex grammaticali, saltem ex legali proprietate sermonis importat Dominium *l. 2. ff. de Relig. & sumpt fun. Bart. in Rub. ff. de nou. oper. nunc n. 5.* vnde & ille non minus Doctrina, quam dignitate Eminentiss. *Bellarm. in aureo opusc. de*
10 *Ascens. mentis in Deum c. 2.* Inquit non prohibet Deus, ne rebus creatis vtaris, Immo vult vt illis Domineris, sed non vt illæ Dominentur tibi, nec nos Diuitijs, sed Diuitiæ nobis debent inseruire, sicut non homo terræ, sed terra homini seruire debuerat, vt inquit *Petr. p. de Rem. D. 57.* Ita calcatæ Diuitiæ ad Cœlum nobis scalam facerent, & eleuarent nos si essent infra nos, *vt inquit Aug. Serm. 175.* Ita superata tellus sydera donat. *vt cecinit Boetius de Cons. Phylos. lib. 4. metr. 7.*

PRIVIL. IX.

Aequalitas.

SVMMARIVM.

1 *AEqualitas seruanda est inter Pauperes, & Diuites extra casus expressos.*

2 *Natura omnes homines liberos gignit.*

Natura omnes homines nobiles gignit.

Bonus quisque præsumitur, donec probetur malus.

Nobilitas politica non præsumitur nisi probetur cum proueniat ex facto alieno, vel magis ex proprio.

Verus nobilis non nascitur, sed fit, facta non præsu-

præsumitur.

3 *Natura omnes homines pauperes gignit, vel omnes Diuites, vide ibi.*

4 *Homines æquales sunt dum oriuntur, & dum moriuntur, Crudelitatem fati consolatur æqualitas.*

5 *Mors eadem Diuitis, & pauperis, at dolor ex morte maior in Diuite, quam in paupere, vide ibi.*

6 *Diuitum filij ressle discunt equitare. Equs est æqus. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Debet homo aliquando à Brutis addiscere.*

7 *Inter pauperes, & Diuites seruanda suadetur æqualitas etiam Iure Diuino.*

Cognoscere personam in Iudicio, non est bonum.

8 *Non debet esse acceptio personarum in ijs, quæ dantur ex iustitia. Homo non debet esse acceptor etiam personæ propriæ, sibi quisque adulatur, multi sunt narcissi.*

9 *Aequalitas inter Diuites, & pauperes seruanda probatur etiam iure Ciuili.*

Error fortunæ non dirimit matrimonium, nisi quando influit in errorem personæ, an superueniente paupertatis dirimat sponsalia Remissiue.

10 *Lex lycurgi, vt Virgines nuberent Indotatæ, contra Canon, vt nullum fiat sine Dote Coniugium. Potest matrimonium esse sine Dote, non Dos sine matrimonio, non præsumitur contractum sine Dote. Apud Germanos Maritus Vxori Dotem dabat.*

11 *Pauperes dicuntur Infimi, & minimi, curandum ne viris, & viribus Resp. destituatur, æqualitatem adamat Imperator.*

12 *Magna pars æquitatis est æqualitas. Lex ex quibus inducetur iusta.*

Lycurgus agros æqualiter Ciuibus distribuit.

13 *Interest Reip. subditos esse locupletes, sed sine pauperibus Ciuitas non est perfecta.*

14 *Fit ex differentia ordo, & ex diuersitate Concordia Concentus ex Dissonis, ex contrarijs Harmonia, & Amicitia, Inæqualitas est ad perfectionẽ vniuersi.*

15 *Diuitibus eadem, quæ pauperibus accidunt, Nemo suas aduersitates permutaret.*

Pauperes indigent necessarijs Diuites quandoque superfluis. In maxima fortuna minima licentia. Magna seruitus est, magna fortuna.

16 *Seruanda est æqualitas in Iudicijs.*

17 *Pauperis in Iudicio misereri non debemus quando fouet iniustam causam, sic in viduis.*

18 *Non potest Iudex contra Iustitiam, misericordiam exercere, non pot. fieri elemosina ex alieno. Ob paupertatem substantialia, vel naturalia non alterantur.*

19 *Aequalitas inter pauperes, ac Diuites male seruatur in Iudicijs, munera non sunt offerenda, sed afferẽda*

20 *Pauperes præsumuntur opprimi à ditioribus; Pauperes grauare est graue Delictum. Iniuria illata homini infortunato Atrox.*

21 *Pauper non habet subleuantem, Vbi soli. Pauper ergo solus, vide versus.*

Non est, qui prospiciat, non qui Respiciat, sed qui despiciat.

22 *Pauperes despiciuntur, sed ab hominibus despiciendis; male audiuntur ab hominibus, qui male audiunt, & qui bene audiunt vocem. Ite maledicti. Contemnendus est malorum contemptus.*

23 *Pauperes calumnias patiuntur. Lex est Aranea tela.*

24 *Quo ad honores male seruatur æqualitas inter Diuitem, & pauperem, vide versus.*

In Magistratibus Diuites pauperibus præferuntur. Pauper vbique iacet, sed vide versus Authoris.

25 *Quo ad bona fortunæ sunt inæquales Pauperes, ac Diuites, vide versus.*

Diuites ditantur. Habenti datur, qui in sordibus est sordescit adhuc.

Sed non ideo iniustus est Deus. Assidua Infelicitas habet hoc boni, quod indurat, Socrates æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ.

26 *Pauper debet fortunæ gratias agere. Pauper indiget necessarijs, Diues, aliquando superfluis, vide vers.*

QVamuis Pauperes in multis sint priuilegiati & melioris conditionis, quam Diuites, non tamen in Reliquis sunt deterioris Conditionis, sed immo in alijs omnibus seruanda est æqualitas, inter Diuites, & Pauperes.

1 Primo probatur hæc Conclusio Iure naturali, nam sicut natura omnes homines liberos genuit §. p. *Inst. tit. de Iure person. vbi omot. n. 6.* ait quod natura seruos nesciebat *l. libertas 4. ff. eod tit. de iure person. & tex. Inst. tit. de Libertinis in princ. ibi*, Cum Iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cũ seruitus esse ignota.

2 Sic & omnes homines nobiles natura genuit, vnde *Boet lib. 3. de Consl. Phylos. metr. 6.* omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu Si Authorem Deum spectes; nullus degener extat, ni vitijs peiora fouens, proprium deserat ortum, & *Horat. ode 3. quam citat Tiraq. de nob. c. 3. nu. 17.* Quamuis superbus ambules pecunia, fortuna non mutat genus; Quod tamen intelligo de nobilitate naturali, & sic de Bonitate, quoniam natura omnes homines Bonos gignit, vnde & quilibet præsumitur Bonus donec probetur malus *c. sin. de præsump. c. vnico de Scrut. in ord. facien.* Sed in nobilitate politica, seu Generis, aliud est; hæc enim cum sit Aduentitia, & non sit à natura, non præsumitur donec probetur *Tiraq. de nob. c. 10. n. 13 Mascard. de prob. Conclus. 1090. n. p.* quibus addo aliam eiusdem rei rationem, quoniam facta non præsumuntur, nisi probentur *l. in Bello 12. §. facta ff. de Captiu. & postlim. reuers. Menocch. de præs. lib. 6. præs. 15. n. 7.* nobilitas vero consistit in facto, vel alieno, vel proprio; Alieno inquam, vnde *Sen. in Trag.*

Genus, qui iactat suum, aliena laudat, & *Ouid. lib. 13. met.* & genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra voco, vel verius proprio, vnde *Petr. p. de Rem. D. 16.* verus nobilis non nascitur, sed fit, Quod si nascitur, gloriosius est ex sen. nobilem fieri, quam nobilem nasci.

H Ita

3 Ita etiam natura omnes homines pauperes gignit Vnde *Iob p.* nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc *& p. ad Tim. 6.* nihil in hunc Mundum intulimus, haud dubium, quia nec auferre, quid possumus, immo *vt dixit Sen. in opusc. quare Bon. vir. mal. accidant cum sit prouidentia*, nemo tam Pauper viuit, quã natus est.

Vel dic, quod natura omnes homines Diuites gignit, nam vt refert Tullius, omnes sunt Diuites dicunt Stoici, qui Cœlo, & Terra frui possunt, vel saltem, nemo est pauper iuxta illud *Plutarchi de Cupiditate Diuitiarum* Rerum ad vitam tolerandam sufficientium, nemo est pauper.

4 Nec solum dum oriuntur homines, sed etiam dum moriuntur, natura æquales esse voluit, vnde *Sap. 7.* vnus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus, & licet *Sen. Ep. 70.* dixerit quod nil melius æterna lex fecit, quã quod vnum introitum dedit omnibus ad vitam, exitus multos, huiusmodi tamen exitus, sunt omnibus ęqualiter Communes *& Hor. lib. 2. Ep. ad Iul. Flor.* inquit, metit orchus grandia cum paruis non exorabilis auro, *& idem in Ode* Mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres, *& vt cecinit Boet. lib. 2. de cons. Phyl. metr. 7.* Mors spernit altam gloriam inuoluit, humile pariter, ac celsum caput, vnde & *Sen. de Cons. ad polyb.* Ideo mihi videtur, quod grauissimum fecit natura, commune fecisse, vt Crudelitatem fati consolaretur ęqualitas *& Petr. 2. de Rem. D. 11.* Diues, Inops simili nascuntur lege simulque Decedunt nudi, vita parum variat, *& idem in corpore ibi*, Humanas Res pene omnes alterna sors variat, Eadem quasdam æquat, quo reliquarum soletur imparitatem; Prima est, & maxima originis, & mortis ęqualitas, *& idem Petr. 2 de Rem. D. 127.* nudus intrasti, nudus egredere Aufer quantum attulisti, vel si mauis, quantum Reges auferunt.

5 Immo, quo ad mortem, si aliqua considerari posset Inæqualitas, esset ad pauperis fauorem, quia licet mors sit communis, & æqualis Diuiti, & pauperi, Dolor tamen mortis leuior est in paupere, *vt probat tex. Eccli. 41.* O mors quam amara est memoria tua homini habenti pacem in substãtijs suis, O mors bonum est Iudicium tuum homini indigenti, quoniam forte melior est mors, quã vita amara *Eccli. 30.* & non potest nisi amara esse mors eorum, quorum dulcis est vita, & quod non sine amore aderat, non potest sine dolore discedere, vnde & magis metuunt mortem, qui domi habent, vnde possint suauiter viuere.

Adde *Petr. 2. de Rem. D. 127.* Si Diues moreris Diuitias iam tibi non necessarias, linque alijs, si pauper, expeditus proficiscere. Prædictis tamen aliqualiter aduersari videtur *Sen. de tranq. Animi ibi* maximis, minimisque corporibus par est dolor, nec minus molestum est comatis, quam calmis pilos velli, sed vide, *quæ dixi p. 8. c. p. Rem. 2.*

Naturalem hanc æqualitatem Diuitum, & pauperum colligere etiam possumus ex verbis *Plutarchi in opusc. cuius tit. est, quo pacto quis Adulatorem possit ab amico distinguere ibi* Carneades

6 dicebat nihil Rectius Diuitum filios discere, quã equitare, Equs enim præcipitat quisquis ignarus sit equitandi, sit Diues, vel pauper. Scimus autem Ius naturale esse quod natura omnia Animalia docuit, vt docet *tex. inst. tit. de Iur. nat. gent. & Ciuil. in prin.* & in hoc dici potest quod equs est, æqus non distinguens à Diuite pauperem, & in hoc ipso ab homine imitandus, *licet Ps. 31.* dicatur, nolite fieri sicut Equs, & Mulus, quibus non est intellectus, & simile est illud *Hieronimi lib. 2. contra Iouinianum in Can. origo 32. q. 2. ibi*, Imitetur homo saltem pecudes, & post quam venter vxoris intumuerit non perdat filios. *& Pro. 6.* vade ad formicam, ò piger, considera vias eius, & disce sapientiam.

7 Secundo hæc æqualitas, inter Diuites, & pauperes seruanda probatur Iure Diuino *Sap. 6.* pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualis est illi Cura de omnibus *& Leu. 19.* non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentes, quod nimis forte multi seruant, quo ad primam partem, Iudaice capientes corticem verborum, sed hi legant *tex. pro. 17.* qui despicit pauperem, exprobrat factori eius, *& Pro. 14.* qui calumniatur egentem exprobrat factori eius, *& Eccli. 10.* noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem Diuitem. Ad idem *Ps 48.* simul in vnum Diues, & pauper, *& Pro. 24.* Cognoscere personam in Iudicio, nec est Bonum *& 2. ad cor. 8* non enim, vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate in præsenti tempore, vestra Abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum Abundantia, vestræ inopiæ sit supplementum, & fiat æqualitas sicut scriptum est. Adde quod Christus Dominus dixit Petro pasce oues meas non distinguens inter has, & illas, *vt notat in c. solitæ de ma. & obed. & dixit Neuizzan. in Syl. nupt. lib. 4. n. 162.*

8 Et sicut in Deo non est acceptio personarum, *act. Ap. 10.* ita nec debet apud homines esse, *D Thom. 22. q. 63 ar. p.* intelligendo in ijs, quæ dantur ex Iustitia, quicquid sit in ijs, quæ ex liberalitate proueniunt. Sic intelligitur illud *Iob 34.* Deus non accipit personas Principum, nec cognouit Tyrannum cum disceptaret contra pauperem, opus enim manuum eius sunt vniuersi. Immo hoc est adeo verum, vt procedere videatur etiam quo ad personam propriam, vnde eleganter *Aug. Ep. 7. ad Marcellinum* si Deus inquit mihi præstiterit, vt opere colligam, quæ in libris meis mihi displicent (vt postea fecit in libris Retractationum) videbunt homines, quam non sim acceptor personæ meæ, Sed ad hunc gradum ascendere, Difficillimum est, cum quilibet sibi veluti naturaliter blandiatur, & adulteur, immo, *vt inquit Plut. in opusc. quo pacto possis amicum ab*

ab Adulatore distinguere sibi quisque Adulator est primus, ac maximus, & sane multi sunt in hoc Narcisi qui canere possunt illud *Ouid. 4. Met.* Vror Amore mei.

9 Tertio probatur eadem Conclusio Iure Ciuili *tex. est in l. Humilem 7. C. de Incest. nupt. ibi.* Humilem, vel abiectam fœminam, eam non iudicamus, quę licet pauper, orta tamen sit ex ingenuis, nec vllam ex opulentiore fortuna esse Distantiam Vnde error fortunæ non dirimit, matrimonium si quis videlicet putat ducere Diuitem, & ducit pauperem, *vt docet D. Antonin. p. 3. tit. p. c. p. §. 3. sub initium D. Thom. in supplemento q. 51. ar. 2.* nisi redundet errorem in personæ, vt ibi per eum, quando autem dicatur sic redundare, copiose *docet Sanchez. de matrim. lib. 7. Disp. 18. nu. 25. & seq.* An autem ob superuenientem paupertatem sponsalia de futuro dirimi possint, Discutit *Couar. in epitome de sponsal p. p. c. 5. n. 4.*

10 Confert ad prædicta, quod tradit *Plutarchus in Apophț. Lacon. ibi,* Virgines Indotatas nubere lege cauit, Licurgus, vt nec propter egestatem aliquæ remanerent innuptæ, nec propter opulentiam colerentur, & dici potest, quod tunc Dos erat in Virgine vultus, vel Dos erat in Virgine virtus, econtra vero *in Can. nullum 30. q. 5.* dicitur nullum fiat sine Dote coniugium licet illum canonem in desuetudinem abijsse dixerit *Fontanella Depact. nupt. p. p. gl. 2. n. 14. quem refert Ferentill. ad Buratt. in Veliterna Salutani D. 844. n. 17.* potest enim matrimonium esse sine Dote, licet non Dos sine matrimonio, & licet sine Dote contractum non præsumatur, *vt dixi D. Fer. 34. nu. 17. Tacitus vero de moribus German. ca. 6.* non Vxor inquit marito, sed maritus vxori Dotem affert vnde, & ego iocando al quando canebam, nec virilis, nec Ciuilis, nec germanus nec humanus, sed Insanus est hic mos, vt marito detur Dos.

11 Ad idē est *tex. in l. p. in fin. C. A quib. mun. nem. lic. se excus. lib. 10. ibi,* A Summis Sarcina ad infimos vsque decurrat, *vbi glosa* post quam pro summis Diuites, pro infimis pauperes itellexit subdit, nam ita tenebitur pauper, vt Diues pro modo possessionum, & facultatum, & concordat *tex. in l. 3. §. præses ff. de mun. ibi* Curet præses æqualiter munera sustineri, ne simul viris, & viribus Resp. destituatur. Ad idem *tex. in l. vnic. C. de Greg. Dominico lib. 11. ibi* minimi maximiq; moneantur, vbi pro minimis recte pauperes intelliguntur, *ad tex. Matt. 25.* quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, pro maximis vero, Diuites intelliguntur, vt sic sibi verba respondeant, Ad idem *tex. in Auth. de non eligen. sec. nub. in §. illud ibi,* ęqualitatem adamat Imperator.

12 Quarto probatur ratione, quia magna pars æquitatis est æqualitas, *vt dixit Sen. Ep. 30.* & iusta lex iudicatur ex fine, ex potestate ferentis, & ex forma idest, ex ęqualitate proportionis, *vt docet D. Thom. p. 2. q. 96. ar. 4. Adde tex. Isidori cum ibi not. in c. erit autem lex. 4. D.* Vnde Licurgus olim, facta Agri Diuisione ęqualē omnibus Ciuibus portionem distribuit, & tota laconica videbatur esse multorum fratrum, qui super eam, inter se diuisissent; *vt tradit Plut. in Apopteg. Laconic.*

13 Accedat alia Ratio, quia sicut interest Reip. subditos esse loqupletes *§. p. Auth. vt Iud. sine quoq. suffr. Tiraq. de iure primog. ad id alia congerēs q. 23. n. 12.* & sicut pauperes indigent Diuitibus, hoc est eorum pecunijs, Ita Diuites pauperibus indigent, hoc est eorum personis, & operis *ad tex. in l. 2. ff de nundin. ibi,* indiget enim Ciuitas pluribus Rusticis, & ministrantibus *Rolan. cons. 80. n. 19. lib. 3.* vbi per illum tex. ait quod nostra interest, ne pauperes moriantur, quia sine pauperibus Ciuitas non est perfecta vnde, & sapientissime Dominus statuit, vt pauperes semper habeamus *Matt. 16. Io. 12.* & dicitur etiam *Deut 15.* non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, Immo pauperes si non qualitate, ac pondere, saltem qualitate, ac numero Diuites superant, & semper plures fuerunt, & plures erunt, *vnde & Sen. se ipsum consolando dixit Ep. 24.* pauper fiam, inter plures ero, immo vt docet *D. Greg. lib. 31. mor. c. 9.* & Bonis, & malis terra repletur, vt & mali per bonorum exempla mutentur, vt Boni per malorum tentamenta purgentur.

14 Adde, quod fit ex hac differentia ordo, & ex diuersitate Concordia *c. fin. 89. D.* sic in Cœlo Luminare maius, & minus, & Stellæ, & super Cœlos, Ordines Angelorum, & Arcangelorum existunt, & inæqualitas rerum est ad perfectionem vniuersi, *vt docet D. Thom. p. p. q. 47. art. 2.* & fit concentus ex dissonis *inquit Sen. Ep. 84.* & ex contrarijs harmonia *inquit Aris lib. 7. moral. eudem. c. p. ex Eraclito,* & Harmoniam esse temperamentum, & compositionem cōtrariorum, *tradit idem Aris. p. de Anim. c. 2.* Ad idem confert *idem Aris. lib. 8. moral. nicom. c. 8. ibi* ex contrarijs fieri videtur Amicitia, quæ ob vtilitatem existit, vt pauper Diuiti, Imperito sciens Amicus fit, *& D. Aug. lib. 11. de Ciu. Dei c. 18.* quadam inquit non verborum, sed rerum eloquentia, contrariorum opposititione, seculi Palcritudo componitur.

15 Quinto probare videtur ęqualitatem, Euētus, nam Diuitibus idem, quod pauperibus euenit, *vt ex homero refert Plut. in opusc. de tranquill. anim.* quod non solum locum habet in naturalibus, vt supra diximus de vita, & morte, sed etiam in alijs accidentalibus, vnde, *& idem Plut. de Cons. ad Apollon.* si in vnum inquit congereremus nostras Aduersitates, ea conditione, vt quilibet æqualiter inde portionem auferret, plerosque libenter receptis, quas attulissent, abituros, sēsit Socrates & licet multa possint Diuites, quæ pauperes non possunt, quia pecunia deficit, multa tamen pauperes possunt, quæ Diuites non possunt, quia stomachus deficit, quoniam illos eneruauit longa felicitas, & Debilitatem induxere Deliciæ, & quod

H 2 diu

diu noluimus, posse desiuimus, vt loquitur *Sen. Ep.* 75. & si pauperes indigent necessarijs Diuites indigent aliquando superfluis, vnde *Sen. Ep.* 39. miserrimi eo peruenerunt, vt quæ superflua fuerāt, facta sint eis necessaria Accedit, quod in maxima fortuna, minima licentia est, *vt loquitur Salust. de Coniur. Catil.* Immo magna seruitus est, magna fortuna, *vt loquitur Sen. de Cons. ad Polyb.* & ego pro paupere, aliquando sic cecini. Tutto ha bene aggiustato il giusto Dio. Che s' io non posso far cioche tu fai, ne meno puoi far tu, cio che facc' io, Nec me arguas lector si latinis Italica commisceo, cum ante me, id ipsum fecerit inter alios, *Thesaur. Dec. vlt. & medic. de sepult. q. 7. nu. 10.* & cum Græcis Latina sæpe coniunxit Tullius, & nostri etiam Iuris consulti, & Imperatores in legibus.

16 Ampliatur Conclusio principalis, quia sicut pauper non debet esse deterioris conditionis, quā Diues, ita nec Diues extra casus expressos, debet esse deteriorioris conditionis, quam pauper, & præsertim in Iudicijs, in quibus omnino seruanda est equalitas *c. cum inter de excep. dixi D. 4. n. 4.*

17 Probatur hæc ampliatio *Exod. 23. ibi,* pauperis quopue non miseraberis in Iudicio, quod intellige in causa iniusta, hoc est quando pauper fouet iniustam causam *vt ibi per gl. quam sequitur Euerard. in loc à Libertate ad piam sub fin. vers. summe tamen notandum est.* Aliud ergo esset quando versaremur in dubio, tunc enim pro paupere iudicandum foret *vt ostendi in V. dubium.*

Ad idem Cōfert, quod pauperibus non est adeo fauendum, vt eorum fauore discedendum sit a recto tramite Iuris *Io. de an cons. 68. & post eum Alex. in addit. ad Bart. in l. id, quod pauperibus C. de Ep. & Cl. in V. pauperibus,* nec debet sub prætextu paupertatis vnius, alteri iniustitia fieri, *ad tex. in c. ex tenore 11. de for. comp. ibi.* sic sumus viduis in Iustitia Debitores, vt alijs Iniustitiam facere non debeamus, *& in c. nuper 6 §. quod autem de donat. inter vir, & vxor ibi,* licet Ecclesia debeat se in Causis viduarum, fauorabilem exibere, non tamen est eis contra Iustitiam fauor Ecclesiasticus concedendus *Beroul. cons. 76. in fin. lib. 3. Magnon. Decis. Lucens. 40. n. 26. in fine Rebuff de Sent. prou. ar 3. gl. fin. n. 37. vers. notandū Surd. de Alim. tit. p. q. 120. n. 4. & seq.* vbi quod non est ita pauperibus fauendum, vt alijs fiat Iniuria, nec ita tuenda sunt Iura priuilegiatorum, vt aliena perturbentur, *arg. tex. in l. p. in princ. de priuil. in 6.* & ad prædicta *vide, quæ dixi D. 17. nu.*
18 46. vbi probaui non posse Iudicem contra Iustitiam, misericordiam exercere, Ad quod etiam confert, quod non licet, ex alieno elemosinam facere, *vt dicemus infra in V. Vxor,* & confert etiā *tex. Eccli, 6.* noli fieri pro Amico, Inimicus proximo, & adde, quod propter paupertatem substantialia, vel naturalia non immutantur, nec alterantur *Bald. in l. vsufructu 4, n. 5. C. de vsufr. Surd. D. 141. n. 4.*

Restringe hanc ampliationem, vt procedat Regulariter, & præter, quam in casibus specialibus expressis in Iure, & in alijs, in quibus pauperes reperiuntur priuilegiati, vt patet ex toto hoc nostro tractatu.

19 Limitatur modo, seu Declaratur principalis Conclusio, quia scilicet æqualitas supradicta pro Pauperibus male seruatur.

Et primo male seruatur in Iudicijs, & quo ad Iudicia, indicat hoc *Ouidius lib. 3. eleg. quem refert Tiraq. de nob ca. 3. nu. 20. ibi.* Curia pauperibus clausa est, probat *tex. in can. pauper 11. qu. 3. desumptus ab Isidoro ibi* pauper dum non habet, quid offerat in Iudicio, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, & sane licet, quo ad Deum procedat *tex. Exod. 23.* noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa Dominus, attamen quo ad homines peruertuntur verba, & dicitur noli offerre munera parua, Immo nec offerre sufficit, munera enim non sunt offerenda, sed afferenda, dicunt ij, qui vt loquitur *D. Hieronim. de virginitate ad Demetriadem* solent prius manus rogantium spectare, quam vultus.

20 Ad idem confert, quod pauperes præsumuntur opprimi à diuitibus, & potentioribus *Afflict. in Const. Lege præsenti n. 8. quem adducit Rolan. cons. 87. n. 58. lib. 2. qui etiam adducit ad id tex. in l. p. C. de Aduoc. pub lib. 10.* quam tamen Rubricam in meo Cod non inueni, id tamen in verbis probat *tex. Iac. 2. ibi.* Non ne Diuites per potentiam opprimunt vos, & trahunt vos ad iuditia, sed quam graue Delictum sit, pauperes grauare, & opprimere, vide *infra in V. oppressio, & adde Aris. sect. 29. pro. 2.* vbi Iniquius esse ait homini infortunato, quam fortunato iniuriam inferre.

21 Secundo male seruatur etiam extra Iudicia, vnde generaliter dicitur, quod pauper non habet subleuantem se, *ad tex. in d. can. pauper 11. qu. 3. Ang. in l. p. §. ait prætor ff. de postulan. Boer. q. seu D. 325. n. p.* nec mirum, quia si dixit sapiens *Eccl. 4.* Vhę soli quia si ecciderit, non habet subleuantem, hoc idem dici de paupere potest, quoniā valet hæc illatio in qraxi Pauper est, ergo solus, vnde *Ps. 23.* dicitur, respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego *& Eccli. 13.* si largitus fueris, assumet te, & si non habueris, derelinquet te. *& Ouid.*

Aspice quot veniant ad candida tecta Columbę Accipiet nullas sordida turris Aues. Horrea Formicę, veniunt ad Inania nūquam, nullus ad Amissas ibit Amicus opes, Immo dici potest non est, qui misero patientē commodet aurem, non est qui prospiciat non est, qui respiciat, sed est qui despiciat.

22 Tertio ergo male seruatur, quo ad contemptū, pauperes enim communiter despiciūtur *can. Diaconi sunt, post. med. 93. D. Rolan. cons. 49. n. p. lib. 2.* vbi etiam, quod pauperes male audiuntur, &

pro-

probat *tex. Eccli. 9. ibi* sapientia pauperis consumpta est, & verba eius male sunt audita, *& tex. Eccli 13.* Diues loquutus est, & omnes tacuerunt & verbum illius vsque ad nubes perducunt pauper loquutus est, & dicunt quis est hic? quos *tex. adducit etiam Tiraq. de nob. c. 3. n. 26. in fine*, sed tu dic quod pauperes despiciuntur ab hominibus despiciendis scilicet ab hominibus malis, & non timentibus Deum *ad tex. pro. 14.* Ambulans recto itinere, & timens Deum despicitur ab eo, qui infami graditur via, vnde, *& Sen. in opusc. de vit. Beat.* mihi iam, quod argumentum est recti, contingit malis displicere, sed ad honesta vadenti contemnendus est huiusmodi contemptus, *vt dixit idem Sen. Ep. 76.* Dicas etiam quod, qui in hoc sæculo pauperes male audiunt, in alio bene audient vocem illam *Matt. 25.* Ite maledicti esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Pauperes autem bene audiuntur à Deo etiam contra eos, qui pauperes male audiunt, *vt Ostendi in V. Oratio* & licet etiam dicatur, quod pauperes reputantur viles, *vt retuli in V. testis* vide tamen ibi, vbi respondi.

23 Quarto male seruatur, quo ad Calumnias, vnde *Eccli 5.* dicitur, si videris Calumnias egenorũ, & subuerti iustitiam in Prouincia, ne mireris super hoc negocio, Confert ad id, quod ex Solone apud Laertium, *refert Neurizan. in Sylua lib. 4. n. 172.* quod Lex est Araneę tela, quam si quid debile intrat, retinetur, graue autem pertransit tela rescissa, meminerint autem huiusmodi calumniantes, quod qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius, vt dicitur *Pro. 14.*

24 Quinto male seruatur æqualitas, quo ad honores, vnde *Ouid. lib. p. fastorum, quem refert Tiraq. de nob. c. 3. n. 20.*

In pretio pretium nunc est Dat Census honores
Census Amicitias pauper vbiq; iacet.
Cui simile est illud.
Paupertas vitium non est, sordet tamen omnis
Pauper, & egregio semper honore caret.

Et hic concinit *Iuuen. lib. p. sat. 5.* O nummi, vobis hunc præstat honorem, & illud *Iac. 2.* Vos autem inhonorastis pauperem, & illud, vir bene vestitus pro vestibus esse peritus Creditur à mille quamuis Idiota sit ille, vnde *Sen. Ep. 76.* si vis veram hominis æstimationem inire, nudum inspice, ponat honores, ponat patrimonium, & alia fortunæ mendacia, Corpus ipsum exuat, Animũ intuere. Cur autem pauperibus Magistratus, & honores denegentur, vel in ijs saltem Diuites pauperibus præferantur, *vide per Tiraq. de nob. c. 3. n. 19. 24. & seq.* sed id esse pauperibus fauorabile probaui in V. Magistratus, vbi vide si placet.

Ad id autem, quod supra proxime *ex Ouid. & Tiraq.* dictum est, quod pauper vbique iacet, dic quod non semper iacebit. vnde ego sic cano.

Pauper vbique iacet, non est, qui subleuet illum
Nemo manum tribuit, pauper vbique iacet.
Pauper vbique iacet, nemo est, qui porrigat aurẽ
Nemo qui linguam, pauper vbique iacet
Pauper vbique iacet, nemo est qui exaudiat illum
Qui audiat est nemo, pauper vbique iacet
Pauper vbique iacet, Diues despexit egenum,
Et non respexit pauper vbique iacet
Pauper vbique iacet, mancus, mutus quoq; surdus
Orbus & est Orbis, pauper vbique iacet
Stat Deus in Cœlo, qui humiles extollit egenos
Dicetur forsan, Diues vbique iacet.
Stabit Inops semper, Diues semperq; iacebit
Dicetur semper, sic iacet ille miser.
Immo nec ille iacet, tamen est Inferno sepultus
Sic vt vbi iaceat non habet ille locum.

25 Sexto demum male seruare videtur æqualitatem inter Diuites, & Pauperes, fortuna, quo ad eius Bona scilicet, quo ad facultates, & pecunias, vnde *Mart. lib. 5. Ep. 82.*

Semper eris pauper, si pauper es æmilianę
Dantur opes nulli nunc nisi Diuitibus.

Cui concinit *Iuuen. sat. 3.* quis pauper scribitur hęres? *& Ioan. eudomen. lib. 3. Ep. 58.*

Pauper es? haud facile est fieri tibi pontice Ditẽ
Diues es? ex facili, Ditior esse potes.

Et videtur prædictis fauere littera *tex. Matt. 24.* omni habenti dabitur, & non habenti auferetur, quod videtur habere, *et tex. Apocalip. c. 22* quod est finale, qui iustus est iustificetur ad huc, & qui in sordibus est, sordescat ad huc. Sed non ideo Iniustus est Deus, *vt probat D. Ambros. in c. sicut 47. D. ibi*, nunquid Iniquus est Deus, vt vobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, vt tu quidem esses affluens, & abundans, alijs vero deesset, & egerent. An idcirco magis, quia & tibi voluit Benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare. Ad idem *D. Leo de Ieiun. Decim. mens. serm. 5. ibi* Hos Deus in diuersis molestijs laborare permisit, vt miseros pro patientia, & misericordes pro Beneuolentia coronaret, ac *vt idem de Ieiun. sep. mens. serm. 4.* vt Deo gratias agerent accipientes, & largientes. Adde quod vnum habet assidua infelicitas Boni, quos sæpe vexat, nouissime indurat, *vt dixit Sen. de Consl. ad Matrem*, & Socrates æqualis fuit in tanta inęqualitate fortunę, *vt refert idem Sen. Ep. 104.* quem ad hæc vide *in opusc. cui tit est.* Quare bonis viris mala accidant cum sit prouidentia.

26 Accedat quod si verum est, quod paupertas prodest, *vt dixi in V. malum*, & patet ex toto hoc ipso tractatu non debet pauper conqueri de fortuna. Immo debet ei gratias agere, quod pecunias non det, quia si eas daret, sic dando, auferret paupertatem, & sic pauper pecuniam acquirendo perderet paupertatem, eiusque priuilegia, quemadmodum econtra, *inquit Petr. 2. de Rem. D. 13.* perdendo pecuniam, duo bona, vnumquodque præstantius amisso; securitatem, & Requiem inuenisti.

Adde *Ioan. euuen. lib. p. Ep. 107.*

Nulla

Nulla mala est fortuna, ęqua omnibus, omnibus vna.
Spem dat pauperibus, Diuitibusque metum.
Et ego aliquando sic cecini.
Forte necessarijs pauperrimus indiget ille
Iste superuacuis mantice, Diues eget.
Ille magis pauper, fateor; magis alter egenus
Ille etenim paucis, pluribus alter eget.

PRIVIL. X.

Aequitas.

SVMMARIVM.

1 *AEquitas quid sit.*
2 *Rigor scriptus præfertur, æquitati non scriptę. Iudex, subtilitatem Iuris attendat, Cętera præter ius attēdat à Principe, qui Ius ab æquitate distinguit.*
Lex etiam per quam dura seruanda est, Iudex non debet esse Clementior lege.
In quęstione de bono, & ęquo, perniciose erratur.
Aequitas est melior Iustitia legali, sed non omni iustitia.
3 *Aequitati in genere serpta, rigor in specie scriptus præfertur.*
4 *Rigor, & ęquitas aliquando concurrunt.*
5 *Fauore pauperum æquitas præfertur Rigori, cessante saltem praiudicio tertij.*
Solemnia non sunt Immutanda nisi ex euidenti ęquitate.
6 *Cum paupere seruanda est humanitas, & misericordia etiam in Iudicio quando Iustitia non resistit*
7 *Aequitas est iustitia, miseratione temperata, & non potest Regulasiter exerceri, nisi à Principe, sed fauore pauperis, etiam a Iudice.*
8 *Pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarum, quarū fauore præfertur ęquitas Rigori.*
9 *In Causis mercatorum proceditur de bono, & æquo.*
10 *Fauore publico seruatur æquitas, & multa contra rationem disputandi recipiuntur. & pinguius interpretatur, sine pauperibus Ciuitas non est perfecta.*
11 *Vbi de salute animæ agitur, seruatur æquitas, & Iuris apices non attenduntur.*
12 *Fortuna male seruat ęquitatem, Deus vero Iudicat in ęquitate.*
13 *Princeps iudicare debet tanquam Deus, & Dei non solam potestatem, sed & voluntatem imitari.*
14 *Quod principi placuit, legis habet vigorē. Non sit pro ratione voluptas, non licet quicquid libet.*
15 *Operum Dei non potest homo inuenire rationem; non omnium legum ratio reddi potest.*
Dei Iudicia occulta, at non Iniusta.
16 *Dubitare de Principis potestate, sacrilegum. Dubius in fide, Infidelis.*
17 *Absoluta potestas an & quando detur in principe.*
18 *Princeps, legibus, an & quando ligetur.*
19 *Mali principes, male sibi in terris arrogabant etiam priuatiuam iurisdictionem, quo ad Deum.*
20 *Deus etiam terrę, & Dominus est, & possessor. Nabucdonosor dextruxit Deos, vt ipse solus diceretur Deus.*
21 *Principes aliqui Diuinas sibi pręrogatiuas arrogarunt vide ibi.*
22 *Deus est solus Dominus, & non est similis ei. Omnipotens nomen eius. Homines, nec simul omnes omnia possunt.*
23 *Papa non dispensat super vsuris, nec contra inauditā partem pronunciat, nec Contra Monasticam paupęrtatem, & Castitatem, licentiam Indulget, nec extinguit Infamias, nec diuinat de occultis.*
24 *Imperator non tollit defensiones, & ea quæ Iuris naturalis sunt, nec electionem Creditori competentem, nec validum testamentum annullat, neque Donationem perfectam, nec lites transactione finitas resuscitat, nec iudicat inaudito possessore, nec contractus Distrahit.*
25 *Pręter Deum, omnia, nemo potest. vide versus.*
26 *Papa licet non in prophanis, habet tamen præsertim in Beneficialibus absolutam potestatem, potest de Iure supra Ius dispensare.*
27 *Principes sunt simulacra Dei, inter Creaturam, & Creatorem, semper maior est Dissimilitudo, quam similitudo.*
28 *Principes cum plenitudine potestatis, exerceant plenitudinem Bonitatis, quam Deus exercet. Deus aliquando donat, & aufert. At homo, quod non dedit, sępe abstulit.*
29 *Boni principes, Dij nuncupantur.*
30 *Vir Bonus Angelo similis. Immo & Deo.*
31 *Vir Bonus Deum ipsum videtur antecellere, quo ad aliqua ex Seneca.*
32 *Diuinam Gloriam facilius est Impetrare, quam explicare Viri Boni habēt in hac vita gloriam initiatā.*
33 *Vir Bonus primæ notæ tanquam Fenix, vel non nascitur, vel semel anno quingentesimo nascitur. Vir Bonus, & sapiens an sit nullus, vel vllus.*
34 *Solus Deus vere Bonus. & solius Dei omnia bonæ sunt opera.*
35 *Sapientes, Regibus Rariores. virtutes duplo plures quam vitia, & quare.*
36 *Differt Crimen a peccato, & in quo vide ibi de Episcopo.*
Non omnium, qui laudantur, Laude digna sunt omnia.

1 SVpponendum est, quod ęquitas non est aliud quam naturalis Ratio *ad tex. in leg. scire etiam oportet* 15. *§. sufficit ibi naturali iustitia ff. de excus. tut. & dixit Bald. in l. 2. C. de Dot promiss.* vel æquitas, quæ alio nomine dicitur epicheia est virtus, Legis Intentionem seruans, & non verba *ad Trad. per D. Thom. 22. q. 120 quem ad hoc refert summus in sua sum. Armilla in V. æquitas;* vel dic quod æquitas est Iustitia non pura tamen, ac mera, sed cum iuxtura misericordiæ, vt infra dicam.
2 Hoc supposito quamuis Rigor scriptus præferatur æquitati non scriptę *l. placuit* 8. *C. de Iudic. c. fin.*

c. fin. de transf. l. subtilitatem 11. C. de Iudic. ibi, sub tilitatem Iuris Iudex curæ habeat, Cætera præter Ius attendat à Principe, & in l. prospexit 12. ff. qui & à quib. ibi, quod per quam durum est, sed ita Lex scripta est, & in l. si seruum 91. §. sequitur in fin. ff. de verb. oblig. ibi. in quæstione de bono, & ęquo in quo genere sub authoritate Iuris scientię perniciose erratur, & in l. p. C. de leg. ibi, inter ęquitatem Iusque isterpositam authoritatem nobis solis, & oportet, & licet inspicere, & in §. oportet Auth. de Iudici ibi, non habere licentiam Iudicem minus quam iuratum est condemnare, nec videri Clementiorem Lege, Confert D. Thō. 22. q. 120. ar. 2. vbi quod epicheia, seu æquitas est melior Iustitia legali, sed non omni Iustitia.

3 Immo licet æquitati in genere scriptæ, rigor in specie scriptus præferatur, vt probat addens Oinot. instit. tit. de vsucap. nu. 11. in L. A. & post Bart. & Ias. Genuens. in practicab. Eccls. qu. 176. n. 5. quamuis etiam aliquando Rigor, & æquitas

4 concurrant, vt in c. 2. de Sent. & Re Iud. ibi. Iurgantium quæstiones celeri sententia terminare; & æquitati conuenit, & rigori.

5 Fauore tamen paupertatis videtur ęquitas prę ferenda rigori, & sæpe ex hac causa præfertur, sensit Nouar. in praxi priuil. miserab. person. priuil. 75. nu. 4. & 5. vbi tamen limitat quando fieret tertio præiudicium, Confert ad conclusionem tex. Eccli. 7 noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere Iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua, & tex. in l. & si nihil 144. ff. de Reg. Iur. ibi, & si nihil facile mutandum est ex solemnibus, vbi tamen euidens æquitas suggerit, subueniendum est, & D. Greg. hom. 9. in Euang. ibi. Considerandum ne nos, qui plus cæteris accepisse cernimur, ab Authore mundi, grauius iudicemur.

6 Primo probari potest hoc priuilegium, ratione, quia cum paupere exercenda est humanitas. vt ostendi in V. solutio, & confert tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi. Humanitatis nostræ est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint, sic etiam exercenda est cum paupere misericordia etiam in Iudicio, quando Iustitiæ non resistit; vt ostendi in V. Dubium, & confert tex Eccli. 4. in Iudicio esto Pupillis misericors, & pro viro matri illarum, & Ps. 71. Iudicare populum tuum in Iustitia, & pauperes tuos in Iudicio.

7 Æquitas vero non est aliud, quam Iustitia humanitate, ac miseratione temperata Salicet in l. placuit C. de Iudic. & probat tex. in c. cum inter 10. de Purg. Can. ibi. Iustitiam seruamus mollientes Rigorem, & æquitas, seu epicheia dicitur pars Iustitiæ subiectiua D. Thom. 22. qu. 120. art. 2. hæc autem pars, seu species Iustitiæ, non potest administrari regulariter, nisi à Principe ad tex. supra allegatos in l. p. C. de Leg. & in l. subtilitatem 11. C. de Iudic. Dixi Regulariter, quia fallit, vt dixi fauore Pauperum, pro quibus exerceri potest æquitas à quouis Iudice.

8 Secundo probatur, quia pauperes pollent fauoribus Ecclesiarum, vt dixi in V. Ecclesia, At fauore Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum seruanda est æquitas magis, quam rigor, probat tex. in c. p. de Dol. & Cont. ibi, in Ecclesiasticis personis, & negocijs, Rigor, & Distrinctio Iuris non requiritur, & per illum tex. ita docet, Genuens. in practicab. Ecclesiast. q. 176. n. 6. dicens id esse valde notandum.

9 Tertio probatur, quoniam in causis mercatorum proceditur ex bono, & æquo, vt post gl. Bal. Ias. tradit Straccha de mercatura p. vlt. tit. p. in princ. & tit. de except. n. 5. & 8. Neguſant. de pignor. p. 8. memb. p. n. 28. dixi D. 67. n. 21. ergo multo magis id obtinebit in causis pauperum.

10 Quarto probatur, quoniam fauore publicæ vtilitatis seruatur æquitas, vt probat tex. in c. 3. de Sent. & Re Iud. ibi nonnulla pro vtilitate cōmuni contra Iuris asperitatem ex æquitatis mansuetudine tolerantur, & in l. ita vulneratus 51. ff. ad leg. Aq. ibi multa contra rationem disputandi pro publica vtilitate recepta sunt, & in l. & an eadem 14 ff. de excep. ibi, pro publica vtilitate pinguius interpretamur. At publice interest pauperes sustineri, ac adiuuari, quoniam sine illis Ciuitas non est perfecta, vt dixi sup. in V. æqualitas, & dicam infra in V. Ciuitas.

11 Quinto probatur, quia vbiqunque de salute animarum agitur, de Iuris Apicibus non curatur arg. tex. in c. duæ sunt 11. q. 2. Archid. in can. scriptum 6. q. 3. Rom. sing. 684. incipit Tu audisti, vbi quod hoc Dictum, est etiam Canonistis incognitum, & in fine subdit hanc Regulam perpetuo, nota, quia tibi valebit ad multa, & ex Regula, & ratione prædicta, probat mulierem posse procurare, & arbitrari, vbi agitur de Animæ salute, quemadmodum etiam potest pro pauperibus, & miserabilibus personis, ad ea quæ supra diximus de Clerico, & etiā de Monacho in V. Aduocatus.

12 Sexto demum probatur, quoniam licet fortuna male seruare dicatur æquitatem vt indicat Sen. De Cons. ad polyb. ibi O dura fata, & nullis æqua virtutibus, cui consonat siue Idem, siue alter Seneca in trag. p. ercul. Furent. act. 2. O fortuna, viris Inuida fortibus, quam non æqua bonis præmia diuidis, Deus tamen iudicat in æquitate prę sertim pauperes arg. Ps. 97. Iudicabit orbem terrarum in Iustitia, & populos in æquitate, & Ps. 95. Iudicabit Orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua, & Ps. 66. Lætentur, & exultent gentes, quoniam Iudicas populos in ęquitate, & Ps. 139. faciet Dominus Iudicium Inopis, & vindictam pauperis, & Ps. 71 Deus Iudicium tuum Regi da, & Iustitiam tuam filio Regis, Iudicare populum tuum in Iustitia, & pauperes tuos in Iudicio & pro. 22. non facias violentiam pauperi, quia pauper est, quia iudicabit Dominus

minus

minus causam eius.
13 Et forsan ideo Princeps, qui iudicare dicitur
tamquam Deus *Paris in add. ad Bart. in l. Aemi-
lius 39. ff. de minor in V. facere in fin.* Reseruat sibi
facultatem Iudicandi ex æquitate *in d. l. p. C. de
leg. & in d. l. subditatem 1 t. C. de Iudic.* sed vti-
nam ęquitatem fauore pauperum magis, quam
fauore Diuitum exercerent aliqui Principes, qui
Dei potestatem potiùs arrogantes, quam volun-
tatem imitantes, nimis extendunt, *tex. in §. sed &
quod Principi inst. tit. de Iur. nat. gen. & Ciu. ibi,*
14 quod Principi placuit, legis habet vigorem, quia
multa eorum placita non habent aliam rationem
quam quia sic placuit quasi eis liceat quicquid li-
beat, & sit pro ratione voluntas, Immo voluptas,
& quasi de Principe dicendum sit, quod de Deo
15 dicitur *Iob 9. & 11.* nemo potest dicere. Cur ita
facis, & sicut omnium operum Dei non potest ho-
mo inuenire rationem, & quanto plus laboraue-
rit ad quærendum, tanto minus inueniet, vt dici-
tur *Eccles. 8.* ita non omnium, quæ sunt à Princi-
pibus constituta ratio reddi possit, vt dicitur *in l.
non omnium 19. ff. de Leg.* sed licet aliquarum le-
gum Ratio reddi non posset, vt ille tex. loquitur,
non tamen ideo irrationabiles iudicantur, quoniã
licet nobis ignota sit, Ratio tamen præsumitur
mouisse legis latorem, Dei autem Iudicia occulta
esse possunt, Iniusta esse non possunt, *vt dixit D.
Aug. in lib. de virginitate, & lib 18. de Ciuit. Dei
c. 17. & Bellarm. de Ascens. ment. c. 13.*
16 Et quamuis de Principis potestate disputare,
immo & dubitare, sacrilegum Iudicetur *in l. 2. C.
de Crim. Sacril.* sicut in simili Dubius in fide, infi-
delis reputatur *in c. p. de heres.* de quo tamen v. de
17 *Dian. p. 2. trac. 16. Miscellan 2. Res. 42.* Attamen
Absoluta Hæc in Principe potestas, vel non
datur, *vt sensit Couar. var. Resol. lib. 3. c 6. nu. 8.
vasq Illustr. controu. lib. p. c. 26. n. 22. & confert
fortaße tex. Eccli. 3.* Magna potentia Dei solius.
vel si datur, & præter, seu contra Rationem ex-
erceatur, quæ fuerat plenitudo potestatis, effici-
tur plenitudo tempestatis, *vt post Bal. Crauettã, &
alios probat Thesaur. D. 91. n. p.*
18 Et licet verum sit, quod Principes non ligan-
tur humanis Legibus *l. Digna vox 4 C. de legib.*
verum est etiam id intelligendum esse, quo ad ne-
cessitatem, non quo ad honestatem, vel forte quo
ad forum fori, non quo ad forum poli, vt indicare
videtur littera textus prędicti ibi, licet legibus so-
luti simus, Legibus tamen viuimus, *& tex. in l. 2.
ff. de Legib.* desumptus ex verbis Phylosophi sum-
mę Stoicę sapientię Crisippi ibi, oportet Legem,
& Principem, & Ducem esse. & idem fere sensisse
visus est *D. Thom p. 2. q. 96. art. 6.* docens Prin-
cipem humanis, etiam Legibus ligari, quo ad vim
directiuam, licet non quo ad coactiuam.
19 Sed quod deterius est, Principes aliquando nõ
solum cumulatiue, sed priuatiue, quo ad Deum
sibi potestatem arrogasse, visi sunt, & parum est,
quod in hoc Adulator poeta cecinit.
Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane
Diuisum Imperium cum Ioue Cęsar habet,
Nam Virgilius ibi in terris seruauit partẽ Deo,
At multi male intelligentes *tex. Ps. 113.* Cœlum
Cœli Domino, Terram autem dedit filijs homi-
num, quem tamen rectè intelligit *Aug. lib. 12.
conf. c. 2. & 11.* ita se gesserunt ac si habuissent
in terris Iuris dictionem priuatiuam, quo ad Deũ
& ita, ac si Deus fuisset in Cœlo Princeps, Prin-
ceps autem fuißet in Terra Deus, vt cecinit Hæ-
reticaliter *Ouid. 15. met.* Cęsar in vrbe sua Deus
est. Ad Idem est *tex. lib. 2. Macchab. c. 15. ibi* Di-
centibus est Dominus viuus potens in Cœlo, qui
iussit agi septimam Diem, Nicanor ait, & ego po-
tens sum super terram, qui impero sumi arma, &
20 negotia Regis impleri. Et tamen Deus non so-
lum terræ Dominus est, sed & possessor, vt dici-
tur *Gen. c. 14. ibi,* Leuo manus meas ad Dominum
Deum possessorem Cœli, & Terræ, sed adhuc ali-
qui forsan extiterunt imitãtes Regem Nabucdo-
nosor, qui præceperat omnes Deos terræ exter-
minari, vt ipse solus diceretur Deus, *vt legitur in
lib. Iudit. c. 3.*
21 Confert ad prædicta *tex. in l. vnic. C. de pala.
& Domib. Dominic lib. 10. ibi,* Consecratas nobis
ædes idest inclita palatia ab omni priuatorum viu
& communi habitatione excipimus, *& tex. in l.
Bene a Zenone 5. C. de quadr. præscript. ibi,* quod
nostra statuit æternitas, Iudices obseruare festi-
nent, & *tex. in l. 2. C. de Fabricens. lib. 10. ibi,*
Primicerius fabricę per biennium, adoraturus æ-
ternitatem nostram suo quisquæ tempore diriga-
tur, *& tex. in l. 2. C. de priuil. Schol. ibi,* Adorata
nostræ Diuinitatis purpura priuilegijs perfruan-
tur, *& tex. 2. Macchab. 11.* Patre nostro inter
Deos relato, *& tex. in l. omnes 7. C. de Fer. ibi,*
Diebus non iuridicis adicimus Dies quos, vel lu-
cis auspicia, vel ortus Imperij nobis protulerunt,
& tex. in l. fin. C. eod. tit. de Fer. ibi, si diebus sa-
cris in nostrum ortum, aut Natalem celebranda
21 solemnitas inciderit, differatur. Ex quibus patet
ascripsisse sibi aliquando Principes prærogati-
uas ipsi soli Deo reseruatas, scilicet Adorationẽ,
22 Diuinitatem, æternitatem, oblitos eorum, quæ
scripta leguntur in Sacris litteris, *vt Deut. 32. in
can. Moys.* videte quoniam ego sim solus, & non
sit alius Deus præter me, *& Is. 42.* ego Domi-
nus hoc est nomen meum Gloriam meam, alteri
non dabo, & eiusd. *Isac. 45.* ego Dominus, &
non est alius, *& c. 46.* ego sum Deus, nec est simi-
lis mei, *& Exod. 15. in cant. Moys.* omnipotens
nomen eius, Hoc saltem Principes sibi non arro-
gabunt, quia nec Principes simul omnes, omnia
possunt, & quamuis dicatur, quod Papa omnia
potest, attamen, quod assentatores hyperbolice
dixerunt, Sanctissimi Pontifices, nec asseruerunt,
vnquam, nec cogitarunt, nec somniarunt, vnde
in c. si duobus 7. §. denique de Appell. Pontificali
mode-

modestia sic loquitur Alex. Tertius Appellationē de Iudice temporali ad Papam in his, qui temporaliter non subsunt, licet de consuetudine Ecclesiæ teneat, de iuris rigore credimus non tenere, & in multis Papa de se ipso vtitur hoc verbo, non
23 potest *sic in c. super eo 4. de vsur.* Cum vsurarum Crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super eo dispensationem aliquam posse fieri non videmus, *& in c. p. de Caus. poss. & propr.* Contra inauditā partē, nec nos possumus aliquid diffinire, *sic in c. cum ad monasterium 6. in fin. de stat. Monach.* Abdicatio proprietatis, & Custodia Castitatis est adeo propria Regulæ Monachali, vt contra eam, nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, *sic in c. contra 25. q p.* Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest Authoritas, & apud nos conuulsis radicibus viuat Antiquitas, cui Decreta patrum sanxere Reuerentiam, *sic in c. euphemium 2. q. 3.* quamquam Animas per pænitentiam saluare possimus, infamiam, tamen abolere non possumus *sic in c. vnic. vt. Eccl. Benef.* & si locum Dei teneamus in terris, de occultis, tamen diuinare non possumus, & consonat *tex. in ca. tua nos 84. de Simon. ibi*, nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare, simonia vero mentalis iudicatur a Deo, qui scrutator est Cordium, & Cognitor secretorum.

24 Sic etiam de Imperatore dicitur *in Clem. fin. de Sent. & Re Iudic.* Defensiones, & alia quæ Iuris naturalis existunt, Imperatori tollere non licet, & sane in multis, Imperatores, hoc verbo non potest vti potuerunt, & forte debuerunt, sed noluerunt, & potius vsi sunt verbo, non debet, vel non oportet, vel simili. Ita *in l. 3. C. de Duob. reis ibi*, Duobus in solidum obligatis, electio Creditori competens, Rescripto nostro adimi non debet. Ita *in l. si testamentum 10. C. de Testam.* si testamentum Iure factum est, Rescripto nostro infirmari non oportet. Ita *in l. si donationem 5. C. de Donat.* si Donationem rite fecisti, rescripti nostri authoritate rescindi non oportet Ita *in l. Causas. ib. C. de transac.* Causas transacationibus finitas, Imperiali Rescripto resuscitari non oportet. Ita *in l. 1. C. si per vim, vel alio modo*, nec Imperiale responsum permittit absente eo, qui rem tenet statum possessionis immutari, negociorum enim merita, partium assertione panduntur. Ita *in l. si à te*
25 *7. C. de pact. inter empt.* Remitti Conuentionem rescripto nostro non Iure petis, & argute cecinit *Io. Eudoenus lib. p. Ep. 31.* Indefinita est non infinita potestas Cæsaris, in terris omnia, nemo potest, & ego plus ita canerem, Credite non homines omnes simul omnia possunt, solus, & omnipotens dicitur ipse Deus.

Et quamuis aliqui à Principibus prolatum verbum hoc (non potest) exponant idest (non vult) attamen an manifestam inferant Iniuriam litteræ, vel ne, tu Iudica lector, ego enim neutrum Iudicabo, neutrum docebo.

26 Imm︎o nec dici potest, quod Papa omnia potest in ijs, quæ sunt Iuris, quoniam in prophanis, non videtur habere absolutam plenitudinem potestatis, *vt sensit Rota in Imolen Castrorum coram Seraphin. D. 254. n. p. quæ est 136. p.p. diuers.* & quod Imperator sit maior Papa quantum ad Mundum, & Papa maior Imperatore, quantum ad Deum dixit *Bald. in l. Barbarius ff. de off. prat. sub fin.* & quod Papa sit omnia, & super omnia in spiritualibus, *post D. Bernard. dixit idem Bald. in d. l. Barbarius ff. de off. prat. in fin. prima lectura*, & paulo ante dixerat, quod quo ad Deum in hoc Mundo non est maior ipso Papa, & quod Papa Iustus, est supremus Vicarius Dei, & quod qui dicit contrarium mentitur, & habet vtique Papa plenitudinem potestatis præsertim in Beneficialibus, *ad tex. in c. 2. de præb. in sex. ibi*, plenaria dispositio, *& in Clem. p. in fin. vt lite pendem. ibi*, plena, & libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine, *& & in c. proposuit 4. de Conceß. præb. ibi*, secundum plenitudinem potestatis, possumus de Iure supra Ius dispensare Adde *Garziam. de Benef p. 5. c. p. n. p.* vbi appellat plenissimam in Beneficijs potestatem Papæ, *Rota in d. Imolen. Castrorum coram Seraphyn. D. 254. n. p.* quæ vocat potestatem absolutam, & quo ad temporalia, adde *tex. in c. per venerabilem 13. qui fil. sint leg. ibi*, in Ecclesię patrimonio plenam, etiam in temporalibus gerimus potestatem, ac etiam in alijs Regionibus, certis causis causaliter Iurisdictionem exercemus.

27 Et licet verum sit Principes esse simulacra Dei dixi in V. Deus, meminisse tamen debent, quod *vt dicitur in c. 2 sub fin. de sum. Trinit.* inter Creatorem, & Creaturam non potest tanta similitudo notari quin maior sit Dissimilitudo notanda, & quod docet *D. Thom. in p. par. qu. 4. art. 3.* quod Deus non est similis creaturæ, licet hæc sit similis illi quatenus imitatur Alias, nec in genere, nec in specie conueniunt, & inter Creatorem, & Creaturam est Relatio Disquiparantiæ.

28 Sed vtinam, qui Dei sibi potestatem arripiunt, voluntatem Dei simul acciperent, vel modo possibili imitarentur, & cum plenitudine potestatis plenitudinem Bonitatis exercerent, quam Deus semper exercet *vt patet ex Aug. lib. 13. conf. c. 2. ibi*, ex plenitudine Bonitatis tuæ creatura subsistit *& eod. lib. c. 4. ibi*, omnia non ex indigentia fecisti, sed ex plenitudine Bonitatis tuæ. Sed vt dixit *D. Greg. lib. 29 mor. c. 6.* & Demon, & Homo cecidit, quia vterque Deo similis esse non per Iustitiam, sed per pontentiam concupiuit.

De Deo quidem dicitur *apud Horat. lib. p. Ep. ad quintum*, quod donat, & aufert ibi, sed satis est orare Iouem, qui donat, & aufert, *& in lib Iob. c. p.* Dominus dedit, Dominus abstulit, sed de Principibus fuit aliquando verum dicere, quod Dominus non dedit, Dominus abstulit, vel etiam

quod Deus dedit, Princeps abstulit, vnde *Tac. lib. p. hist. c. 6.* Tam pauperes inquit, quibus donauit Nero, quam quibus abstulit, & vide; quæ dixi in V. Donatio, & vtinam omnes, qui pecunia, seu per pecuniam dispensant, & derogant, pecuniam dispensarent; & erogarent egenis, vtinam omnes omne aurum, quod iuste à Diuitibus accipiunt pauperibus misericorditer distribuerent, sic enim haberent Thesaurum in Cœlo, *iux. tex. Matt. 19. Marci 10. Lucæ 18.*

29 Quod si non solam Dei potestatem captarent, sed Dei etiam voluntatem, ac Bonitatem amarent, & imitarentur Principes vniuersi, tunc Dij non immerito dici possent, iuxta illud ps. 81. ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes, *& Tac. id ipsum agnouit 3. ant. 6.* Principes instar Deorum esse, sed neq; à Dijs nisi iustas supplicũ preces audiri, & quod Princeps dicatur Deus in terris, *dixit Bart. in extrauag. ad reprimendum in V. fidelitatis n. 5.*

30 Immo non solum Princeps, sed etiam quilibet vir vere Bonus, ab Angelo non videtur differre, nisi in eo, quod hic habet ex natura, quod ille habet ex gratia, vel certe differt felicitate non virtute, & si Angeli virtus felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur, vt legitur in Methodo confessionis impresso sub incerto, erudito tamen Authore.

Sed nec à Deo ipso differre videtur vir Bonus nisi æternitate, vt phylosophatur *Sen. Ep. 73. ibi,* Iuppiter quo antecedit virum Bonum, Diutius Bonus est, Deus non vincit sapientem felicitate, licet vincat ætate. Accedat idem *Sen. Ep. 31.* Animus Rectus Bonus, magnus, quid aliud voces huc quam Deum in humano corpore hospitantem? Immo *vt dixit Plut. in opusc. cuius titulus est in Principe requiri Doctrinam* non felix est Deus vitæ
31 spatio, sed quod est Princeps virtutis, & confert *Ps. 23.* quis est iste Rex Gloriæ Dominus virtutum ipse est Rex Gloriæ. Immo, & quo ad aliquã vir Bonus, & sapiens, ipsi Deo præponitur à *Sen. Ep. 53. ibi,* est aliquid, quo sapiens antecedat Deum, Ille naturæ Beneficio non suo sapiens est ecce Res magna, Habere imbecillitatem hominis, & securitatem Dei, & iterum *in opusc. quare Bon. vir. mal. accid.* viros Bonos alloquens, ait forte iit ... hoc est, quo Deum antecedatis, ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiã, *& Ep. 73.* sapiens tam æquo animo omnia apud alios videt contemnitque quam Iuppiter, & hoc se magis suspicit, quod Iuppiter illis vti non potest, sapiens non vult.

Quæ tamen omnia dicta Phylosophica subiicienda sunt legibus Theologorum, & moraliter accipienda, vt quam intueri non possumus, saltem intelligamus Bonitatis virtutis, ac sapientiæ pulchritudinem, quam forte facilius est consequi, quã
32 explicare, vt de Cœlesti Gloria dixit *Bonau. in soliloquijs,* vnde, & eius dictum huc merito trahi potest, nam virtus est species quædam Gloriæ, non quidem consumatæ, sed initiatæ. Præmia enim Beatitudinis sunt hic incoatiue in viris perfectis, qui suos motus pacificant, & sunt hic Regnum Dei *D. Thom. p. 2. q. 69. ar. 2.*

33 Non est tamen hic omittendum, quod rari sunt homines, quos descripsimus vnde *Sen. Ep. 42.* vir Bonus inquit primæ notæ, fortasse tanquam Fenix, semel anno quingentesimo nascitur, & tu dices, quod si tanquam Fenix, fortasse nec nascitur, nec est, nisi in fabulis, licet historicorum Princeps *Tac. lib. 6. an. c. 5.* aspici eam volucrem in Ægipto non ambigat, Ad idem confert *tex. Eccles. 7. ibi,* virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni, solummodo inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus, *& virg. in epig. de viro bono* plus cecinit dicens.

Vir Bonus, & sapiens qualem vix reperit vnum.
Millibus e multis hominum consultus Apollo.

Ve si magis placet lege (qualem vix repperit vllum) vel qualem non repperit vllum. Vnde nõ tam Poeticus, quam Phylosophicus vir *Petrarcha p. de rem. D. 15.* fuere inquit, qui dicerent sapientem nullum, Id quam verum falsumq; sit non disputo, certe nimis prærupta sententia est, & ad Desperationem prona, & studio aduersa sapien-
34 tiæ. Posset tamen forte dictum illud (Sapientem nullum) saluari intelligendo, quod nullus homo sit sapiens omni ex parte perfectus, scilicet, vt Deus. *Ita Matt. 19.* dicitur Quid me interrogas de Bono, vnus est Bonus Deus, *& Marci 10.* nemo bonus, nisi vnus Deus, & de solo Deo dicitur *Gen. p.* vidit Deus cuncta, quæ fecerant, & erant valde bona, & de solo Christo Domino legitur *Marci 7.* Bene omnia fecit, *& Io 8.* quæ placita sunt ei, facio semper, & de Deo *Ps. 144.* Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

35 Certe sicut sapientes Regibus rariores esse, dixit *Petr. 2. de rem. D. 83.* Idem & nos, & de veris viris bonis asserere possumus, cum bonitas, & sapientia idem censeantur, vt probat *idem Petr. p. de rem. D. 13.* Rari inquam Boni, quoniam probitas laudatur, & alget, *vt cecinit Satiricus Iuuenal.*

Nec est mirandum plures esse, qui vitia, quam qui virtutes amplexantur quandoquidem duplo plura sunt vitia, quam virtutes, *vt docet Nauar. in Man. c. 23. n. 21.* & Ratio Rationis est, quoniam fere quælibet virtus, tanquam medium, duo semper habet opposita extrema vitia, alterum defectiuum, alterum excessiuum, vt docuit Princeps Phylosophorum *Aris. lib. 2. Etic. c. etiam 2.* quem sequutus est Theologorum Princeps *Thom. p. 2. q. 64. ar. p.* docens virtutem esse mediocritatem, vel æqualitatem quandam absq; defectu, & excessu, & ita, nec deficientem, nec excedentem, quod & sapiens indicasse visus est *Pro. 4. ibi,* Ne declines ad dexteram, nec ad sinistram, sed quia mediũ hoc qui geometrice semper teneat, Rarus

est

est,& longe facilius est in extremitates delabi,quę longe lateq; patentem latitudinem habent, ideo dixit *Sen. Ep. 75.* si respexeris quantum publicè priuatimque peccetur, intelliges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus, *& D. Hieron. ad Oceanum in can. vnum 25. D. super illo Apost. ad tit. p.* oportet Episcopum esse sine Crimine Res (inquit) contra, vel vt legunt alij, supra naturam
36 pene est, vt quis sine peccato sit, sed talis est eligendus, à quo Crimen absit, seu Criminale peccatum, Criminali scilicet accusatione dignum, & talis, cuius comparatione, cęteri, Grex dicantur, & cum Hieronimo non semel discors concordat eius contemporaneus *Aug. lib. p. contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium. ibi,* si cum dixit Apostolus sine Crimine, dixisset sine peccato, nullus rectè in Ecclesia possęt ordinari Minister. Nec dissentit *tex. in c. nisi cum pridem 10. de renunc. ibi,* si omnes, quos arguit Conscientia cuiuslibet culpæ cederent, pauci, vel nulli in isto ministerio remanerent. Adde *Petr. p. de Rem. D. 26.* non omnium qui laudantur, laude digna sunt omnia. Idque soli Deo reseruatum esse ostendi supra.

PRIVIL. XI.

Aesalienum.

SVMMARIVM.

1 *EGeno nemo mutuat. Felix qui debito caret, est turpe, & graue tormentum, est onus importabile, mendacium comitatur debitum.*

2 *Debitor rogare cogitur pro pecunia, & pro Dilatione & sæpe maledicta reddit.*

3 *Dulce rogari, Amarum, & graue rogare, nulla Res carior, quam quæ precibus emitur, vide versus.*

4 *Rogari conuenit Deo, vide versus. Deus precibus vincitur, homo supplicationes exquirit.*

5 *Debitum est species quædam seruitutis.*

6 *Debitum irrogat pudorem, visum est aliquibus morte grauius. Appellans Debitorem eum qui non est, iniuriarum tenetur.*

7 *Creditor dicitur hostis, vide versus. Falsum est tot esse hostes quot seruos, non habemus hostes, sed facimus, quot Creditores, tot hostes.*

8 *Debitor etiam dicitur Inimicus, valet argumentum à correlatiuis positiue, & destructiue, & dispositum in vno censetur in alio dispositum, quando ratio non est diuersa.*

9 *Plures Amicorum Inimici, quam Inimicorum Amico, Inimicitia facit initium offensionis contra inimicum.*

10 *De Alimento sollicitus esse non debet, qui habet manus, & pedes, Luxus produxit fæneratores, Aurarios, & vnguentarios.*

11 *Diuites sunt Debitores fortunæ. Qui plus habet, plus debet.*

12 *Natura fatum fortuna aliquando Dei nomina sunt varie vtentis sua potestate, vide versus.*

1 EGeno pecuniam nemo credit, *inquit Plut. in opusc. de ære alieno vitando* Hoc ego fauorabile priuilegium paupertatis existimo, vt scilicet præseruet a debito, seu ab ære alieno, & sit remedium præseruatiuum ab hoc malo.

Primo quia, qui debito non caret, felix esse nō potest in hoc seculo, vnde Horcecinit in ode Beatus, ille qui procul negocijs, vt prisca gens mortalium paterna Rura bobus exercet suis solutus omni fænore, & nihil turpius, nihilque molestius, quam audire hanc vocem, persolue, quod debes, vt dixit *Plut de ære alien. vitan.* & graue tormentum est debere, cui nolis *inquit Sen. 2. de Benef.*

Secundo quia Debitum est onus quoddam importabile, vt probat *idem Plut. in eod. opusc. ibi,* noli paupertati multis alioquin onuistæ incommodis, difficultatem mutuum petendi, & ęre alieno te obligandi accumulare, neque id, quo vno Diuitijs pręstat paupertas, ei aufer, vacuitatē sollicitudinum, nam illud quidem ridiculum est, quod prouerbio iactatur Capram non possum portare imponitis mihi Bouem, paupertatem ferre non potes, & fæneratorem in ceruices tuas imponis. Onus cui ferendo difficulter etiam Diues sufficiat.

Tertio quia licet Debita contrahere non sit, peccatum, gignit tamen sæpe peccata, immo Persæ inter peccata secundum locum assignant mendacio, primum ęri alieno nam plerumque mendacium comitatur Debito, *vt inquit Plut. in eod. opusc.*

2 Quarto quoniam Debitores coguntur primo rogare pecuniam, seu pro pecunia, quando Debitum contrahunt, & post quam contraxerunt coguntur pro dilatione rogare, vt vtrumque docet sapiens *Eccli 24. ibi.* Donec accipiant osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. At in tempore redditionis, postulabunt tempus, murmurabunt, & maledicta reddēt.

3 Scimus autem, quod sicut dulce est Rogari, sic Amarum, & graue Rogare, *vnde Sen. 2. de Benef.* non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit, nulla res carius costat, quam quæ precibus empta est molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum Rogo, vnde *& ille apud Tac. lib. 13. an c. 11.* se nocentem videri, quam supplicem maluit, & alij *apud eumdem p. An c. 14.* silentiū, & paupertatem Confessioni, & Beneficio præposuere. Ad idem confert Poetarum Argustissimus *Mart. lib. 6. Epig. 5.*

Rustica mercatus nummis sum prædia multis
Mutua des centum Ceciliane Rogo.
Nil mihi respondens, tacitum te dicere Credo
Non Reddes, ideo Ceciliane Rogo.

Ad idem est *eiusd. Epig. 42. lib. 7.*

Primum est, vt præstes si quid te Cinna rogabo
Illud deinde sequens vt cito Cinna neges.
Diligo præstantem, non odi Cinna negantem,
Sed tu nec præstas, nec citto Cinna negas.

Nec mirum quod Rogare hominem, homini sit adeo naturaliter molestum, quia hominem homini subici, videtur aliquantisper naturæ repugare, quæ homines omnes genuit æquales, & vere Rogari ab homine, non tam Homini conue-
4 nit, quam Deo, vt probat *Mar. lib. 8. Ep. 24.*

Et si non dederis Cæsar, permitte rogari
Offendunt numquam Thura precesq; Iouem.
Qui fingit Sacros auro, vel marmore vultus
Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.

Confert ad idem *tex. Euang. matt. c. 18.* serue nequam, non ne omne Debitum dimisi tibi quoniam rogasti me, *& Hieron. ad Damasum relatus in can. Importuna 58. de penit. D. p.* Deus inquit, qui nullis superari viribus potest, publicani precibus vincitur, & tamen homines, nec precibus cõtenti sunt, sed supplicationes exquirunt, & sic quod Deo satis est, homini satis non est, vt in simili *dixit Sen. Ep. 47.*

5 Quinto quoniam æs alienum est species quædam seruitutis, vnde *Pro. 22.* dicitur, qui accipit mutuum, seruus est fenerantis, & comprobat *Plut. de are alieno vitan. ibi*, quid profuit Atheniensibus Solon lege lata, ne corpora Debitorum obligarentur, quasi vero non seruiant fæneratoribus, qui debent ijs, immo ne ipsis solis seruiunt, sed & seruis eorum, sed quid dicemus hodie cum, & corpora obligentur ex actione personali, *vt dixi sup. in V. actio 2. ïs vide si placet.*

6 Sexto, quia licet Debitum non irroget Infamiam, infert tamen pudorem *ad tex. in l. infraudem 45. §. p. de Iur. Fisc. ibi*, Bona eius, qui pudore æris alieni sibi mortem consciuit non inquietãtur sed suæ successioni relinquntur, ex quo colliges, quod æs alienum est malum tam grande, vt inuentus sit, qui illud maius malum æstimauerit, quam mortem, sequtus forte litteram *Eccli. 40.* fili noli indigere, melius est enim mori, quam indigere. Adde hic, quod si quis non debitorẽ, debitorem appellauerit, iniuriarum tenetur *leg. item 15. §. si quis bona ff. de Iniurijs*

7 Septimo quia Creditores reputantur Hostes, *tex. est in Auth. vt hi, qui obligatas se habere perribent Res minorum, ibi* Creditorem prohibemus, ne hostem potius, quam Curatorem Adolescentulo præbeamus, vnde *& Io. Eudom. lib. p. Ep. 86.*

Quo cui plus dederis magis hoc tibi fiet Amicus,
Quo plus credideris hoc magis hostis erit.

Et sane Adagium illud, tot nos hostes habere, quot seruos, quod tanquam Arrogans, & falsum reprehendit *Sen. Ep. 47.* dicens non habemus hostes, sed facimus, verius forte huc trahi posset, vt dicamus quot Creditores habemus, tot hostes, nec mirum, quoniam etiam Debitores, inimicos ap-
8 pellat *Sen. Ep. 19. ibi* leue æs alienum Debitorem facit, graue inimicum, & versiculus, *etiã Ioan. eudom.* de quo supra, hic legi potest, quo plus credideris, hoc magis hostis erit. Valet autem argumentum à correlatiuis, & positiue, & destructiue, & dispositum in eorum altero, censetur etiam in alio dispositum, quando non militat diuersa ratio, *vt doces euerard. in Topica in loco d Correlatiuis*, & in hoc satis docet experientia, quod plures reperiuntur Amicorum Inimici, quam Inimicorum
9 Amici, *iux. illud Ouid.* Tuta frequensque via est per Amici fallere nomen, vnde non solum non diligimus eos, qui nos oderunt, sed vix diligimus eos, qui nos diligunt, & Dilectio inimicorum præcipitur, sed non præsumitur, immo semper offenso inimico, inimicitia talrem grauis semper est Indicium Criminale aduersus inimicum ad inquirendum, & capiendum, & aliquando etiam ad torquẽdum, *vt post alios docet Clar. §. fin. com. opin. q. 21. vers. Inimicitia de quo latius Farinac. de Indicijs q. 49. n. 88. & seq.*

Cum ergo paupertas liberet ab ære alieno contrahendo, immo & a contracto, *vt dixi super in V. Actio*, liberat ab incõmodis, & malis, quæ supra tetigi, & ab alijs forsã enumeratis *à Plut. in opusc. de are alien. vitando* merito, & hoc inter paupertatis priuilegia collocabitur.

Sed dices id esse pauperis onus, & grauamen, non reperire mutuum, sic enim aliunde non habens, fortasse peribit. Huic obiecto pro me res-
10 pondit *Plut de are alien. vitan. ibi* Dices, at quomodo Alar(Hoc te rogare equm est, qui habes manus, pedes, vocem, qui homo sis? *& Paulo post.* si contenti voluissemus esse rebus ad vitam necessarijs, non esset fæneratorum genus, Luxus vt Aurarios, & Argentarios Fabros, & vnguentarios, ita fæneratores produxit, non enim panis, aut vini precium debemus sed prædiorum, mulorum, mensarum.

Ex quibus colligere potes remedium duplex, laboris, scilicet, & Parsimoniæ, de quibus *ego latius p. 3. inter Remedia paupertatis*, & consonat, *idem Plut. in princ. eiusd. opusc. ibi* Luxu mollitie, & prodigalitate adducti, fænore accipiunt, huius rei argumentum est, quod egeno pecuniam, nemo credit, & sic respondeant vltima primis.

Adde tamen pro Coronide, quod licet etiam Diuites aliquando sint liberi ab ære alieno, attamen liberi sunt actu, sed non etiam potentia,
11 pauper autem, & actu, & potentia, præterea Diuites sunt semper Debitores, si non hominibus, saltem fortunæ, cui fortunas debent, cum ab ipsa illas acceperint, vnde & ab eadem etiam nomen accipiunt. Hinc *Sen. Ep 87.* pauper inquit est, quia debet, nisi Iudices interesse, an quis ab homine, vel à fortuna mutuũ sumpserit, *& D. Greg. Hom. 9. in Euang. ad Matt. 25.* Lectio inquit Sancti Euang. sollicite considerare nos admonet, ne nos qui plus cæteris in hoc Mundo accepisse aliquid cernimur ab Authore Mundi, grauius iudicemur

mur

mur, cui consonat *Luc. 12.* Cui multum datum est multum quæretur ab eo, *& D. Petr. Crisol. serm. 26.* de Diuite, quid dicam, qui quanto plus habet, tanto amplius debet, & sic iuncto Seneca cum Gregorio, fortunam intelligemus esse Deum, prout intellexit *Sen. 4. de Ben. ibi* natura inquis hoc mihi præstat, non ne intelligis te, hoc cum dicis mutare nomen Deo, natura fatum fortuna, omnia Dei nomina sunt varie vtentis sua potestate, & illud quod ex Cleante refert *Sen. Ep 107.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt, *D. Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei c. 8.* interpretatur his verbis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt, enimj Senecæ sunt ni fallor hi versus, & hoc vltimo fatum appellauit Summi Patris voluntatem, & si sic intelligatur, ex Poetico Theologicum, efficietur Virgilianum Carmen.

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

Et ita etiam fatum prout est Prouidentia Diuina omnia ordinans est immobile, licet prout est in Causis secundis sit mobile, *vt docet D. Thom. p. p. q. 116. art. p. & 3.* & in his terminis confert *tex. p. Reg. 2.* Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat, *& Eccli. 11.* Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt. Aliquando tamen casus, & fortuna dicuntur habito respectu ad causas proximas non habito respectu ad Diuinam Prouidentiam secundum quam nihil temere fit, vt explicat *D. Thom. p. p. q. 116. art. p.*

PRIVIL. XII.

Aetas.

SVMMARIVM.

1 *PVbertas in masculo completur in 14. an. in fæmina in 12. & cur citius pubescat fæmina, quam masculus, cum tamen prius infundatur Anima masculi.*

2 *Fauore Alimentorum pubertas extenditur vsque ad 14. an. in fæmina, & vsq; ad 18. in masculo. Intellige quando sunt pauperes.*

3 *Adoptans debet plena pubertate idest 18. an. adoptatum præcedere.*

4 *Patrinus quot annis præcedere debeat filium spiritualem.*

5 *Aetas ad militandum apta, quæ sit, & quæ ad iudicandum n. 6.*

1 PVbertas in masculo completur in duodecimo quarto ætatis anno completo, in fæmina vero in duodecimo *§. nostra inst. tit. quib. mod. tut. fin. l. fin. C. quã tut. vel curator esse des.* Cur autem citius pubescat fæmina, quam masculus, præsertim cum prius infundatur anima masculi, quam fæminæ, *dixi Decis. Fer. 194. n. 10.*

2 Sed tamen speciali fauore alimentorum pubertas in fœmina extenditur vsque ad decimum quartum ætatis annum. In masculo vero vsque ad decimum octauum, vnde relictis Alimentis vsque ad pubertatem, debentur vsque ad ætatem prædictã, *tex. est in l. mela 14. ff. de Alim. & Cib. legat.* & pro singulari textum illum adnotauit, *Roman. sing. 598. incipit In materia.*

Hoc autem intelligẽdum videtur, quando persona, cui sunt Alimenta relicta est pauper, & non habet aliunde, vnde se alat, secus forte si est Diues *ad tex in d. l. mela ibi* pietatis intuitu *sensit Surd. de Alim. tit. 8. priul. 58. n. 8.* quoniam, vt ibi per eum, non militat pietas in Alimentis relictis Diuiti, & causa Alimentorum non videtur omnino pia nisi quando illa debentur pauperi, *vt infra dicetur in V. Alimenta* Vnde sequitur hoc esse priuilegium paupertatis potius, quam Alimentorum merito ergo nostrum hunc tractatum ingreditur.

3 Adde quod, id quod dictum est de decimo octauo anno non videtur omnino exorbitans, quoniã etiam Regulariter plena pubertas extenditur vsq; ad decimum octauum ętatis annum, *§. minorem inst. tit. de Adopt* vbi dicitur, quod Adoptans debet plena pubertate, idest decem, & octo annis adoptatum præcedere.

4 Et in simili leuans aliquem de Sacro fonte, quod debeat eum præcedere decem, & octo annis *sensit Ab. in c. debitum n. 3. de Bapt. quem refert Surd. de Alim. tit. 8 priul 58. nu. 6. licet referat Ancar. & Dec.* sensisse sufficere, quod præcedat quatuordecim annis, Immo quod non referat, an patrinus sit maior ætate, sensiunt *allegati per Barbos. de pot. Episc. Alleg. 25. n 29. quem refert Gauantus in man. Ep V. Confirmatio n. 19.* & quod sufficiat patrinos non esse minores natu annorum quatuordecim, statuit Cõcilium Prouinciale quintum, quod refert *Gauant. in eod man. seu Enchyrid. e V. Baptysmus n. 18.*

5 Sic etiam ętas apta ad militandum, videtur esse dicta plena pubertas annorum decem, & octo, *Licet Strozzius lib. 9. de Rep. post Aris. impressus* dixerit quod ætas ad militiam apta est post decimum sextum expletum. Olim tamen militaris ętas videtur fuisse annorum viginti, vt indicat, *tex. num. c. p. ibi* omne quod Sexus est masculini à viginti annis. & supra procedentium ad Bellum fuerunt sexcentum tria millia.

6 Adde etiam hic, quod ætas ad iudicandum apta est annorum 18. nam maior annis 18. potest esse Iudex *l. quidam consulebant 57. ff. de re iudic.*



PRI-

PRIVIL. XIII.

Alienatio I.

SVMMARIVM.

1 *IN Alienatione bonorum piæ causa requiruntur solemnia requisita in alien. bon. Eccles. & quid in bonis confraternitatum, præsertim, quando deputata sunt ad vsum pauperum n. 2. & quid in Bonis Hospitalis n. 3.*

4 *Alienationi Bonorum hospialis in casibus non permissis, opponere se potest quilibet de populo.*

5 *Personæ Pauperum opprimuntur, & Bona sæpe dissipantur, & capiuntur, & rapiuntur, ex copia prouenit inopia, & econtra, & generatio vnius fit ex corruptione multorum. Diuites sæpe pascuntur à pauperibus.*

1 AD Alienationem Bonorum piæ causæ requiruntur eedem solemnitates, quæ requiruntur in Alienatitione Bonorum Ecclesiæ, §. *quia vero Auth. de non alien. can. hoc Ius porrectũ 10. q. 2. Ang. in l. 2. C. de fid. Instrum. Io. Andr. Ant. Imol. Ab. in c nulli de Reb. Eccli. non alien. Tiraq. de Priuil. pia caus. priuil.* 137.

2 Et quamuis Bona Confraternitatum secularium alienari posse absque solemnitatibus prædictis, aliqui senserint, id tamen omni in casu limitatur, quando Bona prædicta ordinata sunt ad pauperes subleuandos, vel puellas misarabiles nubendas, tunc enim absq; solemnitatibus alienari non possunt *Menocch. de Recuper. poss. Rem.* 15. *n.* 36. *Ludouic. D. Perus.* 93. *n.* 5. *Nouar. post alios in praxi priuil. miserab. priuil.* 127. *n.* 4.

3 Quod in specie procedit in Bonis Hospitalis, (& sic in Bonis pauperum) *Castrens. Cons.* 269. *col. p. lib. p. incip. Dubitatur numquid Hospitale Tiraq. de priuil. pia caus.* qui tamen ait ad hoc videndum esse *Felinum in c. de quarta col. 2. de præscript. vbi à n. 2. vsque ad 9.* affert decem, & nouem parificationes inter Ecclesias, & Hospitalia, & inde etiam subnectit tres Declarationes, seu limitationes. Adde *Andream siculum in c. nulli de reb. Eccles. non alien. col. p. vers. & pondera subtiliter*, vbi firmat supradictam Conclusionem, ex hac expressa consideratione, quam dicit esse nouam, quia cum Bona Hospitalis deputata sint ad vsum pauperum, videntur fauore pauperum mereri priuilegium Ecclesiarum in alienatione ad euitandã dissipationem elemosinæ ipsorum pauperum, prout sic eius verba refert, licet non sequatur, *Felin. vbi supra* sensieus contrarium *post Card. in Clem. 2. in V. Illi autem sub fin. de Rel. Dom. & Castrens. cons. 95. in fin. & Laurent. de Rhodulph. in Rep. c. sine except. 12. q. 2. in vigesima q. & Bald. in Auth. hoc Ius porrectum C. de Sac. Eccles. col. p. & ibid. Castr. col. 2.* Sed ad confirmationem huius priuilegij ad pauperum fauorem, vide *quæ dixi in V. Ecclesia.*

4 Et nota hic. quod si Bona Hospitalis dissiparentur, vel sine causa alienarentur a Gubernatoribus, posset quilibet de populo eis resistere, & se opponere iniustæ alienationi, quando Episcopus esset in hoc negligens *ad tex. in §. si autem Laicorũ Auth. de Eccles. tit. quem ad hoc singularem dixit Felin. in c. de quarta 4. de præscript. n. p. vers. Concedo, quod si bona, & vide ad hoc, quæ dixi in V. Ciuitas in V. Inquisitio. in V. Officium Iudicis.*

Sed facilius erit forte reperire, qui assistant,
5 quam qui resistant huiuscemodi Alienationibus, ac Dissipationibus Bonorum pauperum, nam si personæ pauperum communiter opprimuntur, vt dixi in V. æqualitas, & dicam in V. oppressio, multo magis Bona pauperum, & vsurpantur, & dissipantur, & capiuntur, & rapiuntur quasi habeant Inscriptionem illam, qui potest rapere rapiat, & sicut aliquando ex aliorum copia, aliorum prouenit inopia. *vt dixit D. Bern. de inter Dom. c. 26.* ita etiam aliquando ex aliorum inopia prouenit aliorum Copia, & quasi Corruptio vnius fit genaratio alterius, immo etiam corruptio multorum fit generatio vnius, & quod detestabilius est Diuites ipsi pascuntur ex Bonis, & in Bonis pauperum, Immo & ex pauperibus ipsis, vt loquitur *tex. Eccli. 13. ibi*, venatio Leonis onager in Eremo, sic Pasqua Diuitum Pauperes, sed vide, quæ dixi in V. Sacrilegium.

PRIVIL. XIV.

Alienatio II.

SVMMARIVM.

1 *EX necessitate famis potest alienari ante tempus non obstan. Iure Congrui.*

2 *Ex necessitate famis alienari potest in extraneum nõ obstan. Statuto.*

Valet arg. à person. ad tempus.

3 *Quando periculum est in mora, alias prohibita permittuntur.*

4 *Ab omni lege, extrema necessitas est exempta, et quid si non sit extrema, sed grauis. n. 5.*

6 *Valet Statutum præferens aliquos in emptione, & propinqui præferebantur in lege veteri, & proximi, & consortes de Iure Digestorum, quod fuit à Codice sublatum.*

1 STante Statuto, vel Consuetudine Iuris congrui, vt præferantur vicini, vel Consanguinei in emptione intra certum tempus, poterit tamen Pauper Dominus, vendere, non expectato dicto tempore, stante necessitate famis *Bald. in trac. Protomiseos, col. pen. vers sed nunc quæro n. 3. Afflict. in eod. tract. §. 2. vers. sed iuxta hoc quærit.*

hic Bald. n. 16. Tiraq. de Retract. Lignag. §. 26. gl. p. n. 16. & 17. & 19. Benincas. de paup. q. 8. spec. 3. in contr. n. 26. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 44. n. 2 confert tex. in l. ait prator 7. ff. de Iur. Delib. ibi, vescendi gratia minui permittet.

2 Primo probatur, quia stante statuto, vt non possit alienari in extraneum, poterit tamen in extraneum alienari vrgente necessitate famis, si non inueniatur, nisi emptor extraneus, *Barbat. in Rep. Rub. de Reb. Eccles. non alien. col. 11. vers. vndecimo limita Tiraq. de Retrac. lignag. §. 16. gl. p. n. 16. & 18. Rolan. Cons. 56. n. 11. lib. 4* valet autem argumentum à personis ad tempus *l. qui plures liberos 38 ff. de vulg. & pup. vbi id notant Barbat. & Bald. Castr. & alij quos refert Euerard. & sequitur in Topica in loco à perso. ad temp. & probat tex. prallegatus ibi, ergo, & ad breue tempus,* vnde cum ex necessitate famis liceat alienare in personam prohibitam, licebit etiam tempore prohibito, seu ante tempus permissum.

3 Secundo probatur, quia quando est in mora periculum, permittuntur alias prohibita, & non attenditur Dilatio, vel expectatio alias præscripta, sed omnino reiicitur *ad tex. in l. si quis filio 6. §. quid tamen ff. de Iniust. rupt. & irrit. fac. test. ibi,* sustinenda est pæna, donec Princeps rescribat, sed si res moram non recipiat, punire Iudici permittitur, deinde scribere, *& ad hanc materiam vide Ias. in. l. p. ff. de off. eius, cui mand. est Iurid. n. 71. & Decium. in Rub. C. qui admitti nu. 6. & in c. prudentiam n. 55. de off. & pot. Iud. deleg.*

4 Tertio probatur, quoniam Iure poli ab omni lege extrema necessitas est exempta, Ita loquitur *tex. in c. exijt, qui seminat de verb. sig. in sex.* Certum est autem famem esse necessitatem extremam *vt probat eruditus Tiraq. in trac. de Retract. Lignag. §. 16. gl. p. n. 21. vsq; ad 30.* Immo generaliter etiam, & simpliciter dicitur, quod necessitas non habet legem, *vt probat gl. concordantibus adductis in l. p. ff. de off. Cons. in V. expedire, & dixi latius in V. furtum, & in V. necessitas.*

5 Ampliatur, vt principalis Conclusio procedat etiam, si necessitas non sit extrema famis, sed alia grauis, *Bald. et Castrens. quos refert licet non firmet Tiraq. de Retract. Lignag §. 26. gl. p. n. 31.*

Nec dicatur hoc esse priuilegium famis, potius quam paupertatis, nisi vera sit Ampliatio prædicta; quia Respondeo, quod præscindendo etiam & abstrahendo ab Ampliatione, adhuc id erit priuilegium paupertatis, non tamen cuiusqunque, sed extremæ, negari enim non potest, quin ex prędictis, fames sit vera paupertas extrema, cui tenemur etiam ex naturali præcepto, ac Diuino subuenire, *vt dixi in V. Elemosina.*

6 Vltimo ad materiam nota, quod valet Statutum, vel Consuetudo præferens in emptione vicinum, vel Consanguineum *c. constitutus 8. de in integ. Rest. Tiraq. de Retr. Lignag. in praf. n. 13. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 44. n. p. & confert tex. Hierem. 32. ibi,* eme tibi Agrum meum, tibi enim ex propinquitate competit, vt emas, & idem cõcedebatur etiam de iure digestorum, vt proximi, vel Consortes in rerum emptione præferrentur extraneis, sed in Cod. constitutum est, vt non teneatur, quis proximos, vel Consortes in venditione præferre superiori lege cassata, quæ inani honestatis colore valebatur, *vt dicitur in l. Dudum 14. C. de contr. empt.* quæ propterea seruanda erit vbiqunq; non vigeat contraria lex statutaria, vel consuetudinaria.

PRIVIL. XV.

Alienatio III.

SVMMARIVM.

1 *Fundus Dotalis alienari non potest, etiam à viro simul, & vxore, & maritus pot. alienationem etiã iuratam reuocare, et vxor alienare, nequit etiam ad filiam dotandam.*
2 *Fundus Dotalis alienari potest, ex necessitate famis.*
3 *Dos in Bonis mariti est, mulieris tamen est.*
4 *Prohibitio alienationis fundi Dotalis non includit alienationem necessariam.*
5 *Potest vxor alienare fundum Dotalem pro alimentis suis, & suorum.*
Pro excarcerando paupere marito potest vxor alienare Dotem dummodo non remaneat indotata.

1 Qvamuis fundus Dotalis alienari non possit, neque ab vxore, neque à marito, neq; ab vtroq; *Inst. tit. quib. alien. licet, vel non in princ. tot. tit. ff. & Cod. de Fund. Dot. docet post alios Surd. D. 86. n. p. & 2.* vbi quod maritus alienans, potest Alienationem, etiam iuratam reuocare, & venire contra factum proprium, & vxor non potest alienare, etiam ad dotandam propriam filiam *vt ibi per eum n. 3.*

2 Potest tamen Pauper maritus ex necessitate famis fundum dotalem alienare *Io. Fab. in §. p. col. 2. inst. quib. alien. lic. vel non Ang. ibid. col. p. in fin. Tiraq. de Retract. Lignag. §. 26. gl. p. nu. 23.* vbi tamen ait, quod ob aliam quamqunq; necessitatem non potest *arg. tex. in l. 2 C. de patrib. qui fil. distrax.*

3 Idemq; dicendum videtur in vxore, vt ex eadẽ necessitate famis possit fundum dotalem alienare, quia quamuis in Bonis mariti Dos sit, mulieris tamen est, *vt loquitur tex. in l. quamuis 78. ff. de Iur. Dot.* & quia melius est mulierem indotatam viuere, quam dotatam mori.

4 Sed quod ex causa necessitatis possit fundus dotalis alienari, simpliciter asserit *Berous cons. 36. n. 14. lib. 2. & Rim. Iun. cons. 364. nu. 34. lib. 4.* prohibitio enim alienandi fundum Dotalem, non includit alienationem necessariam *l. p. vbi Bart. ff. de*

ff. de fund. dot. gl. inst. tit. quib. alien. licet, vel non in verf. sexto prohibetur Azzo. in sum. de fundo Dotali. 8. & post Bald. & Nattam Surd. D. 86. nu. 8. Buratt. in Romana Domus, seu Saluiani D. 749. nu. 2. & 6.

5 Amplia vt vxor pro alendo paupere marito, & generaliter pro alendo se, & suos, quando aliunde non habent, possit alienare fundum Dotalem, *pobat Natta consl 547. n 19. reprobans Baldum in contrarium allegatum Rom. Iun. cons. 57. nu. 40. lib. p. Surd. post alios de Alim. tit. 8. priul. 36. n. 4. & 5. & D. 86. n 7.*

Confert ad idem *tex. in l. mutus 78. §. manente ff. de Iur. Dot. ibi* manente matrimonio non perditurae vxori Dos reddi potest, vt se suosq; alat, vt relegato parenti praestet alimoniam, vt egentem virum, fratrem, sororemq; sustineat.

6 Ampliatur vt vxor possit alienare, saltem partem fundi Dotalis ad eximendũ e carceribus pauperem maritum, Ita re discussa censuit *Senatus Mantuanus D. 86. n. 3 coram Surdo, qui tamen nu. 10.* asserit sibi dictam Decisionem, non ad modum placuisse *Buratt. in Roman. nullitatis contractus D. 783. n. p. & 2.* vbi quod potest vxor Dotem obligare ad virum subleuandum, dummodo non remaneat penitus indotata, & saltem pro medietate Dotis, vt ibi.

PRIVIL XVI.

Alienatio IV.

SVMMARIVM.

1 *PRO constituenda, vel Restituenda Dote Pauperis descendentis Alienantur Bona fideicommissaria. & an pro constituenda Dote iam nuptę n. 2. & an superuenientibus Diuitijs in Dotante fiat Reintegratio fideicommissi n 3.*

Facta Restitutione Dotis ob viri inopiam, licet is Diues fiat, Dotem non recuperat.

5 *Beneficium Auth. Res quae procedit iuxta limites necessitatis.*

6 *Beneficium dictae Authenticę, an cesset, quando vxor habuit scientiam fideicommissi.*

1 PRO constituenda, vel restituenda Dote pauperis descendentis possunt alienari Bona fideicommisso subiecta *Auth. Res quae C. Com. de Legat. ibi,* sed si liberis portio legitima non sufficiat ad Dotis, &c. *§. si vero Auth. de Rest. & ea, quae parit in vndec. mens. ibi.* Aliam non habens substantiam, *& post alios docet Menoch. de pres. lib. 4. pras. 189. per tot. Pereg. de Fideic. art. 42. nu. 66. Fusar. de subst. q. 132. n. p. & seq. & nu. 33. Surd. D. 162. n. p. & 3. Costa de Rem sub. Rem. 6. n. p.*

2 Amplia 1. vt procedat Conclusio, etiam pro constituenda Dote descendentis pauperis iam nuptae, *extradiţ.s post gl. Ang. Alex. Ias. Curt. Natt. per Costam de Rem. sub Rem. 64. n. 2. qui tamen refert ibi Peregrinum contrarium sensientem.*

3 Amplia 2. vt etiam superuenientibus Diuitijs in patre Dotante, adhuc Dos ob paupertatem, tunc vigentem legitime constituta, firma maneat adeo, vt non debeat fieri Reintegratio fideicommissi, quia id nullo Iure cauetur *ad tex. in l. 2. ff. de Itin. act. priu. Ita probat Costa de Rem sub Rem. 6. n. 8.* reprobans peregrinum contrarium sensientem *in trac. de fid. art. 42. n. 70.* & adducens simile, *quod Beneficium Legis si constante ff. sol. matr.*

4 semel essequtum ob viri vergentiam, ad Inopiam non cessat ob superuenientiam Diuitiarum eiusdem viri, *vt concludit Alex. in d. l. si constante nu. 39.* & simile in Beneficio Authenticae praeterea. *vide infra in V. Coniux.*

5 Limita, & Declara, vt Conclusio, & Beneficium Autenticę res quę procedat solum quatenus necessitas exigit, & iuxta limites necessitatis, & non vltra *Gabr. cons. 128. n. 5. lib. p. Gratian. discept. Forens. lib. 3. c. 570. nu. 10. Rota in Anconitana Censuum D. 351. n. 19. p. 5. Diuers.*

6 An autem Beneficium dictae Autenticae Res, quae cesset in Dote restituenda Vxori stante eius scientia fideicommissi *dixi D. Fer. 138.*

Alia ad materiam huius Conclusionis, vide apud preallegatus *Menocch. Peregr. Fusar. Surd. Costi.*

PRIVIL. XVII.

Alienatio V.

SVMMARIVM.

1 *RES alienari prohibita, potest in piam causam alienari, & in specie pauperum fauore pro erectione Hospitalis.*

2 *Bona emphyteotica alienari non possunt in locum, qui non moritur.*

3 *Pauperum causa est valde pia, & multę non sunt pię nisi cum paupertate coniuncta.*

1 RES alienari prohibita, potest tamen in piam Causam alienari *Ang. in l. quidam ita test. §. fin. ff. ad Treb. & post alios Tiraq. de priuil. piae caus. priuleg. 102. Nouar in praxi priuil. miserab. priul 64. n. 2.* vbi in specie firmat ad fauorem pauperum, & miserabilium Bona fideicommisso subiecta alienari potuisse pro erectione Hospitalis.

2 Pro moderatione, tamen nota, quod aliquãdo aliqua, quae possunt in alios quosqunque per alienationem transferri, non tamen alienari possunt in piam causam, hoc est in locum pium, Huiusce modi sunt Bona emphyteotica, non quidem ex eo; quod obstet Causa pietatis, sed quia potius obstat causa perennitatis, & perpetuitatis ipsius

loci

loci Pij, qui nunquam moritur, ex quo sequitur manifestũ præiudicium Domini directi, qui nunquam potest deuolutionem sperare, de quo *dixi ego D 5. n. 11.*

3 In casibus autem in quibus fauore piæ causæ inalienabilia possunt alienari, poterunt etiam indubitanter fauore pauperum, quorum causa est potissimum pia, Immo paupertas est sæpe formalis ratio pietatis, & multæ causæ non sunt piæ, nisi quatenus sunt cum Paupertate coniunctæ, dixi *in V. Alimenta in V. Dos, in V. Merces, in V. Pia Causa.*

PRIVIL. XVIII

Alienatio VI.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommißaria alienantur ex necessitate alimentorum grauati, quæ dicitur necessitas naturalis.*

2 *Alienari prohibita, ex causa necessitatis alienantur. Alienatio necessaria non subiacet legum solemnitatibus. Decurio ex causa necessitatis alienat.*

3 *Alienatio Bonorum fideicommissariorum ex causa necessaria, fit sine consensu vocatorum.*

4 *Possunt alienari Bona fideicommißaria ad eximendum pauperem grauatum carceratum pro debito, et quid si ex culpa, vel Delicto debitum contraxit n. 5.*

6 *Pro alimentis grauati Bona fideicommissaria alienantur, etiam si sit fideicommißo vocata pia causa.*

7 *Bona fideicommissaria alienantur, etiam pro necessi-*
8 *tate alimentorum filiorum grauati.*
Ac etiam pro eximendo filio eiusd. grauati carcerato saltem pro debito.

9 *An Bona maioratus alienentur ex necessitate Alimentorum.*

10 *Ex necessitate ex qua potest alienari, multo magis potest retineri.*

11 *Pro necessarijs alimentis valet alienatio à delinquente facta, etiam post Delictum, & accusationem, licet adsit pœna publicationis ipso Iure.*

12 *Quando testator prohibuit alienationẽ etiam pro Alimentis, an sit eius lex seruanda.*

13 *Bona fideicommisso subiecta ab extraneo non alienantur etiam ex causa Alimentorum.*

14 *Bona fideicommißaria, an & quan. possint alienari ad liberandum grauatum carceratum ex Delicto.*

15 *Pater non præsumitur, qui non diligit filium, parentes magis torquentur in liberis.*

16 *An quando grauatus incidit in paupertatem propria culpa possit pro alimentis alienare Bona fideicommißaria.*

17 *Ad alienationem bonorum fideicommisso subiectorũ requiritur extrema necessitas. Ad Alienationem rei litigiosæ requiritur præcisa necessitas, & causatiua non sufficit.*

18 *Bona fideicommissaria alienari possunt ad limites necessitatis, & non vltra, & illa cessante, tenetur hæres, fideicommissario satisfacere.*

19 *Alienatio inalienabilium permittitur ex necessitate fatali, vel naturali tantum.*

20 *Necessitas reparandi Domum dicitur naturalis, & præstat Iustam causam alienandi, vt ibi.*

21 *Inopia debitoris facit præsumi alienationem in fraudem creditorum.*

1 Bona fideicommisso subiecta possunt alienari ab hærede grauato pro eius alimentis, si adeo paupertate grauatus est, vt non possit aliunde sibi victum quærere *gl. in c. Sacrorum 12. q. 2. gl. p. in l. quemadmodum quam ibi probat Bart. C. de Agric. & Cens. gl. in l. ob as C. de prad. min. quam sequitur idem Bart in Auth. Res qua in fin. C. Com. de Legat. Castren. in l. Sancimus in pen. not. C. de Sac. Ecclef. Jas. in l. Marcellus §. Res quæ ff. ad Treb. Barbat. in Rub. de Reb. Eccles. non alienan. col. 10. vers. vndecimo limita Benincas de paupert. qu. 8. Spec. 10. in contr. n. 14. qui allegat etiam Tiraq. de Retr. Consang. § 26. gl. p. n. 14. ibi tamen hoc non dicit, sed aliquid n. 12. Ruin. cons. 199. n. 8. lib. 2. Couar var. Resol. lib. 2. ca. 16. sub fin. Cassad. D. vnic. in fin. demut. petit. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 182. nu. 6. & 25. & seq. & de præs lib. 4. præs. 192. n. p. Simon de pret. de interpr. vlt. vol. lib. 4. Dub. 11. n. 73. Fusar de Subst. q. 727. & prius & latius q. 535. & seq. Surd. de Alim. tit. 8 priu. 19. n. p. & seq. Rota coram Seraph. in Rom. viridarij D. 925. n. 2. & coram Coccino in Viterbien. fideicommissi D. 104. n. 3.* vbi quod maxime procedit in necessitate Alimentorum pro se, & liberis cum illa dicatur necessitas naturalis.

2 Ratio Conclusionis est, quoniam generaliter, alienari prohibita, permittuntur, alienari ex causa necessitatis *ad tex. in l. filiusfam. 117. §. Diui ff. de Leg. p. & in l. cum. fidei 9. ff. de fid. lib. & in l. Alienationes 13. ff. fam. ercisc. & in l. Reo 41. ff. de solut. & in ca. 4 de Reg. Iur. Bald. in l. 2. C. si aduers. vendit. & in Auth. Hoc Ius porrectum col. fin. C. de Sac. Eccles. Gerard. Sing. centesimo in fine quod est vltimũ incipit necessitas Beninc. de paup. d. q. 8 spec. 10. in cõtr. n. 10. Tiraq. de retract. Lignag. §. 16. gl. p. n. 18 Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 19. n. 2. & 3.* & generaliter Alienatio necessaria non subiacet Legis, vel statuti prohibitioni, seu Dispositioni *ad tex. in l. Alienationes 13. ff. fam. ercisc. & in d. l. Reo 41. ff. de solut. & tradita per Bart. in l. 3. §. vtrum ff. ad Syllan. & per Bursatt. in terminis causa alimentorum cons. 14. n. 29 & 30. lib. p. & per Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 35. n. 4. Adde tex. in l. p. C. de prad. Decurion. lib. 10.* vbi quod Decurio vendere non potest, nisi cum Decreto Iudicis, cui causas omnes necessitatis, quibus strangulatur, exponet, vt ibi dicitur.

3 Amphatur 1. vt in Alienatione bonorum fideicommisso subiectorum facta ex causa necessitatis,

non requiratur Consensus vocatorum ad fideicommissum *Bald. in d. l. cum fidei C. de fideicom. et in c. p. §. necessitate tit. qualiter feudum olim poter. alien. Menocch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 182 n. 16.*

4 Ampliatur 2. vt liceat alienare Bona fideicommisso subiecta, et am od eximendum grauatum carceratum ab proprium ęs alienum si non habet aliunde, vnde soluat *Tiraq. de vtroq; Retract. p. p. §. p. gl. 14. nu. 11. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 23. & seq. Peregr. de fideicom. art. 4. n. 20. & seq. & post alios Fusar. de substit. q. 535. nu. 8. vers. secundus casus est.*

Secus autem esset si grauatus fideicommisso, esset grauatus ęre alieno, sed non carceratus, quia pro dissoluendis huiusmodi Debitis proprijs non liceret ei alienare, vel hypotecare Bona fideicõmissaria *l. peto 71. §. prædium ff. de Leg. 2. l. fin. §. sin autem sub cõditione C. Com. de Legat. Ruin. cons. 93. lib. p. Rot coram Seraphyn. in d. Romana viridarij D. 925 n. p.*

5 Ampliatur, vt procedat hæc Ampliatio, etiam si grauatus, propria culpa contraxisset Debita, pro quibus reperitur carceratus, adhuc enim pro excarceratione alienare liceret, vt supra *Ias. in Auth Res quæ n. 20. C. Com. deleg. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum n. 67. de Constit. Tiraq. de leg. Connub. gl. 6. in fin. Fusar post alios de substit. d. q. 535. n. 10. vbi tamen n. 11. refert sensientes contrarium*, sed tu vide infra in limitationibus.

Declaratur, seu iterum Ampliatur, vt etiam si grauatus non solum ex culpa, sed ex Delicto proprio in necessitatem inciderit, adhuc tamen ei subueniri possit, & debeat ex bonis fideicommisso subiectis, saltem per modum eleemosinę, præsertim, vel saltem si sit ex descendentibus fideicommittentis *Soc. Sen. in l. Marcellus §. Res quæ ff. ad Treb. n. 4 in fin. Crotus in l. filius fam. §. Diui De leg. p. n 66. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 182. n. 64. & de præs. lib. 4. præs. 192. n. 16. in fine Fusar. post alios de subst. d. q. 535. n. 3. & 13. & 21.*

6 Ampliatur 3. principaliter, principalis Conclusio, vt etiam si Restitutio fideicommissi facienda esset pię causę, adhuc necessitas grauati, præsertim ex causa Alimentorum præstet iustam causam alienandi *Roman. cons. 167 per tot.* argueus à Dote ad Alimenta *Mandos ibid. in addit. adducens Bald. & Ias. & Tiraq. de priul pię causæ priuil. 102. Rota coram Coccino in d. Viterbien. fideicommissi D. 104. n. 4.*

7 Ampliatur 4. vt non solum pro necessitate Alimentorum propria, sed etiam filiorum, & familię grauati licita sit Alienatio prædicta *Menoch. de præs. lib. 4 præs. 191. n. 7. Surd. de Alim. tit. 7. priuil. 19. n 5. & post Bald. Lambertin. & Intrigliol. Fusar. de subst. q. 536. n. 3.*

8 Ampliatur 5. vt permittatur Alienatio Bonorum fideicommisso subiectorum, etiam pro eximendo a carcere filium grauati *Bald. in Auth. Res quæ C. Com deleg. n. 11. Fulgos. ibid. n. 7. Alex. in l. quãuis n. 11. ff sol. matr. & in l. Marcellus §. Res quæ n. 3. ff. ad Treb. Surd. D. 86. n. 6.* vbi subdit, quod licet hæc opinio dubia sit quando quis est carceratus ob Delictum, est tamen vera quando pro Debito priuato detinetur, *vt ibi per eum.*

9 Ampliatur 6. vt Conclusio procedat etiam in Bonis Maioratus *Padilla in Auth. Res quæ n. 79. C. Com. Delegat. Peregr. de fid. art. 41. n. 98. in fine Fusar. de subst. q. 536. nu. 5. Surd. de Alim. tit. 8. n. 3.* licet referat molinam, & Cordubã contrariũ sensientes.

10 Ampliatur 7. vt pauper ex eadem necessitatis causa ex qua potest alienare, multo magis possit retinere, & non restituere Bona Restitutioni subiecta *ad tex. cum ibi not. in c. cum tu de vsur. & ad notata per gl. in c. quia frustra eod. tit. de vsuris, & tradita per DD. in c. olim 2. de Rest. Spol. & per Archid. in Can. pauper 11. q. 3. Benincas. de paup. q. 8. spec. 10. in contr. n. 23 Surd. de Alim. tit. 8. priul. 18. n. 6.*

11 Ampliatur 8. vt etiam in Casibus, in quibus Bona delinquentis ipso iure publicantur, adhuc etiam non solum post Delictum, sed etiam post accusationem possit delinquens alienare pro suis necessarijs Alimentis *Bart. in l. post contractum nu. 12. ff. de Donat Picus ibid. nu. 44. Gomes in tract. Delictorum to. 3. c. 14 n. 4. Surd. de Alim. tit 8. priul. 35. n. 4.* vbi in fine ampliat, vt etiam post sententiã ex causa prędicta Alienatio sustineatur.

12 Limitatur 1. Coclusio sic ampliata, quando testator prohibuit Alienationem, etiam ex causa necessitatis Alimentorum, quoniam eius Lex quamuis Dura, seruanda est *Cotta in memorial. incipit Dos habet vers. secundo nota Cephal. Cons. 330. n. 36. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 18. n. 8. Petra. de fid. q. 8. n. 313. Fusar. de subst. q. 535. n. 17. & q. 536. n. 6.* videtur tamen posse dubitari de veritate huius limitationis, præsertim quando necessitas esset extrema, quia tunc talis prohibitio, tanquam præcepto Charitatis opposita videretur, non subsistere, Ad quod vide, *quæ dixi in V. Testator.*

13 Limitatur 2. vt Conclusio non procedat in fideicommisso, ordinato à non ascendente, *vt probat Fusar. de subst. q. 536. n. 8. Rota coram Seraph. in d. Romana viridarij D. 925. n. 2.* vbi quod Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro necessarijs Alimentis, quando sumus in descendẽtibus Testatoris, non autem in extraneis.

14 Limitatur 3. quia carcerati propter debitum proprium non possunt alienare Bona fideicõmisso subiecta, vt se eximant à carceribus, *Castr. in Auth. Res quæ n. 13. C. Com. de leg. Ias. ibid. n. 20. & 32. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum n. 67. de Const. Boer. D. 128. n. 2. p. p. & post alios, & communem Surd. de Alim. tit. 6. priul. 12. n. 17. & post alios plures Fusar. de subst. q. 535. nu. p. qui tamen nu. 2.* refert alios pro contraria, & pro vtraque sententia, refert etiam Authores. *Menocch. de Arbi-*

Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 45. et seq. vbi probat primam opinionem, & sic tertiã hanc Limitationẽ.

Limitatur tamen hęc Limitatio in Descendentibus testatoris, qui carcerati et am ob delictum videntur posse alienare Bona fideicommissaria, vt se à carceribus eximant, si non habeant aliunde, quia praesumitur, quod si parentes casum hunc praeuidissent, seu praecogitassent, Alienationem verisimiliter concessissent. *Ita post Alex. Soc. Crot. Petr. Menocch. tradit Fusar. de subst. q. 535. n. 3. licet. n. 4 referat Couar. contrarium sentientẽ,*

15 de quo tamen subdit non esse curandum, quoniam ille tanquam Episcopus non cognouit in effectu, quantus sit Amor parentum in filios, Ad quam materiam, noto quod non praesumitur pater, qui non diligit filium, vt probat Iudicum Solomonis. *ad tex. in c. Afferte 2. de praes. & docet Alciat. de praes. Reg. p. praes. 14 ad idem adde tex in l. Isti quidem 8. ff. quod met caus. ibi,* non interest, an quis in se, an in liberis metum patiatur, cum pro affectu, parentes, magis in liberis terreantur.

16 Limitatur 4. quando quis facto, & culpa sua incidit in paupertatem, seu necessitatem, quoniam ex tali necessitate non licet alienare Bona fideicommisso subiecta, *ad tex. in c. ex parte 19. de consuet. cum gl. in V. prodigalitatis vitio Bald. cõs. 20 lib. 2. Barbat. ad Bart. in l. quamuis ff. sol. matr. Pisan. inter Consilia Bruni cons. 117. n. 184. Crauetta in Responso pro genero n. 32. & seq. & n. 386 Tiraq. de Retrac. Lignag. §. p. gl. 14. nu. 15 Menocb. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 37. Boer. D. 44. n. 27. p. p. Osasch. D. 167. n. 29. qui ibid. n. 2. et 3.* refert species necessitatis *Coccin. in d. Viterbien. fideicommissi D. 104. n. 7.*

Limitatur tamen haec Limitatio in filio testatoris, qui ex culpa praesertim non affectate ad casum ordinata incidisset in necessitatem, nam ex coniecturata mente fideicommittentis videretur posse alienare, vt se redimeret à periculo mortis, captiuitatis, famis, vel simili *ad trad. per Fulgos in Auth. Res quae C. Com. de Legat. Crot. in l. Filius fam §. Diui n. 66. ff. de leg. p. Alex. in l. Marcellus §. Res quae n. 3. ff. ad Trebell. Soc. Iun. ibid. nu. 4. in fine Menoch de Arbitr d. cas. 182. nu. 64. & 65. nec dissentire videtur Rota coram Coccino d. Viterbiens. fideicommissi D. 104. n. 10.*

Limitatur etiam eadem Limitatio, vt si quis haeres ex culpa, saltem non praeordinata incidisset in paupertatem, adhuc tamen ei ex Bonis fideicommisso subiectis subueniri posset, per modum eleemosinę *Dec. in c. quae in Ecclesiarum n. 3. de Const. vers. tertius, et vltimus casus Couar. var. Resol. lib. 2. c. 16. n. 9. Menocb. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 45. & 51. Rota coram Coccino in d. Viterbien. fideicommissi D. 104. n. 9.*

17 Limitatur 5. vt licita sit Alienatio Bonorum fideicommisso subiectorum, non pro qualibet paupertate, sed pro extrema tantum *ad trad. per Benincas. de paupert. qu. 8. spec. 10. in contr. nu. 4. Magon. D. Flor. 50. n. 27. et 28.* vbi quod non potest hęres alienare, nisi sit egenus, ita quod aliunde vitam degere non possit, sic etiam ad Alienationem Rei litigiosae necessitas causatiua non sufficit, sed praecisa requiritur *ad tex. in l. Alienationes 13. cum ibi not. ff. fam Ercis. & in l. fin. post princ. ff. de fund. Dot. & probat Cephal. Cons. 64. n. 10. & seq. lib. p.*

18 Limitatur 6. vt Alienatio in casibus praedictis permittatur ad Limites necessitatis, & non vltra, *vt post alios tradit Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 32. Petr. decis. q. 98. nu. 311. Simon. de pret. de interpr. vlt. vol. fol. 73. nu. 23. Fusar. de subst. q. 515 n. 22. & seq.* vbi quod durat facultas alienandi durante necessitate, & non vltra, & si grauatus deueniat ad pinguiorem fortunam, & acquirat, tenebitur satisfacere fideicommissario, de quo tamen *vide quae dixi sup priuil. 19.*

19 Limitatur 7. generaliter, vt Alienatio inalienabilium, quae permittitur ex causa necessitatis permittatur, quando necessitas est fatalis, vel naturalis, secus quando est ex data opera *Bald. Cons. 180. Boer. D. 44. n. 27. p. p. & post alios Menocb. de Arbitr. cas. 182. n. 24. & duob. seq* qui loquitur in feudo, & in fideicommisso, *Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 8 n. 7.*

20 Ad materiam, Adde quod necessitas reparandi Domum Ruinosam, dicitur necessitas naturalis, quae tribuit Iustam causam Alienandi *ad tex. in l. non solum 5 §. p. ff. de Alien. Iud. mut. caus. fact. Socini in l. Marcellus §. Res quae ff. ad Trebell Crauetta in Responso pro Genero n. 94. Magon. D. Lucens 33. n. 11.* quod tamen forte videtur intelligendum, quando Dominus Domus est pauper, & non habet aliunde, vnde reficiat, Ad quod vide *quod dixi in V. Venditio.*

Adde etiam ad materiam, quod Inopia Debitoris facit praesumi Alienationem fuisse factam in fraudem Creditorum *ad tradita per Giurbam Decis. 62. n. 5. & 15.*

PRIVIL. XIX.

Alienatio VII.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiae licet inalienabilia, possunt tamen alienari pro pauperum necessitate, vt n. 2. & & pro alijs causis, de quib. ibi.*

3 *Etiam res Sacrae possunt alienari pro pauperum necessitate.*

4 *Sumitur Anima aliquando pro vita, & pro homine toto.*

5 *Salus animae alijs omnibus, ac etiam vita praeferenda est.*

6 *Res Sacrae antequam vendantur, franguntur.*

7 *Pro necessitate pauperum alienantur bona prohibita*

alienari à lege simul, & ab homine, quando alia non adsunt vt n. 9.

8 *Nemo potest facere, quin leges in suo testamento, vel contractu locum habeant.*

10 *Pro pauperum necessitate prælatus Alienat, licet iurauerit non alienare.*

11 *Sola præcisa necessitas, & euidens permittit Alienationem rerum Ecclesiæ.*

12 *Non licet alienare Bona Ecclesiæ ad redimendum iuste damnatum.*

Pietas est, Impios punire.

13 *Pro pauperum necessitate alienantur Bona Ecclesiæ seruatis tamen solemnitatibus. Ad Alienationem Bonorum Eccles. requiritur causa, & solemnitas.*

14 *Quando necessitas vrget, & Dilationem non patitur fit Alienatio sine solemnijs.*

15 *Alienatio rerum Ecclesiæ pro quauis necessitate fieri non pot. nisi ab Ecclesiastico. & feudum Ecclesiæ, etiã ob inop. à ipsius feudatarij non alienatur ab eo.*

16 *Ad Principem Laicum de Ecclesiasticis, sola Reuerentia pertinet.*

17 *Relictum pro pauperibus non potest ab Episcopo pro captiuis conuerti, Melius in seruitute viuere, quam in paupertate mori.*

18 *An Relictum factum pauperibus conuerti possit in fabricam Ecclesiæ.*

1 QVamuis Bona Ecclesiastica sint adeo inalienabilia, vt nec etiam ab ipso summo Pontifice alienari posse olim constituerit Simmacus Papa in can., non *licent 12. q. 2 ibi* non liceat Papæ prædium Ecclesiæ Alienare aliquom do pro aliqua necessitate, nec in vsumfructum lucradare, sed tantummodo Domos, quæ in quibuslibet vr-
2 bibus non modica impensa sustentantur; possunt tamen Bona Ecclesiæ alienari, sicut pro Redemptione Captiuorum; ita pro vrgenti pauperum necessitate, ne fame, vel frigore pereant *gl. pen. in l. Sancimus 17. C. de Sac. Eccles. quam comprobant ibi Bart. & Bald. gl. in sum. 12. q. 2. in V. quæritur in princ.* vbi recenset quatuor causas, ex quibus possunt Bona Ecclesiastica alienari, scilicet causa necessitatis pro Debito Ecclesiæ: Causa pietatis pro Redemptione captiuorum, & alimonia pauperum: Causa vtilitatis ipsius Ecclesiæ, & causa commoditatis eiusdem *Bald. cons. 368. lib 3. vers. secundus casus in cip. factum 1. de est Guid. Pap. quæsen D. 594. Beninca. de paup. q. 8 sp. 4. in concr. n. 81. Euerard. in loco à pari vers. ex quo sequitur primo Berous cons. 31. n. 9. lib. p Rolan. cons. 56. nu. 12. lib. 4 Tiraq. de Retract. lign. §. 26. gl. p. n. 18. & de priuil. piæ causæ priul. 103. Odd. de Res in integ. p. p. q. 3. art. 7. nu. 50. Menocch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 180. nu. 30. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 46. n 3. Barbos. de potest. Episc. alleg. 95. n. 58. Gauant. in enchirid. seu man. Ep. in V. Alienatio Rerum Ecclesiasticarum n. 31.*

Probat Conclusionem *tex. in l. Sancimus nemini 17. C. de Sac. Eccles. ibi Captiuitatis, & famis, & in c. fin. 16. q. p. vbi Hieron. ad Damas.* quicquid habent Clerici pauperum esse dicit, *& in c. quia nostra eod. caus. 16. q p.* vbi Bona Ecclesiastica dicuntur Patrimonia pauperum, *& in c. Caueamus 23 q. 8 vbi Ambros. ad Marcellinam sororem Ep. 33.* omnia inquit, quæ mea sunt, pauperum sunt, *& in c. aurum 12. q. 2 vbi ex eod. Ambros. lib. 2. de offic. c. 28.* dicitur Aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget, & succurrat in necessitatibus pro Alimonia pauperum, *& ibid. etiam dicitur,* Cur passus es tot Inopes fame mori?. *& in c. p. de priuil. in extrau. com. ibi* Debemus intelligere super egenum, & pauperum, quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.

3 Ampliatur 1. vt non solum Res Ecclesiasticæ, sed etiam alijs deficientibus Res Sacræ possint alienari ex causa prædicta pauperes alendi, ne fame pereant, & ita de rebus etiam Sacris loquuntur præallegati, *& præsertim gl. in d. l. Sancimus C. de Sac. Eccles. in V. Animas ibi,* eadem ratione dicas pro Alimentis pauperum fieri alienationes quoniam Animæ hominum, quibusquunque vasis, vel vestimentis, licet Sacris præferuntur, *& adde Aretin. in §. Sacræ Inst. tit de Rerũ Diuis. & Rim. Sen. cons 48. n. 23. lib. p. ita probat tex. Diui Ambros. in can. aurum 12. q. 2. ibi* Aurum Sacramenta non quærunt, ornatus Sacrorum, Redemptio captiuorum *iuncta d. l. Sancimus 17. C de Sac. Eccles.* vbi fames, & captiuitas æquiparantur, ibi captiuitatis, & famis, & iterum *tex. in d. can. aurum ibi* melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quam metallorum, Idemque probat expresse *tex. in d. l. Sancimus 17. C. de Sac. Eccl. ibi,* Sacratissima, atque arcana vasa, *& in fine ibi,* non absurdum est Animas hominum, quibusquunque vasis, vel vestimentis præferri.

4 Vbi obiter nota, quod sumitur Anima pro vita *ad gl. ibi in V. Animas* Animas exponentem, idest Animata corpora, sic etiam sumitur Anima pro vita *Act. Ap. 20. ibi,* non facio Animam meam pretiosiorem, quam me, *& Iob. 2.* pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo dabit pro Anima sua, *& Exod. 20* Reddat Animam pro Anima. *& Io. 10.* Bonus Pastor Animam suam ponit pro ouibus suis, *& Io. 12.* qui amat animam suam perdet eam, & qui odit Animam suam in hoc Mundo, in vitam æternam custodit eam, *& Luc. 14* qui non odit Patrem, Matrem, & Animam suam non potest meus esse discipulus, sic & alibi sumi videtur Anima pro homine ipso, *vt Gen. 14.* Da mihi Animas, cætera tolle tibi, *& Gen. 46.* Genuit Ioseph sedecim Animas, *& Ezecch. 18.* Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, *& Gen. 37* non interficietis Animam eius, nec effundatis sanguinem.

5 Nota etiam obiter hic, quod licet vera sit propositio, quod Anima idest salus Animæ spiritualis præferenda sit rebus omnibus, ac etiam vitæ, &

ea

ea communiter à DD. deducatur, *ex tex. in d. l. Sancimus 17. C. de Sac. Eccles.* vere tamen ex eo non bene deduci videtur cum ibi solum sit sermo de Anima, idest de vita ipsa hominis temporali, seu corporali, vt diximus, *& probat gl. in V. Animas* hominum exponens, idest Animata corpora.

6 Declara Ampliationem, vt pro necessitate pauperum possint alienari vasa Sacra, ita tamen, vt prius frangantur, *Ita D. Thom. 22. qu. 100. art. 4.*

7 Ampliatur 2. etiam si cum prohibitione legis concurrat prohibitio testatoris, vel Contrahentis, vt quia reliquerit, vel donauerit Ecclesię Bona cum prohibitione alienandi, quoniam adhuc sicut pro Redemptione captiuorum, ita & pro necessarijs pauperum Alimentis possunt alienari, *Card. Alex. in c. hoc ius col. 3. n. 10. q. 2. Beniocas. de paup. q. 8. spec. 4. in contr. n. 24. & 26. Cepoll. de vsuc. pro emptore vers. si contra n. 29. cum duobus seq.*

8 Ratio huius ampliationis est, quia nemo potest facere quin. Leges in suo testamento, vel contractu locum habeant *l. nemo potest 58. ff. de Leg. p. & in his term. Beniocas. de paup. d. qu. 8. spec. 4. in contr. n. 26.*

9 Declara hanc Ampliationem, vt procedat solum in subsidium, idest quando non adsunt alia Bona Ecclesiæ, quæ non sint à testatore, vel Donatore, vt supra prohibita alienari, *Ita Cepoll. de vsuc. pro empt. d. vers. si contra n. 30. in fine.*

10 Ampliatur 3. vt quamuis Prælatus iurauerit non alienare inconsulto Romano Pontifice, adhuc tamen poterit eo in cõsulto alienare vrgente prædicta pauperum necessitate, *ad tex. in c. vt super 8. de Reb. Eccles. non alien. Castr. in l. fin. in 2. col. de Eccles. Edif. quem refert, & sequitur Petr. Sanct. sing. centes. quod est vlt. sub fin. Afflict. in tract. protomiseos §. 2. n. 16. quem refert, & sequitur Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 46. nu. 2. & vide huic simile in V. Aduocatus, & in V. Emphyteota.*

11 Limitatur 1. vt non omnis necessitas, sed sola euidens, & præcisa permittat Alienationem Bonorum Ecclesiæ *ad tex. in c. p. de Reb. Eccles. non alien. in sex. Imol. & Barbat. in ca. p. de pignor. in sex. Couar. var. Resol. lib. 2. ca. 16. vers. cæterum sequitur Bursatt. cons. 185. n. 26. lib. 2. & post alios Rodoan. in tract. de Reb. Eccles. non alien. tit. de causis, propter quas fiunt alienationes n. 60. & 62.*

12 Limitatur 2. quia non possunt alienari Bona Ecclesię, pro Redimendis iuste damnatis ad aliquam pœnã *Syluest. in V. Alienatio n. 16. Em. Sa. in eod. V. Alienatio Aphoris p.* & rationem adducit, quia licet pietatis causa possint Bona prędicta alienari, non tamen censetur pium, redimere iuste damnatum, Immo Pietas est impios punire, *ad tex. D. Hieron. in can. Legi 23. q. 8. ibi,* non est Crudelitas Crimina pro Deo punire, sed Pietas vide tamen, *quæ dixi in V. Carceratus in p. not. & in V. Priuilegia p.*

13 Limitatur 3. vt Bona Ecclesiastica possint alienari pro pauperum Alimentis, vt supra, sed cum solemnitatibus alias de Iure requisitis, *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 46 nu. 3.* Ratio est, quoniam ad Alienationem Bonorum Ecclesię requiritur Causa, & solemnitas, *c. sine exceptione 12. q. 2. c. p. de Reb. Eccles. non alien. in sex. Clem. p. eod. tit. cũ alijs adductis per quarant. in Bullar. in V. Alienatio Rer. Eccles. n. 2.* quamuis autem fames pauperum sit iusta causa alienandi, non tamen est solemnitas, vel vt aliter dicas, licet pauperum necessitas subministret causam, non tamen supplet solemnitatis necessitatem.

14 Declara, seu limita hanc limitationem in casu, quo necessitas pauperum sic vrgeret, vt non pateretur Dilationem solemnitatum, tunc enim absque solemnitatibus fieri posset Alienatio. *Ita Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 46. n. 3. Barbos. de pot. Episc. alleg. 95. n. 58. quem sequitur Gauantus in enchyridio, seu man. Ep. V. Alienatio Rerum Eccles. nu. 31.* vbi sic ait, potest Episcopus alienare vrgente summa necessitate pauperum si Papa non potest adiri.

15 Ad materiam, & moderationem prædictorum nota notabilem *tex. in c. quę in Ecclesiarum 7. de Const.* vbi reuocatur statutum Ciuium tenuisinorum, quod concedebat facultatem alienandi feudum, etiam ab Ecclesia recognitum ex causa vergentiæ ad inopiam ipsius feudatarij, & declarantur nullæ alienationes feudorum Ecclesiasticorũ factæ absq; legitimo personarum Ecclesiasticarũ Assensu, Vnde sumi potest Declaratio ad nostram Conclusionem, vt licita sit pro pauperum necessitatibus Alienatio Rei Ecclesię, ita tamen, vt fiat ab Ecclesiastico ad id potestatem habente, & non fiat Alienatio ab alieno, & extraneo qualis est hac in re Laicus quantumuis Princeps, Vnde

16 Serenis. Rex Theodoricus Respondit de Ecclesiasticis negocijs, non aliquid ad se præter Reuerẽtiam pertinere *vt refertur in Can. Concilia 17. Dist.*

17 Nota etiam, quod Relictum pro pauperum sustentatione non potest Episcopus immutando cõuertere in Redemptionem Captiuorum, *Genuens in Manual. Pastor. c. 73. n. 8. Gauant. in Enchirid. seu man. Ep. V. Commutatio vlt. vol. n. 24* ex quo colligi potest fauorabilius forsan esse relictum pauperibus saltem famelicis, quam Captiuis, quia melius videtur in seruitute viuere, quam in paupertate mori, immo melius aliquando mori, quã in paupertate viuere iux. illud *Eccli. 40.* fili noli indigere, melius est enim mori, quam indigere.

18 Vnde videtur posse dubitari de eo, quod dixit, *Idem Genuens. in eod. man. Pastor. d. c. 73. nu. 5.* quod videlicet relictum factum pauperibus conuerti posit in fabricam Ecclesiæ.

PRIVIL. XX.

Alimenta I.

SVMMARIVM.

1 *Pauper non tenetur alere pauperem etiam si alias ad id teneretur, vt n. 3.*

2 *Ordinata Charitas incipit à se ipso, Nõ debet discooperiri vnum Altare, ad aliud cooperiendum.*

4 *Maritus non gaudet Beneficio ne conueniatur vltra quam facere possit deductis Alimentis, quando etiam vxor est pauper.*

1 PAuper non tenetur alere alium pauperem *leg. si quis à liberis 5. §. pen. & fin. ff. de lib. Agnos. Surd. de Alim. tit. 7. qu. 8. per tot. Emilian. conf. 146. n. 12. Gratian. Disc. Forens. lib. 3. c. 519. & c. 552. Ferentill. ad Buratt. in Rom. vinea, & ex-*
2 *pensarum D. 707. n. 9.* Ratio Conclusionis est, quia prima, & ordinata Charitas incipit à se ipso, *l. prases 6 C. de seru. & Aq. Surd. de Alim. tit. p. q. 78 n. 34. & in his terminis probat tex. matt. 22. ibi* non, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, *quē tex. ad hoc ponderat Afflict. D. 290. n. 8. & seq. Surd. Decis. 236. n. 21. & dicemus nos latius infra in V. Elemosina,* & nemo debet sibi subtrhaere necessariã, vt det Ecclesię, vel pauperibus *ad tex. in c. non mediocriter de consec. D 5. & in c. non satis 87 D. & tradit Abb. in c. cum homines 7. de Decim. n. 5.* & non debet discooperiri vnum Altare, vt alterum cooperiatur *l. verum 12. §. pen. ff. de minor. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 35.*

3 Amplia, & intellige, vt pauper non teneatur alium alere, etiam si alias de Iure teneretur *l. si quis à liberis 5. §. pen. & fin. ff. de lib. Agn. Emilian. d. cons. 146. n. 12. Ferentill. ad Buratt. in Romana vinea, & expensarum D. 707. n. 9.*

4 Ex Conclusione, ita firmata infertur, quod maritus non gaudet Beneficio ne conueniatur vltra, quam facere possit deductis Alimentis, quando etiam vxor est pauper, *Iac. de Aret. in l. si maritus ff. sol. matr. Bart. in l. maritum sub finem. ff. eod. Bald. in l. 2. n. 5. C. quod cum eo Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 34. & seq.* Alias illationes habes in alijs verbis, & praecipue infra *sub hoc eod. verbo Alimenta 3. priuil. 22. & in V. Clericus in V. Debitor in V. Debitum, in V. Ecclesia, in V. Maritus, &c.*

PRIVIL. XXI.

Alimenta II.

SVMMARIVM.

1 *Filius non tenetur pro Debito Patris, nec vxor pro Debito mariti, nec econtra.*

2 *Pro debito contracto à Patre pro alimento filij, filius tenetur in subsidium. Idemq; est in vxore n. 3. & quando hoc procedat n. 4.*

5 *Miles etiam filiusfam. obligatur ex mutuo.*

6 *Minor non semper in integrum restituitur, & quare.*

7 *Mulier non gaudet Benef. S. C. Vellian. quando pro se mutuum accipit, licet alteri croditura.*

1 LIcet filius non teneatur pro Debito Patris *l. p. C. ne fil. pro patr. Dixi D. 53. n. p.* & multo minus vxor pro Debito viri *C. ne vx. pro marito*
2 *vel maritus pro vxore Dixi D. 90. nu. 11.* Attamen quando quis Patri mutuauit aliquid, ex quo filios inopia laborantes aluit, si Pater ipse sit pauper, & non soluendo, filij tenentur ad Debitum in subsidium *ad tex. in l. plane si filium 97. §. p. ff. De leg. p. l. 2. vers. aquissimum ff. ad leg. Rhod. de iact. l. si, & me, & Titium 32. ff. si cert. pet. l. ei, qui 7. in fin. C. quod cum eo Ang. in l. his solis ff. de Cond. indeb. Ias ibid. & in l. cum seruum n. p. ff. si cert. pet. Roman. sing. 213. Cepoll. caut. 342. Cremens. sing. 37. Lup. in Rep. Rub. de Don. int. vir. et vx. §. 66. nu. 6. Cordub. post. Purp. & Zazium in d. l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 38. & seq. ff. de lib. Agnosc.* vbi de veriori, & communiori testatur.

3 Idemque esse in vxore, vt in subsidium teneatur pro Debito mariti pauperis contracto, pro Alimentis eiusdem vxoris, *tradit Io de Plat. in l. vxorē in fin. C. de Decurion. lib. 10. Lup. in d. Rub. de Don. int. vir. & vx. §. 66. n. 6.*

Et quamuis contrarium, tam in filio, quam in vxore senserint, *Decius in l. si eum seruum ff. si cert. pet. & Galli ad eum ibid. addentes*, eorum tamen fundamentis respondet *Cordub. in loco praallegato & Bart. in l. his solis in fine ff. de condic. indeb.* tenuisse videtur eandem opinionem, licet in fine dicat cogitandũ, *Surd. vero de Alim. tit. 8. priu. 48.*

4 Distinguendo conciliat, vt prima opinio procedat quando Pater erat pauper, & non soluendo tempore contracti debiti. secunda vero quando eo tempore non erat pauper, sed erat soluendo, & Ratio distinctionis videtur ęquissima, quia primo casu filij ex mutuo videntur Alimenta sumpsisse, vnde nil mirum si ad eius solutionem in subsidium teneantur, secundo vero casu non ita, quia etiam si pater mutuo non accepissent, adhuc cum non esset pauper poterat, absque mutuo alieno, & de suo prorio tenebatur alere filios, vnde filij primo casu alimenta recognoscere debent ex mutuo, secundo vero non ita.

Patet igitur hoc esse priuilegium inductum fauore paupertatis ad hoc scilicet, vt facilius pauperes patresfam. inueniant mutuas pecunias pro subleuandis pauperis familiae necessitatibus, licet prima fronte videatur onus filij, vt teneatur in subsidium.

Simile est, quod fauore militis constitutum est,
5 vt quamuis sit filiusfam. obligetur tamen ex mutuo

tuo, & non gaudeat Beneficio S.C. Macedoniani vt videlicet facilius milites ipse reperiat, qui ei pecunias mutuet in necessitate *tex. est in l. 2. ff. ad S.C. Maced. & in l. fin. § fin autem miles C. eod.*

6 Simile est etiam, quod fauore minorum constitutum est, vt non ita facile, sed parcius in integrum restituantur, ne quodammodo commerciũ eis interdicatur, & nemo cum eis contrahat, *tex. est in l. quod si minor 24. alias est 25. §. non semper ff. de minor.*

7 Simile est etiam, quod in fauorem mulierum inductum est, vt Beneficio. S. C. Velleiani, non gaudeant, quando tanquam in vsus suos mutuam pecuniam accipiunt licet alij crediturę. Alioquin nemo cum fœminis contrahet, vt loquitur *tex. in l. mulier tanquam 40. ff. ad S. C. Velleian.*

Aliud simile in paupere *vide in V. Aduocatus Aliud. in V. magistratus.*

PRIVIL. XXII.

Alimenta III.

SVMMARIVM.

1 *PAuperi habenti pręsumptionem boni Iuris subministrantur Alimenta, & sumptus litis secus si non habeat d. præsumptionem, vt n. 2. & sola pręsumptio sine paupertate non sufficit n. 3.*

4 *Non solum filius, sed extraneus pauper gaudet priuilegio prædicto.*

5 *Pauperi debentur alimenta, & sumptus litis, vt supra etiam si litiget cum fisco.*

6 *Fiscus pręsumitur Diues, nec tenetur satisdare.*

7 *Vassallus pauper litigans cum Domino habet Alimẽta, & sumptus litis.*

8 *Pauper litigans, etiam cum Principe habet Alimenta, & sumptus litis.*

9 *Principis munus est pauperibus consulere, & prouidere.*

10 *Pauper etiam cum Iudice litigans in Syndicatu gaudet priuilegio prædicto.*

11 *Pauper in causa tam Ciuili, quam Criminali gaudet hoc priuilegio.*

12 *An pauper gaudeat hoc priuilegio, quando non agit ad vniuersitatem bonorum.*

13 *Pauper tam actor quam Reus gaudet hoc priuilegio, & in specie vxor accusata de adulterio.*

14 *Ad requisitum boni Iuris sufficit semiplena probatio, ac ea etiam minus.*

15 *Filius agens ad hæreditatem paternam, ad effectum Alimentorum satis est, si summarie probet quasi possessionem filiationis.*

16 *Filio naturali impugnanti testam. Patris, non debentur interim Alimenta, & sumptus litis, secus in testamento matris.*

17 *Dicitur ad effectum prædictum constare de bono Iure ex vnica sententia, licet ab ea fuerit appellatum, & licet fuerit reuocata per secundam, dummodo confirmata per tertiam. vt n. 18.*

19 *Pauperi debentur Alimenta etiam in p. instantia si habet pręs. boni Iuris.*

20 *Causa Alimentorum prouisionalium est priuilegiata, & summaria.*

21 *Alimenta, & sumptus litis, nec imputantur in sortem, nec restituuntur in casu succumbentiæ ex communi saltem cessante calumnia, vt num. 22. & pręsertim, vel saltem in filio nu. 23. & quatenus cautio de restituendo præstetur, erit cum Claus. quatenus de iure teneatur n. 24.*

25 *Pauperi magis debentur Alimenta, & sumptus litis Stante Commissione cum Claus. subministratis, vel cum facultate subministrandi Arbitrio.*

Arbitrium Regulatur à Iure, sed relaxat aliquid ex rigore, vt ibi.

26 *Postulatus in Abbatem debet habere Alimenta, & sumptus litis à Monasterio, & quare n. 27.*

27 *Ventri debentur Alimenta.*

28 *Exemplificationes huius conclusionis remissiue.*

29 *Quando constat de paupertate, & non de bono Iure, pauperi subuenitur ex publico.*

30 *Alimenta. & sumptus litis debentur donec lis durat idest vsque ad exequtionem consumatam.*

31 *Sententia prouisionalis super Alimentis, & sumptibus litis non admittit Appellationem, nec in integrum Restitutionem suspensiuam.*

32 *Pauper non tenetur subministrare pauperi Alimenta, & sumptus litis.*

33 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio, aduersus pariter priuilegiatum, nisi alter agat de damno, alter de lucro, vel si vterq; de damno, alter conuenIatur.*

34 *Paupertas est concludenter probanda ab allegante, vt se exoneret à subministrandis Alimentis, nec satis est si se probet filiumfam.*

35 *Quando agitur de Re infruct fera, & pretio non æstimabili, cessat hoc priuilegium.*

36 *Cessat, & quan. agitur actione personali non causata à Reali, vel quando de re modica.*

37 *An cesset quando principaliter agitur de Alimentis.*

38 *Cessat etiam in Alimentis præteritis, nisi pauper pro his debita contraxerit, vel veniat excipiendo.*

39 *Pauper cui non sit indecorum laborando victum quærere etiam filius non habet alimenta, & sumptus litis, nisi tamen non possit litigare simul, & laborare n. 40.*

40 *Ad effectum huius priuilegij pauper dicitur qui non potest litem; & vitam sustentare.*

non dicitur pauper filius habens patrem Diuitem, dicitur autem vxor licet habeat Diuitem maritum, nu. 42.

43 *Filius fam. agens ad hæreditatem paternam pręsumitur pauper.*

44 *Pręsumptio boni Iuris ad effectum, de quo hic debet esse non leuis. & excluditur à præsumptione contraria validiori n. 45. & etiam pares se inuicem elidunt 46.*

47 *Filio, pendente lite super Renunciatione hæreditatis pater-*

paternę non debentur Alimenta, & sumptus litis, nisi vt ibi.

48 *Superuenientibus Diuitijs, cessat subministratio Alimentorum, & sumptuum litis.*

49 *Auctis facultatibus cessat immunitas concessa paupertatis intuitu.*

50 *Priuilegia paupertatis durant ea durante, & cessant ea cessante.*

51 *Subministratio Alimentorum, & sumptuum litis fit Iudicis arbitrio, vt ibi.*

52 *Stante Claus. subministratis Alimentis, debet fieri subministratio, ante quã Iudex procedat in causa.*

53 *Ablatiuus Absolutus importat conditionem.*

54 *Iudex habens conditionalem iurisdictionem, procedere non potest, nisi adimpleta conditione.*

55 *Commissio cum Claus. parito Iudicato non tribuit Iurisdictionem antequam sit paritum.*

56 *Stante Claus. subministratis alimentis Arbitrio etc. non subministrantur, nisi probatis requisitis.*

57 *Stante Claus. subministrantis Alimentis taxandis Arbitrio, &c. Arbitrium versatur circa quantitatem, non circa subministrationem.*

58 *Regulariter nemo tenetur alimenta, & sumptus colliganti subministrare.*

59 *Nemo tenetur arma prestare contra se.*

60 *Aduersarius in lite præsumitur inimicus, nisi sit vir magnæ sanctimoniæ.*

Corpus impinguans, hostem suum aduersum se nutrit.

61 *Quando subministrentur Alimenta sola, & quando etiam sumptus litis.*

62 *In casu succumbentię Restituuntur sumptus litis, licet non Alimenta.*

63 *Alimentorum taxatio est Arbitraria, non autem sumptuum litis.*

64 *Pauperi quo ad sumptus litis competit electio huius priuilegij, vel eius, quod competit contra eos, qui tenentur ei gratis in litibus inseruire.*

1 PAuperi Litiganti, & habenti præsumptionem boni Iuris, subministrari debent a Collitigante Alimenta, & sumptus litis *tex. est in l. fin. C. de ord. cogn. in §. quod si et ibi.* si aliqua alia facultas esse non poterit tantum litis sumptus, & alimoniæ homini subministrentur quantum moderato Iudicis arbitrio fuerit æstimatum, *& in l. si Instituta 27. §. si de in officioso ff. de Inoff. testam. ibi,* Hæres appellauit; Placuit interim proper Inopiam pupillo, Alimenta pro modo facultatum, quæ vendicabantur decerni, *& in c. ex parte 11. de Accusat.* vbi quod Monachus accusans Abbatem habere debet expensas a Monasterio, quia proprium non habet, *& in l. filius 9. ff. de Iur. Delib. ibi,* filius dum deliberat, Alimenta habere debet ex hereditate, probant Conclusionem, *Guido Pap. q. 161. n. p. Aretin in ca. si qui testium de test. 16. n. 14. & 15, & ibid. Felin. n. 9. Crauetta cons. 164. n. p. & per tot. Cephal. cons. 137. n. 11. Rim. Iun. cons. 377. num. p. lib. 4. Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 6. n. 32. Couar. pract. q. c. 6. nu. 5. & seq. Alciat. de præs. Reg. 3. præs. 9. n. 8. Surd. de Alim. tit. p. q. 120. n. 8. Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 55. n. 49. & lib. 5. ca. 954. nu. 27. Boer. D. 324. n. 4. p. 2.* vbi refert casus, in quibus fit dicta prouisio in quarta parte. *Idem Boer. D. 325 n. p. & 2. ead. pa. 2.* vbi de Monacho accusante Abbatem, & de vxore accusante maritum *Afflict. D. 10. per tot. Bisignett. D. 2. de Re Iud. Crescent. D. 8. de Iudic. Seraphyn. in Valentina emolumentorum D. 426. n. p. & in Salamantina Censurarum D. 1098. n. p. Ludouis. in Hortana Domus D. 189. n. p.* vbi quod ita quotidie seruat Rota, *Caualler. in Rom. pecuniaria D. 554. n. p.* vbi quod est tritum in Rota *Buratt. in Ferrar. Aliment. D. 15. nu. p.* vbi quod ad id passim seruat Rota, *& in Rom. vineæ, & expensarum D. 707. nu. p. & 2. & in Rom. hæreditatis de Cusidis D. 756. n. p.* vbi dicitur indubitati Iuris esse, *& in Foroliuien. Dotis D. 906. n. 5.* vbi quod est Communis, & sæpius in Rota firmata Conclusio.

2 Contrarium scilicet, quod Diues non teneatur subministrare expensas pauperi collitiganti sensisse videtur *Boerius D. 303. n. 4.* vbi quod non vidit seruari, vt Diues litigans cum paupere ei subministrare teneatur expensas *Couar. pract. q. c. 6. n. 5.* asserens Guidonis Papę opinionem in foro non seruari, & hoc refert licet nihil firmet, *Menocch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 169. n. 22.,* firmat tamen idem ipse *Menocch. de præs. lib. p. qu. 35. nu. 32.* reprehendens Guidon. Pap. *Neuizz. & Crauett.* Idemque firmat *Surd. de Alim. tit. p. qu. 110. & q. 120. n. 3. Adde post. Simon. de pret. & Lupum Gratian. Discept. Forens. lib. 5. c. 954. n. 26* vbi quod Decisio Guidonis Papæ 561. non seruatur in praxi, Et verum dicit si simpliciter intelligatur dicta Decisio, & cum paupertate non concurrat, etiam præsumptio boni Iuris.

3 Vnde conciliando dicas, quod prædictæ authoritates non resistunt Conclusioni supra firmatæ, quæ procedit, vt loquitur quando copulatiue concurrit probatio paupertatis, & præsumptio Boni Iuris *ad Trad. per eundem Gratian. d. Discept. 954. n. 27. & per Ludouis. in Montis Falisci fideicommissi D. 524. n. 2. & per Ferentill. ad Buratt. in Ferrar. Aliment. D. 15. in litt. A.*

4 Ampliatur 1. Conclusio supra firmata, vt procedat, non solum in filio, *vt loquitur tex. in d. §. de in officioso,* sed in omni alio litigante paupere habente præsumptionem boni Iuris *Guid. Pap. d. D. 561. Alciat. de præs. Reg. 3. Pr. 9. n. 9. & post host. spec. Crauett. Couar. et alios plures firmat Surd. de Alim. tit. p. q. 159. n. p. & prius q. 114. n. 4.*

5 Ampliatur 2. etiam si pauper litiget cum fisco *ad tex. in l. p. §. quod fiscus ff. de Carbon. Edict. Paris deput. de Syndicatu in V. expensas col. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 120. n. 15.* licet enim fiscus sit in Iure valde priuilegiatus *tot. tit. ff. de Iure fisci & tradit Pereg. in tract. de Iure fisci,* in hoc tamen maior videtur militare Ratio subministrandi

expen-

expensas pauperi, quoniam fiscus, vel est, vel præsummitur semper Diues *gl. in l. non puto 10. ff. de Iure fisci*, & fiscus semper soluendo est, & Idoneus *l. 2. ff. de fund. Dot* vnde non tenetur satisdare, nec cauere, *l. nisi 3. §. item ff. si cui plus quam per leg. Falc. l. p. §. si ad fiscum ff. vt leg. nom cau.*

7 Ampliatur 3. etiam si vassallus pauper litiget cum Domino *ad tex. in l. fin. C. de ord. cogn. qui loquitur in seruo Menoch. de præs. lib. p. q 35. n. 22. vbi à n. 7. & seq* reperies duodecim extensiones, seu potius exemplificationes Conclusionis nostræ *Surd. post alios de Alim. tit. p. q. 122. n. 2.*

8 Ampliatur 4. etiam si pauper litiget cum Principe *Bal. in l. magis puto §. in primis ff. de Reb. eor.* vbi quod Rex Franciæ facit expensas pauperi secum litiganti *Boer. de 324. nu. 6. & D. s q. 325. n. p. p. 2.* Immo Conclusio, & Ratio Conclusio-

9 nis magis procedere videtur in Principe *ad tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi*, Humanitatis nostræ est egenis propicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint.

10 Ampliatur 5. etiam si pauper litiget cum Iudice in syndicatu, tenetur enim pauperi quærelanti, & habenti præsumptionem boni Iuris, expensas subministrare *Io. Lup. in c. per vestras de Don. int. vir, & vx. §. 39. col. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 120. in fine.*

11 Ampliatur 6. vt procedat Conclusio, non solum in Ciuili causa, sed etiam in Criminali. *Afflict. D. 10. n. p. & 2. Boer. D. 324 n. 2. & 3 & D. 325. n. p. & 2. p. 2. Costa de Rem. Subsid. Remed. centesimo n. 2. 8. & 12.*

12 Ampliatur 7. vt Conclusio locum habeat, etiam quando pauper non agit ad vniuersitatem bonorum, sed solum ad rem particularem consequendam dummodo prætio æstimabilem, *Ita Rota reprobato Surdo in Anconitana Censuum D. 848. n. 5. p. 2. Recens. Beltram. ad Ludouis. in Hortana Domus D. 189. n. 7. Ferentil. ad Buratt. in Romana vineæ, & expensarum D. 707. nu. 6.* vbi propter Authoritatem Rotæ recedit à se ipso hoc est ab opinione contraria, quam firmauerat *in additione ad Decis. eiusd. Buratt. Decimam quintam n 8.*

Contrarium senserunt *Lupus in c. per vestras §. 39. ampl. 18. n. 3. de Don. intr. vir. & vxor. Surd. de Alim. tit p. q 120. n 14. quos sequitur Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 55. n. 50.* quando, vt ibi saltem non agitur de maiori parte hæreditatis.

13 Ampliatur 8. vt procedat tam in Actore paupere, quam in Reo, quando non possidet, Vnde non solum mulieri, maritum accusanti, sed etiam mulieri accusatæ à viro de Adulterio ad effectum diuortij lite perdente, saltem in prima Instantia, subministranda sunt Alimenta secundum veriorem, communiorem, & æquiorem, *vt post Lup. Rebuff. Surd. probant Sanchez. de matrim. lib. 10. Disp. 8. nu. 28. Ceuallos alios referens in Thesauro Com. Con. Com. q. 734. n. 18. Costa de Rem. subsid. Remed. Centesimo n. 8.*

14 Ampliatur 9. vt ad probandum Requisitum Iustitiæ, seu boni Iuris, sufficiat semiplena Probatio *Surd. de Alim. tit. p. q. 112. n. 21. & 22. Buratt. in B. signanen. pensionis D. 261. n 9* vbi quod sufficit semiplena, vel vnus testis, vel tale quid ex quo Iudex suspicari possit victoriam ad Actorem

15 pertinere. Vnde infertur, quod filio agenti ad hæreditatem paternam, sufficit, ad effectuum subministrationis Alimentorum, & sumptuum litis probare quasi possessionem filiationis per summariam Cognitionem ex vnico teste, vel fama *Surd. de Alim tit. p. q. 112. n. p. Gratian. Discep. Forens. lib. 3. c. 567. n. 24. Burat in Romana Hæreditatis de Cusidis D. 756. n. 4.*

16 Declara hanc Illationem, vt procedat in filio legitimo cui debetur de Iure seccessio, Vnde filio naturali impugnanti testamentum patris non debentur interim Alimenta, & sumptus litis *Hieron. Gab. Cons. 25. n. 9. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 3. tit 17. n. 24.* vbi secus esse dicit in testamento matris.

17 Ampliatur 10. vt dicatur ad effectum prædictũ constare de bono Iure post obtentam à paupere fauorabilem sententiam, etiam vnicam, ac etiam si à sententia fuerit appellatum *ad tex. in l. si instituta 27. § si de inofficioso ff. de inoff. testam.* vbi scriptus hæres appellauerat *Couar. pract. q. c. 6. n. 6. Surd. de Alim. tit. p. q. 120. n. 10. & 11. Seraphyn. in Salamantina Censurarum D. 1098. n. 2. Buratt. in Ferrarien. Alimentorum D. 15. n. 4. & 5. Caualler. in Rom. pecuniaria, seu pratensæ Dotis D. 554. num. 2.*

18 Ampliatur 11. vt non tollatur dicta præsumptio boni Iuris, etiam ex secunda sententia Reuocatoria primæ, si prima fuerit per tertiam confirmata *Rot. D. 250. nu. p. p. p. Recens. & D. 748. n. 2. p. 2. Recens. Beltram. ad Ludouis. in Hortana Domus D. 189. n. 7.*

19 Ampliatur 12. vt Conclusio procedat, etiam in prima Instantia dummodo subsit aliqua præsumptio boni Iuris *Afflict. D. 10. n. p. & D. 11. n. 2. Cephal. cons. 714. n. 8. lib. 5. vbi citat Rot. D. 2. de Iudic. in nouissim. Surd. de Alim. tit. p. q. 111 n. 20. Gratian. Discep. Forens. lib. p. c. 55. nu. 51. Buratt. in Rom. Hæredit. de Cusidis D. 756. n. 2. et 5*

20 Ampliatur 13. vt causa Alimentorum prouisionalium, & sumptuum litis sit priuilegiata, tam quo ad ordinem, & summarietatem, quam quo ad probationes, adeo, vt non admittatur Dilatio, neque cognitio negocij principalis *ad tex. in l. si quis à liberis 5. §. si quis, vel parens ff. de lib. Agnoscen. Ab in c. tuam n. p. & 6. de ord. cogn. Verall. D. 21. n. p. & D. 22. n. p. & seq. p. p. Dixit Rota Bononi. 19. Decembris 1635. pro D. Diamante de Florauantibus cum D. Peregrino de Misciolis* coram Excellentiss. D. Vannuccio, qui fuit postea Collega meus in Rota Ferrariensi.

21 Ampliatur 14. vt Alimenta, & sumptus, de quibus supra, nec imputentur in sortem debitam,

L nec

nec in casu sucumbentiæ restituantur. *Valalc. cōs. p. n. 7. Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 33. n. 27. Marescott. Var. Resol. lib. 2. c. 83. n. 26. Menoch. de præs. lib. p. præs. 35. n. 36. reprobans Couar. & Cordub. contrarium sentientes Surd. de Alim. tit. p. q. 124. n. 4. et* 8. vbi quod hæc est opinio verior, & humanior *Boer. D. 324. n. 3. et seq. p. 2. Fanch. D. 614. n. p. et seq. Rota in Romana Saluiani coram Card. Sacrato 17. Maij 1613. reprobans. Couar. pract. q. c. 6. n. 7.* sentientem à recipiente huiusmo di sumptus præstandam Cautionem de Restituen do *Beltram ad Ludouis. in Hortana Domus D. 189. n. 7. vers. sciendum vbi refert idem dixisse Rot. corā penia in Rom. Bonorum Dezecchis 14 Nouembris 1603. Adde post alios Nouarium in praxi priuilegiorum miserab. person. priuil. 72. n. 12.*

Contrarium tamen videlicet, quod pauper hoc in casu teneatur præstare Idoneam, vel saltem iuratoriam cautionem de Restituendo in casu succumbentiæ, *sensit sequendo Couarruuiam vbi supra Cephal. Cons. 714. lib. 5. n. 26.* addens id esse Receptissimum *et allegato Boetio Milanensi Tusco idē sensit Costa de Remed. subsid. Remed. centesimo n. 6 vers. quarto.*

22 Retenta Ampliatione communi, eam limita, quando constaret de calumnia litigantis succumbentis, quia tunc possent repeti alimentia, & sumptus litis. *Fab. Ann. cons. 102. n. 8. lib. 2. Gratian. discept. Forens. lib. p. c. 33. n. 31.*

23 Et quod in extraneo detur repetitio in casu succumbentiæ licet secus in filio, *Sensit idem Ann. d. cons. 102. n. 9. lib. 2. vt refert Gratian. d. Discep. 33. n. 32. et Nouar. d. priuil. 72. n. 12. in fine.*

24 Et quod melius sit præstari cautionem de Restituendo in casu succumbentiæ, quatq; de Iure teneatur *sensit Molin. de primogen. lib. 2. c. 16. nu. 41. vers. ab alijs Franch. D. 336. in fin. p. 2. Gratian. d. Discept. 33. n. 32.*

25 Ampliatur 15. vt Conclusio magis procedat, quando adest Commissio Principis ex signatura Gratiæ, vel Iustitiæ cum Claus. subministratis Alimentis, & sumptibus litis, vel cum facultate subministrandi Arbitrio, quia licet Arbitrium reguletur à Iure, & intelligatur prout de Iure *l. fin. §. sed, et si vbi Bart. nu. 16. C. Com. delegat. Ces. de grass. D. 7. n. 7. de Iudic, Ludouis. in Hortana Domus D. 189. n. 2.* Attamen Arbitrium tribuit etiā Ius, aliquid ex rigore relaxandi, Immo & æquitatem seruandi, omisso rigore *Beltram relatis alijs Rotæ Decisionibus in d. Hortana Domus D. 189. n. 7. vers. Arbitrium regulatur Buratt. in Ferrar. Alimentorum. D. 15. n. 3.* vbi quod Commissio Arbitrio in hac materia dat facultatem aliqualiter discedendi à Regulis Iuris, *et confirmat Ferentill. ibid. litt. C. et idem Buratt. in Bisignanen. pensionis D. 261. n. 10.* vbi quod dicta facultas concessa Iudici alias facultatem habenti, temperat Iuris rigorem.

26 Ampliatur 16. Conclusio ad casum, in quo cōsuluit *Oldrad. cons. 27. per tot.* in quo frater ordinis prędicatorum postulatus vnanimiter, vt inquit ipse à Monachis in Abbatem, cum non haberet expensas, tanquam de ordine mendicantum ad prosequendam postulationem, dicitur quod debeat eas consequi ex bonis Monasterij, ad quod fuerat postulatus,

27 Adducit Oldrad. elegantem rationem *ibi n. 2.* quia sicut ventri, & filio nascituro debentur Alimenta à patre, & in bonis patris, vt possit ad partum vsque peruenire *l. sed, et si is 5. §. an autem ff. de Carbon. edict. l. p. l. extraneo 6. ff. de ventr. in poss. mitten.* Ita etiam futuro patri necessaria ministranda sunt, vt possit ad paternitatem peruenire, licet vterque casus pendeat à futuro euentu.

28 Alias duodecim extensiones, seu potius exemplificationes dictæ Conclusionis ad diuersos casus *vide apud Menoch. de præs. lib. p. q. 35. n. 7. et seq.*

29 Ampliatur 17. vt quando constat de paupertate, non autem de pręsumptione boni Iuris, pauperi non succurratur ab aduersario, subueniatur tamen à publico *ad tex in l. p. §. ait prætor ff. de postulan. l. magis puto 5. §. idemq; ff. de Reb. eorum cum alijs per Boer. D. 325. n. p. & per Cephal. qui magistraliter docet cons. 714. n. 23. lib. 5.*

30 Ampliatur 18. vt Alimenta, & sumptus litis pauperi debeantur, donec lis durat, & sic vsque ad perfectam, & consumatam exequtionem cum vsque tunc lis durare dicatur *ad trad. per Bart. in l. si fideiussor §. si satisdatum in fine ff. qui sat. cog. & ibi Ias. n. 24. Surd. de Alim. tit. 5. q. 8. n. 5.*

31 Ampliatur 19. vt à sententia prouisionali super Alimentis, & sumptibus litis non detur Appellatio cum sit interloqutoria, & nunquam transeat in Iudicatum *Boer. d. D 325. p. 2. Mar. Anton. lib. p. Resol. 81. n. 13. Costa de Rem. Subsid. Rem. centesimo n.* 11. vbi quod, nec etiam Restitutio in integrum admittitur ad Retardandum.

32 Limitatur 1. Conclusio sic ampliata, vt locum non habeat quando agitur aduersus alium pauperem, quia pauper, pauperem alere non tenetur, *Cephalus cons. 127. n. 11. lib. p. Surd. de Alim. tit. 7. q. 8. n. p. Gratian. Discep. forens lib. 5. c. 954. n. 28. Rot. in his terminis in Rom. Alimentorum D. 470. nu. 7. p. 2. Recens. Ferentill. ad Buratt. in Rom. vineæ, et expensarum D. 707. n. 8. et 9.*

33 Et generale est, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio aduersus pariter priuilegiatum *l. verū 12. §. fin. cum l. seq. ff. de minor. DD. in Auth. quas actiones C. de Sac. Eccles. Beltram. ad Ludouis. in Romana nullitatis contractus D. 164. n. 12.* vbi limitat, quando alter agit de lucro captando, alter de damno vitando, hic enim præfertur *Ludouis. in Rom. prætensi erroris calculi D. 473. n. 13. et 14* vbi limitat, quando alter conuenitur, hic enim præfertur, licet vterque agat de damno vitando,

34 Declara hanc Limitationem, vt ad effectum se eximendi ab hoc onere, paupertas sit concludenter probanda ab allegante, adeò vt ad id coniecturæ

ctura non sufficiant *Rot. in Vlixbonen. matrimonij p. Iul. 16 4 coram Pironano*, vbi quod ad id non sufficit a. legantem esse filiumfam. *Ferentill. ad Buratt. in Rom. vinea, & expensarum D. 707. nu. 10.*

35 Limitatur 2. vt Conclusio non procedat quando Lis est super Re non fructiferra, vel alias pretio non æstimabili *Rot. in Rom. Aliment. D. 470. n. 6. p. 2. Recens.* quæ tamen in fine videtur loqui dubitatiue *Beltram. ad Ludouis. in Hortana Domus D. 187. n. 7. Ferentill. ad Buratt. in Rom. vineę, & expensarum D. 707. n. 11.*

36 Limitatur 3. vt Conclusio non procedat in actione mere personali non causata a Reali, vel si agatur de Re modica *Valasc. Conclus. p. n. 3. Surd. de Alim. tit. p. q. 120. n. 14. Gratian Discept. 55. n. 49. & seq. Costa de Rem. subsid. Rem. centesimo n. 7. vers. 4.*

37 Limitatur 4. quando non incidenter, sed principaliter agitur de causa Alimentorũ *Soc. Iun. cõs. 8. in princ. col. p. vol. 3. et post alios Decian. cons. 128. n. 3. lib. 3.* vbi asserit esse omnium communem, & quod litis Alimenta non debentur, nisi tribus concurrentib; scilicet paupertate, præsumptione boni Iuris, & quod non agatur principaliter de ipsis Alimentis, sed contra, quod fratri agenti ad Alimenta sicut, & sorori agenti ad Dotem subministrentur interim Alimenta, sentiunt. *Molina de primogen. hispan. lib. 2. c. 17. n. 35. Surd. de Alim. tit. p. q. 117. n. 3.*

38 Limitatur 5. vt non procedat Conclusio in sumptibus litis, & Alimentis præteritis *Duenhas. Reg. 366. in sept. Fallent. Afflict. D. 10. n. 2. Menoch. de præs. lib. p. q. 35. n. 30.*

Limita hanc Limitationem, quando pauper pro præteritis Alimentis, & sumptibus litis, debita contraxisset vt in simili *dixi in hoc V. Alimenta 4. priuil. seq. n. 18.*

Declara eandem Limitationem, & intellige, vt pro præteritis non competat actio ad effectum petendi, poterit tamen exceptio competere ad effectum retinendi *vt dixi D. 101. n. p. et 2.*

39 Limitatur 6. vt litiganti etiam filio non debeantur Alimenta, quando victum sibi quærere potest ex honesto artificio, quia tunc non dicitur pauper ad hunc effectum, & dicitur habere aliunde *Gabr. cons. 25. n. 10. & 14. Lancellott. de Attent. p. 2. c. 4. limit. 11. n. 32. Surd. de Alim. tit 7 qu. 42. quæ est vlt. n. 6. Rot. d. D. 470. n. 5. p. 2. Recens.* vbi quod is cui non sit indecorum laborare, non dicitur ad hunc effectum pauper, & generaliter non dicitur ad hunc effectum pauper, qui habet, vel habere potest aliunde, vnde se alat *Cavaller. in Rom pecuniaria D. 554. n. 3. cum duob. seq.*

40 Limita hanc Limitationem, quando lis ita distraheret litigantem, vt non posset litigare simul, & laborare, vel operari, tunc enim ei omnino debentur Alimenta non attento Artificio, quod cum lite exercere non valeat *ad tex. in l. quoties 6. vbi Ias. ff. qui pot. cog. Surd. de Alim. tit. 7. q. vlt. n. 18.*

41 Limitatur 7. vt non sufficiat in genere paupertatem probare ad effectum prædictum, nisi in specie probetur paupertas talis ob quam quis nequeat, simul vitam, & litem sustentare, *Marchesan. de Commiss. p. p. c. 18. n. 27. Rota coram Seraph. in Valentina emolumentorum D. 426. nu. 2. et coram Ottembergo in Cordnben. Cappellania 8. Nouembris 1610. D. 470. n. 5. p. 2. Recens.* vbi quod is cui non sit indecorum laborare non dicitur ad hunc effectum pauper, sicut & habens patrem Diuitem
42 *ad tex. in l. in suis 14. ff. de lib. et posthum.* dicitur autem ad hunc effectum pauper, vxor licet habeat maritum Diuitem, *vt post Alex. et alios in Auth. præterea C. vnde vir, et vxor tradit Crauetta cons. 164. n. 3. et 4.* sic, & filiusfam. præsumitur
43 ad hunc effectum, & dicitur pauper, quando agit aduersus patrem, vel ad hæreditatem paternam, *Rot. in Colonien. Alimentorum coram Oradino D. 499. n. 3. p. p. Diuers. vbi reprobat Castrens. & coram Buratt. in Rom. hęreditatis de Cusidis D. 756. num. 7.*

44 Limitatur 8. vt præsumptio boni Iuris, seu Iustitiæ ad effectum subministrandi Alimenta, & sumptus litis, vt supra, debeat esse non leuis *Gabr. cons. 25. n. 2. lib. p. Menoch Cons. 491. n 3. vers. est enim necesse Ludouis. in Montis Falisci fideicommissi D. 524. n. 3. Gratian. Discept. 954. n. 27.* vbi non solum non leuem, sed magnam præsumptionem videtur exigere.

45 Limitatur 9. quãdo quis habet aliquas pręsumptiones boni Iuris pro se, alias vero validiores contra se, quia tunc etiam si sit filius non habet Alimenta lite pendente *Gabr. con. 25. n. 6 lib. p. Menoch. de præs. lib. p. q. 35. n. 6. Surd. de Alim. tit. p q. 112. n. 28.*

46 Amplia hanc Limitationem, etiam quando præsumptiones sunt hinc inde pares, quia se inuicem elidunt *ad tex in l. Diuus 8 ff. de Rest. in integr. Gabr. d. cons. 25. n. 6. lib. p. Surd. de Alim. tit. p. q. 112. n. 28.*

47 Infertur ex prædedenti limitatione, quod filio pendente lite super Renunciatione, quam fecit hæreditati paternæ, ad quam agit, non debentur interim eidem, Alimenta, & sumptus litis *Simon. de pret. de interpr. vlt. vol. p. 2. Dub. 2. nu. 23 Menoch. de præs. lib. p q. 35. n. 7. & post Rebuff. Molin & alios Surd. de Alim. tit. p. q. 113. n. p. & seq.* posset tamen hæc illatio fortasse limitari, quando Renunciatio ex aliquo patenti defectu appareret notorie nulla,

48 Limitatur 10. vt si post Alimenta Decreta, Diuitię superueniat, cesset subministratio *Lancellott. de Attent. p. 2. c. 4. limit 11. n. 32. Surd. de Alim tit. 7 q. 42. quæ est vlt. n. 7.*

49 Sic auctis facultatibus cessat Immunitas concessa paupertatis intuitu *l. his omnibus 10. §. auctis ff. de vac. mun. ibi,* Auctis post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur, *cum alijs adductis per Surd. de*

Alim. t. 7. q. 42. n. 8.
50 Et priuilegia paupertatis durant ea durante, & ceſſant ea ceſſante, *vt dixi in V. Priuilegia.*
51 Declaratur primo Concluſio ſic ampliata, &
limitata, vt fieri debeat ſubminiſtratio Iudicis Ar-
bitrio habito reſpectu ad valorem Rei, & impor-
tantiam cauſæ, de qua agitur, & ad qualitatem
perſonarum. *Ad tex. cum ibi not. in l. fin. C. de ord.*
Cogn. & in l. ſi inſtituta 27. §. ſi de inofficioſo ff. de
inoff. teſt. Rebuff. de ſent. prouiſ. in præfat. nu. 30.
Couar. pract. q. c. 6. n. . Molin. de primog. Hiſpan.
lib. 2. c. 16. Menoch. de præſ. lib. p. q. 25. nu. 35.
Surd. de Alim. tit. 4. q. 23. n. 41. Gratian. diſcept.
55. n. 53. in fine Seraphin in Valentin. emolumento-
rum D. 426. n. 2. Ferentill. ad Buratt. in Ferrarien.
Alimentorum D. 15. in litt. B. ſub. fin. & in Rom.
vinea, & expenſarum D. 707. n. 8, vbi quod pro
Regula traditur, vt perpendantur fructus Rei,
cum non niſi ex eius fructibus Alimenta debean-
tur *Idem Buratt. in Biſignaten. penſionis D. 261. n.*
11. vbi quod in æſtimatione, & taxatione Ali-
mentorum plurimum verſatur Iudicis Arbitrium,
ſed contra, quod in hoc, nullum verſetur Iudicis
Arbitrium *ſenſit Menocch. de Arb. Iudic. lib. 2. caſ.*
169 n. 11, & 12. vbi quod huiuſmodi expenſæ
præſtantur non Arbitrio Iudicis, ſed vt in dies fi-
unt, pro declaratione tamen vide, *quæ dicam in-*
fra n. 63.
52 Declaratur 2. vt quando ſignatura reſcribit
cum Caluſ. ſubminiſtratis Alimentis, & ſumpti-
bus litis ſint omnino, & ante omnia ſubminiſtran-
da. *Rota coram Mellino in Rauennaten. prædij 14. Iu-*
nij 1604. & coram Ludouiſ. in Hortana Domus D.
189. n. 2. & 5. vbi quod ſuſpenditur Iuriſdictio,
adeo, vt Iudex procedere non poſſit in cauſa, niſi
53 prius ſubminiſtratis Alimentis prædictis, quoniam
ille Ablatiuus Abſolutus importat conditionem,
l. ſi debitor 4. §. p. ff quib. cauſ. pig. vel hypot. ſolu.
54 *Ludouiſ. in Rom. Domorum D. 695. nu. 2.* Iudex
autem habens Iuriſdictionem conditionalem,
procedere non poteſt, niſi adimpleta conditione,
ad tradita per Rolan conſ 65. n. 20. & ſeq. lib. 3.
Buratt. in Rom. Domorum de Roncionibus D. 124.
55 *n. 28.* vbi loquitur in Clauſ. conſtito de aſſertis.
ſimile dicitur in Clauſ. parito Iudicato, quæ non
tribuit Iuriſdictionem, ante quam ſit paritum,
Marcheſan. de Commiſſ. p. p. c. 2. n. 114. Lancellot.
de Attentat. p. 2. c. 18. n. 128. Scaccia de Appell.
q. 19. Remed. 2. n. 116.
56 Declaratur 3. vt ſi Reſcriptum ſit cum Clauſ.
ſubminiſtratis Alimentis, & ſumptibus litis Arbi-
trio Rotæ, vel alterius Iudicis, tunc non ſubmini-
ſtrentur, niſi probatis Requiſitis, de quibus ſupra
videlicet paupertate, & bono Iure, licet in proba-
tione poſſet aliquid ex rigore relaxari ex ſupradi-
ctis, Arbitrium enim, hoc in caſu, verſatur, circa
ipſam ſubminiſtrationem *Ludouiſ. in Hortana Do-*
mus D. 189. n. 2. & 3.
57 Declaratur 4. vt ſi Reſcriptum ſit cum Clauſ.
ſubminiſtratis Alimentis, & expenſis taxandis Ar-
bitrio, tunc Alimenta, & expenſæ omnino ſubmi-
niſtrentur, & Arbitrium reſpicit ſolam taxam, &
moderationem quantitatis, *Rota coram Ludouiſ.*
in d. Hortana Domus. D. 189. *n. 4. & coram Coc-*
cino in Imolen Diſcuſſionis 8. Feb. 1608. quam re-
fert Beltram ad Ludouis in d. Hortana Domus D.
189. n. 8.
58 Declaratur 5. vt prædicta Concluſio ſit contra
Regulam, quoniam Regulariter, litigans, non te-
netur collitiganti ſubminiſtrare Alimenta, vel li-
tis expenſas, ne velut hoſtem proprium aduerſus
ſe, nutrire cogatur. *ad tex. in l. Imperatores 17. ff.*
de tut. Rat. diſtr. ibi, non habet Rationem poſtu-
latio tua tibi in ſumptus litis à tutoribus pecuniam
ſubminiſtrari, qui quidem textus loquitur in pu-
pillo, Vnde nota maius eſſe priuilegium paupe-
ris, quam pupilli, & quod dicta Concluſio ſit con-
tra Regulam, vt dixi, *probat egid.* D. 88. *ſub.*
med. Ludouiſ. in d. Hortana Domus D. 189. *n. 6.*
Buratt. in Rom. vnica, & expenſarum D. 707. *n. p.*
vbi quod receditur à Regula legis Imperatores,
ob paupertatem, & præſumptionem boni Iuris.
59 Et ad Regulam prędictam confert Ratio, quia
nemo tenetur Arma præſtare contra ſe *l. fruſtra*
8. C. de prob. l. qui accuſare 4. C. de Eden. l. nimis
graue 6. C. de teſtib. quæ quidem Iura procedunt,
tam in Ciuili cauſa, quam in Criminali *l. qui ſen-*
tentiam 15. C. de pæn. Ceuall. in Theſaur. comm. con.
60 *com. q. 734. n. 17.* & cum aduerſarius in lite præ-
ſumatur Inimicus *Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 43.*
n. 4. et ſeq. niſi ſit vir magnæ Sanctimoniæ, *vt per*
Tiraq. de pæn. temp. cauſ. 51. n. 155. hinc ſequi-
tur, quod ſubminiſtrans Alimenta collitiganti di-
cere poteſt, quod in perſona impinguantis cor-
pus ſuum, *dixit* D. *Bern. in lib. medit. ca. 14. ibi.*
Cum Corpus impinguo, hoſtem meum aduerſum,
me nutrio.
61 Declaratur 6. vt inter Alimenta, & ſumptus
litis, conſtituendæ ſint aliquæ Differentiæ, in hac
materia.
Prima dicitur eſſe, quoniam Alimenta non
dantur extraneis, ſed ſoli ſumptus litis *Rebuff. de*
ſent. prouiſ. art. p. gl. 12. & art. 2. gl. 5. Aſin. in
praxi Iudiciaria §. 32. ca. 2. Ampli. 24. Coſta de
Remed. ſubſid. Remedio centeſimo nu. 14. In caſu
vero filiationis, vel quaſi decernuntur, & Ali-
menta ſimul, & ſumptus litis *Ab. in c. ex parte de*
Accuſat. Coſta de Rem. ſubſid. d. Rem. centeſimo n.
14. vbi quod vno conceſſo, aliud non includitur.
Sed quod, & ſumptus, & Alimenta ſimul, &
indiſtincte debeantur *poſt Oldrad. Couar. Simon. de*
pret. probat. Surd. de Alim. tit. p. q. 120. n. 9. in
fine, & n. 10. & prius n. p. vbi quod nihil prodeſt
Actori habere, vnde litem ſuſtineat, ſi non habet
Vnde ſe Alat, & ad idem vide *eundem Surd. de*
Alim. tit. p. q. 19. n. p. ſub fin. & adde Nouarium
poſt alios in Praxi priuil. miſerab. perſon. priul. 72.
n. 8. & confert, quod in Limitationibus ſupra di-
xumus

ximus requiri talem paupertatem, ob quam quis nequeat vitam, & litem sustinere.

62 Secunda adducitur Differentia, quod Alimenta non restituuntur in casu succumbentiæ, saltem cessante calumnia, vt dixi supra, at vero sumptus litis restituuntur si verum senserunt *Valasc. consule p. n. 7. vinc. de Fran. b. D. 336. in fin. p. 2. quos sequitur Costa de Rem. subsid. Rem. centesimo n. 14.*

63 Tertia Differentia sit, quod Alimentorum taxatio est Arbitraria, vt supra in Declarationibus diximus, sed sumptus litis, & expensæ videtur, quod non debeant excedere taxam quartę partis eius, quod in Iudicium deducitur, *Fariuac. Dec. 500. quem sic allegat Costa de Rem. subsid. Rem. centesimo n. 14.* vel saltem huiusmodi sumptus, seu expensæ litis præstabuntur prout in dies fiunt, & non Iudicis Arbitrio *ad tradita per Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 169. n. 11. & 12.*

64 Vltimo nota pro Coronide, quod huic priuilegio paupertatis, quo ad sumptus litis non obstat, quod alibi dictum est, *in V. Aduocatus, in V. Iudex, in V. Notarius, in V. Procurator,* quod scilicet hi omnes teneantur gratis inseruire pauperibus litigantibus, Vnde propterea pauperes non videantur indigere sumptibus litis, videtur enim posse Responderi, quod priuilegia illa tanquam magis subsidiaria essent, quando huic locus est, & quod illis locus sit, quando hoc cessat videlicet, vel quādo pauper litigat cum paupere, vel quando agit ad Rem infructiferam, seu pretio non estimabile, vel quando non habet presumptionem boni Iuris. Vel etiā dici potest, quod extra casus supradictos, pauper habeat Electionem intentandi, vel hoc Remedium subministrationis sumptuum litis aduersus colitigantem, vel aliud aduersus procuratores, Aduocatos, & alios supradictos, Atque ita Respondebam in casu contingentia, & in causa inter Magnaninum, & Magnaninos coram me vertente in Audientia, quam eo tempore sustinebam loco Illustris. Imperialis Vicelegati Ferrariensis, Eminentiss. Ingenij Præsulis tunc impediti.

PRIVIL. XXIII.

Alimenta IV.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum causa est pia solum quando pauperi debentur n. 2.*

3 *Causa mercedis pauperi debitę non admittit appellationem suspensiuam.*

4 *Causam Alimentorum esse piam, siue pauperi, siue diuiti debeantur, qui senserint.*

5 *Fauor vitę hominis, quibusuis Rebus etiam sacris prefertur.*

6 *Potest Diues effici pauper vide versus. Diuitię meliùs fortunia, quam substantia nuncupantur, cum tot. subiaceant accidentibus, non dantur in hoc seculo Bona absolute stabilia.*

7 *Relictum alicui pro suis necessitatibus, debetur etiam si nulla subsit necessitas, & quare.*

8 *Reprobantur sentientes, Alimenta, etiam Diuiti Debita esse pia & n. 9.*

10 *Actus iudicandus est secundum præsentem statum.*

11 *Alimenta Iure actionis debita, debentur etiam Diuiti, at Iudicis officio, & pietatis intuitu debita, non debentur nisi pauperi, vt n. 12.*

13 *Pater non tenetur alere filium, qui pot. aliunde sibi victum quærere etiam ex artificio, dummodo non indecoro, vt n. 14.*

14 *Non dicimur posse, quod honeste non possumus.*

15 *Pater non tenetur alere filium, nisi pauperem, nec filius patrem, vel matrem, nisi pauperes.*

16 *Alimenta etiam præterita debentur, quando debentur iure actionis.*

17 *At debita ex sola legis dispositione, preterita non debentur, nisi pro illis fuerit debitum contractum n. 18 & an tunc actio competat solimutuanti, an etiam Alimentando n. 19.*

20 *Alimenta decursa ante litem motam dicuntur preterita, decursa vero post motam litem, dicuntur futura.*

21 *De Alimentis preteritis transigi potest sine pratore, non de futuris. Alimenta preterita non gaudent priuilegijs Alimentorum.*

22 *Legatum Alimentorum Diuiti relictum etiam amore Dei non dicitur pium.*

23 *Super Alimentis, etiam Diuiti debitis, transigi non potest, cum & ille possit fieri pauper.*

24 *Appellatione Alimentorum veniunt omnia necessaria ad vitam sustinendam.*

25 *Sed transactio super Alimentis non comprehendit habitationem, & vestiarium.*

26 *Alimenta Diuiti debita licet non sint pia, sunt tamē fauorabilia.*

27 *Pauper etiam ad effectum prædictum dicitur, nobilis, qui licet habeat necessaria ad vitam, non tamen viuere potest secundum suam qualitatem, et habet filias nubiles, quas congrue dotare non potest.*

28 *De legato Alimentorum facto pauperi, non detrahitur Falcidia secus de facto diuiti.*

29 *Legatum annuum, vel alia Concessio annua facta pauperi censetur ad Alimenta.*

1 Alimentorum Causa dicitur pia *ad tex. in l. mela 14 ff. de Alim. & cib. Legat.* ubi pietatis intuitu in sola specie Alimentorum, *& ibid. Bart.* docet *gl. & Bald. in l. Sancimus C. de Sac. Eccles. Soc. seu. in l. quæ. conditio n. 17. ff. de cond. et Dem. Soc. Iun. cons. 92. n. 2. lib. 3. Dec. in l. Captatorias n. 26. C. de milit. testam. late Surd. de Alim. tit. 8.*

2 *priu. p. n. p.* Id tamen verum est solum, quando Alimenta debentur pauperi *ad tex. in §. interdicimus Auth. de Eccles. tit. ibi*, in Redemptionem captiuorum, & egentium pabula, & alias pias cau-

causas, *& in §. aliud quoq; capitulum Auth. vt cum de app. cogn. ibi* egenis Alimenta impendant, *& in l. Sancimus nemini 17. C. de Sac. Eccles. ibi,* Causa captiuitatis, vel famis, *& in d. l. mela 14. ibi pietatis intuitu, & in l. cum ij 8. §. si in singulos annos, vbi Ang. not. ff. de transact. gl. in d. l. Sancimus in V. Animas C. de transac. Bart. in l. alio ff. de Alim. & Cib. leg. & in l. Diuus ff. ad leg. Falc. & in tract. Aliment. n. 23. Aretin. cons. 97. col. 2. n. 2. & in §. fin. n. 4. inst. tit. de lege Falc. Alex. in l. Hæreditatum col. p. ff. ad leg. Falcid. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in Iudic. n. 18. Dec. cõs. 120 n. 4. Crauett. cons. 199. n. 10. lib. p. Natta cons. 613. n. 5. Cephal. cons. 564. n. 8. lib. 4. Menocch. de præs. lib. 4. præs. 115. n. 17. & post Alex. Cast. Grat. & alios Mantica de Coniectur. vltim. vol. lib. 6. tit. 3. n. 22. Surd. de Alim. tit. 9. p. 3. n. 5. & prius, & latius tit. 8. priul. p. n. 3.* vbi testatur hanc esse communem Decisionem, *& eod. tit. 8. priuil. 2. n. 16.* vbi quod inopia est causa fauoris Alimentorum, & efficit Alimentorum legatum pium, *& iterum d. tit. p. priuil. 16. nu. 8.* vbi quod eatenus causa Alimentorum est priuilegiata, quatenus Alimenta pauperi debentur, *Adde Barbos. de pot. Episc. Alleg. 82. n. 11.*

3 Confert ad hoc simile de Causa Mercedis, quę tunc solum Priuilegiatur in eo, quod non admittat appellationem suspensiuam, quando cum ea concurrit Paupertas *Rota in Maceraten. Attentatorum D. 764. n. p. & 2. p. p. Diuers. dixi D. Fer. 52. n. 5.*

4 Contrarium vero, quod videlicet Alimentorum causa sit pia, siue pauperi, siue Diuiti debeantur, senserunt *Salicet. & Alex. in l. si certis annis C. de pact. & ibid.* Dec. *n. 9. & Alciat. n. 19. & iterum Dec. in c. p. n. 57. de prob. Ias. in l. p. in 3. limit. C. de fideicom. Corduba post alios in l. si quis a liberis §. vtrum ff. de Lib. Agnoscen.*

5 Confert ad hoc Ratio, quia siue Diuiti, siue Pauperi Alimenta relicta, vel alias debita sint, sem, er videntur respicere sustentationem vitæ, cuius fauor est superlatiuus in Iure, *ad tex. in l. Sancimus nemini 17. in fine C. de Sac. Eccles. ibi,* non absurdum est Animas hominum (idest vitas, seu Animata corpora, *vt exponit ibi gl. in V. Animas*) quibusquunque vasis, vel vestimentis præferri, & loquitur de vasis Sacris.

6 Confert, & alia Ratio, quoniam etiam Diues potest effici pauper. Non solum ex culpa, vt fatebatur ille canens.

Diues eram Dudum, fecerunt me tria nudum.
Alea vina venus, per quę sum factus egenus.

Sed etiam ex alia causa, vel casu, vt vaticinatur *Satiricus Iuuenalis lib. 3. sat. 7. ibi.*

Si fortuna volet, fies de Rhetore consul.
Si volet hæc eadem, fies de Consule Rhetor.

Immo vidimus, etiã oratores factos Aratores, & purpuratosquoq; nudatos, & sicut fortuna Inconstans instabilis, & variabilis est, & plusquam Luna mutabilis, sic & Diuitiæ, quæ ideo congruentius fortunæ, quam substantiæ nuncupantur, substantia enim huius Mundi non est vera substantia cum tot, tantisq; subiaceat accidentibus, *vt latius ostendi p. p. q. 4.* nec dantur in hoc seculo Bona absolute stabilia, quia sunt omnia mobilia, Immo se mouentia, Immo fugacia *vt ostendi p. 3. c. p. Rem. vlt.*

7 Confert etiam, quod si quid alicui relictum sit pro suis necessitatibus (quę verba important Alimenta) poterit is legatum petere, quamuis nulla subsit necessitas *Simon. de pret. de interpr. vlt. vol. lib. 4. Dub 8 n 91. & post alios Surd. de Alim. tit. 5. q. p. n. 42.* vbi adducit rationes, quoniam illa Dictio (Pro) non importat causam finalẽ, sed impulsiuam, & non importat conditionem, sed modum; posset etiam addi, quod verba illa. (Pro necessitatibus) possent intelligi, tam de præsentibus, quam de futuris.

8 Sed prædictos Doctores contra communem distinxionem sensientes reprobat *Surd. de Alim. tit. 8. prin. p. n. 5.* ea ratione, quia præsens rerum
9 status debet attendi præsertim cum Diues non præsumatur fieri pauper, sed potius pauper præsumatur in futurum ditescere, *vt ibi per eum,* & sic cessat secundum obiectum: Cessat etiam primum quoniam Alimenta hæc non concernunt in Diuite necessariam vitæ sustentationem, cum habeat aliunde; prout etiam cessat vltimum, quia licet relictum pro necessitatibus, debeatur, etiam si nulla subsit necessitas, non tamen erit tunc pium, quando necessitas non subest, quemadmodum etiam Legatum Alimentorum etiam Diuiti relictum debetur, sed non ideo dicendum est esse pium. Et in specie Decium, contrarium sensientem, repro-
10 bat *Crauett. d. cons. 199. n. 10. lib. p.* quoniam Ratio illa, quod Diues possit effici pauper, non subsistit, Actus enim iudicandus est secundum pręsentem statum, & non secundum futurum *ad tex. in l. Monetor. 4. C. si seruus exportandus veneat cum*
11 *alijs, de quib. ibi per eum.*

Confert ad comprobationem cõmunis distinxionis, quod licet, qui tenetur Alimenta præstare Iure legati, vel ex alia obligatione conuentionali, vel alias Iure actionis, teneatur, siue pauper, siue Diues sit ille, cui tenetur *l. de alimentis 8. vbi Bald. Alex. Ias. et alij C. de transf. Surd. de Alim.*
12 *tit. 7. q. 15. n. 27.* Attamen, qui tenetur alium alimentare ex sola dispositione legali; & sic solo Iudicis officio, & intuitu pietatis, non tenetur, nisi quãdo is cui alimenta debentur, est pauper actu, & potentia hoc est, nisi sit talis, qui nec habeat, nec habere possit aliunde, etiam ex arte, vel industria *gl. in l. si quis argentum §. p. C. de Donat. & in l. si*
13 *quis a liberis in princ. ff. de Lib. Agnoscen. & post alios Surd de Alim. tit. p. q. 78. n. 32.* quod est verum, etiam in patre, quo ad filium *l. si quis a libe-*
14 *ris 5. §. si vel parens ff. de lib. agnosc. Surd. de Alim tit. 7. q. 6. n. p. & 2. & n. 12.* vbi limitat quando

filio

filio Ars esset indecora, quia non dicimur posse, quod honeste non possumus *l. nepos proculo 125. ff. de verb. sign. l. filius 28. ff. de cond. et Dem. Surd.*
15 *de Alim. tit. 7 q. 6. n. 13.* & quod Alimenta non debeantur solo respectu filiationis, vel maternitatis, nisi concurrat Paupertas, *probat tex. in Auth. si pater C. Diuortio facto apud quem ibi. matrem alere coguntur egentem, &c.* & ibi quod de filijs Indigentibus diximus, & quod, nec etiam paternitas sine paupertate sufficiat probat *tex. in l. si quis à liberis 5. §. si vel parens in fine ff. de lib. Agnosc. ibi* patrem Inopem alere cogetur.

16 Ad idem confert, quod licet, qui tenetur Iure actionis titulo Legati, vel simili Alimenta præstare, teneatur etiam ad præterita non præstita *l. de alimentis 8. vbi DD. C. de transf. et post Bart. Bald. Felin. Rum. purpur. Tiraq. Menoch. & alios Surd.*
17 *de Alim. tit 5 q. p. n. 4.* Attamen quando Alimenta debentur ex sola legis dispositione, & sic Iudicis officio, & solo pietatis intuitu, tunc præterita non debentur, quoniam cum se aluerit is de quo agitur, cessat pro tempore illo paupertas ex parte petentis, quæ est extremum ad id necessario requisitum *Bart. in l. Libertis, quos §. p. n. 3 ff. de Alim. & Cib. leg. Afflict. D. 10. n. 4. & post Alex. Rom. & alios traait Surd. de Alim. tit. 5. q.*
18 *p. n. 43.* vbi etiam in filio loquitur, Idtamen fallit quando Alimentandus, pro tempore præterito accepit mutuam pecuniam, vt se aleret, tunc enim is qui tenebatur alere, etiam solo Iudicis officio tenetur ad huiusmodi debitum persoluedum, cum fuerit contractum tempore paupertatis, & indigentiæ, quæ videtur etiam vigere, donec Debitum viget *Bart. in d. l. libertis, quos §. p. n. 3. ff de Alim. & Cib. legat. Afflict. d. D. 10 nu. 4. & post. Alex. Cafir. & alios docet Surd. de Alim. tit.*
19 *5. q. p. n. 46.* vbi tamen, quod ex Bart. tunc non datur Actio Alimentario, sed mutuãti *ex l. fin. ff. de in rem verso, sed Surd. ibid n. 52.* probat actio-
20 nem competere, etiam Alimentando. Nota etiã hic, quod Alimenta decursa post motam litem dicuntur futura, decursa vero ante litem motam dicuntur præterita, *ita Verallus D. 24. nu. p. p. Surd de Alim. tit. 8. priu. 60. n. 16.*
21 Ad idem etiam confert, quod de futuris Alimentis sine prætoris Decreto Transactio non valet, de præteritis valet, *l. de Alimentis 8. C. de transf. Surd. de Alim. tit. 8 priuil. 56. n. 49.* vbi etiam generaliter, quod Alimenta præterita non gaudent priuilegijs Alimentorum cum in eis cesset Ratio Paupertatis, & Indigentiæ.

22 Amplia communem distinxionem, & Conclusionem supra firmatam, vt vera sit etiam si testator reliquerit Alimenta Diuiti Amore Dei, adhuc enim Legatum non dicetur Pium, *vt post alios probat Tiraq. de priuil. pia caus. in præfat. vers.* sed hoc intellige, vbi quod pia causa æstimatur magis ex paupertate legatarij, quam ex verbis testatoris *Sequitur Surd. de Alim. tit. 8. priuil. p. n. 8. de quo dixi latius infra in V. Testamentum, vbi vide si placet.*

23 Limita 1. Conclusionem prædictam, quia quo ad effectum transigendi super Alimentis, non interest an ij, quibus Alimenta relicta sunt, sint loquipletes, an minus, ita loquitur *tex in l. cum hi 8. §. cum transactionem ff. de transf. Tiraq. de pia cau. in præf. vers. quanquam tamen Surd. de Alim. tit. 8. priu. 56. n. 94. vbi in fin.* considerat in hoc rationem illam prouidentiæ, quod Diues potest effici pauper, Ad quod conferre potest *tex. Eccli. 18.* memento paupertatis in tempore Abundantiæ, & necessitatum paupertatis in die Diuitiarum & alius *tex. Eccli. 10.* in fine ibi, qui gloriatur in substantia, Paupertatem vereatur.

24 Nota hic etiam quod licet appellatione Alimentorum veniant victus habitatio medicinæ, & alia omnia ad vitam necessaria, & sine quibus humanum corpus ali, & sustineri non potest, *l. legatis alimentis 6 ff. de Alim. et cib. leg. Bart. in tract.*
25 *Alimentorum. n. p.* Id tamen verum est, quando agitur de Alimentis præstandis, secus est si agatur de Alimentis remittendis Vnde, qui transigit super Alimentis, non videtur, nec de habitatione, nec de vestiario transigere *l cum hi 8. §. qui transigit ff. de transf.*
26 Limita 2. quod licet causa Alimentorum, quæ debentur Diuiti, vel non pauperi, non dicatur proprie causa pia, dicitur tamen semper causa fauorabilis *vt post Alberic. Dec. & alios firmat Surd. de Alim. tit. 8. priu. p. n. 9. & eod. tit. 8. priu. 3. n. 9 & melius eod. tit. 8. priu. 20. nu. 9. & prius idem sensit Tiraq. de priuil. pia caus. in præf. vers. quan. q. an. tamen, & confert Seraphin. in Cesaraugustana aliment. D. 111. n. 6.* vbi quod non debet fieri interpretatio contra Alimenta, quæ sunt de sui natura fauorabilia.

27 Declara, quod ad effectum, vt Causa Alimentorum dicatur pia, pauper dicatur etiam ille, qui habet Bona necessaria ad vitæ sustentationem si sit nobilis, & viuere non possit secundum suam qualitatem ex redditibus suorum bonorum, vel si habeat filias nubiles, quas congrue dotare non valeat *Bald. in l. si quis ad declinandam col. 2. vers. Circa tertium C. de Ep. & Cler. Cepoll. Capr. Ias. Dec. Alciat. Lap. & alij relati per Tiraq. de nob. c. 20. n. 154. Surd de Alim. tit. 8. priuil. p. nu. 10. dixi latius p. p.*

28 Infertur, quod delegato Alimentorum, tunc solum falcidia non detrahitur quando relictum est pauperi, quia tunc solum est vere, & proprie Pium, secus quando relictum est Diuiti, *Bart in tract. Alim. n. 23. Cephal. conf. 564. n. 8. lib. 4. dicam latius in V. Falcidia.*

29 Adde hic, quod si pauperi aliquid annuum legetur, semper intelligitur legatum ad Alimenta, *Bald. in Auth. ingressi C. de Sac. Eccles. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 7. n. 11. & prius tit. 6. q. p. n. 20.* vbi generaliter, quod annua concessio facta pau-

peri

peri semper censetur ad Alimenta.

PRIVIL. XXIV.

Alumnus.

SVMMARIVM.

1 *Alumnus Diues, an teneatur alere pauperem nutricē, & nutricium. Alumnus non pot. hos in Ius vocare, sine venia, nec pro eis idonee testificari.*

2 *Vassallus debet Domino Reuerentiam, & obedientiā, & adiutorium.*

3 *Feudum est Beneficium. Maritus non succedit in feudo vxoris.*

4 *Vassallus, an teneatur alere Dominum.*

5 *Minor viginti annis, quos possit manumittere. Beneficium educationis, maius quam generationis.*

An Alumnus teneatur Alere nutricem, vel nutriciū,
6 *quando accepta mercede nutrierunt. Solutione omnis tollitur obligatio.*

7 *Contractus Innominati, qui sint; Beneficus est, qui dat, vt det.*

8 *Qui nummis libertatem dedit, Beneficium dedit, licet non gratuitum; Ingratus est, qui Beneficium reddit sine vsura.*

9 *Datur Beneficium mixtum cum contractu, et econtra, & contractus etiam mixtus pars lucratiuus partim onerosus.*

10 *Inter Collactaneos contrahitur fraternitas quędam, & inter Alumnum, & nutricem, & nutricium, quędam filiatio, & paternitas, & maternitas.*

1 Alumnus Diues tenetur alere pauperem nutricem, vel nutricium, *ad tex. in l. si quis à liberis 5. §. si impubes ff. de lib. Agnos. quem ad hoc inducit Surd. de Alim. tit. p. q. 52. nu. p. & 2.* vbi duas etiam rationes adducit, scilicet Reuerentiæ, & obligationis antidoralis, & firmat post alios non posse nutricium in Ius vocari sine venia, & pro Alumno non esse idoneum testem. Sed dubitari potest an textus ille probet hanc Conclusionem, cum ibi, solummodo disponatur, quod filius, & Impubes, & emancipatus patrem Inopem alere teneatur, & subditur Ratio, ibi Iniquissimū est patrem egere cum filius sit in facultatibus; Rationes autem ambæ possunt impugnari, cum nec Reuerentia sola, nec sola obligatio antidoralis, nec vtraque simul pariat necessitatem alendi extra casus expressos in Iure, patet in vassallo, qui
2 debet Domino reuerentiam, & obedientiam, *vt in §. licet tit. si de feudo defuncti. contentio sit*, vbi, quod etiam seruitium, & Adiutorium ei præstare tenetur, & tenetur eidem obligatione antidorali tanquam benefacienti bene facere, cum feudum
3 vtique sit Beneficium *c. p. §. fin. tit. quib. mod. feud. amitt. & in tit. qua fuerit prim. caus. benef. amitt. & prius in tit. an maritus succedat vxori in beneficio, & ibi* si fæmina habeat Beneficium, & maritum, maritus non succedit in Beneficio, hoc
4 est in feudo. Et tamen vassallus non tenetur alere Dominum, vt Authoritatibus, & rationibus comprobat *Roland. cons. 5. n. 12. & seq. lib. 3.* licet contrarium defendat *Surd. de Alim. tit. p. q. 55. n. 12. & seq.*

Et in specie, quod Alumnus non æquiparetur filio, nec etiam Adoptato, probare videtur *tex. in l. p. ff. ad S. C. Sillan. ibi*, quamuis in adoptato locum habeat, sed nec Alumno occiso locus est senatus consulto.

5 Potest tamen ad sententiam Surdi conferre, *tex. in §. Ioila autem 5. inst. tit. quib. ex caus. man. non licet ibi* permittitur minori viginti annis manumittere Patrem, Matrem, filium filiamue fratres sororesue naturales, aut Pedagogum, aut Nutricem, aut Educatorem, aut alumnum alumnamue, aut collactaneum: potest etiam pro eadem sententia conferre Ratio, quoniam videtur esse maius Beneficium educationis, quam generationis, vnde *Sen 3. de Benef.* minimum est inquit Beneficium patris, matrisq; concubitus, nisi accesserint alia.

6 Quatenus ergo vera sit sententia Surdi, quæ vere magnam sapit æquitatem, vel humanitatem forte limitari posset, vt procedat solum in nutrice, & nutricio, quando gratis nutriuerunt secus si receperunt mercedem suam, quia tunc cessare videtur Ratio antidoralis obligationis nam si solutione tollitur obligatio conuentionalis *inst. tit. quib. mod. toll. oblig. in princ* ergo multo magis soluitur obligatio antidoralis, & probat *tex. ibid.* tollitur autem omnis obligatio solutione eius, quod debetur.

Probatur, etiam alia Ratione, quoniam obligatio antidoralis prouenit ex Beneficio, & nos obligat, vt Benefacienti beneficiamus, sed nutri-
7 re sub conuenta, & accepta pecunia non videtur Beneficium, sed locatio operarum, vel certe Cōtractus innominatus, facio, vt des, qui est vnus ex quatuor comprehensis *in l. naturalis 5. ff. de prescr. verb.* At verum, ac proprium Beneficiū est, dare, vt des, facere, vt facias, vt indicat *Sen. p. de Benef. ibi* Dedi, vt darem, nemo Beneficia in Calendario scribit, & idem *2. de Benef. ibi* si qui Beneficium dat, sibi aliud reddi voluit, non fuit Beneficium, sed negociatio, & idem *3. de Benef. ibi*, si ad Iudicem voco, si appello, incipit non Beneficium esse, sed Creditum *dixi latius infra in V. Donatio.*

8 Sed in oppositum consierari potest *tex in l. 3. ff. de obseq. parent. ibi*, licet non gratuitum, Beneficium, tamen præstitit, qui nūmis libertatem prestitit, & cum nutrimentum concernat vitam, arguendo à libertate ad vitam, posset ille tex. induci ad sustinendam simpliciter, & generaliter conclusionem Surdi pro nutrice, & nutritore, seu educatore, etiam aduersus limitationem prędictā Accedit *Sen. Ep. 81. ibi* pecuniæ Creditori red-

dendum

est quantum accepi, at Beneficij plus soluendum est, & adhuc debeo, Ad idem *Sen. ep. 81. ibi* Ingratus est, qui Beneficium reddit sine vsura.

Potest ergo fortasse dici in hac facti specie *etiam arg. tex. in d. l. 3 ff. de obseq. parent.* quod ex
9 vno eodemque facto duplex oriatur obligatio, altera conuentionalis ad conuentam pecuniā Altera antidoralis ad Benefaciendum, & sicut ibi datur Beneficium mixtum cum contractu, Ita datur etiā contractus mixtus cum Beneficio, prout etiam inter contractum mere onerosum, & mere lucratiuum datur medium scilicet cōtractus mixtus partim onerosus, partim lucratiuus, vt cum minus iusto pretio venditur, & quod plus est donatur.

10 Et vere si inter collactaneos quædam videtur contracta fraternitas, vt dicunt scribentes *in d. §. insta inst. tit. quib. ex caus. man. non lic.* ita magis contrahi videtur correlatiua, quædam Ratio filiationis, & maternitatis, & paternitatis inter alumnum, & nutricem, & nutricium.

PRIVIL. XXV.

Appellatio I.

SVMMARIVM.

1 *Pauperi post primum fatale competit ipso iure secundum excommuniori. Lapso autem secundo, tertium datur ope Restitutionis, vt n. 2. eatenus quatenus paupertas impediuit vt n. 3.*

4 *Ad quē effectum probanda est paupertas, & an plene vide ibi, & sufficit paupertas procuratoris n. 5. non sufficit paupertas in genere, sed probanda est Impotentia prosequendi n. 6.*

7 *Pauper non gaudet priuilegio predicto, nisi de paupertate protestatus sit, nam paupertas non excusat à protestando.*

8 *Quando paupertas est notoria, excusat etiam à protestatione, Notorium non est probandum, sed allegandum.*

9 *Paupertas excusat etiam à protestatione quando exigit impensam, ad quam pauper ipse sit impotens.*

1 APpellanti, qui ob paupertatem non potuit prosequi causam Appellationis intra primum fatale, secundum indulgetur ipso Iure *tex. est in §. p. Auth. de ijs, qui ingrediuntur ad appellādum ibi,* per terram non valentes venire, propter Inopiam, *& tex. in c. ex ratione 8. de App. in V. impotentiam, & in V. nullum praeiudicium, et ibi Innoc. & Abb.* dicens notandum pro ijs, qui appellant ad Romanam Curiam *facit tex. in l. si procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mand. sec. intellectum Iac. Butrig. quem probat Bart. ibi,* & quem ita practicari dixit *Riccius in collectan. D. 226. tradit. Bart. in l. inuitus n. 7. C. de proc. & in Auth. de ijs, qui ingredi ad app. n. 3. & 4. Bald. in l. Acceptam n. 35. C. de vsur. & in c. si qui test. in fine, vbi etiā Felin. de test. idem Felin. in d. c. si qui testium de testib. n. 10. & in c significantibus n. 5. de off. deleg. Ias. in d. l. inuitus n. 11. C. de proc. Dec. in c. ex ratione n. 19. de App. & cons. 436. n. 2. & 22. lib. 2. Beninc. de paupert. q. 7. spec. 3. in Iudic. n. 14. & seq. Petrasanc. sing. 73. in fine incipit pauperes quoque Mattesilan. sing. 199 quod est vlt. Rim. sen. cons. 640. n. p. lib. 4.* vbi dixit clarissimi Iuris esse pauperi, qui in primo fatali non fecit causam expediri, ipso Iure dari secundum *Costa in suis memorialib. in V. paupertas Gigas. de pens. q. 80. nu. p.* vbi quod pauperi tempus non currit *Lancellott. de Attent. c. 12, Ampl. p. n. 56. & seq.* vbi ampliat, & limitat *Scaccia de Ap. q. 15. n. 44. & 46. Menoch. de casibus fortuitis p. 2. q. 4. n. 10. & in memorando trac. vel opusc. mors omnia soluit p. p. nu. 103. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 94. n. 5. Guido Pap. Decis. 436. Riccius Collectan. Decis. 436 Gratian. Decis. Marchia 34. Beuinten. Decis. Bon. 26. n. 2.* vbi quod paupertas operatur, vt fatalia non currant *Giurba plures allegans Decis. 18. n. 4.* vbi quod paupertas excusat à prosequendo, & Appellando, *& iterum idem Giurb. D. 116. n. 9.*

Contrarium tamen, quod videlicet ad obtinendum secundum fatale pauper indigeat ope Restitutionis in integrum, *post Syluan. & Decium, quos alleg sensit oddus de Rest. in integr. p. 2. q. 70. vbi tamē n. 17.* fatetur esse magis cōmunem sentētiam, quod pauperi primus fatalis ipso Iure non currat, Vnde, & nos non recedamus à longe communiori, & humaniori.

2 Lapso autem primo, & secundo fatali, tertium fatale pauperi ipso Iure non competit, sed solum indulgetur ei ope Restitutionis in integrum ex generali Clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, *vt in l. p. ff. ex quib. caus. maior. Dec. qui de com. testatur in c. ex ratione n. 46. de App. & cons. 439. n. 2. & n. 22. lib. 2. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 3. in Iud. n. 18. & 19. & post Franc. Felin. & Curt. Paris. cons. 30. n. 38. lib. 4. vbi de communi Odd. de rest. in integ. p. p. q. 11. art. 9. n. 52. & p. 2. q. 71. art. 3. per tot ibi d nu. 20.* affert quatuor limitationes *Giurba. d. D. 116. n. 12. & 13.*

3 Declaratur Primo, vt lapso secundo fatali, etiam Iuste impedito ob paupertatem non soleat concedi tertium integrum, sed restitui solum tempus illud, quo pauper fuit impeditus *Benincas de paupert. q. 7. spec. 3. in Ind. n. 19. Rot. Rom. Dec. 60. de App. in antiq. Giurb. d. D. 116. n. 13.*

4 Declaratur 2. vt procedat principalis Conclusio, probata paupertate, & non alias, nam quod ad effectum prædictum probanda sit ab allegante paupertas *dixit Giurba D. 18. n. 4. & Rota Rom. coram Tolomeo in Bracearen. vicaria D. 1029. n. p. p. 3. diuers. lib. 3.* & quod in hac specie paupertas sit plene probanda *sensit Ab. in c. ex ratione de App. ex tex in l. fin. §. illud C. de temp. App. ibi,* nisi euidentissimis probationibus possit ostendere,

quod ob inexorabilem causam, litem exercere, minime valuit, tunc enim ei aliud annale tempus indulgemus.

Sed quod in hac specie sufficiat probare paupertatem, etiam ex opinione vulgi et per famam, quoniam agitur de modico præiudicio, & reparabili, colligi videtur *ex traditis per Bart. in l. vnic. C. de mendic. valid lib. 10. & per Bald. in Auth. Hodie C. de Sac. Eccles. Rum. consl. 81. n. 3. lib. 5.* vbi addit rationem rationis, quia per concessionem noui fatalis, Ius partis non aufertur, sed differtur *l. vniuersa 4. C. de prec. Imper. cum ibi not.* si videlicet sententia est Iusta, si vero iniusta nullum patitur damnum pars aduersa. *idē sensit Rum. seu. consl. 940. n. 5. & seq. lib. 4.* & præsertim, vel saltem quando accedit Iuramentum ipsius pauperis, vbi sic temperat dictum Abbatis.

5 Ampliatur principalis Conclusio, vt ad effectum prædictum scilicet aduersus desertionem fatalium sufficiat probare paupertatem procuratoris, Ita colligi videtur ex casu deciso per *Rot. in Bracegren. vicariæ coram Ptolomeo D. 1029 n. p. p. 3. Diuers. lib. 3.*

6 Limitatur 1. quoniam ad hoc, vt procedat Conclusio non sufficit probare paupertatem in genere, est enim probanda Paupertas habito respectu ad causam de qua agitur, talis videlicet, quæ inferat impotentiam ad parandas expensas necessarias ad causam illam prosequendam *ad tex. in §. sed. & propter paupertatem inst. tit. de excus. tut. ibi, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere, & in his term. docet R. in. consl. 81. n. 6. lib. 5. Rim. sen. consl. 640. nu. 14. vers. Benefateor lib. 4. Gratian. Discept. forens. lib. 5. c. 907. n. p.*

7 Limitatur 2. vt Conclusio procedat, quando pauper protestatus fuit de impedimento cum iurata assertione paupertatis, alias non *Thesaur. D. 10. n. 5. Scaccia de App. q. 15. n. 48. Giurb. D. 116 n. 16.* Ratio est, quoniam paupertas non excusat à protestatione *ad tex. in l. si procuratorem 8. §. si ignorantes in fin. ff. mand. Giurb. d. D. 116. n. 17.*

8 Restringe 1. hanc Limitationem, vt non procedat quando paupertas esset notoria, quia tunc protestationem non exigeret, *vt post Bal. & Fel. tradit Beniucas de pauper. q. 4. n. 22. Giurb. d. D. 116. n. 17.* Ratio est, quia notorium non indiget probatione, nec protestatione *c. manifesta 15. cum seq. 2. q. p. c. euidentia 9. de accusat. ibi,* euidentia patrati sceleris non indiget Clamore accusatoris *gl. in l. p. vbi Bart. C. qui, & adu. quos Rip. de primil. Iudicij caus. pest. n. 18. & seq. Surd. D. 326. n. 82.* & notorium est, quod notorium non est necesse probare, sed sufficit allegare, *gl. in Clem. Appellanti in vers. alias de Appellat. vbi Io. de lign. Card. Florent. Imol. & Abb. Surd. D. 149 n. 14.*

9 Restringe 2. eamdem Limitationem, vt non procedat, quando potestatio requireret aliquam impensam, ad quam pauper esset impotens, quia tunc etiam à protestatione excusaretur cum eadē impotentię Ratio militaret *ad tex. in l. illud 32. ff. ad leg. Aquil. & hac restinctio,* comprobatur etiam ex infra dicendis priuilegio subsequenti.

PRIVIL. XXVI.

Appellatio II.

SVMMARIVM.

1 *Pauper excusatur ab appellando etiam in causis Criminalibus n. 2. quando appllatio requirit Impensam n. 3.*

4 *Appellari potest, etiam viua voce de Iure communi.*

5 *Pauper excusatur ab appellatione in scriptis non ab appellando voce, & potest appellare viua voce, licet Statutum requirat appellationem scriptam.*

6 *Pauper excusatur ab appellando etiam quando requirit impensam modicam.*

7 *Stante Statuto eum obseruantia, quod acta pro pauperibus gratis fiant, pauper non excusabitur ab appellando.*

8 *Paupertas quomodo probetur ad effectum huius priuilegij.*

1 Paupertas non solum excusat à prosequendo Appellationem iuxta ea, quæ supra diximus, sed etiam excusat ab appellando infra decem dies, vel infra alia tempora a Statuto præscripta, quæ pauperi non currunt, Vnde non ex hoc eius causa deseritur *l. si procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mand. in fin. ibi* si non prouocauerunt, quia eis paupertas non permisit, excusata est eorum Inopia, *tradit Bald. in l. non exigimus § si quis in Iudicio n. 4. in fine ff. si quis caut. Guid. Pap. D. 435. & prius D. 313. & post Bart. Bald. & Salicet. Gigas. de pens. q. 80. n. 5. Scaccia. de App. q. 12. n. 163. Gratian. D. 34. quem refert Riccius in Collectan. D. 276 super tex. in Auth. hodie C. de App. Cassad. D. 6. de App. n. p.* vbi quod est firma propositio, *& n. 2.* vbi quod Rota admittit hanc excusationem in appellando, & prosequendo, *Giurb. D. 18. nu. 3.* vbi quod excusat ab appellando, & prosequendo, dummodo paupertas probetur, *Magon D. Luc. 40. n. 9. Nouar in praxi priuil. miserab. priuil. 94. n. 4. Medic. de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 10.*

2 Ampliatur, vt Conclusio procedat etiam in causis Criminalibus. *vt post Innoc. & Gugl. tradit Bal. in l. non exigimus §. si quis in Iudicio ff. si quis cautien.* vbi quod ex hoc fuit quidam liberatus à pœna furcarum *Boer. D. 247. n. 16. Lancellott. de Atten. p. 2. c. 12. ampl. 4. nu. 9. Scaccia de App. q. 12. n. 161.*

3 Limitatur 1. vt Conclusio procedat quando Appellatio requirit Impensam, alias non, *Bart. in l. Iniustus n. 6. C. de proc. ibi,* quod forte necesse erat appellare in scriptis, vel secundum statuta faciendum

dum erat aliquod depositum, vel soluenda aliqua Decima &c. *Gud. Pap. de App. q. 15. n. 21. vestrius in praxi lib. 7. t. vlt. in fin. n. 20. Odd. de Rest. in integr. p. p. q. 11. art. 9. n. 50. & 51. Scaccia de App. q. 12. n. 163. & post alios Costa de Rem. subsid. Rem. 25. n. 14.* probatur haec limitatio Ratione, quam adducit *Bart. in d. l. mutus C. de*
4 *proc. n. 7. ibi,* quae enim excusatio esse potest ab appellatione interponenda, ob paupertatem cum appellatio possit viua voce interponi *l. litigatoribus 14. C. de App. l. p. in fin. & l. 2. ff. de App.*
5 Vnde quod pauper excusetur ab Appellatione in scriptis. non autem ab Appellatione viua voce interponenda, *dixerunt Mynsing. obs. 58. cent. 2. Lancellott. de Attent. p. 2. c. 12. n. 50 Magon. D. Lucens. 40. n. 8.* quando autem appellandum esset in scriptis ex forma statuti, adhuc pauper excusaretur, & posset appellare viua voce, *ut post puteum Mynsign. Gayl. Bredorad. docet Costa de Rem subsid. Rem. 25. n. 16.*
6 Declara dictam primam Limitationem, vt pauper excusetur ab appellando, etiam quando appellatio requirit modicam impensam, *vestr. in praxi lib. 7. c. vlt. in fine n. 20. quem sequitur Scaccia de App. q. 12. n. 163.*
7 Limitatur 2. quando vigeret Statutum in loco, vt acta, scripturae, & patrocinia pauperum gratis expedirentur, tunc enim pauper non esset excusandus, ab appellando *Thesaur. D. 10. nu. 5. Giurb. D. 116. n. 18. Scaccia de App. q. 15. n. 50.* & licet hi loquantur in non prosequtione, Idem tamen, ead. ratione dicendum est in non appellatione.
8 Declara hanc Limitationem, vt procedat quando simul cum Statuto vigeret obseruantia, immo sufficeret in hoc vigere obseruantiam iuris communis, quod hoc ipsum disponit, *vt diximus in V. Aduocatus, & dicemus in V. Notarius, & in V. Procurator.*

Quomodo autem probetur paupertas ad effectum huius priuilegij, vide in priui. Antecedenti.

PRIVIL. XXVII.

Appellatio III.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non admittitur in Causa Alimentorum.*
2 *Venter Dilationem non patitur, & precepta non audit. non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur. Gula expectationis Impatiens; malus panis expectando Bonus fit.*
3 *Alimenta pauperi debita non admittunt Appellationem secus si debeantur non pauperi, sic causa notis est Inappellabilis, solum quando debetur pauperi, prius solutis Alimentis.*
4 *Appellans in causa Alimentorum non auditur, nisi*
5 *Appellatio suspensiua non datur, quando pronunciatur pro Alimentis, secus si contra.*
6 *Appellatio suspensiua non datur in Alimentis futuris, in preteritis autem datur.*

1 Appellatio suspensiua non admittitur in Causa Alimentorum *l. fin. ff. de app. recip. can. fin. 2. qu. 6. Bart. in l. mela in fine ff. de Alim. & Cib. leg. & post Papiens. Afflict. Vitalin tract. Crotum Grammat. Nattam, Gigantem mantucam, & alios. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 60. n. 5. & 17. & post Bald. nouell. Menoch. Ofasch. Lup. Gratian. Discep. Forens lib. 4 c. 665. nu. p. Adde uerum.*
2 *Surd. de Alim. tit. 9. q. 3. n. 4.* vbi rationem adducit, quoniam causa Alimentorum, & sic venter non patitur Dilationem, *Adde Sen. Ep. 21. ad Lucillum ibi,* venter praecepta non audit, non est tamen molestus Creditor, paruo dimittitur, si das illi, quod debes, non quod potes *Ad idem D. Bern. de inter Dom. c. 58. ibi,* Gula expectationis impatiens, inuitat, & instigat, sed qui vult patienter, ac libenter expectare, audiat *Sen. Ep 123. ibi*, malum panem inquis, expecta, bonus fiet, etiam illum tenerum, & siligineum fames reddet.
3 Declaratur Conclusio, vt procedat solum, quando agitur de Alimentis debitis pauperi, non habenti aliunde, vnde se alat, *ita post Gugliel de Suz. & Io. andr. Bald. nouell. de Dote p. q. priu. 7. n. 2. & post mart. de fan. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 60. n. 21.*

Ratio declarationis est, quia solum quando pauperi debentur Alimenta, tunc militat Ratio celeritatis considerata *in d. l fin. ff. de Appell. Recip. ibi,* si Res Dilationem non recipiat, non permittitur appellare *Bald. nouell. de Dote p. 9 priu. 7. n. 2* qui idem dicit in Dote *n. 3.*
4 Ampliatur, vt Appellans in Causa Alimentorum non audiatur. nisi solutis prius Alimentis *Contard. in l. vnic. in 3. limit. n. 57. C. si de momen. poss Caputaquen. D. 118. lib. p. quem allegat. Surd. de Alim. tit. 8 priu. 96. n. p.* vbi dicit esse notandum, & non afferre rationem cum non possit causam defendere, qui non alitur, vnde etiam in hac Ampliatione Surdus paupertatem supponit.
5 Declara, & intellige, vt non detur Appellatio suspensiua, quando pronunciatur pro Alimentis secus si contra *Aug. in d. l. fin. ff de App. Recip. Surd. de Alim tit. 8. priu. 60. n. 26. & vide qua in similibus dixi Decis Fer. 31. n. 4. & seq.*
6 Limita, vt Appellatio suspensiua non detur in Alimentis futuris, in praeteritis autem datur *Verall. D. 24. n. 2 p. p. & post plurimos probat Surd de Alim. tit. 8. priu. 60. n. 15.* & Ratio esse potest, quoniam solum in futuris militat Ratio paupertatis, vt indicat *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 60. n. 16. ibi,* in Alimentis praeteritis cessat suspicio, ne is fame pereat, iam enim vixit, sed vide in V. Alimenta.

PRIVIL. XXVIII.

Appellatio IV.

SVMMARIVM.

1 *Causæ pauperum sunt inappellabiles, & in specie causa mercedum. & Alimentorum non sunt inappellabiles nisi cum paupertate coniuncta.*

2 *Causæ piæ, an sint inappellabiles. Causa pauperis plusquam pia.*

1 CAusę pauperum sunt Inappellabiles *Marc bes. de Commiss. p. p. c. 29. tit. de Commiss. Appell. in caus. merced. n. 27. Mastril. D. 67. n. 14. Rota Rom. in Maceraten. attentator D. 764. nu. 3. p. p. diuers.* quæ decidit, causam mercedis, vel Alimentorum esse inappellabilem, quãdo concurrit paupertas, alias non, *vt ibi n. p. 2. & 3. Nouar. in praxi priuil. miser. person. priu. 58. nu. p. & conferunt tradita per Grattian. Discept. Forens. lib. 4. ca. 665. nu. p.*

2 Et quod in Causis pijs, generaliter non detur Appellatio, *sensit Bald. in Rep. l. p. C. de Sac. Eccles. q. 9. in fin.* adducens, quod si nõ datur Appellatio cum Recidationem non recipit ob corporis salutem, *vt in l. fin. C. de ap. Recip.* fortius inquit denegari debet cum de salute Animę agitur.

Sed contra, quod generaliter in causis pijs detur Appellatio *docent Roman. in Auth. similiter C. ad leg. Falc. spec. 6. in Iudic. Alex. ad Bart. in l. mclass. de Alim. et cib. leg. Tiraq. de pia caus. priu. 153. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 60. n. 7. & tit. 9. q. 3. n. 4.* vbi tamen intelligit, quando patiuntur dilationem.

Vnde Colligo, causam pauperis esse plusquam piam. Ad quod vide, *quæ dixi in V. pia causa.*

PRIVIL. XXIX.

Appellatio V.

SVMMARIVM.

1 *IN Causis modicis non datur Appellatio.*

2 *Causa modica, vel magna Iudicatur Iudicis Arbitrio regulando ex qualitate litigantium.*

3 *Si causa sit magna respectu pauperis, & modica Respectu Diuitis, electio est pauperis, quo ad effectũ Appellationis.*

4 *Iudicium Claudicare potest fauore minoris, sic & fauore pauperis.*

1 IN Causis modicis non datur Appellatio *Auth. nisi breuiores C. de sent. experic. recitan. canonizata in Can. anteriorum 2. qu. 6. & post Marant. Rebuff. Caranit. Rugineli. tradit Scaccia de Ap. q. 17. limit. 40. n. p.* Causa vero magna, vel modica iu-

2 dicatur habito respectu ad qualitatem litigantium regulandam ex regulato Iudicis Arbitrio, *Bart. in d. Auth. nisi breuiores C. de Sen. ex per. rec. n. p.* dicens hanc esse veram opinionem, *& post Franc. Bald. Ias. Caraut. docet mea. lib. 2. de Arbitr. cas. 72. n. 10. & post alios Scaccia de App. q. 17. limit. 40. n. 4. vers. quarta opinio, & n. 5.* vbi quod ideo Causa, quæ inter pauperes potest esse

3 magna, potest inter Diuites esse parua, quod si Causa, quæ agitur inter Diuitem, & pauperem sit parua respectu Diuitis, & magna respectu pauperis, iudicabitur magna, vel parua, prout magis expediet pauperi, cui propterea competet in hoc electio Appellandi, vel non Appellandi *ad tradita per Beniucas. de paupert. q. 4. n. 8. & seq. Scaccia de Appell. d. q. 17. limit. 40. n. 6.* vbi adducit simile, quod miserabiles personę habent etiam electionem fori, & trahunt, & non trahuntur, de quo dicemus *infra in V. Forus.*

4 Nec videtur absurdum fauore pauperis claudicare Iudicium, cum etiam fauore minoris huiusmodi Claudicatio permittatur *l. non ea minus 14. C. de Proc. Eueterd. in loco à contr. ad Iudicia, & post alios Tuscus Conclus. 289. n. 9. l. C. Ludouis. in Pampilonen. decimarum D. 467. n. 5. dixi ego D. Fer. 4. n. 6.* & pauperes gaudeant priuilegijs minorum, vt dicemus infra in V. minor.

PRIVIL. XXX.

Appellatio VI.

SVMMARIVM.

1 *APpellare non licet omisso medio, etiam ad Principem Regulariter.*

2 *Lex est Imitatrix naturæ. Ab extremo ad extremum non medio non transire, naturæ repugnat.*

3 *Dicto (al. ad) est implicat sua similitudine: In habentibus Symbolum facilis est Transitus.*

4 *Pauperes possunt, omisso medio appellare ad Principem, & ad Papam.*

5 *Principis est egenis prospicere, sed multi, nec prospiciunt, nec respiciunt, sed despiciunt: Sępe homo quam altis habitat, humilia Despicit.*

6 *Episcopus est Pater pauperum. & mislio nidgi Papa Papa Pater patrum, ordinarius ordinariorũ Episcopus totius orbis.*

1 NON licet Appellare omisso medio, etiam ad Principem, sed Appellandum est ad immediatum Superiorem eius à cuius sententia appellatur *l. Imperatores 21 in princ. ff. de App. & Relat. tradit post spec. Marant. de ord. Iudic. in ca. de App. n. 357. & seq.* vbi affert decem Limitationes, *& post alios Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 61. n. p. & seq.* Adde ad hoc elegantem tex. *in l. 2. §.*

fit tibi C. de mand. princ. ibi, si quis cum te non
2 adierit ad hanc Regiam venire præsumpserit Ci-
uitatem, & remittemus eum ad te cum correctio-
ne, nec Responsum dabimus ei, Confert ad id Ra-
tio, quoniam Lex est imitatrix naturę *§. minorem in-
st. tit. de Adopt.* Transire autem ab extremo ad
extremum intacto medio, naturæ repugnat, vt
docuit Phylosophorum Princeps Aristoteles.

Et sensisse videtur Medicorum Princeps Hypo
crates. *sect. 2. Aphor.* [illegible] plurimum, &
repente vacuare, vel replere, calefacere, vel re-
frigerare, aut alio quouis modo corpus mouere,
periculosum, omne si quidem nimium, naturę ini-
micum; paulatim vero, quod fit, tutum, & præter-
tim si quis ab vno ad aliud transierit, intellige ad
aliud, idest ad simile, sed non contrarium, scilicet
ad diuersum, sed non aduersum, dictio enim Alius
3 alia Aliud est indicatiua similium *gl. in l. si fugiti-
ui in V. qualibet alia C. de seru. fugit. & post. Bald.
Ang. Cast. Salic. docet Euerard. in loco a natura di-
ctionum implicatiuarum post medium vers. Aduerte
etiam*, & Confert ad hoc simile Axioma Phyloso-
phicum, & legale, quod in Habentibus simbolum
facilis est transitus *dixi D. Fet. 58. n. 13.*

4 Attamen miserabiles personæ, & sic pauperes
appellare possunt ad Principem omisso medio, &
in specie ad Papam *Hostien. & Io. Andr. in c. fin.
de Iud. Ant. de butr. in c. licet ex suscepto de For.
comp. Aut. Franc. ad Ab. in c. significantibus de off.
deleg. n. p. Rebuff. de sent. prou. art. 3. gl. vlt. n. 21
Scaccia de Appell. q. 7. n. 113. Thesaur. D. 177. n. 8.
Trentacinq. var. resol. lib. 2. Res. 2. de Citat. n. 4. [illegible]
ces de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 34. & post hos. [illegible]
[illegible] Nouar. in praxi priu. [illegible] 61. n. 7*

5 Confert ad hoc Ratio, quoniam Princeps de-
bet esse Pauperum protector *ad tex. in l. priuil. 12.
C. de Sac. Eccles. ibi*, Humanitatis nostræ est ege-
nis prospicere, & dare operam, vt pauperibus
Alimenta non desint, & Deum in hoc ipso debent
imitare, de quo dicitur *Ps. 71.* Liberauit paupe-
rem a potente, & pauperem cui non erat Adiutor,
& Ps. 10. oculi eius in pauperem respiciunt, sed
multi non solum non prospiciunt, sed nec respi-
ciunt, Immo despiciunt, Deus enim in altis habi-
tat, & humilia respicit *Ps. 112.* homo vero, qui
in altis habitat, plerumq; humilia despicit.

6 Sed si de Papa loquamur, si quilibet Episcopus
dicitur pater pauperum, *vt dixi in V. Episcopus*,
multo magis Papa, pauperum pater dicendus est,
qui est pater patrum, *vt post Bald. & alios dixit Ias.
in l. qui Romæ §. seia n. 15 ff. de verb. oblig.* & Epis-
coporum omnium Episcopus, & ordinarius ordi-
nariorum, & Episcopus totius orbis, *vt post Gomez
Ias. dixit Garzia de Benef. p. 5. c. p. n. 8. sub finem.*
Vnde, & de S. Leone huius nominis secundo Pon-
tifice legimus die 28. Iun. Leo secundus vere pa-
ter pauperum fuit, non enim pecunia solum, sed
opera labore, & consilijs, egentium pupillorum,
& Viduarum Inopiam, ac solitudinem subleua-
bat cuius imitatorem esse Pontificem nunc Re-
gnantem, in Domino Gaudeamus.

PRIVIL. XXXI.

Appellatio VII.

SVMMARIVM.

1 QVI nihil probauit in causa nō auditur appellās, nisi expensas reficiat, vel doceat de Impedimento ex Regia pragmat. fallit in pauperibus n. 2.

3 *Paupertas habet vim impedimenti, in his quę requirunt Impensam.*

1 QVI nihil probauit in Causa Principali non
auditur Appellans, nisi refectis expensis,
vel nisi doceat de impedimento, *ita disponit Regia
pragmatica n. 27. quam refert, & in Regno seruari
testatur Marant. de ord. Iudic. in c. de App. n. 342.
2 vers. Trigesimo quarto limita*, fallit tamen id in mi-
serabilibus personis, & pauperibus, quę si succum-
bant in causa licet nihil probauerint, & licet non
doceāt de alio impedimento, adhuc tamē possunt
appellare, & non coguntur ante omnia expensas
reficere, vt disponit prædicta pragmatica Regia,
*& refert Marant. de ord. Iudic. in c. de App. n. 342 in
3 fine.* Confert Ratio, quoniam paupertas habet
vim impedimenti præsertim in is quæ requirunt
impensam. *& faciunt tradita supra in primo, & se-
cundo verbo Appell. & infra in V. Emphyteota, &
in V. expensa, & alibi.*

PRIVIL. XXXII.

Arbitrator.

SVMMARIVM.

1 *ARbitratore non arbitrante, non est locus arbitrio Boni viri. fallit in causis pijs, & in specie in Dote, & Alimentis n. 2. & in causa pauperis, quę dicitur valde pia n. 3.*

4 *Causa Alimentorum non est omnino pia, nisi quando cum paupertate coniungitur.*

5 *Causę pauperum terminantur ex bono, & equo.*

1 ARbitratore à partibus electo non arbitrāte,
Compromissum euanescit, nec Recurritur
ad Arbitrium boni viri *l. si quis arbitratu 43. ff. de
verb. oblig. vbi gl. concordantes adducit l. fin. C. de
contr. empt. Sard. de Alim. tit. 8. priu. 71. n. p.*

2 Attamen fauore piæ causæ Arbitratore, non
Arbitrante, locus fit Arbitrio boni viri ad tex. qui
loquitur in Dote *in l. 3. C. de Dot. prom. & in l.
cum post 70. §. gener. ff. de Iur. Dot. Bart. in l. p.
col. 3. in 5. opp. C. de contr. empt.* vbi loquitur in

Ali-

Alimentis *Tiraq. de pia cauf. priuil.* 145. licet arguat textus allegatos non probare *Surd. de Alim.*
3 *tit.* 8 *prin.* 71. *n.* 4. *&* 5. Idem ergo dicendum est in Causa pauperis, tum quia est vere, & proprie pia, Immo eminenter Pia, vt dixi in V. pia causa,
4 tum etiam quia causa ipsa Alimentorum non est omnino pia, nisi quando est cum paupertate coniuncta, *vt ostendi sup. in V. Alimenta* 4. *prin.* 23.
5 Accedit in hac specie, quod maxime congruit Arbitrium boni viri in Causis pauperum, quæ dirimendæ, secandæ, & terminandæ sunt ex bono & æquo, *vt diximus in V. aquitas.*

PRIVIL. XXXIII.

Aromatarius.

SVMMARIVM.

1 *A Romatarius tenetur pauperi gratis dare medicinalia.*

1 ARomatarius, seu Pharmacopola tenetur gratis tribuere pauperi medicinam, ac medicinalia, *vt post Io. Mai. et Caietan. tradit Azzor. Morar. Instit. to.* 2. *lib.* 12. *c.* 8. *q.* 5. *verf. ex bis perspicitur, quem fideliter refert Diana Ref. mor. p.* 5 *tr.* 8. *de elemos. Ref.* 6. Ad Declarationem huius priuilegij, *vide qua dicemus infra in V. Medicus.*

PRIVIL. XXXIV.

Attentata.

SVMMARIVM.

1 *S Tante paupertate attentantis suspenditur reuocatio attentatorum in negotio principali.*
2 *Rota ex Rationabili causa suspendit Renocationem attentatorum.*

1 PAupertas Attentantis, maxime stante potentia Aduersarij operatur, vt signatura Referibat procedi in negocio principali, absq; eo, quod ante omnia reuocentur Attentata, *Lancellott. de attent. c.* 30. *quod est vltimum n.* 245. asserens fuisse præsentatam similem Commissionem D. Rubusterio pro Scalamonti sus contra Cæsarinum, licet tunc Domini dixerint non constare de Paupertate.
2 Confert ad id *Rota D.* 61. *de App. in nou.* vbi patet, quod Rota ex Rationabili causa consueuit suspensa attentatorum reuocatione procedere in principali negotio ad effugiendos circuitus, & occurrendum laboribus partium, & expensis, Ad quæ semper bonus Iudex debet respicere, *vt ibid. dicitur* At Iudex magis ad id respicere debet in persona pauperis, qui magis est impotens ad sustinendas expensas. Conferrunt ad prædicta, *qua diximus in V. expensa, vbi vide si placet.*

PRIVIL. XXXV.

Auus.

SVMMARIVM.

1 *A Vus paternus dotare tenetur pauperem neptem ex filio paupere, & codeficiente tenetur pro auus paternus n.* 2.
3 *Dos data pauperi nepti ex filio paupere nō imputatur in legitimam filio.*
4 *Auus, pauperem neptem, etiam nuptam an dotare teneatur.*
5 *Ex bonis Patris, vel Aui confiscatis, tenetur fiscus filiam, & neptem pauperem dotare.*
6 *Deficientibus Ascendentibus paternis, tenetur auus maternus dotare neptē pauperem ex filia paupere*
7 *Appellatione patris late sumpto vocabulo veniunt. ascendentes per paternam lineam, & Appellatione matris Ascendentes per maternam lineam.*
8 *Etiam hæres aui tenetur dotare pauperem neptem.*
9 *Auus tenetur dotare neptem, vt supra, dummodo ex dotatione non fiat ipse pauper.*
10 *Sufficit ad effectum prædictum si neptis probet suam paupertatem ex com. reputatione.*

1 NEptem pauperem ex filio paupere prædefuncto, vel viuente, Auus paternus dotare tenetur *l. Auus* 82. *ff. de Iur. Dot. l. pen. ff. de lib. Agnosc. l. Dot.* 6. *ff. de Collat. Bon. Mascard. de prob. Conclus.* 156 *n.* 11. *Surd. de Alim. tit. p. qu.* 102. *n.* 8. *Costa de Rem. subsid. Rem.* 64. *n. p. Rota in portnen. bonorum D.* 526. *n.* 5. *& est D.* 447. *in impressis nomine Seraphyn.*
2 Ampliatur 1. vt deficiente Auo paterno, Pro auus maternus dotare teneatur pauperē proneptem *Alex. conf.* 201. *n.* 23. *vol.* 6. *facit gl. in l. si apud ff de minor tradit Costa de Rem. subsid. Rem.* 64. *n. p. luq fin.*
3 Ampliatur 2. vt quando Auus paternus dotat neptem pauperem ex filio paupere, Dos neptis non imputetur in legitimam filio, *Alex. in l. in quartam n.* 28. *ff. ad l. Falc. Rum. ibid. n.* 54. *Natta conf* 343. *n.* 6. *&* 22. *Ant. Gabr. post alios Com. concl. lib.* 3. *tit de Iur. Dot. Conclus.* 5. *n.* 8. *& post alios Surd. de Alim. tit. p. q.* 102. *n.* 9.
4 Ampliatur 3. vt Conclusio procedat etiam in nepte, iam nupta *gl. in l. obligamur §. lege ff. de oblig. & action. Alex. Conf.* 169. *vbi de communi vol.* 2, *Ias. in Auth. præterea C. vnde vir, & vxor Ang. Aretin conf.* 81. *Curt. Sen. conf.* 27. *nu.* 35. *Natta conf.* 201. *quos sequitur Costa de Rem. subsid. Rem.* 64. *n.* 2. Contrarium tamen censuit peg ner. *Decis. Catalen.* 117. *n.* 8. *&* 9. in terminis Authen-

ticæ

ticæ Res quæ, de quo dixi aliquid, *supra in V. Alienatio*.

5 Ampliatur 4. etiam si Bona Aui fuerint confiscata, transeunt enim cum hoc onere in fiscum, qui propterea ex illis dotare tenebitur *Plot. inter consilia Criminalia Ziletti cons. 130. n. 24. to. p Soc. Sen. cons. 57. n. 23. lib 4. Beccius cons. 8. Clar. in praxi q. 78. n. 23. & seq Peregr. de Iur. fisci lib. 5. tit. p. n. 76. Surd. de Alim. tit. p q 31. n. 16.* vbi loquitur in filia *Costa de Rem. subsid. Rem. 64. n 3.*

6 Ampliatur 5. vt deficientibus Auo, & ascendentibus paternis, teneatur in subsidium, etiam Auus maternus dotare pauperem neptem ex filia paupere, *Bald. in l. neque Mater C. de Iur. Dot. Curt. Iun. in Auth Res. qua n. 15. C. Com. delegat. Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Donat. ver liberos n. 63. Rota. in Rom. Dotis D. 233. n. p. p. 2. recent. sequens Surdum licet erranter eum alleget q. 65. id eum tradit Surd de Alim. tit p. q. 16. n. 5. & seq.*

7 vbi quod sicut patris appellatione veniunt Auus poternus, & ascendentes omnes per paternam lineam, *vt docet Card. Florent. in c. cum haberet in fine de eo, qui duxit in vxorem, quam poll. per adult.* ita etiam appellatione matris veniunt Auus maternus& cæteri per maternam lineam ascendentes *ad tex. in §. illud quoq. Auth. vt matri, & auia vbigl. Innoc. in c. si vero de Sen. excom. Bald. in sua Margarita in V. Matris Appellatio.*

8 Ampliatur 6. vt Conclusio procedat etiam in hæredibus Aui materni *Abb. cons. 115. in prime. lib. 2. Seraph. in Rom. Dotis, & Alimentorum. D. 53. n. 7.*

9 Declaratur 1. Conclusio vt ad effectum de quo in ea, non requiratur in Auo exuberantia, seu superfluitas Diuitiarum, sed sufficiat si per dotationem non constituatur in statu paupertatis *Roman. Cons. 364. n. p. cum seq. Thesaur. D. 21 1. n. 23 Rota in Rom. Dotis D. 233. n. p. p. 2. Recens.*

10 Declaratur 2. vt ad effectum prædictum sufficiat in nepte, vel pronepte probatio paupertatis ex communi reputatione *Seraphyn. in Rom. Dotis seu Alimentorum D. 51. n. p. Rot. in Rom. Dotis D. 233. n. 2. in fin. p. 2. Recens.*

PRIVIL. 36. primo alias 39.

Blasphemus.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemus septem diebus tenetur alere tres pauperes, vel duos, vel vnum.*
2 *Blasphemiæ pæna de Iure Ciuili capitalis, de Consuetudine Arbitraria.*
3 *Blasphemi lingua torquenda.*
4 *Delinquens puniendus est in quo deliquit, Instrumenta peccantis fiunt Instrumenta punientis, per quæ quis peccat, per hæc torquetur.*
5 *Pietas est Impios punire; est misericordia puniens, &*
6 *Crudelitas parcens; Iudices diligenter Inquirentes, & seuere punientes Blasphemos, decem annorum Indulgentiam consequuntur pro qualibet vice.*

1 Blasphemus exponitur præ foribus Ecclesiæ septem diebus Dominicis, & quolibet ex dictis diebus tres si poterit, alioquin duos tenetur reficere pauperes, siue saltem vnum, si vero neq; ad hoc eius suppetunt facultates, id in aliam pœnam commutatur, *ita disponit tex. Gregorij noni in c. 2. de maledicis, & vide, quæ dixi in V. Maledicus.* Interim nota, quod licet Pœna Blasphemantium

2 de Iure Diuino, ex lege Mosaica, ac etiam de Iure Ciuili Capitalis sit, hodie tamen Arbitrariam esse *docet post alios Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 375. n. 30* regulandam videlicet ex qualitate Blasphemiarum, & Blasphemantium, extendibilem, etiam vsque ad mortem inclusiue, *& tradit etiam Diana p. 4. tr. 7. Res. 8.* loquens de triremi-

3 mus, fustigatione, pecuniaria, at alijs, ego si mihi liberum in hoc tribueretur Arbitrium, Regulate forsan arbitrarer Blasphemos, non esse puniendos alia pæna quam torturæ, dicerem tamen non bracchia, sed linguam esse torquendam, vt Reus fateretur, quod inique negauit, vt redderet famã Deo, vt delinquens puniretur in eo, in quo deli-

4 quit *ad tex. in c. vnic. de Cler. non ordin. minist.* & quæ fuerunt Instrumenta peccantis, fierẽt instrumenta punientis, vt loquitur D. Aug.

Et per quæ quis peccauit, per hæc torqueretur *iux. tex. sap. c. p.*

5 Idque libenter agerem, non solum ex generali ratione, quod pietas est, impios punire pro Deo, *vt dixit D. Hieron. in Can. Legi 23. q. 8.* & est aliquando misericordia puniens, & crudelitas parcens, *vt dixit D. Aug. ad Macedonianam Ep. 89.* sed & eo magis, quo in Iniurijs Dei, impium est esse patientem *vt sensit D. Thom. 22. q. 136. art. 4.* & eo etiam,

6 Magis quo in Concilio lateranensi sub Leone Decimo post pœnas impositas ibi tam laicis, quã Clericis Blasphemantibus constitutum lego, *& refert vbi supra Menoch.* vt Iudices, qui in Inquirendis, & puniendis Blasphemis Diligentes fuerint, ac seueri, pro qualibet vice decem annorum Indulgentiam consequantur, Libentissime autẽ imponerem pœnam constitutam *in d. c. p. de maledicis* non tam odio Blasphemantium, seu Blasphemorum, quam Amore mẽdicantium, & egenorũ.

PRIVIL. 36. secundo.

Beneficiatus p.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Beneficiatus tenetur pauperibus dare superflua, & saltem quartam partem.*

Distri-

2 *Distributiones quotidianæ, stipendia missarum, & similia reputantur patrimonialia, vel quasi.*

3 *Bona Ecclesiæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum Patrimonia pauperum.*

4 *Ex redditibus Ecclesiæ pars debetur Episcopo, pars Clericis, pars Fabricis, pars pauperibus.*

Cauendum, ne plus calcaria, quam Altaria niteant.

5 *Episcopus tenetur saltem quartam partem redditunm pauperibus erogare.*

Debet alienam Inopiam, suam credere, & si potest propriæ paupertatis obliuisci, vt succurrat alienæ.

6 *Non valet consuetudo eximens beneficiatos ab onere distribuendi pauperibus.*

7 *Pensionarius, an teneatur pauperibus, sicut Beneficiatus, & an, & quando pensio æquiparetur Beneficio.*

8 *An Beneficiatus teneatur ex lege iustitiæ, vel Charitatis pauperibus dare.*

9 *Beneficiati ex Communiori sunt veri Domini, & non soli necnarij, vel dispensatores redditunm Ecclesiasticorum.*

10 *Beneficiatus an possit viuere de Beneficio, licet habeat patrimonium.*

11 *An quod parce viuendo sibi subtraxit Beneficiatus, cadat sub spolio.*

12 *An Beneficiatus teneatur præferre pauperes loci, in quo situm est Beneficium.*

13 *Beneficiati tenentur etiam communibus pauperum necessitatibus, Laici solis extremis, vel grauibus.*

14 *Ex redditibus Ecclesiasticis potest dari Consanguineis ne egeant, non vt ditentur.*

15 *Licet Laicis seruare superflua ad suum, vel suorum statum ampliorem faciendum, Ex redditibus Ecclesiasticis non licet.*

16 *Laici tenentur ad Elemosinas iure naturali, & Diuino, Clerici etiam Canonico.*

17 *Laici tenentur ad elemosinas lege Charitatis: An Beneficiati teneantur etiam lege Iustitiæ.*

18 *Illud Luc. quod superest date elemosinam, aliquando Laicis est Consilium, Clericis vero præceptum.*

1 CLericus Beneficiatus quicquid ei superest vltra suam congruam sustentationem, tenetur pauperibus erogare *Nauar. de reddit. Eccles. p. p. monit. 21. & 24. vbi de communi testatur Azzor. mor. inst. to. 2. lib. 12. c. 13. q p. Granad. in 22. D. Thom. controu. 3. tr. 11. Disp. 3. nu. 21. Diana Res. mor. p. 4. to. 4. Miscellan. Res. 214.* vbi quod neminem legit, qui contrarium doceat, nec qui benignam opinionem teneat in materia Beneficiatorum, licet secus in materia Diuitum Laicorum, & quod hoc est verius non attenta distinctione quartæ, quintæ, vel alterius partis, quia non semper congruit. Vide tamen eumdem *Dianã p. 5. tr. 8. de elemosina Res. 27.* vbi quod Beneficiati, saltem quartam partem redditúum Ecclesiasticorum tenetur pauperibus, vel alijs pijs operibus erogare, & quod hæc est inter omnes am-
2 plissima opinio *vbi quoque vide in vers.* qui etiam, quod Distributiones quotidianæ, Missarum elemosinæ, & similia stipendia, quæ percipiuntur ex industria personali, censentur patrimonialia, vel quasi.

Confert ad Conclusionem *tex. in can. quia iux-*
3 *ta 16. q. p.* vbi Res, & Bona Ecclesiæ dicuntur
vota fidelium, pretia peccatorũ, Patrimonia pauperum *& tex. in can. quoniam 16. q p. Hieronimi ad Damasum ibi,* quicquid habent Clerici, pauperum est, & Domus illorum omnibus debet esse communis, *accedit gl. in c. p. 21. q. p. in V. necessitatem,* vbi quod ideo Domus Clericorum debet esse Ditissima, nam Diuitiæ inquit Bonæ sunt, dummobo ex eis fiat misericordia, *vt in can. hoc scripsimus 30 D. & tex. in can conuenior 23. q. 8. Ambrosij ad Marcellinam Sororem Ep. 33. ibi,* omnia quæ mea sunt, pauperum sunt, & *tex. in can.*
4 *concesso 12 q. 2. ibi,* ex redditibus Ecclesiæ, & oblationibus Pars Episcopo seruatur, pars Clericis Ecclesiæ inseruientibus erogatur, pars fabricis, pars pauperibus, & Peregrinis, & debent Beneficiati cauere, ne incidant in comminationem *Bernardi* ad emericum Archiepiscopum, ibi ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo, plus calcaria, quam Altaria nitent.

5 Ampliatur 1. vt Conclusio magis procedat in Episcopo, qui est spiritualis pauper pauperum, *Diana post alios p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 214. & p. 5. tr 8. de elemos. Res. 27.* vbi quod tenetur saltem ad quartam partem pauperibus erogandam modo, de quo ibi per eum, quem vide, & de *obligatione* Episcopi erga pauperes vide etiam, quæ ex Sanctis Patribus *refert Barbos. de pot. Episc. tit. 2. gl. 8. per tot.* super Hospitalitate, *Adde tex. Gregorij Septimi in can. peruenit p. q. 3. ibi* Episcopus, qui oblationes Laicis, & quod grauius est Consanguineis distribuit inter maximos Hæreticos, & Antichristos non minimus habeatur, *& tex. in can. Fratrem 86. D. Gregorij ad Secundinum ibi* non credat Episcopus sibi solam lectionem, & orationem sufficere, Largam manum habeat necessitatem patientibus, succurat, Alienam inopiam suam credat, si hoc non habet, vaquum nomen Episcopi tenet, & nota, quod quatenus ait alienam inopiam suam credat consonat, *Senec. p. de Benef.: ibi* suæ paupertatis oblitus est, dum meã respicit, immo hic est gradus eminentior perfectionis, propriæ paupertatis obliuisci ad succurẽdum alienæ.

6 Ampliatur 2. vt non valeat consuetudo eximẽs prędictos ab onere distribuendi partem fructuum inter pauperes, *Crauetta cons. 116. n. 2. quẽ sequitur licet erranter alleget Cons. 115. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 56. n. 62. & prius post Dec. & Marsil. idem Surd de Alim. tit. p. q. p. n. 6.*

7 Ampliatur 3. vt etiam pensionarius teneatur erga pauperes eodem modo, quo Beneficiatus, *Sarmient. de redditib. p. 3. c. 5. n. 7. Molin. de Iust. & Iur. to. p. tr. 2. Disp. 145. n. 5. Hurtad. de men-*

mendozza in 22. Disp 160 Sect. 7. §. 117. Azzor. p. 2. Inst. mor. lib. 12. c. 11. et post palatum, et Sanchez. Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 29. vbi intelligit cum Molina, & Hurtado, quando pensio est Ecclesiastica secus si esset secularis, seu Laicalis: Contrarium tamen scilicet, quod pensionarius nõ teneatur ad Elemosinas sicut Beneficiatus, sed sicut cæteri seculares *sensit vasquez. in opusc. de elemos. Dub. vlt. n. 22.* cuius opinionem si quis sequeretur, non esse damnandum de mortali, *dixit Diana d. p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 29. vers. notandum* præsertim cum eidem opinioni, vt ipse subditi fouere videantur tradita per *Gigantem, et Couar.* in locis ibid. allegatis, Ad materiam vero An scilicet, & quando pensio æquiparetur Beneficio, vide latissime, *apud Garziam. de Benefic. p. p. ca. 5. per tot.*

8 An autem Beneficiatus teneatur pauperibus erogare, quod diximus ex præcepto Charitatis, vel ex præcepto Iustitiæ, adeo vt si non eroget, peccet solum mortaliter, vel etiam ad restitutionẽ teneatur, quæstio est pendens ab illa, An scilicet Ecclesiastici Beneficiati sint veri Domini, Redditũum Ecclesiasticorum, & pro affirmatiua, quod videlicet teneantur ex lege Iustitiæ est, *Tannerus Alensis Ricard paludan. D. Antonin. Io. maior. Petr. Sotus Medina Nauarr.* Pro negatiua vero *Gordonus Reginaldus Sanchez. Hurtadus, Molina Valentia Azzorius, Turrianus, Valques. Corduba, Lorca, Corniacb. Lessius, Castrus Sarmient Sotus* quam non solum vt Benignorem, sed vti communiorem sequitur *Diana prædictos referens p. 5. tr. 8 de elemos. Res. 31.* quamuis referat in fine, *Layman.* dicentem, quod licet Beneficiati sint Domini Redditũum Ecclesiasticorum, tenentur tamen pauperibus, vel alijs pijs operibus erogare portionem ex lege Iustitiæ, quia non habent

9 Dominium liberum, sed grauatum hoc onere. Et in quæstione, an Beneficiati sint veri Domini fructuum Beneficiorum suorum, an vero Dispensatores, & vicarij, *vide latissime tradita per Garziam. de Benef. p 2. c. p. n. 2. & seq.* vbi quod Beneficiati seculares sint veri Domini, probat Authoritate Concilij tridentini *D. Thomæ Sarmienti Marsilij Columna Couarr. Molina Gutierez. Caietani Soti Adriani Ledesma, Corduba, Banuez. Aragon. Valentia, Lopez. & aliorum, & num. 7.* testatur hanc sententiam esse sine dubitatione magis communiter receptam inter Theologos Hispanos, & praxi, & consuetudini Ecclesiæ esse conformem.

10 An vero Beneficiatus possit viuere de Beneficio licet habeat patrimonium, vide pro affirmatiua, & communi, *post Innoc. Abb. Felin. Dec. Barbat. Nauarrum. cons. 65. nu. p. & seq. de præb.* vbi pluribus rationibus eam comprobat, pro negatiua vero videbatur facere posse, *tex. D. Hieronim. ad Damasum in can. fin. 16. q. p. & in can. Clericos p. q. 2.* ibi Clericos illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & amicorum nulla suffragantur stipendia, & si qui Bonis parentum sustentari possunt, quod pauperum est accipiunt, Sacrilegium incurrunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant, & bibunt, sed Durus est hic sermo, vnde hæc, & alia non obstare in terminis prædictis, ostendit *Nauarrus d. cons. 65. n. 6. de præben.*

11 An autem, quod parce viuendo sibi subtraxit, & reseruauit Beneficiatus ex fructibus Beneficij, cadat sub spolio, Affirmat Rodoan; negat Nauarrus cuius sententiam probabiliorem esse, *probat Azzorius de Spolys Inst. Moral. p. 2. lib. 8. c. 3. q. 2.* ea videlicet ratione potissima, quoniam fructus Beneficij debentur Beneficiato, non simpliciter, vt Alimenta necessaria, sed vt laboris stipendiũ, & merces, & operarius, non ideo quia velit parcius viuere, amittit aliquid ex stipendio sibi debito.

12 Declaratur Principalis Conclusio, vt Beneficiatus teneatur superflua distribuere Pauperibus Loci in quo situm est Beneficium, secundum opinionem aliquorũ quos refert, licet non sequatur *Nauarrus cons. 62. n. 4. de præb.* Contrariũ ergo, quod scilicet Beneficiatus non teneatur præferre pauperes Loci Beneficij, verius esse *dixit Nauarrus d. cons. 62. n. 2. & 3. de præb.*

Vltimo collige pro Coronide, quod Clerici Beneficiati magis, quam Diuites Laici pauperibus obligantur.

13 Primo, quia Clerici Beneficiati tenẽtur subuenire communibus, & ordinarijs pauperum necessitatibus, At Laici solum extremis, vel grauibus *Azzor. p. 2. lib. 12 cap. 11. vers. in hac cõtrouersia.*

14 Secundo, quia Clerici ex Bonis Beneficij possũt dare Consanguineis solum ne indigeant non autem, vt ditentur *ad trad. per D. Thom. 22. q. 18. art. 7. ad sec.* At Laici possunt Consanguineis dare, etiam vt ditentur *Azzor. d. p. 2. lib. 12. c. 11. vers.* Item, vt docet, dummodo tamen, vt ibi per eum non desinant subuenire pauperibus, quatenus tenentur.

15 Tertio, quia Laici possunt, quæ videntur superflua reseruare ad suum, vel suorum statum ampliorem faciendum, quod Clericis ex bonis Ecclesiasticis non licet *Azzor. p. 2. lib. 12. c. 11. vers. in hac controuersiam fine.*

16 Quarto Laici tenentur ad Elemosinas Iure naturali, & Diuino, At Clerici Beneficiati, etiam Iure Canonico, & sic arctiori vinculo tenentur. *Azzor. d. lib. 12. c. 11. vers. item docet sub mediũ.*

17 Quinto Laici tenentur pauperibus Lege Charitatis, At Clerici Beneficiati tenentur Lege Iustitiæ *Caietan. in 22. q. 85. ar. 7. Nauar. de reddit. Eccles. quem refert licet non sequatur Azzor. d. lib. 12. c. 11. vers. in hac controuersia,* sed de hoc vide, quæ dixi sup. hic.

18 Videtur ex prædictis Inferri posse illud Lucæ 11. quod superest date Elemosinam, in aliquibus casibus, quo ad Laicos esse Consilium, quo verò

ad Clericos Beneficiatos esse preceptum, ad quod conferunt *tradita per Nauar. in manual. c. 24. n. 6.*

PRIVIL. 36. tertio.

Beneficiatus II.

SVMMARIVM.

1 *Clericus depositus, vel suspensus non est alendus ex fructibus Beneficij, fallit quando est pauper & aliunde non habet n. 2.*

3 *Clericus non debet in opprobrium ordinis mendicare: Licet Criminosus, Clericus tamen est, etiam suspẽsus, & depositus debet Clericaliter viuere.*

4 *Clericus ob contumaciam suspensus, licet pauper non est alendus ex beneficio, & quare, Viginti quatuor pœnæ contumaciæ remissiue.*

5 *Clericus Degradatus etiam pauper non alitur ex Beneficio.*

6 *Clericus indistinctè alitur ex Beneficio, quando alias fame periret.*

1 Qvamuis Clericus suspensus, vel Depositus; qui de proprio, vel aliunde, quam ex Beneficio viuere potest, nihil ex eius fructibus consequi debeat durante Depositione, vel suspensione *Io. Andr. in c. cum vintoniensis in vers. Admiserant. in fine de elect. Abb. ibid. n. 10. & post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 82. n. 6.* Attamen quando

2 Clericus ita depositus, vel suspensus, est pauper, & aliunde non habet, Alendus est ex fructibus Beneficij, *can. studeat in fine vbi gl. 50 D.* qui loquitur de Deposito ex culpa sua *gl. in d. c. Vintoniensis in vers. Admiserant in fine de elect.* quæ loquitur de suspenso, & de vtroque *post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 82. n. 2. & 5.*

3 Ratio est ipsa paupertas, & ne cogatur Clericus pauper in opprobrium Clericalis ordinis mendicare contra *tex. in can. Diaconi 93. D. & in Conc. Trident. sess. 21. c. p. de Reform.* licet enim Criminosus sit, Clericus tamen est *ad tex. in §. si verò contigerit Auth. de nupt. ibi,* licet Criminosus pater tamen est, & debet talis Clericus, licet suspensus, vel Depositus, aduc tamen Clericaliter viuere *gl. in can dictum in verb. secularitèr in princ. 81. D.*

4 Limitatur 1. Conclusio, quando non ob Delictum, sed ob contumaciam Clericus reperitur suspensus, vel Depositus *Farinac. in Fragm. Crimin. p. p. in V. Clericus nu. 443.* Ratio est, quia tunc voluntarie patitur, cum se possit eximere per obedientiam a suspensione, vel Depositione, vnde donec in contumacia insordescit impenitens, non videtur fouendus, nec audiendus *ad latissime tradita per Marant. de ord. Iudic. c. de contumacia n. 9. & seq.* vbi numerat viginti quatuor pœnas contumaciæ.

5 Limitatur 2. in Clerico, qui esset actualiter Degradatus, is enim non est alendus ex Beneficio, cum cessent in eo rationes prædictæ, *Farinac. in Fragm. Criminal. p. p. in V. Clericus nu. 444. Surd. post alios de Alim. tit. p. q. 82. n. 12.*

6 Limita modo Limitationes prædictas, vt pauperi Clerico suspenso, vel deposito, seu priuato indistinctè debeantur Alimenta ex Beneficio si est ita pauper, vt alias fame periret *gl. in c. Pastoralis in fine de App. Farinac. in Fragm. Crimin. p. p. in V. Clericus n. 442.* Ad materiam huius priuilegij, *vide quæ diximus in V. excommunicatio.*

PRIVIL. XXXVII.

Beneficiatus III.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium datur propter officium, & dicendum, & faciendum.*

2 *Beneficiatus sine Causa omittens officium recitare, tenetur fructus, fabricę vel pauperibus restituere, & quando omittit aliquas horas, pro qua rata teneatur n. 3.*

Et quid in Parochis, et Episcopis, et Canonicis n. 4.

5 *Elemosinæ factæ post omissum officium satisfaciunt Restitutioni, licet facta, absque actuali intentione satisfaciendi.*

6 *Omittens officium si est pauper potest sibi retinere fructus, quos pauperi restituere teneretur.*

7 *Qui in Beneficio indebite acquisito inseruiuit, excusatur a fructibus, quos pauper pro sustentatione consumpsit.*

8 *Non residens in Beneficio priuatur fructibus applicandis fabricæ, vel pauperibus, & prohibetur conuentio, & compositio pro fructibus male perceptis.*

9 *Episcopo sine causa non residente, Archiepiscopus applicat fructus fabricæ, vel pauperibus.*

10 *Fructus, qui amittuntur ob non factam fidei professionem applicantur fabricæ, vel pauperibus.*

1 Qvia Beneficium datur propter officium, vt per *Garziam p. 3. c. p. n. p.* quod tamen tu supple si placet, idest propter officium non solum dicendum, sed faciendum, plures enim dicunt, sed non faciunt officium suum. Quod obiter dixe-

2 rim, ideo Beneficiatus, qui legitimo impedimento cessante omittit officium recitare, post sex mẽses, tenetur fructus pro rata, vel in fabricam Beneficij, vel in pauperum elemosinas erogare *ex dispositione Concilij Lateranensis, cuius verba refert Gigas de pens. q. 30. n. p. & ex constitutione septimæ Leonis Decimi in §. 38. edita de anno 1514. incipit Superna dispositionis arbitrio, & ad materiam latissime Ganzia de Benef. p. 3. c. p. n. 2. & seq.*

3 Declaratur vt qui omittit recitare matutinum vnius diei, amittat dimidiam partem fructuum eiusdem

eiusdem diei, qui reliquas omnes horas, aliam dimidiam, qui quamlibet ex illis, sextam partem, qui autem matutinum cum cæteris omnibus horis, is omnes etiam fructus amittit, *Ita disponit Bulla Pij V. edita de anno 1571. & est in ordine Centesima trigesima quinta.*

4 Sed quod Parochus, & Episcopus pro officio non recitato, solam quintam partem fructuū amittat; Canonicus quartam, cæteri simplices Beneficiati, tertiam, senserunt *Enriquez. & Trullench.* quorum tamen opinio nimis lata visa est Lessio præsertim, quo ad Canonicos, & alios simplices Beneficiatos, *ita refert Diana p. 4. tr. 4. miscellan. Ref. 111. de quo vide Garziam de Benef. p. 5. ca. p. n. 28. vsque ad 34.*

5 Adde tamen hic vnum ad declarationem præcedentium, & solamen Ecclesiasticorum negligētium, seu deficientium in officio recitando, quod ad satisfactionem prosunt elemosinæ factæ, post talem obligationem, licet, absque formali, seu actuali animo satisfaciendi *Layman. Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tr. 2. c. 12. n. 9.* vbi mouetur, quia non desunt Doctores, ita sentientes, & quia videtur esse virtualis intentio omnium dantium elemosinas satisfaciendi per eas omnibus obligationibus, quas suis peccatis, aut negligentijs contraxerunt, & quia Leges Ecclesiasticæ benigne sunt explicandæ, & Laymanum sequitur eruditus, & Benignus Author *Antoninus Diana p. 3. Ref. mor. tr. 6. Miscell. Ref. 47.*

6 Accedat aliud ad eamdem declarationem, & consolationem, vt supra, quod si Beneficiatus est vere pauper, fructus quos ex omissis horis canonicis, teneretur pauperibus erogare, potest sibi tanquam vnus ex pauperibus retinere talem de consilio Confessoris, vt probat *Nauar. in manual. c. 25. n. 122. vers.* nota tertio vbi subdit hæc verba. Ex hoc non semel consolati sumus aliquos

7 Scholares pauperes, & tu si placet *vide quæ diximus infra in V. electio* quibus congruenter hic adde, quod qui in beneficio indebite acquisito fecit debitum officium potest excusari a fructibus consumptis in vitæ sustentationem si pauper est, *Conar. Epitom. p. 2. c. 6. n. 7. Eman. Sa. in Aphorism. in V. Beneficium n. 22.*

8 Vltimo iunge hic aliud priuilegium simile primo, quod Beneficiatus, qui tenetur ad residentiā, si vltra tempus permissum sine causa abfuerit pro rata absentiæ, ipso iure fructus amittit applicandos Fabricę Ecclesię, vel Pauperibus, *iuxta dispositionem Concilij Tridentini, & Tradita per Nauar. cons. 62. n. 2. de prab. & in man. c. 25. n. 121. præsertim in vers. qua omnia sub medium,* & prohibetur quælibet conuentio, & compositio, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, *ad Conc. Trid. Sess. 23. c. p. de Reform.*

9 Et quod Episcopo non residente sine causa possit Archiepiscopus applicare fructus fabricæ, vel pauperibus loci, *ex Tridentino dixit Gauantus in man. Ep. V. Archiepiscopus n. 4.*

10 Sic etiam fructus, qui amittuntur ob non factā fidei professionem, in vsus pauperum, vel fabricam Ecclesiæ debent impendi *Garzia. de Benef. p. 5. c. 3. n. 36. Gauant. in man. Ep. V. fidei professio nu. 43.*

PRIVIL. XXXVIII.

Beneficium p.

SVMMARIVM.

1 *IN Concursu Parochialis, Pauper, & non habens Beneficium præfertur habenti.*
2 *In Collatione Beneficij generaliter præfertur pauper.*
3 *In paritate vocum pauper præfertur etiam in patronato.*
4 *Pauper dignus præfertur Digniori in simplicibus, etiā consanguineo patroni.*
5 *In Parochialibus præfertur pauper cæteris paribus.*
6 *Diues præfertur in Collatione Ecclesię, qua Diuitijs indiget.*
7 *Iudicis arbitrio inspicitur, quis dicatur pauper ad effectum prælationis in Beneficio.*
8 *Qui tacito Dignitatis nomine, minora Beneficia obtinent; nihil agunt.*
9 *Cardinalibus conferri non debent Beneficia minoris redditus ducentorum Ducatorum.*
10 *Regula de mensibus Reseruatis edita est ad prouidendum pauperibus Clericis.*

1 IN Concursu Parochialis Ecclesiæ pauper non habens Beneficium præferendus est Diuiti, vel habenti aliud Beneficium *ad tex. in c. vt, cui 19. de præben. in sex. & post hostiens. Butrium Lambert. tradit Seraphyn. in Calaguritana Beneficij 20. Febr. 1587. D. 767. per tot. Garzia de Benef. p. 7. c. 9. n. 1. qui alias etiam Rota Decisiones adducit.*

2 Ampliatur 1. generaliter, vt in Collatione Beneficij, inter Ciues pauperes præferendus sit pauperior *Mandos. cons. 55. n. 9. Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 17.*

3 Ampliatur 2. vt in ęqualitate vocum, inter plures præsentatos, pauper Diuiti præferatur *Lambertin. de Iure patron. p. 3. lib. 2. art. 3. q. 5. nu. 5. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 39.*

4 Ampliatur 3. vt in Beneficijs simplicibus pauper præferatur, etiam si sit minus dignus, dummodo sit dignus, *vt post Butr. host. & Rocch. tradit Gratian. Discept. Forens. lib. 2. c. 211. nu. 23.* vbi quod pręfertur etiam Consanguineo patroni.

5 Limitatur primo, vt in Parochialibus, pauper præferatur cæteris paribus, & non alias *Rota in Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Arigono sub initium. quam refert extensam Garzia de Benef. p. 9. c. 2. n. 250. tit. de forma seruanda in prouisione parochialium, et eamdem sequta est iterum*

Rota coram Ludouis. in nullius parochialis, seu concursus D. 11. n. p. & 3. & coram Buratto in Regien. Concursus D. 635. n. 5. & 6.

6 Limitatur 2. vt pauper non præferatur, quãdo Ecclesia indiget Diuitijs, & potentia forte ad cõseruationem iurium eiusdem Ecclesię, vel ex alia causa, tunc enim Diues potius præfertur *Ab. in c. constitutis de Ap. & ibid. Franc. col. 3. Rocch. de Iure patron. in V. onerosum col. 2. sub med. q. 3. n. 6 Gratian. discept. Forens. lib. 2. c. 211. n. 14.*

7 Declaratur, vt ad effectum conferendi Beneficium pauperi, potius quam Diuiti, versetur Iudicis Arbitrium in iudicando, quis dicatur pauper, vel Diues *Marcus Mantua in c. ad aures n. 13. de Rescript. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 8.*

8 Pro Coronide huius priuilegij, nota pr. quod qui tacito dignitatis nomine minora Beneficia obtinent, nihil agunt, non est enim intentionis Papæ, vt redditibus abundantes, pauperes Clericos super minoribus Beneficijs inquietent, *ita loquitur tex. in c. ad aures 8. de Rescript.*

9 Secundo nota, quod Concilio Lateranensi sub Leone Decimo eius anno secundo constitutum est ne Cardinalibus conferantur Beneficia non excedentia reddi tum ducentorum coronatorum, quæ constitutio edita creditur, vt de illis, pauperibus Clericis prouideatur *Rebuff. in praxi Benefic. tit. de Rescript. in forma comm. n. 21. Cassad D. 2. de praben. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 216. n. 11.* Tu dic, *quod est Constitutio septima Leonis decimi incip. Superna dispositionis ius, duodecimo* prohibẽs ne Cardinalibus conferantur, vel commendentur Beneficia, vel Monasteria minoris redditus ducentorum ducatorum.

10 Tertio ad idem nota, quod Regula Cancellariæ de mensibus, & alternatiua, edita dicitur primum a Sixto V. ad prouidendum pauperibus Clericis, & alijs bene meritis, *vt leg tur in eius exordio.* Ad quod vide *Garziam. de Benefic. p. 5. c. p. n. 438. & seq.*

PRIVIL. XXXIX.

Beneficium. II.

SVMMARIVM.

1 *Inter litteras eiusdem Data super Beneficio præfertur Diligentior in præsentando.*

2 *Prior tempore potior in Iure, cęteris tamen paribus, vt n. 4.*

3 *Pauper in litteris eiusd. datę super Beneficio simplici præfertur, licet posterior præsentauerit.*

4 *Interdum, posterior potior est priore ratione personæ, vel causa priuilegiata.*

1 QVamuis inter habentes litteras eiusdem Data super Beneficio consequendo præferatur Diligentior in præsentando *c. duobus pen. de Rescr. in sex. Capp. tolos. q. 25 incipit Duo Benincasa de Paupert. q. 7. spec. 7 in Indic. n. 12. Rota D. 58.*

2 *incipit nota si vnus de Rescript. in antiq.* quoniam qui prior est in tempore, potior est in Iure *l. quoties vtriusq; 99. ff. de Reg. Iur. c. qui prior. 54. de Reg. Iur. in sex. c. fin. 17. D. l. p. C. qui pot. in pign. hab.*

3 Fallit tamen id, quando alter ex impetrantibus est pauper, is enim quamuis in præsentatione posterior, est tamen potior, quo ad Beneficia simplicia, & præfertur *Staffil. de Gratijs expectatiuis in pen. p. vers. Restat postremo dicere de prærogatiuis exp. ctantium n. 16. & seq. Benincas. de paupert. d. q. 7 spec. 7. n. 13. Confert tex. in. c. cum secundum 16. de prab. & in c. cum sedes 17. de Rescript. & conferunt etiam dicta in priuilegio antecedenti.*

4 Neque obstat Regula, qui prior, quoniam illa procedit solum cęteris hinc inde paribus *Masirill. D. 130. n. 13. dixi D. Fer. 97. nu. 4.* nec semper Anteaior est Potior, sed aliquando, vel ratione personæ, vel ratione causæ priuilegiatæ, posterior, potior est priore, seu anteriore *l. interdum 5. ff. qui pot. in pig. hab. dixi D. 54. n. 7.*

PRIVIL. XL.

Beneficium III.

SVMMARIVM.

1 *NOn licet plura Beneficia Ecclesiastica obtinere etiã simplicia n. 2. etiam Cardinalibus n. 3.*

4 *Mandatum prouidendi de Beneficio intellig itur dummodo aliud non habeat, & si sit de prouidendo Beneficiato, intelligitur dummodo vnicum habeat, & si de prouidendo habentem plura, intelligitur dummodo non sint plura, quam duo.*

5 *Licet plura Beneficia insufficientia obtinere, dummodo ambo non requirant Residentiam, etiam si sint in ead. Ecclesia.*

6 *An quando duo non sufficiunt liceat obtinere tertium Beneficium sine Dispensatione.*

7 *Ad obtinendum secundum Beneficium sufficit paupertas Beneficij.*

Dignus est operarius mercede sua, & Beneficiatus nõ tenetur viuere de patrimonio Altari seruiens de Altari viuere debet, sed non luxuriari.

8 *Si duobus Beneficijs insufficientibus, alterum fiat sufficiens, alterum est dimittendũ, Paupertatis intuitu indulta Beneficia ea cessante Renuncianda sunt.*

9 *Beneficium tenue, vel sufficiens, magnum, vel paruum, quod dicatur.*

10 *Qui tenetur aliquem alere, satisfacit, si ei procuret sufficiens Beneficium.*

11 *Episcopus pauper, potest retinere Beneficia, quæ ante Episcopatum obtinebat, licet alias vacent post Confirmationem.*

Quam-

1 QVamuis non liceat vni plura Ecclesiastica Beneficia retinere *c. de multa 28. de preb. c. eam te. 4. de atat. & qual. ordin. & praficiendor. ibi,* Liceat appellatione postposita ad vnam ipsarum, quam maluerit dimittendam compellere, *late Garzia de Benef. p. 11. c. 5. n. p. & seq.* vbi distinguit tempora, *& n. 67.* vbi distingnit species
2 incompatibilitatis, *& fere per tot.* quod procedit, etiam in simplicibus, & residentiam non requirentibus stante Dispositione *Concilij Tridentini sess. 24. c. 18. de Refor.* incipit cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, *& probat Garzia de Benef. p. 11. c. 5. n. 279. vers. at pradicta sententia,* quod
3 in quibusqunque personis; etiam si Cardinalatus honore præfulgeant obtinere *disponit Concilium Trident. d. sess. 24. c. 17. de Reform.* Immo manda-
4 tum Apostoli cum prouidendi alicui de Beneficio, intelligitur dummodo aliud Beneficium sufficiens ille non habeat, vel nisi illud dimittat si habeat, & si mandatum sit de prouidendo personæ Beneficiatæ, intelligitur dummodo vnicum habeat Beneficium, & si adhuc mandatum sit de prouidendo etiam ei, qui plura obtineat Beneficia, adhuc restringendo intelligitur, dummodo non obtineat plura, quam duo, ita disponit hec omnia magistralis *tex. in c. is cui 19. de preb. in sex.* & negari non potest quin pluralitas Beneficiorum sæpe pariat pluralitatem malorum.
5 Attamen propter paupertatem licet plures Ecclesias obtinere *ad tex. in c. eam te 4. de at. & qual. ibi,* nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios Sacerdotes non possint conuenienter alere, *& expresse notat ibi gl. in V. tenues, & allegat etiam tex. in Can. vnio 10 q. 3. de quo dixi in V. vnio.*

Et certum est posse, quem licite obtinere, ac retinere duo Beneficia simplicia Residentiam non requirentia, seu vnum residentiam requirens cum alio eam non requirente, quando vnum sine altero non est sufficiens ad congruam Beneficiati sustentationem, *ita post Nauar. Lopez. Otedam, & Enriquez. Garzia de Benef. p. 11. c. 5. nu. 262.* & quod quando vnum non sufficit ad honeste viuendum, possit eidem secundum Beneficium conferri. *Disponit Conc. Trid. sess. 24. de Ref. ca. 17. ibi,* quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honeste sustentandam non sufficiat. Liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, (dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat) eidem conferri, & quod *tex. in c. is, cui 19. de preb. in sex.* locum non habeat in eo, qui habeat Beneficium insufficiens, & tenue, *tenuit gl. in eod. c. in V. insufficienti ibi,* ergo si non est sufficiens, secus est, *& tradit Verall. D. 65. p. p. & post Franc. & Paris. Garzia de Benef. p. 11. c. 5. n. 290 vers. & in eadem Adde Rot. D. 119. n. 9. p. 4. Diuers.* vbi quod quando vnum Beneficium non est sufficiens, potest aliud obtineri etiam in eadem Ecclesia.
6 An autem absque Dispensatione Pontificis vltra duo liceat plura Beneficia obtinere, & retinere, etiam quando non sufficiunt ad congruam sustentationem Dubitatur stante Decreto Concilij, de quo supra, & pro Affirmatiua est, *Nauar. Hoed. Ceuedo. Parisius Azuedo. Periz. quintanaduenas Zezora. Solon. Zecchus Azzorius, & Rota in vna Theanen. S. Eustacij 20. Aprilis 1587. coram Gypsio. quam refert Garzia de Benef. p. 11. c. 5. nu. 308. & 309. licet n. 310. referat Sacram Congregationem Concilij sensisse contrarium.*
7 Ampliatur, vt ad effectum, vt locum habeat hoc priuilegium sufficiat, Beneficium non esse sufficiens, & sic sufficit tenuitas, & paupertas Beneficij, & non requiritur Paupertas Beneficiati, quia licet Beneficiatus esset ex patrimonio Diues adhuc tamen Dignus est operarius mercede sua, *Luc. 10.* & qui Altari seruit, de Altari viuere debet *c. cum secundum 16. de preb. & p. ad cor. 9.* & non tenetur viuere de patrimonio, *vt post Innocent. Abb. Felin. Dec. Barbat. & com. docet Nauar. consil. 65. n. p. & seq. de preben.* vbi pluribus rationibus comprobat.

Quod autem dicitur *in d. l. cum secundum 16. de preb.* quod qui Altari seruit, de Altari viuere debet, intellige taxatiue, prout ita intelligit *D. Hieron. relatus in can. p. vel in summa 44. D. ibi,* tibi O Sacerdos de Altari viuere, sed non luxuriari permittitur.
8 Limitatur, quia si quis habeat duo Beneficia, quorum quodlibet separatim sumptum non est sufficiens, & postea alterum contingat fieri sufficiens, videtur, quod stante Decreto Concilij, non possint amplius duo illa Beneficia, simul retineri *ad trad. per Hoedam in simili p. p. c. 13. n. 57. ita Garzia de Benef. p. 11. c. 5. nu. 319. vers. 4. circa Decretum* Confert ad id quod cessante necessitate ij, qui necessitatem patiebantur, Beneficijs renunciare coguntur, quæ miserationis intuitus eis indulsit *ita disponit tex. in c. fin. 25. q. p.* & vide ad hanc materiam *quæ dixi in V. Alienatio, & in V. Priuilegia.*
9 Declaratur, vt Beneficium tenue dicatur, illud cuius redditus non sufficiunt ad necessarium victum ministri eiusq; familiæ *ad tex. in ca. 2. de supl. negl. prælat. & in c. p. de preb. in 6. Gemin. cons. 35. col. pen. vers. de habentibus Menocch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 216. n. 13*

Beneficium autem sufficiens dicitur illud, ex quo Beneficiatus Iura Episcopalia soluere, & se congrue sustentare potest, *c. de Monachis 12. in fin. de preb. DD. in d. c. is, cui de preb. in 6. Verall. D. 65. n. 2. p. p. late Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 216. n. 13. vbi tamen nu. 12. post Gemin. Rip. Tiraq.* relinquit Iudicis Arbitrio, quod nam dicatur Beneficium magnum, vel paruum inspecta rerum, & personarum varietate.
10 Vltimo nota hic, quod qui tenetur aliquem alere satisfacit si procuret ei præbendam, seu Beneficium, *Bald. in l. p. §. sed scimus C. de lat. lib.*

Tollen.

PRIVIL. XXVIII.

Appellatio IV.

SVMMARIVM.

1 *Causæ pauperum sunt inappellabiles, & in specie causa mercedum. & Alimentorum non sunt inappellabiles nisi cum paupertate coniunctæ.*

2 *Causæ piæ, an sint inappellabiles. Causa pauperis plusquam pia.*

1 CAusę pauperum sunt Inappellabiles *Marches. de Commiss. p. p. c. 29. tit. de Commiss. Appell. in caus. merced. n. 27. Mastril. D. 67. n. 14. Rota Rom. in Maceraten. attentator D. 764. nu. 3. p. p. diuers* quæ decidit, causam mercedis, vel Alimentorum esse inappellabilem, quãdo concurrit paupertas, alias non, *vt ibi n. p. 2. & 3. Nouar. in praxi priuil. miser. person. priu. 18. nu. p. & conferunt tradita per Gratian. Discept. Forens. lib. 4. ca. 665. nu. p.*

2 Et quod in Causis pijs, generaliter non detur Appellatio, *sensit Bald. in Rep. l. p. C. de Sac. Eccles. q. 9. in fin.* adducens, quod si nõ datur Appellatio cum Res dilationem non recipit ob corporis salutem, *vt in l. fin. C. de ap. Recip.* fortius inquit denegari debet cum de salute Animę agitur.

Sed contra, quod generaliter in causis pijs detur Appellatio *docent Roman. in Auth. similiter C. ad leg. Falc. spec. 6. in Iudic. Alex. ad Bart. in l. mela ff. de Alim. et cib. leg. Tiraq. de pia caus. priu. 153. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 60. n. 7. & tit. 9. q. 3. n. 4.* vbi tamen intelligit, quando patiuntur dilationem.

Vnde Colligo, causam pauperis esse plusquam piam. Ad quod vide, *quæ dixi in V. pia causa.*

PRIVIL. XXIX.

Appellatio V.

SVMMARIVM.

1 *IN Causis modicis non datur Appellatio.*

2 *Causa modica, vel magna Iudicatur Iudicis Arbitrio regulando ex qualitate litigantium.*

3 *Si causa sit magna respectu pauperis, & modica Respectu Diuitis, electio est pauperis, quo ad effectũ Appellationis.*

4 *Iudicium Claudicare potest fauore minoris, sic & fauore pauperis.*

1 IN Causis modicis non datur Appellatio *Auth. nisi breuiores C. de sent. experic. recitan. canonizatam Can. anteriorum 2. qu. 6. & post Marant. Rebuff. Caranit. Rugiiell. tradit Scaccia de Ap. q. 17. limit. 40. n. p.* Causa vero magna, vel modica iu-
2 dicatur habito respectu ad qualitatem litigantium regulandam ex regulato Iudicis Arbitrio, *Bart. in d. Auth. nisi breuiores C. de Sen. ex per. rec. n. p.* dicens hanc esse veram opinionem, *& post Franc. Bald. Ias. Caranit. docet men. lib. 2. de Arbitr. cas. 72. n. 10. & post alios Scaccia de App. q. 17. limit. 40. n. 4. vers. quarta opinio, & n. 5.* vbi quod ideo Causa, quæ inter pauperes potest esse
3 magna, potest inter Diuites esse parua, quod si Causa, quę agitur inter Diuitem, & pauperem sit parua respectu Diuitis, & magna respectu pauperis, iudicabitur magna, vel parua, prout magis expediet pauperi, cui propterea competet in hoc electio Appellandi, vel non Appellandi *ad tradita per Benincas. de paupert. q. 4. n. 8. & seq. Scaccia de Appell. d. q. 17. limit. 40. n. 6.* vbi adducit simile, quod miserabiles personę habent etiam electionem fori, & trahunt, & non trahuntur, de quo dicemus *infra in V. Forus.*

4 Nec videtur absurdum fauore pauperis claudicare Iudicium, cum etiam fauore minoris huiusmodi Claudicatio permittatur *l. non eo minus 14. C. de Proc. Euerard. in loco à contr. ad Iudicia, & post alios Tuscus Conclus. 289. n. 9. l. C. Ludouis. in Pampiloneu. decimarum D. 467. n. 5. dixi ego D. Fer. 4. n. 6.* & pauperes gaudeant priuilegijs minorum, vt dicemus infra in V. minor.

PRIVIL. XXX.

Appellatio VI.

SVMMARIVM.

1 *APpellare non licet omisso medio, etiam ad Principem Regulariter.*

2 *Lex est Imitatrix naturę, Ab extremo ad extremum incedito medio transire, naturę repugnat.*

3 *Dictio (ad ad) est implicatiua similium: In habentibus Symbolum facilis est Transitus.*

4 *Pauperes possunt, omisso medio appellare ad Principem, & ad Papam.*

5 *Principis est egenis prospicere, sed multi, nec prospiciunt, nec respiciunt, sed despiciunt: Sępe homo; qui in altis habitat, humilia Despicit.*

6 *Episcopus est Pater pauperum. & multo magis Papa Papa Pater patrum, ordinarius ordinariorũ Episcopus totius orbis.*

1 NON licet Appellare omisso medio, etiam ad Principem, sed Appellandum est ad immediatum Superiorem eius à cuius sententia appellatur *l. Imperatores 21 in princ. ff. de App. & Relat. tradit post spec. Marant. de ord. Iudic. in ca. de App. n. 357. & seq.* vbi affert decem Limitationes, *& post alios Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 61. n. p. & seq.* Adde ad hoc elegantem tex. *in l. 2. §.*

sit

sit tibi C. de mand. princ. ibi, si quis cum te non
2 adierit ad hanc Regiam venire præsumpserit Ciuitatem, & remittemus eum ad te cum correctione, nec Responsum dabimus ei, Confert ad id Ratio, quoniam Lex est imitatrix naturę *§. minorem. inst. tit. de Adopt.* Transire autem ab extremo ad extremum intacto medio, naturæ repugnat, vt docuit Phylosophorum Princeps Aristoteles.

Et sensisse videtur Medicorum Princeps Hypocrates, *sect. 2. Aphor. 51 in fine ibi* plurimum, & repente vacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere, periculosum, omne si quidem nimium, naturę inimicum; paulatim vero, quod fit, tutum, & præsertim si quis ab vno ad aliud transierit, intellige ad aliud, idest ad simile, sed non contrarium, scilicet ad diuersum, sed non aduersum, dictio enim Alius
3 alia Aliud est indicatiua similium *gl. in l. si fugitiui in V. qualibet alia C. de seru. fugit. & post Bald. Ang. Cast. Salic. docet Euerard. in loco a natura dictionum implicatiuarum post medium vers. Aduerte etiam*, & Confert ad hoc simile Axioma Phylosophicum, & legale, quod in Habentibus simbolum facilis est transitus *dixi D. Fet. 59. n. 13.*

4 Attamen miserabiles personæ, & sic pauperes appellare possunt ad Principem omisso medio, & in specie ad Papam *Hostien. & Io. Andr. in c. fin. de Iud. Ant. de butr. in c. licet ex suscepto de For. comp. Ant. Franc. ad Ab. in c. significantibus de off. deleg. n. p. Rebuff. de sent. prou. art. 3. gl. vlt. n. 31 Scaccia de Appell. q. 7. n. 113. Thesaur.* D. 177. n. 8. *Trentacinq. var. resol. lib. 2. Res. 2. de Citat. n. 4. medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 34. & post hęc scripta visus à me Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 61. n. 7*

5 Confert ad hoc Ratio, quoniam Princeps debet esse Pauperum protector *ad tex. in l. priuil. 12. C. de Sac. Eccles. ibi*, Humanitatis nostræ est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint, & Deum in hoc ipso debent imitari, de quo dicitur *Ps. 71.* Liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat Adiutor, & *Ps. 10.* oculi eius in pauperem respiciunt, sed multi non solum non prospiciunt, sed nec respiciunt, Immo despiciunt, Deus enim in altis habitat, & humilia respicit *Ps. 112.* homo vero, qui in altis habitat, plerumq; humilia despicit.

6 Sed si de Papa loquamur, si quilibet Episcopus dicitur pater pauperum, *vt dixi in V. Episcopus*, multo magis Papa, pauperum pater dicendus est, qui est pater patrum, *vt post Bald. & alios dixit Ias. in l. qui Romæ §. seia n. 15 ff. de verb. oblig.* & Episcoporum omnium Episcopus, & ordinarius ordinariorum, & Episcopus totius orbis, *vt post Gonza les. dixit Garzia de Benef. p. 5. c. p. n. 8. sub finem.* Vnde, & de S. Leone huius nominis secundo Pontifice legimus die 28. Iun. Leo secundus vere pater pauperum fuit, non enim pecunia solum, sed opera labore, & consilijs, egentium pupillorum, & Viduarum Inopiam, ac solitudinem subleuabat cuius imitatorem esse Pontificem nunc Regnantem, in Domino Gaudeamus.

PRIVIL. XXXI.

Appellatio VII.

SVMMARIVM.

1 *QVI nihil probauit in causa nō auditur appellās, nisi expensas reficiat, vel doceat de Impedimento ex Regia pragmat. fallit in pauperibus n. 2.*

3 *Paupertas habet vim impedimenti in his quę requirunt Impensam.*

1 QVI nihil probauit in Causa Principali non auditur Appellans, nisi refectis expensis, vel nisi doceat de impedimento, *ita disponit Regia pragmatica n. 27. quam refert, & in Regno seruari testatur Marant. de ord. Iudic. in c. de App. n. 342.*
2 *vers. Trigesimo quarto limita*, fallit tamen id in miserabilibus personis, & pauperibus, quę si succumbant in causa licet nihil probauerint, & licet non doceāt de alio impedimento, adhuc tamē possunt appellare, & non coguntur ante omnia expensas reficere, vt disponit prædicta pragmatica Regia, *& refert Marant. de ord. Iudic. in c. de App. n. 342 in*
3 *fine.* Confert Ratio, quoniam paupertas habet vim impedimenti præsertim in ijs quæ requirunt impensam, *& faciunt tradita supra in primo, & secundo verbo Appell. & infra in V. Emphyteota, & in V. expensæ, & alibi.*

PRIVIL. XXXII.

Arbitrator.

SVMMARIVM.

1 *ARbitratore non arbitrante, non est locus arbitrio Boni viri. fallit in causis pijs, & in specie in Dote, & Alimentis n. 2. & in causa pauperis, quę dicitur valde pia n. 3.*

4 *Causa Alimentorum non est omnino pia, nisi quando cum paupertate coniungitur.*

5 *Causę pauperum terminantur ex bono, & equo.*

1 ARbitratore à partibus electo non arbitrāte, Compromissum euanescit, nec Recurritur ad Arbitrium boni viri *l. si quis arbitratu 43. ff. de verb. oblig. vbi gl. concordantes adducit l. fin. C. de contr. empt. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 71. n. p.*

2 Attamen fauore piæ causæ Arbitratore, non Arbitrante, locus fit Arbitrio boni viri ad tex. qui loquitur in Dote *in l. 3. C. de Dot. prom. & in l. cum post 70. §. gener. ff. de Iur. Dot. Bart. in l. p. col. 3. in 5. opp. C. de contr. empt.* vbi loquitur in Ali-

Alimentis *Tiraq. de pia caus. priuil.* 145. licet arguat textus allegatos non probare *Surd. de Alim. tit.* 8 *priu.* 71. *n.* 4. & 5.
3 Idem ergo dicendum est in Causa pauperis, tum quia est vere, & proprie pia, Immo eminenter Pia, vt dixi in V. pia causa,
4 tum etiam quia causa ipsa Alimentorum non est omnino pia, nisi quando est cum paupertate coniuncta, *vt ostendi sup. in V. Alimenta* 4. *priu.* 23.
5 Accedit in hac specie, quod maxime congruit Arbitrium boni viri in Causis pauperum, quæ dirimendæ, secandæ, & terminandæ sunt ex bono, & æquo, *vt diximus in V. æquitas.*

PRIVIL. XXXIII.

Aromatarius.

SVMMARIVM.

1 *Aromatarius tenetur pauperi gratis dare medicinalia.*

1 Aromatarius, seu Pharmacopola tenetur gratis tribuere pauperi medicinam, ac medicinalia, *vt post Io. Mai. et Caietan. tradit Azzor. Morar. Instit. to.* 2. *lib.* 12. *c.* 8. *q.* 5. *vers. ex his perspicitur, quem fideliter refert Diana Res. mor. p.* 5 *tr.* 8. *de elemos. Res.* 6. Ad Declarationem huius priuilegij, *vide quæ dicemus infra in V. Medicus.*

PRIVIL. XXXIV.

Attentata.

SVMMARIVM.

1 *Stante paupertate attentantis suspenditur reuocatio attentatorum in negotio principali.*
2 *Rota ex Rationabili causa suspendit Reuocationem attentatorum.*

1 Paupertas Attentantis, maxime stante potentia Aduersarij operatur, vt signatura Referibat procedi in negocio principali, absq; eo, quod ante omnia reuocentur Attentata, *Lancellott. de attent. c.* 30. *quod est vltimum n.* 245. asserens fuisse præsentatam similem Commissionem D. Rubusterio pro Scalamontibus contra Cæsarinum, licet tunc Domini dixerint non constare de Paupertate.
2 Confert ad id *Rota D.* 61. *de App. in nou.* vbi patet, quod Rota ex Rationabili causa consueuit suspensa attentatorum reuocatione procedere in principali negotio ad effugiendos circuitus, & occurrendum laboribus partium, & expensis, Ad quæ semper bonus Iudex debet respicere, *vt ibid. dicitur* At Iudex magis ad id respicere debet in personæ pauperis, qui magis est impotens ad sustinendas expensas. Conferrunt ad prædicta, *quæ diximus in V. expensæ, vbi vide si placet.*

PRIVIL. XXXV.

Auus.

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus dotare tenetur pauperem neptem ex filio paupere, & codeficiente tenetur pro auus paternus n.* 2.
3 *Dos data pauperi nepti ex filio paupere nō imputatur in legitimam filio.*
4 *Auus, pauperem neptem, etiam nuptam an dotare teneatur.*
5 *Ex bonis Patris, vel Aui confiscatis, tenetur fiscus filiam, & neptem pauperem dotare.*
6 *Deficientibus Ascendentibus paternis, tenetur auus maternus dotare neptē pauperem ex filia paupere*
7 *Appellatione patris late sumpto vocabulo veniunt. ascendentes per paternam lineam, & Appellatione matris Ascendentes per maternam lineam.*
8 *Etiam hæres aui tenetur dotare pauperem neptem.*
9 *Auus tenetur dotare neptem, vt supra, dummodo ex dotatione non fiat ipse pauper.*
10 *Sufficit ad effectum prædictum si neptis probet suam paupertatem ex com. reputatione.*

1 Neptem pauperem ex filio paupere prædefuncto, vel viuente, Auus paternus dotare tenetur *l. Auus* 82. *ff. de Iur. Dot. l. pen. ff. de lib. Agnosc. l. Dot.* 6. *ff. de Collat. Bon. Maleard. de prob. Conclus.* 156. *n.* 11. *Surd. de Alim. tit. p. qu.* 102. *n.* 8. *Costa de Rem. subsid. Rem.* 64. *n. p. Rota in portuen. bonorum D.* 526. *n.* 5. *& est D.* 447. *in impressis nomine Seraphyn.*
2 Ampliatur 1. vt deficiente Auo paterno, Pro auus maternus dotare teneatur pauperē proneptem *Alex. cons.* 201. *n.* 13. *vol.* 6. *facit gl. in l. si apud ff de minor tradit Costa de Rem. subsid. Rem.* 64. *n. p. luq fin.*
3 Ampliatur 2. vt quando Auus paternus dotat neptem pauperem ex filio paupere, Dos neptis non imputetur in legitimam filio, *Alex. in l. in quartam n.* 28. *ff. ad l. Falc. Rum. ibid. n.* 54. *Natta cons* 343. *n.* 6. *&* 22. *Aut. Gabr. post alios Com. concl. lib.* 3. *tit de Iur. Dot. Conclus.* 5. *n.* 8. *& post alios Surd. de Alim. tit. p. q.* 102. *n.* 9.
4 Ampliatur 3. vt Conclusio procedat etiam in nepte, iam nupta *gl. in l. obligamur §. lege ff. de oblig. & action. Alex. Cons.* 169. *vbi de communi vol.* 2. *Ias. in Auth. præterea C. vnde vir, & vxor Ang. Aretin cons.* 81. *Curt. Sen. cons.* 27. *nu.* 35. *Natta cons.* 201. *quos sequitur Costa de Rem. subsid. Rem.* 64. *n.* 2. Contrarium tamen censuit pegner. *Decis. Catalen.* 117. *n.* 8. *&* 9. in terminis Authentiçæ

ticæ Res quæ, de quo dixi aliquid, *supra in V. Alienatio*.

5 Ampliatur 4. etiam si Bona Aui fuerint confiscata, transeunt enim cum hoc onere in fiscum, qui propterea ex illis dotare tenebitur *Plot. inter consilia Criminalia Ziletti conf. 130. n. 24. to. p Soc. Sen. conf. 57. n. 23. lib 4. Beccius conf. 8. Clar. in praxi q. 78. n. 23. & seq Peregr. de Iur. fisci lib. 5. tit. p. n. 76. Surd. de Alim. tit. p q 31. n. 16.* vbi loquitur in filia *Costa de Rem. subsid. Rem. 64. n 3.*

6 Ampliatur 5. vt deficientibus Auo, & ascendentibus paternis, teneatur in subsidium, etiam Auus maternus dotare pauperem neptem ex filia paupere, *Bald. in l. neque Mater C. de Iur. Dot. Curt. Iun. in Auth Res. quæ n. 15. C. Com. delegat. Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Donat. ver liberos n. 63. Rota. in Rom. Dotis D. 233. n. p. p. 2. recen: sequens Surdum licet erranter eum alleget q. 65. id enim tradit Surd de Alim. tit p. q. 16. n. 5. & seq.*

7 vbi quod sicut patris appellatione veniunt Auus paternus, & ascendentes omnes per paternam lineam, *vt docet Card. Florent. in c. cum haberet in fine de eo, qui duxit in vxorem, quam poll. per adult.* ita etiam appellatione matris veniunt Auus maternus & cæteri per maternam lineam ascendentes *ad tex. in §. illud quoq: Auth. vt matri, & auiæ vbigl. Innoc. in c. si vero de Sen. excom. Bald. in sua Margarita in V. Matris Appellat. o.*

8 Ampliatur 6. vt Conclusio procedat etiam in hæredibus Aui materni *Abb. conf. 115. in princ. lib. 2. Seraph. in Rom. Dotis, & Alimentorum. D. 53. n. 7.*

9 Declaratur 1. Conclusio vt ad effectum de quo in ea, non requiratur in Auo exuberantia, seu superfluitas Diuitiarum, sed sufficiat si per dotationem non constituatur in statu paupertatis *Roman. Cons. 364. n. p. cum seq. Thesaur. D. 21 1. n. 23 Rota in Rom. Dotis D. 233. n. p p. 2. Recens.*

10 Declaratur 2. vt ad effectum prædictum sufficiat in nepte, vel pronepte probatio paupertatis ex communi reputatione *Seraphyn. in Rom. Dotis seu Alimentorum D. 51. n. p. Rot. in Rom. Dotis D. 233. n. 2. in fin. p. 2. Recens.*

PRIVIL. 36. primo alias 39.

Blasphemus.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemus septem diebus tenetur alere tres pauperes, vel duos, vel vnum.*
2 *Blasphemiæ pœna de Iure Ciuili capitalis, de Consuetudine Arbitraria.*
3 *Blasphemi lingua torquenda.*
4 *Delinquens puniendus est in quo deliquit, Instrumenta peccantis fiunt Instrumenta punientis, per quæ quis peccat, per hæc torquetur.*
5 *Pietas est Impios punire; est misericordia puniens, &*
6 *Crudelitas parcens; Iudices diligenter Inquirentes, & seuere punientes Blasphemos, decem annorum Indulgentiam consequuntur pro qualibet vice.*

1 BLasphemus exponitur præ foribus Ecclesiæ septem diebus Dominicis, & quolibet ex dictis diebus tres si poterit, alioquin duos tenetur reficere pauperes, siue saltem vnum, si vero neq; ad hoc eius suppetunt facultates, id in aliam pœnam commutatur, *ita disponit tex. Gregorij noni in c. 2. de maledicis, & vide, quæ dixi in V. Maledicus.* Interim nota, quod licet Pœna Blasphemantium

2 de Iure Diuino, ex lege Mosaica, ac etiam de Iure Ciuili Capitalis sit, hodie tamen Arbitrariam esse *docet post alios Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 375. n. 30* regulandam videlicet ex qualitate Blasphemiarum, & Blasphemantium, extendibilem, etiam vsque ad mortem inclusiue, *& tradit etiam Diana p. 4. tr. 7. Res. 8.* loquens de triremi-

3 mus, fustigatione, pecuniaria, at alijs, ego si mihi liberum in hoc tribueretur Arbitrium, Regulate forsan arbitrarer Blasphemos, non esse puniendos alia pæna quam torturæ, dicerem tamen non bracchia, sed linguam esse torquendam, vt Reus fateretur, quod inique negauit, vt redderet famã Deo, vt delinquens puniretur in eo, in quo deli-

4 quit *ad tex. in c. vnic. de Cler. non ordin. minist.* & quæ fuerunt Instrumenta peccantis, fieret instrumenta punientis, vt loquitur D. Aug.

Et per quæ quis peccauit, per hæc torqueretur *iux. tex. sup. c. p.*

5 Idque libenter agerem, non solum ex generali ratione, quod pietas est, impios punire pro Deo, *vt dixit D. Hieron. in Can. Legi 23. q. 8.* & est aliquando misericordia quniens, & crudelitas parcens, *vt dixit D. Aug. ad Macedonianam Ep. 89.* sed & eo magis, quo in Iniurijs Dei, impium est esse patientem *vt sensit D. Thom. 22. q. 136. art. 4.* & eo etiam,

6 Magis quo in Concilio lateranensi sub Leone Decimo post pœnas impositas ibi tam laicis, quã Clericis Blasphemantibus constitutum lego, *& refert vbi supra Menoch.* vt Iudices, qui in Inquirẽdis, & puniendis, Blasphemis Diligentes fuerint, ac seueri, pro qualibet vice decem annorum Indulgentiam consequantur, Libentissime autẽ imponerem pœnam constitutam *in d. c. p. de maledicis* non tam odio Blasphemantium, seu Blasphemorum, quam Amore mẽdicantium, & egenorũ.

PRIVIL. 36. secundo.

Beneficiatus p.

SVMMARIVM.

1 *CLericus Beneficiatus tenetur pauperibus dare superflua, & saltem quartam partem.*

Distri-

2 *Distributiones quotidianæ, stipendia missarum, & similia reputantur patrimonialia, vel quasi.*
3 *Bona Ecclesiæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum Patrimonia pauperum.*
4 *Ex redditibus Ecclesiæ pars debetur Episcopo, pars Clericis, pars Fabricis, pars pauperibus.*
Cauendum, ne plus calcaria, quam Altaria niteant.
5 *Episcopus tenetur saltem quartam partem redditunm pauperibus erogare.*
Debet alienam Inopiam, suam credere, & si potest propriæ paupertatis obliuisci, vt succurrat alienæ.
6 *Non valet consuetudo eximens beneficiatos ab onere distribuendi pauperibus.*
7 *Pensionarius, an teneatur pauperibus, sicut Beneficiatus, & an, & quando pensio æquiparetur Beneficio.*
8 *An Beneficiatus teneatur ex lege institiæ, vel Charitatis pauperibus dare.*
9 *Beneficiati ex Communiori sunt veri Domini, & non soli vesuarij, vel dispensatores redditunm Ecclesiasticorum.*
10 *Beneficiatus an possit viuere de Beneficio, licet habeat patrimonium.*
11 *An quod parce viuendo sibi subtraxit Beneficiatus, cadat sub spolio.*
12 *An Beneficiatus teneatur præferre pauperes loci, in quo situm est Beneficium.*
13 *Beneficiati tenentur etiam communibus pauperum necessitatibus, Laici solis extremis, vel grauibus.*
14 *Ex redditibus Ecclesiasticis potest dari Consanguineis ne egeant, non vt ditentur.*
15 *Licet Laicis seruare superflua ad suum, vel suorum statum ampliorem faciendum, Ex redditibus Ecclesiasticis non licet.*
16 *Laici tenentur ad Elemosinas iure naturali, & Diuino, Clerici etiam Canonico.*
17 *Laici tenentur ad elemosinas lege Charitatis. An Beneficiati teneantur etiam lege Iustitiæ.*
18 *Illud Luc. quod superest date elemosinam, aliquando Laicis est Consilium, Clericis vero præceptum.*

1 Clericus Beneficiatus, quicquid ei superest vltra suam congruam sustentationem, tenetur pauperibus erogare *Nauar. de reddit. Eccles. p. p. monit. 21. & 24. vbi de communi testatur Azzor. mor. inst. to. 2. lib. 12. c. 13. q p. Granad. in 22. D. Thom. contron. 3. tr. 11. Disp. 3. nu. 21. Diana Res. mor. p. 4. to. 4. Miscellan. Res. 214.* vbi quod neminem legit, qui contrarium doceat, nec qui benignam opinionem teneat in materia Beneficiatorum, licet secus in materia Diuitum Laicorum, & quod hoc est verius non attenta distinxione quartæ, quintæ, vel alterius partis, quia non semper congruit. Vide tamen eumdem *Dianā p. 5. tr. 8. de elemosina Res. 27.* vbi quod Beneficiati, saltem quartam partem reddituum Ecclesiasticorum tenetur pauperibus, vel alijs pijs operibus erogare, & quod hæc est inter omnes am-
2 plissima opinio *vbi quoque vide in vers. qui etiam,* quod Distributiones quotidianæ, Missarum elemosinæ, & similia stipendia, quæ percipiuntur ex industria personali, censentur patrimonialia, vel quasi.

Confert ad Conclusionem *tex. in can. quia iux-*
3 *ta 16. q. p.* vbi Res, & Bona Ecclesiæ dicuntur vota fidelium, pretia peccatorū, Patrimonia pauperum *& tex. in can. quoniam 16. q p. Hieronimi ad Damasum ibi*, quicquid habent Clerici, pauperum est, & Domus illorum omnibus debet esse communis, *accedit gl. in c. p. 21. q. p. in V. necessitatem*, vbi quod ideo Domus Clericorum debet esse Ditissima, nam Diuitiæ inquit Bonæ sunt, dummodo ex eis fiat misericordia, *vt in can. hoc scripsimus 30 D. & tex. in can conuenior 23. q. 8. Ambrosij ad Marcellinam Sororem Ep. 33. ibi*, omnia quæ mea sunt, pauperum sunt, & *tex. in can.*
4 *concesso 12 q. 2. ibi*, ex redditibus Ecclesiæ, & oblationibus Pars Episcopo seruatur, pars Clericis Ecclesiæ inseruientibus erogatur, pars fabricis, pars pauperibus, & Peregrinis, & debent Beneficiati cauere, ne incidant in comminationem Bernardi ad emericum Archiepiscopum, ibi ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo, plus calcaria, quam Altaria nitent.

5 Ampliatur 1. vt Conclusio magis procedat in Episcopo, qui dst spiritualis pauper pauperum, *Diana post alios p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 214. & p. 5. tr 8. de elemos. Res. 27.* vbi quod tenetur saltem ad quartam partem pauperibus erogandam modo, de quo ibi per eum, quem vide, & de obligatione Episcopi erga pauperes vide etiam, quæ ex Sanctis Patribus *refert Barbos. de pot. Episc. all. 2. gl. 8. per tot.* super Hospitalitate, *Adde tex. Gregorij Septimi in can. peruenit p. q. 3. ibi* Episcopus, qui oblationes Laicis, & quod grauius est, Consanguineis distribuit inter maximos Hæreticos, & Antichristos non minimus habeatur, *& tex. in can. Fratrem 86. D. Gregorij ad Secundinum ibi* non credat Episcopus sibi solam lectionem, & orationem sufficere, Largam manum habeat, necessitatem patientibus, succurat, Alienam inopiam suam credat, si hoc non habet, vaquum nomem Episcopi tenet, & nota, quod quatenus ait alienam inopiam suam credat consonat, *Senec. p. de Benef. ibi* suæ paupertatis oblitus est, dum meā respicit, immo hic est gradus eminentior perfectionis, propriæ paupertatis obliuisci ad succurēdum alienæ.

6 Ampliatur 2. vt non valeat consuetudo eximēs prædictos ab onere distribuendi partem fructuum inter pauperes, *Crauetta cons. 116. n. 2. quē sequitur, licet erranter alleget Cons. 115. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 56. n. 62. & prius post Dec. & Marsil. idem Surd de Alim. tit. p. q. p. n. 6.*

7 Ampliatur 3. vt etiam pensionarius teneatur erga pauperes eodem modo, quo Beneficiatus, *Sarmient. de reddit. p. 3. c. 5. n. 7. Molin. de Iust. & Iur. to. p. tr. 2. Disp. 145. n. 5. Hurtad. de men-*

mendozza in 22. Disp 160 Sect. 7. §. 117. Azzor. p. 2. Inst. mor. lib. 12. c. 11. et post palatum, et Sanchez. Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 29. vbi intelligit cum Molina, & Hurtado, quando pensio est Ecclesiastica secus si esset secularis, seu Laicalis: Contrarium tamen scilicet, quod pensionarius nō teneatur ad Elemosinas sicut Beneficiatus, sed sicut cæteri seculares *sensit vasquez. in opusc. de elemos. Dub. vlt. n. 22.* cuius opinionem si quis sequeretur, non esse damnandum de mortali, *dixit Diana d. p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 29. vers. notandum* præsertim cum eidem opinioni, vt ipse subdit, fouere videantur tradita per *Gigantem, et Couar.* in locis ibid. allegatis, Ad materiam vero An scilicet, & quando pensio æquiparetur Beneficio, vide latissime, *apud Garziam. de Benefic. p. p. ca. 5. per tot.*

8 An autem Beneficiatus teneatur pauperibus erogare, quod diximus ex præcepto Charitatis, vel ex præcepto Iustitiæ, adeo vt si non eroget, peccet solum mortaliter, vel etiam ad restitutionē teneatur, quæstio est pendens ab illa, An scilicet Ecclesiastici Beneficiati sint veri Domini, Redditùum Ecclesiasticorum, & pro affirmatiua, quod videlicet teneantur ex lege Iustitiæ est, *Tannerus Alensis Ricard paludan. D. Antonin. Io. maior. Petr. Sotus Medina Nauarr.* Pro negatiua vero *Gordonus Reginaldus Sanchez. Hurtadus, Molina Valentia Azzorius, Turrianus, Vasques. Corduba, Lorca, Corniacb. Lessius, Castrus Surmiens Sotus* quam non solum vt Benignorem, sed vti communiorem sequitur *Diana prædictos referens p. 5. tr. 8 de elemos. Res. 31.* quamuis referat in fine, *Layman.* dicentem, quod licet Beneficiati sint Dom ni Redditùum Ecclesiasticorum, tenentur tamen pauperibus, vel alijs pijs operibus erogare portionem ex lege Iustitiæ, quia non habent

9 Dominium liberum, sed grauatum hoc onere. Et in quæstione, an Beneficiati sint veri Domini fructuum Beneficiorum suorum, an vero Dispensatores, & vicarij, *vide latissime tradita per Garziam. de Benef. p 2. c. p. n. 2. & seq.* vbi quod Beneficiati seculares sint veri Domini, probat Auctoritate Concilij Tridentini *D. Thoma Sarmienti Marsilij Columna Couarr. Molina Gutierez, Caietani Soti Adriani Ledesma, Corduba, Banuez. Aragon. Valentia, Lopez. & aliorum, & num. 7.* testatur hanc sententiam esse sine dubitatione magis communiter receptam inter Theologos Hispanos, & praxi, & consuetudini Ecclesiæ esse conformem.

10 An vero Beneficiatus possit viuere de Beneficio licet habeat patrimonium, vide pro affirmatiua, & communi, *post Innoc. Abb. Felin. Dec. Barbat. Nauarrum. cons. 65. nu. 4. & seq. de prab.* vbi pluribus rationibus eam comprobat, pro negatiua vero videbatur facere posse, *tex. D. Hieronim. ad Damasum in can. fin. 16. q. p. & in can. Clericos p. q. 2. ibi* Clericos illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & amicorum nulla suffragantur stipendia, & si qui Bonis parentum sustentari possunt, quod pauperum est accipiunt, Sacrilegium incurrunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant, & bibunt, sed Durus est hic sermo, vnde hæc, & alia non obstare in terminis prædictis, ostendit *Nauarrus d. cons. 65. n. 6. de preben.*

11 An autem, quod parce viuendo sibi subtraxit, & reseruauit Beneficiatus ex fructibus Beneficij, cadat sub spolio, Affirmat Rodoan; negat Nauarrus cuius sententiam probabiliorem esse, *probat Azzorius de Spolijs Inst. Moral. p. 2. lib. 8. c. 3. q. 2.* ea videlicet ratione potissima, quoniam fructus Beneficij debentur Beneficiato, non simpliciter, vt Alimenta necessaria, sed vt laboris stipendiū, & merces, & operarius, non ideo quia velit parcius viuere, amittit aliquid ex stipendio sibi debito.

12 Declaratur Principalis Conclusio, vt Beneficiatus teneatur superflua distribuere Pauperibus Loci in quo situm est Beneficium, secundum opinionem aliquorū quos refert, licet non sequatur *Nauarrus cons. 62. n. 4. de prab.* Contrariū ergo, quod scilicet Beneficiatus non teneatur præferre pauperes Loci Beneficij, verius esse *dixit Nauarrus d. cons. 62. n. 2. & 3. de prab.*

Vltimo collige pro Coronide, quod Clerici Beneficiati magis, quam Diuites Laici pauperibus obligantur.

13 Primo, quia Clerici Beneficiati tenētur subuenire communibus, & ordinarijs pauperum necessitatibus, At Laici solum extremis, vel grauibus *Azzor. p. 2. lib. 12 cap. 11. vers. in hac cōtrouersia.*

14 Secundo, quia Clerici ex Bonis Beneficij possūt dare Consanguineis solum ne indigeant non autem, vt ditentur *ad trad. per D. Thom. 22. q. 18. art. 7. ad sec.* At Laici possunt Consanguineis dare, etiam vt ditentur *Azzor. d. p. 2. lib. 12. c. 11. vers.* Item, vt docet, dummodo tamen, vt ibi per eum non desinant subuenire pauperibus, quatenus tenentur.

15 Tertio, quia Laici possunt, quæ videntur superflua retenuare ad suum, vel suorum statum ampliorem faciendum, quod Clericis ex bonis Ecclesiasticis non licet *Azzor. p. 2. lib. 12. c. 11. vers. in hac controuersia sine.*

16 Quarto Laici tenentur ad Elemosinas Iure naturali, & Diuino, At Clerici Beneficiati, etiam Iure Canonico, & sic arctiori vinculo tenentur. *Azzor. d. lib. 12. c. 11. vers. item docet sub mediū.*

17 Quinto Laici tenentur pauperibus Lege Charitatis, At Clerici Beneficiati tenentur Lege Iustitiæ *Caietan. in 22. q. 85. ar. 7. Nauar. de reddit. Eccles. quem refert licet non sequatur Azzor. d. lib. 12. c. 11. vers. in hac controuersia,* sed de hoc vide, quæ dixi sup. hic.

18 Videtur expraedictis Inferri posse illud Lucæ 11. quod superest date Elemosinam, in aliquibus casibus, quo ad Laicos esse Consilium, quo verò

N ad

ad Clericos Beneficiatos esse preceptum, ad quod conferunt *tradita per Nauar. in manual. c. 24. n. 6.*

PRIVIL. 36. tertio.

Beneficiatus II.

SVMMARIVM.

1 *Clericus depositus, vel suspensus non est alendus ex fructibus Beneficij, fallit quando est pauper & aliunde non habet n. 2.*

3 *Clericus non debet in opprobrium ordinis mendicare: Licet Criminosus, Clericus tamen est, etiam suspẽsus, & depositus debet Clericaliter viuere.*

4 *Clericus ob contumaciam suspensus, licet pauper non est alendus ex beneficio, & quare, Viginti quatuor pœnæ contumaciæ remissiue.*

5 *Clericus Degradatus etiam pauper non alitur ex Beneficio.*

6 *Clericus indistinctè alitur ex Beneficio, quando alias fame periret.*

1 QVamuis Clericus suspensus, vel Depositus, qui de proprio, vel aliunde, quam ex Beneficio viuere potest, nihil ex eius fructibus consequi debeat durante Depositione, vel suspensione *Io. Andr. in c. cum vintoniensis in vers. Admiserant. in fine de elect. Abb. ibid. n. 10. & post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 82. n. 6.* Attamen quando
2 Clericus ita depositus, vel suspensus, est pauper, & aliunde non habet, Alendus est ex fructibus Beneficij, *can. studeat in fine vbi gl. 50 D.* qui loquitur de Deposito ex culpa sua *gl. in d. c. Vintoniensis in vers. Admiserant in fine de elect.* quæ loquitur de suspenso, & de vtroque *post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 82. n. 2. & 5.*

3 Ratio est ipsa paupertas, & ne cogatur Clericus pauper in opprobrium Clericalis ordinis mendicare contra *tex. in can. Diacon. 93. D. & in Conc. Trident. sess. 21. c. p. de Reform.* licet enim Criminosus sit, Clericus tamen est *ad tex. in §. si vero contigerit Auth. de nupt. ibi,* licet Criminosus pater tamen est, & debet talis Clericus, licet suspensus, vel Depositus, adhuc tamen Clericaliter viuere *gl. in can dictum in verb. secularitèr in princ. 81. D.*

4 Limitatur 1. Conclusio, quando non ob Delictum, sed ob contumaciam Clericus reperitur suspensus, vel Depositus *Farinac. in Fragm. Crimin. p. p. in V. Clericus nu. 443.* Ratio est, quia tunc voluntarie patitur, cum se possit eximere per obedientiam à suspensione, vel Depositione, vnde donec in contumacia insordescit impenitens, non videtur fouendus, nec audiendus *ad latissime tradita per Marant. de ord. Iudic. c. de contumacia n. 9. & seq.* vbi numerat viginti quatuor pœnas contumaciæ.

5 Limitatur 2. in Clerico, qui esset actualiter Degradatus, is enim non est alendus ex Beneficio, cum cessent in eo rationes prædictæ, *Farinac. in Fragm. Criminal. p. p. in V. Clericus nu. 444. Surd. post alios de Alim. tit. p. q. 82. n. 12.*

6 Limita modo Limitationes prædictas, vt pauperi Clerico suspenso, vel deposito, seu priuato indistinctè debeantur Alimenta ex Beneficio si est ita pauper, vt alias fame periret *gl. in c. Pastoralis in fine de App. Farinac. in Fragm. Crimin. p. p. in V. Clericus n. 442.* Ad materiam huius priuilegij, *vide quæ diximus in V. excommunicatio.*

PRIVIL. XXXVII.

Beneficiatus III.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium datur propter officium, & dicendum, & faciendum.*

2 *Beneficiatus sine Causa omittens officium recitare, tenetur fructus, fabricæ vel pauperibus restituere, & quando omittit aliquas horas, pro qua rata teneatur n. 3.*

Et quid in Parochis, et Episcopis, et Canonicis n. 4.

5 *Elemosinæ factæ post omissum officium satisfaciunt Restitutioni, licet factæ, absque actuali intentione satisfaciendi.*

6 *Omittens officium si est pauper pôtest sibi retinere fructus, quos pauperi restituere teneretur.*

7 *Qui in Beneficio indebite acquisito inseruiuit, excusatur a fructibus, quos pauper pro sustentatione consumpsit.*

8 *Non residens in Beneficio priuatur fructibus applicandis fabricæ, vel pauperibus, & prohibetur conuentio, & compositio pro fructibus male perceptis.*

9 *Episcopo sine causa non residente, Archiepiscopus applicat fructus fabricæ, vel pauperibus.*

10 *Fructus, qui amittuntur ob non factam fidei professionem applicantur fabricæ, vel pauperibus.*

1 QVia Beneficium datur propter officium, vt per *Garziam p. 3. c. p. n. p.* quod tamen tu supple si placet, idest propter officium non solum dicendum, sed faciendum, plures enim dicunt, sed non faciunt officium suum. Quod obiter dixe-
2 rim, ideo Beneficiatus, qui legitimo impedimento cessante omittit officium recitare, post sex mẽses, tenetur fructus pro rata, vel in fabricam Beneficij, vel in pauperum elemosinas erogare *ex dispositione Concilij Lateranensis, cuius verba refert Gigas de pens. q. 30. n. p. & ex constitutione septima Leonis Decimi in §. 38. edita de anno 1514. incipit Superna dispositionis arbitrio, & ad materiam latissime Ganzia de Benef. p. 3. c. p. n. 2. & seq.*

3 Declaratur vt qui omittit recitare matutinum vnius diei, amittat dimidiam partem fructuum

eiusdem diei, qui reliquas omnes horas, aliam dimidiam, qui quamlibet ex illis, sextam partem, qui autem matutinum cum cæteris omnibus horis, is omnes etiam fructus amittit, *Ita disponit Bulla Pij V. edita de anno 1571. & est in ordine Centesima trigesima quinta.*

4 Sed quod Parochus, & Episcopus pro officio non recitato, solam quintam partem fructuū amittat; Canonicus quartam, cæteri simplices Beneficiati, tertiam, senserunt *Enriquez. & Trullench.* quorum tamen opinio nimis lata visa est Lessio præsertim, quo ad Canonicos, & alios simplices Beneficiatos, *ita refert Diana p. 4. tr. 4. miscellan. Ref. 111. de quo vide Garziam de Benef. p. 3. ca. 9. n. 28. vsque ad 34.*

5 Adde tamen hic vnum ad declarationem præcedentium, & solamen Ecclesiasticorum negligētium, seu deficientium in officio recitando, quod ad satisfactionem prosunt elemosinæ factæ, post talem obligationem, licet, absque formali, seu actuali animo satisfaciendi *Layman. Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tr. 2. c. 12. n. 9.* vbi mouetur, quia non desunt Doctores, ita sensientes, & quia videtur esse virtualis intentio omnium dantium elemosinas satisfaciendi per eas omnibus obligationibus, quas suis peccatis, aut negligentijs contraxerunt, & quia Leges Ecclesiasticæ benigne sunt explicandæ, & Laymanum sequitur eruditus, & Benignus Author *Antoninus Diana p. 3. Ref. mor. tr. 6. Miscell. Ref. 47.*

6 Accedat aliud ad eamdem declarationem, & consolationem, vt supra, quod si Beneficiatus est vere pauper, fructus quos ex omissis horis canonicis, teneretur pauperibus erogare, potest sibi tanquam vnus ex pauperibus retinere saltem de consilio Confessoris vt probat *Nauar. in manual. c. 25. n. 122. vers.* nota tertio vbi subdit hæc verba. Ex hoc non semel consolati sumus aliquos

7 Scholares pauperes, & tu si placet *vide quæ diximus infra in V. electio* quibus congruenter hic adde, quod qui in beneficio indebite acquisito fecit debitum officium potest excusari a fructibus consumptis in vitæ sustentationem si pauper est, *Couar. Epitom. p. 2. c. 6. n. 7. Eman. Sa. in Aphorism. in V. Beneficium n. 22.*

8 Vltimo iunge hic aliud priuilegium simile primo, quod Beneficiatus, qui tenetur ad residentiā, si vltra tempus permissum sine causa abfuerit pro rata absentiæ, ipso iure fructus amittit applicandos Fabricę Ecclesię, vel Pauperibus, *iuxta dispositionem Concilij Tridentini, & Tradita per Nauar. cons. 62. n. 2. de præb. & in man. c. 25. n. 121. præsertim in vers. quæ omnia sub medium*, & prohibetur quælibet conuentio, & compositio, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, *ad Conc. Trid. Sess. 23. c. 9. de Reform.*

9 Et quod Episcopo non residente sine causa, possit Archiepiscopus applicare fructus fabricæ, vel pauperibus loci, *ex Tridentino dixit Gauantus in man. Ep. V. Archiepiscopus n. 4.*

10 Sic etiam fructus, qui amittuntur ob non factā fidei professionem, in vsus pauperum, vel fabricam Ecclesiæ debent impendi *Garzia. de Benef. p. 5. c. 3. n. 36. Gauant. in man. Ep. V. fidei professio nu. 43.*

PRIVIL. XXXVIII.

Beneficium p.

SVMMARIVM.

1 *IN Concursu Parochialis, Pauper, & non habens Beneficium præfertur habenti.*

2 *In Collatione Beneficij generaliter præfertur pauper.*

3 *In paritate vocum pauper præfertur etiam in patronato.*

4 *Pauper dignus pręfertur Digniori in simplicibus, etiā consanguineo patroni.*

5 *In Parochialibus pręfertur pauper cæteris paribus.*

6 *Diues pręfertur in Collatione Ecclesię, quæ Diuitijs indiget.*

7 *Iudicis arbitrio inspicitur, quis dicatur pauper ad effectum prælationis in Beneficio.*

8 *Qui tacito Dignitatis nomine, minora Beneficia obtinent; nihil agunt.*

9 *Cardinalibus conferri non debent Beneficia minoris redditus ducentorum Ducatorum.*

10 *Regula de mensibus Reseruatis edita est ad prouidendum pauperibus Clericis.*

1 IN Concursu Parochialis Ecclesiæ pauper non habens Beneficium præferendus est Diuiti, vel habenti aliud Beneficium *ad tex. in c. si, cui 19. de præben. in sex. & post hostiens. Butrium Lambert. tradit Seraphyn. in Calagurritana Beneficij 20. Febr. 1587. Dº 767. per tot. Garzia de Benef. p. 7. c. 9. n. 1 : qui alias etiam Rota Decisiones adducit.*

2 Ampliatur 1. generaliter, vt in Collatione Beneficij, inter Ciues pauperes præferendus sit pauperior *Mandos. cons. 55. n. 9. Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 17.*

3 Ampliatur 2. vt in ęqualitate vocum, inter plures præsentatos, pauper Diuiti præferatur *Lambertin. de Iure patron. p. 3. lib. 2. art. 3. q. 5. nu. 5. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 39.*

4 Ampliatur 3. vt in Beneficijs simplicibus pauper præferatur, etiamsi sit minus dignus, dummodo sit dignus, *vt post Butr. host. & Rocch. tradit Gratian. Discept. Forens. lib. 2. c. 211. nu. 23.* vbi quod pręfertur etiam Consanguineo patroni.

5 Limitatur primo, vt in Parochialibus, pauper præferatur cæteris paribus, & non alias *Rota in Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Arigono sub initium. quam refert extensam Garzia de Benef. p. 9. c. 2. n. 250. tit. de forma seruanda in prouisione parochialium, et eamdem sequta est iterum*

Rota coram Ludouis. in nullius parochialis, seu concursus D. 11. n. p. & 3. & coram Buratto in Regien. Concursus D. 635. n. 5. & 6.

6 Limitatur 2. vt pauper non præferatur, quãdo Ecclesia indiget Diuitijs, & potentia forte ad cõseruationem iurium eiusdem Ecclesię, vel ex alia causa, tunc enim Diues potius præfertur *Ab. in c. constitutis de Ap. & ibid. Franc. col. 3. Rocch. de Iure patron. in V. onerosum col. 2. sub med. q. 3. n. 6 Gratian. discept. Forens. lib. 2. c. 211. n. 14.*

7 Declaratur, vt ad effectum conferendi Beneficium pauperi, potius quam Diuiti, versetur Iudicis Arbitrium in iudicando, quis dicatur pauper. vel Diues *Marcus Mantua in c. ad aures n. 13. de Rescript. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 8.*

8 Pro Coronide huius priuilegij, nota pr. quod qui tacito dignitatis nomine minora Beneficia obtinent, nihil agunt, non est enim intentionis Papæ, vt redditibus abundantes, pauperes Clericos super minoribus Beneficijs inquietent, *ita loquitur tex. in c. ad aures 8. de Rescript.*

9 Secundo nota, quod Concilio Lateranensi sub Leone Decimo eius anno secundo constitutum est ne Cardinalibus conferantur Beneficia non excedentia redditum ducentorum coronatorum, quæ constitutio edita creditur, vt de illis, pauperibus Clericis prouideatur *Rebuff. in praxi Benefic. tit. de Rescript. in forma comm. n. 21. Cassad. D. 2. de praben. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 216. n. 11.* Tu dic, *quod est Constitutio septima Leonis decimi incip. Superna dispositionis in §. duodecimo* prohibẽs ne Cardinalibus conferantur, vel commendentur Beneficia, vel Monasteria minoris redditus ducentorum ducatorum.

10 Tertio ad idem nota, quod Regula Cancellariæ de mensibus, & alternatiua, edita dicitur primum a Sixto V. ad prouidendum pauperibus Clericis, & alijs bene meritis, *vt legitur in eius exordio.* Ad quod vide *Garziam. de Benefic. p. 5. c. p. n. 438. & seq.*

PRIVIL. XXXIX.

Beneficium. II.

SVMMARIVM.

1 *INter litteras eiusdem Data super Beneficio præfertur Diligentior in præsentando.*
2 *Prior tempore potior in Iure, cęteris tamen paribus, vt n. 4.*
3 *Pauper in litteris eiusd. datę super Beneficio simplici præfertur, licet posterior pręsentauerit.*
4 *Interdum, posterior potior est priore ratione personæ, vel causæ priuilegiatæ.*

1 QVamuis inter habentes litteras eiusdem Datæ super Beneficio consequendo præferatur Diligentior in præsentando *c. duobus pen. de Rescr. in sex. Capp. tolos. q. 25 incipit Duo Benincas de Paupert. q. 7. spec. 7 in Indic. n. 12. Rota D. 58.* 2 *incipit nota si vnus de Rescript. in antiq.* quoniam qui prior est in tempore, potior est in Iure *l. quoties vtrinsq; 99. ff. de Reg. Iur. c. qui prior. 54. de Reg. Iur. in sex. c. fin. 17. D. l. p. C. qui pot. in pign. hab.*

3 Fallit tamen id, quando alter ex impetrantibus est pauper, is enim quamuis in præsentatione posterior, est tamen potior, quo ad Beneficia simplicia, & præfertur *Staffil. de Gratijs expectatiuis in pen. p. vers. Restat postremo dicere de prærogatiuis expectantium n. 16. & seq. Benincas. de paupert. d. q. 7 spec. 7. n. 13. Confert tex. in c. cum secundum 16. de præb. & in c. cum sedis 17. de Rescript. & conferuntur etiam dicta in priuilegio antecedenti.*

4 Neque obstat Regula, qui prior, quoniam illa procedit solum cęteris hinc inde paribus *Mastrill. D. 130. n. 13 dixi D. Fer. 97. nu. 4.* nec semper Antecaior est Potior, sed aliquando, vel ratione personæ, vel ratione causæ priuilegiatæ, posterior, potior est priore, seu anteriore *l. interdum 5. ff. qui pot. in pig. hab. dixi D. 54. n. 7.*

PRIVIL. XL.

Beneficium III.

SVMMARIVM.

1 *NON licet plura Beneficia Ecclesiastica obtinere etiã simplicia n. 2. etiam Cardinalibus n. 3.*
4 *Mandatum prouidendi de Beneficio intelligitur dummodo aliud non habeat, & si sit de prouidendo Beneficiato, intelligitur dummodo vnicum habeat, & si de prouidendo habentem plura, intelligitur dummodo non sint plura, quam duo.*
5 *Licet plura Beneficia insufficientia obtinere, dummodo ambo non requirant Residentiam, etiam si sint in ead. Ecclesia.*
6 *An quando duo non sufficiunt, liceat obtinere tertium Beneficium sine Dispensatione.*
7 *Ad obtinendum secundum Beneficium sufficit paupertas Beneficij.*
Dignus est operarius mercede sua, & Beneficiatus nõ tenetur viuere de patrimonio Altari seruiens de Altari viuere debet, sed non luxuriari.
8 *Si duobus Beneficijs insufficientibus, alterum fiat sufficiens, alterum est dimittendũ, Paupertatis intuitu indulta Beneficia ea cessante Renuncianda sunt.*
9 *Beneficium tenue, vel sufficiens, magnum, vel paruum, quod dicatur.*
10 *Qui tenetur aliquem alere, satisfacit, si ei procuret sufficiens Beneficium.*
11 *Episcopus pauper, potest retinere Beneficia, quæ ante Episcopatum obtinebat, licet alias vacent post Confirmationem.*

Quam-

1 QVamuis non liceat vni plura Ecclesiastica Beneficia retinere *c. de multa 28. de preb. c. cum tt. 4. de aetat. & qual. ordin. & praeficiendor. ibi,* Liceat appellatione postposita ad vnam ipsarum, quam maluerit dimittendam compellere, *late Garzia de Benef. p. 11. c. 5. n. p. & seq.* vbi distinguit tempora, *& n. 67.* vbi distinguit species
2 incompatibilitatis, *& fere per tot.* quod procedit, etiam in simplicibus, & residentiam non requirentibus stante Dispositione *Concilij Tridentini sess. 24. c. 18. de Reform.* incipit cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, *& probat Garzia de Benef. p. 11. c. 5. n. 279. vers. at praedicta sententia,* quod
3 in quibusqunque personis, etiam si Cardinalatus honore praefulgeant obtinere *disponit Concilium Trident. d. sess. 24. c. 17. de Reform.* Immo manda-
4 tum Apostoli cum prouidendi alicui de Beneficio, intelligitur dummodo aliud Beneficium sufficiens ille non habeat, vel nisi illud dimittat si habeat, & si mandatum sit de prouidendo personae Beneficiatae, intelligitur dummodo vnicum habeat Beneficium, & si adhuc mandatum sit de prouidendo etiam ei, qui plura obtineat Beneficia, adhuc restringendo intelligitur, dummodo non obtineat plura, quam duo, Ita disponit hec omnia magistralis *tex. in c. is cui 19. de preb. in sex.* & negari non potest quin pluralitas Beneficiorum saepe pariat pluralitatem malorum.

5 Attamen propter paupertatem licet plures Ecclesias obtinere *ad tex. in c. eam te 4. de aet. & qual. ibi,* nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios Sacerdotes non possint conuenienter alere, *& expresse notat ibi gl. in V. tenues, & allegat etiam tex. in Can. vnio 10. q. 3. de quo dixi in V. vnio.*

Et certum est posse, quem licite obtinere, ac retinere duo Beneficia simplicia Residentiam non requirentia, seu vnum residentiam requirens cum alio eam non requirente, quando vnum sine altero non est sufficiens ad congruam Beneficiati sustentationem. *Ita post Nauar. Lopez. Oedam, & Enriquez. Garzia de Benef. p. 11. c. 5. nu. 262.* & quod quando vnum non sufficit ad honeste viuendum, possit eidem secundum Beneficium conferri. *Disponit Conc. Trid. sess. 24. de Ref. ca. 17. ibi,* quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honeste sustentandam non sufficiat. Liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, (dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat) eidem conferri, & quod *tex. in c. is, cui 19. de preb. in sex.* locum non habeat in eo, qui habeat Beneficium insufficiens, & tenue, *tenuit gl. in eod. c. in V. insufficiens ibi,* ergo si non est sufficiens, secus est, *& tradit Verall. D. 65. p. p. & post Franc. & Paris. Garzia de Benef. p. 11. c. 5. n. 290 vers. & in eadem Adde Rot. D. 119. n. 9. p. 4. Diuers.* vbi quod quando vnum Beneficium non est sufficiens, potest aliud obtineri etiam in eadem Ecclesia.

6 An autem absque Dispensatione Pontificis vltra duo liceat plura Beneficia obtinere, & retinere, etiam quando non sufficiunt ad congruam sustentationem Dubitatur stante Decreto Concilij, de quo supra, & pro Affirmatiua est, *Nauar. Hoed. Ceuedo. Parisius Azuedo. Periz. quintanadnenas Zezora. Solon. Zecchus Azzorius, & Rota in vna Theanen. S. Eustacij 20. Aprilis 1587. coram Gypsio. quam refert Garzia de Benef. p. 11. c. 5. nu. 308. & 309. licet n. 310. referat Sacram Congregationem Concilij sensisse contrarium.*

7 Ampliatur, vt ad effectum, vt locum habeat hoc priuilegium sufficiat, Beneficium non esse sufficiens, & sic sufficit tenuitas, & paupertas Beneficij, & non requiritur Paupertas Beneficiati, quia licet Beneficiatus esset ex patrimonio Diues adhuc tamen Dignus est operarius mercede sua, *Luc. 10.* & qui Altari seruit, de Altari viuere debet *c. cum secundum 16. de preb. & p. ad cor. 9.* & non tenetur viuere de patrimonio, *vt post Innocent. Abb. Felin. Dec. Barbat. & com. docet Nauar. cons. 65. n. p. & seq. de praeben.* vbi pluribus rationibus comprobat.

Quod autem dicitur *in d. l. cum secundum 16. de preb.* quod qui Altari seruit, de Altari viuere debet, intellige taxatiue, prout ita intelligit *D. Hieron. relatus in can. p. vel in summa 44. D. ibi,* tibi O Sacerdos de Altari viuere, sed non luxuriari permittitur.

8 Limitatur, quia si quis habeat duo Beneficia, quorum quodlibet separatim sumptum non est sufficiens, & postea alterum contingat fieri sufficiens, videtur, quod stante Decreto Concilij, non possint amplius duo illa Beneficia, simul retineri *ad trad. per Hoedam in simili p. p. c. 13. n. 57. ita Garzia de Benef. p. 11. c. 5. nu. 319. vers. 4. circa Decretum* Confert ad id quod cessante necessitate ij, qui necessitatem patiebantur, Beneficijs renunciare coguntur, quae miserationis intuitus eis indulsit *ita disponit tex. in c. fin. 25. q. p.* & vide ad hanc materiam *quae dixi in V. Alienatio, & in V. Priuilegia.*

9 Declaratur, vt Beneficium tenue dicatur, illud cuius redditus non sufficiunt ad necessarium victum ministri eiusq; familiae *ad tex. in ca. 2. de supl. negl. prelat. & in c. p. de preb. in 6. Gemin. cons. 35. col. pen. vers. de habentibus Menocch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 216. n. 13*

Beneficium autem sufficiens dicitur illud, ex quo Beneficiatus Iura Episcopalia soluere, & se congrue sustentare potest, *c. de Monachis 12. in fin. de preb. DD. in d. c. is, cui de preb. in 6. Verall. D. 65. n. 2. p. p. late Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 216. n. 13. vbi tamen nu. 12. post Gemin. Rip. Tiraq.* relinquit Iudicis Arbitrio, quodnam dicatur Beneficium magnum, vel paruum inspecta rerum, & personarum varietate.

10 Vltimo nota hic, quod qui tenetur aliquem alere satisfacit si procuret ei praebendam, seu Beneficium, *Bald. in l. p. §. sed scimus C. de lat. lib. Tollen.*

Tollen. Marsil sing. 420. incipit Extat Iuris Regula intellige quando Beneficium est sufficiens ad Alimenta iuxta prædicta.

11 Adde etiam, quod licet per Episcopatum post Confirmationem vacent alia Beneficia, quę prius Episcopus obtinebat, attamen si adhuc est pauper, possunt ei ad sustentationem relinqui, *ita em. sa. in Aphorism. V. Episcopus n. 8.*

PRIVIL. XLI.

Caducum.

SVMMARIVM.

1 *Relictum caducum, vel quasi, remanet penes grauatum, ubique onere.*
2 *Relictum pauperi, vel alias pię causę non caducatur, sed conuertitur in similem vsum.*
3 *Sed quando fuit Relictum magis contemplatione personę, quam pietatis, caducatur.*
4 *In dubio, Relictum iudicatur causa pietatis.*
5 *Bona nostra, sunt Caduca, Immo nec sunt Bona, nec nostra.*

1 QVamuis regulariter Relictum, quod ei, cui relinquitur acquiri non potest, vel alia ex causa deficit, apud hæredem, vel legatarium grauatum remaneat absque alio onere *l. vnic. C. de Cad. toll. § in primo* vbi de non scriptis, *& §. pro secundo* vbi de quasi caducis *& §. sin autem* vbi de caducis *l. & § & cum tosplici pater filiū 36. §. Tusculanus ff. de leg. 3. l. quidam referunt 14 ff. de Iur. Codic Bart. ibid. in princ.*

2 Relicta tamen ad pias causas, & in specie Relicta pauperibus non caducantur, sed si non potest Relictum impleri in forma à testatore præscripta conuertitur in alium similem pium vsum *ad tex. in l. Legatum 16. ff de vsufr. leg c. nos quidem 3. vbi gl. de testam. Bart. in l pater filium 36. § Tusculanus nu p. ff. de leg. 3. Ancar. in Clem. 2. de Rel. Dom. Tiraq. de pia caus. priu. 38. Menocch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 2.*

3 Fallit tamen quando quis reliquit alicui personæ, vel Collegio magis contemplatione personæ, vel Collegij, quam Causa pietatis, tunc enim si persona, vel Collegium deficiat, ita vt capere non possit, Relictum, liberum remanet penes grauatum *ad tex. in l pater filium 36 §. Tusculanus ff. de leg. 3. vbi Bart. n. p.* docet videri Relictum contemplatione personæ, quando persona est expressa, & non causa *Ancar. in Clem. 2. de Relig. Domib.*

4 Quando autem expressa est persona simul, & Causa pietatis, tunc in dubio iudicandum est Relictum fuisse factum contemplatione pietatis, & sic non fieri caducum *ad tex. in l. sunt persona 43. ff. de Rel. & sump. Fun. Bart. in l. pater filium §. Tusculanus n. p. in fin. ff. de leg. 3. Ancar. in d. Clem. 2. de Rel. Dom. Ad hoc tamen vide, quæ dixi latius in V. Testamentum.*

5 Vltimo ad legalem Conclusionem de Caducis, & quasi Caducis, adde moralem, quod omnia, quę hic Bona nostra vocamus, sunt quasi Caduca Immouere Caduca, *vt cecinit Boet. de Cons. Phil. lib. 3. metr. 2. ibi,* Crede fortunis hominum Caducis, Bonis crede fugacibus, sed quod Immo, nec sint Bona, nec nostra probauimus *p. 3. c. p. Rem. vlt. n.*

PRIVIL. XLII.

Captatoria voluntas.

SVMMARIVM.

1 *Vltima voluntas captatoria siue vniuersalis, siue particularis non valet, valet tamen ad pias causas n. 2.*
3 *Si quis committat sua bona arbitrio alicuius, tenebitur is ad pias causas distribuere, & pauperibus n. & nu. 4.*
5 *Voluntas captatoria legaliter, quæ dicatur, & quæ moraliter, vide versus.*
Voluntates hominum sæpe captatoria, & captiosa.

1 QVamuis vltima voluntas Captatoria non valeat, siue vniuersalis sit, siue particularis *vt dixi D. 56. n 8. vbi n 34.* tetigi an pacto con-
2 firmari possit; valet tamen ad pias causas, *vt post Bart. Ab. Alex. Soc. Dec. Ias. Parisium docet Clar. in §. Testamentum. q 6. vers. quarto infertur,* vbi de magis communi testatur, *& post alios Ant. Gabr.* ostendens hanc esse magis communem *Conclus. 3. de pia causa n. p. Fusar. de subst q. 50. n. 68.*

3 Ampliatur, vt etiam si testator non exprimendo piam causam simpliciter committat Dispositioni alicuius puta Titij Bona sua, intelligitur ex hoc Titium hæredem facere cum Onere Bona distribuendi ad pias causas *tex. est in c. cum sibi 13. de testam. quem mirabilem dicit Clarus in §. testam. q 6. vers quinimmo fortius post Innocent. ibid. & Abb. n. 4. & Imolam. n. 16. & Curtium cons 156 lib. 2. & post alios plures Gabr. d. Conclus. 3. de pia causa n. 2.* vbi hanc esse magis communem testatur, & probat.

Adde *Syluester. in V. testam. n. 14.* vbi quod si dicat Testator committo omnia mea Bona Arbitrio Titij, tenetur Titius ea distribuere in pias causas, *idque dixit etiam eman. Sa. in Aphoris in V. testamentum n. 40.*

4 Quod autem hoc priuilegium pauperibus competat, patet ex ijs quæ *dixi in V. pia causa, & in hac specie in V. incertitudo priu. 181. in secunda ampliatione.*

5 Quæ vero dicatur legaliter loquendo voluntas Captatoria, *dixi Dec. Fer. 56. nu. 9.* Moraliter autem dic longe latius hoc nomen extendi, *iuxta*

illud

illud Martialis lib. 2. Ep. 18. Capto tuam pudet heu, sed Capto maxime cœnam, tu Captas aliam iam sumus, ergo pares, Immo & qui dant, seu donant, id frequentius agunt voluntate captatoria animo videlicet captandi, quid maius, Ad quod vide *quæ dixi in V. Donatio*, sed vtinam voluntates hominum captatoriæ solum forent, & non etiam captiosę.

PRIVIL. XLIII.

Captiui.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta pauperum, & Redemptio Captiuorum æquiparantur.*

2 *An Diuites teneantur Redimere fideles Captiuos apud Turcas, & n. 5.*

3 *Causa pauperis extreme indigentis fauorabilior est, quam Redemptio Captiui. melior dicitur mors, quam vita Amara, & melius mori quã indigere.*

4 *Mors superlatiuum malum: melius est male esse, quam non esse.*

1 Causa Alimentorum pauperum, & Causa Redemptionis Captiuorum æquiparantur *Gl. in l. Sancimus p. C. de Sac. Eccles. gl. in sum. 12. q. 2. Bald. Salic. & Castr. in d. l. Sancimus Euerard. in loco à pari vers. Hinc etiam est quod disposita à Iure*, vbi infert ad Alienationem, & Insinuationem, & eruditus Lector ad alia inferre potest, *vide quę dixi in V. alienatio priu. 9.* quibus hic adde.

2 Quod Diuites teneantur redimere Captiuos apud Turcas *sentiunt Figliucc. to. 2. tr. 28. ca. 3. n. 76. Azzor. to. 2 lib. 12. c. 8 q 5. qui ad idem etiam adducit ma orem, & Caietanum*, Contrarium tamen sensit *Hurtadus de Mendozza in 22. Disp. 159. sect. 3. §. 21. quem sequitur Diana Res. mor. p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 6. vers. verum Hurtadus*, vbi rationem adducit, quia Captiuitas non dicitur extrema necessitas, nisi quando Captiuus ex Captiuitate moriturus Creditur.

3 Vnde nota, quod Causa pauperis extreme indigentis fauorabilior est, quam simplex Causa Redemptionis Captiui, quamuis enim Captiuitas, & mors videantur æquiparari, Immo melior dicatur mors, quam vita Amara *Eccle. 30.* vnde, *et Iob. 3.* dicitur quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animę sunt, qui expectant mortẽ, & non venit, Attamen dicitur *etiam Eccli 40.* fili noli indigere, melius est enim mori, quam indigere, *& Eccli 41.* O Mors Bonum est iudicium tuum homini indigenti, verumtamen mors est vltimum terribilium, & temporalium omnium malo-

4 rum superlatiuum, *vt comprobaui in V. misericordia*, Vnde & melius erit in captiuitate viuere, quã in paupertate mori *vt dixi sup. in V. Alienatio 7. pr. 19.* & melius vtique dicendum est esse Captiuum, quam defunctum, quoniam melius est male esse, quam omnino non esse *D. Thom. in supplemẽto q. 64. ar. p.* & cum paupertas extrema sit morti propinquior, quam simplex Captiuitas, miserabilior erit, & consequenter fauorabilior, ac priuilegiatior. Ad quod vide, quæ dixi de necessitate famis *in V. Furtum, & in V. Pater.*

5 Limita tamen sententiam negatiuam Hurtadi, vt Diues teneatur elemosinam largiri saltem pro redimendo viro Reip. vtili *Granad. in 22. contron. 3. tr. 11. disp. 2. sect. 4. n. 21. quem sequitur Diana Res. mor. p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 6.*

PRIVIL. XLIV.

Carceratus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor tenetur alere pauperem debitorem carceratum. Idem est in Cessionario Creditoris n. 2*

3 *Pauperi Debitori nobili in Domo propria retento, tenetur ibi Creditor Alimenta ministrare.*

4 *Maritus Carceratus est alendus a creditoribus fidos non sufficit vxori, & filijs.*

5 *Carceratus pro delicto in subsidium alitur à Curia, & expensis curię custoditur. Obsides aluntur ab ijs, qui eos dedere.*

6 *Equus sequestratus nutritur expensis sequestrari facientis.*

7 *Si pauper carceratus à Creditore non alitur, Relaxatur, facta tamen cessione, vel Indicatione Bonorum n. 8.*

9 *Si Iudex non relaxet pauperem Debitorem, quem creditor non alit, ipse iudex alere tenetur.*

10 *Alimenta Carcerati taxantur Iudicis arbitrio Regulando, vt ibi.*

11 *Decretum contra Creditorem, qui deposuerat duplum crediti pro Alimentis.*

12 *Actio quia sit; debet persequi Debitum, & non debitorem. Malignitatibus resistendum est.*

13 *Filius Carceratus, debet ali a patre Diuite, & non à debitore.*

14 *Carceratus, qui potest ex Elemosinis ali, non est alendus à creditore.*

15 *Ex statuto Fer. Creditor non tenetur alere carceratũ, nisi post sex menses, vt ibi, Declara vt n. 16. et 17.*

18 *Relictum pro liberandis carceratis etiam criminalibus dicitur pium non minus, quam relictum pro redimendis captiuis n. 19.*

20 *In Causis Carseratorum proceditur non obstantibus ferijs.*

21 *Carcerati dicuntur miserabiles persona.*

32 *Æquiparantur carcerati pauperes, qui sine dedecore de domo exire nequeunt, & excusantur à comparendo, & à constituendo procuratorem.*

Reli-

23 *Relictum pro liberandis carceratis potest expendi pro carcerandis, ne carcerentur.*
24 *Potentia actui proxima æquiparatur actui, Liquidi, & de proximo liquidandi, Idem est Iudicium.*
25 *Miles de Iure pro debito capi nequit, et quid in paupere ibi, & n. seq.*
26 *Plebeius facilius carceratur, quam nobilis, & pauper facilius, quam Diues quando cum paupertate concurrit mala qualitas morum, vt n. 27.*
27 *Pauper alias honestus non est suspectus, & Diues infidus suspectus est licet soluendo sit.*
28 *Pauper Debitor carceratus, & infirmus mittitur ad Domum creditoris curandus.*
29 *Carcerati Criminales, aut puniendi, aut liberandi, vide duos elegantes textus.*

1 Creditor tenetur alere debitorem ad eius instantiam carceratum, & non habentem aliunde, vnde se alat *Gl. in l. fin. C. de erog. milit. an non lib. 12. quam singularem dixit Angl. de Aret. in §. fin. in fin. inst. tit. de Action. & Corsett. in suis singularibus in V. expensæ 3. Bart. in l. Illicitas §. ne potentiores n. 8 de off. præsid. Ias. in l. si victum n. 2. & 3. ff. de re Iud. Felin in c. p. nu. 9. de libelli oblatione Guid. Pap. q. seu D. 221.* asserens ita seruari in Curia Delphinali *Benincas de paupert. q. 7. spec. 8. in Iud. n. 22. Adde Addentes ad Bart. in fine tract. Aliment. cap. tolos. D. 100. Boer. D. 303. nu. 2 p. 2.* vbi quod bene seruatur, *& iterum D. 325. n. p. p. 2.* vbi quod fuit, ita pluries conclusum Creditorem tenentem debitorem prisonerium teneri ei Alimenta præstare *Surd. post alios de Alim. tit. p. q. 71. n. 2. & post hæc scripta vidi Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 72. n. 10. Adde Afflic. D. 71. vinium D. 529. Riccium Collectan. D. 226. vers. 5. Franc. Marc. D. 234. p. 2. Costa de Remed. subsid. Rem. 27 n. p & seq.*

2 Ampliatur 1. vt etiam Cessionarius Creditoris teneatur alere pauperem debitorem, sub pœna Relaxationis *Cordub. in l. si quis a liberis §. solent n. 38. ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. p. q. 71. nu. 4.*

3 Ampliatur 2. vt etiam pauperi nobili in Domo propria detento, teneatur Creditor Alimenta subministrare, vt *probat Nauar. de elect. for. sect. 2. q. 16. n. 12. & seq.*

4 Ampliatur 3. vt etiam si adsit Dos, maritus carceratus ali debeat à Creditoribus si fructus Dotis non sufficiunt vxori, & filijs *Mangrella ad Bart. in l. præses. in fin. C. de seru. & Aqua, & allegat Alciatum de præs. præs. 51. fol 196.* Idemq; dicendũ in vxore carcerata in casibus, in quibus capi potest, vt si non habeat vltra Dotem, ali debeat à Creditore, & non à viro *Bart. in Auth. Matri, & Auiæ C. quan. mat. tut. offic. Grammat. Dec. 33. Costa de rem. subsid. rem. 27. n. 5.*

5 Ampliatur 4. vt Carceratus ob Delictum debeat in subsidium ali a Curia quando non habet aliunde *Luc. de pen. in l. fin. C. de erog. milit. ann. Paris de puteo de syndicatu c. an carceratus teneatur n. 2. & 3. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in ind. n. 6. Afflict. D. 71. n. 3. vinius D. 529. n. 4. lib. 4. Surd. de Alim. tit. p. q. 69. n. 2. vbi allegat tex. in l. quemadmodum 29. §. Magistratus ff. ad leg. Aquil. Costa de Rem. subsid. Rem. 27. n. p. vers. Hinc. etiã iterum Surd. de Alim. tit. p. q. 72. nu. p. & 2.* vbi idem, quod in Alimentis dicit in expensis custodiæ, & *d. tit. p. q 69. n. p. & 2.* vbi generaliter loquitur dicens, quod Obsides alendi sunt ab ijs, qui illos dedere, quando non habent aliunde sicut & Carcerati, Alias si habent, ipsi se alunt.

6 Ampliatur 5. vt etiam equs sequestratus nutriendus sit expensis sequestrari facientis *ad tex. in l. si in Asia 12. ff. de Deposit. Paris de put. de syndicatu in V. Carcer. Barbat. in c. cæterum de rescript. Boer. D, 303. n. 3. vers.* & idem dicendum, *& vide quod in simili dixi in V. furtum.* solent tamen in praxi ex pretio animalium sequestratorum ante omnia detrahi expensæ.

7 Ampliatur 6. vt si Creditor alere noluerit, vel non potuerit, pauper Debitor relaxetur, *Ang. Aretin. in §. fin. in fin. inst. tit. de Action. & ibid. Io. Fab. Ias. in l. si victum n, 3. ff. de re iud. Alex. in l. sanctum in additione ad Bart. ff. de Rer. Diuisione Felin in c. ex rescripto in fine de iureiur. Corsett. in suis singularibus in V. expensæ 3. Benicas de paupert. q. 7. spec 8. in Iud n. 23. Cordub. in l. si quis a liberis § solent n. 37. ff. de lib. Agnosc. Boer. D. 303. n. 2. Surd. de Alim tit. p. q. 71. n. 3. Costa de rem. subsid. Rem. 27. n. p. & 6.*

8 Declaratur hæc Ampliatio, vt Debitor sit Relaxandus, facta tamen prius per eum Cessione Bonorum *Afflict. d. D. 71. sub fin.* vbi quod ita omnes de Consilio uotarunt *Benincas de pauper. d q. 7. spec. 8. in Iud. n. 24 Costa de Rem. subsid. Rem. 27. n. 7.* sed aduersus Afflict. in hoc sentit *Surd. de Alim. d. tit. p. q. 71. n. 3.* dicens quod cæterorum opinio seruanda est, quia communis, & habet æquitatem: Concordari tamen forte possent hæ pugnantes opiniones dicendo, quod ad relaxationem in Casu prædicto non requiratur formalis Cessio Bonorum sed sufficiat eorumdem bonorum Indicatio, idque videtur esse de mente, *vestrij in praxi lib. 2. c. 2.*

9 Ampliatur 7. vt si Iudex in casu prædicto non faciat relaxari Debitorem, quem creditor non alit, ipse teneatur eum alere de suo *ad tex. in l. Iudices 10. C. de Ep. Aud. Corsett. in suis singul. V. expensæ 3. & conferunt ad idem tradita per Card. in c. cæterum de Rescript.*

10 Declaratur Conclusio, vt Alimenta in hac specie taxanda sint Iudicis Arbitrio regulando ex qualitate personarum, alijsq; circumstantijs, *ad tradita per Tiraq. de nob. c. 136. et 137. et per Neuizzan. in sylua nupt. p. 2. n. 25.* vbi quod Rustici debent comedere panem grossum, Nobiles vero Album *Costa de Rem. subsid. Rem. 27. n. 9. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 72. nu. 10.* vbi quod

quod si persona est vilis taxari solent ad rationem vnius Ducati pro quolibet mense, & sic denariorum viginti, pro qualibet die, si vero nobilis, ad rationem caroleonorum duorum, pro qualibet die, ego vidi Romæ regulariter taxari in rationẽ vnius Iulij, pro qualibet Die.

Et quod visitatorum Arbitrio habeatur Ratio paupertatis Debitoris, naturæ Debiti, & qualitatis Creditoris *Disponit Paulus V. in sua Constitutione super reformatione Tribunalium Urbis §. 24. n. 15.*

11 Et nota hic Decretum ingeniosa sapientia plenum, quod aliquando emanauit in Vrbe factum in Congregatione visitationis Carceratorum, nã cum Creditor scutorum vigintiquinque, deposuisset scuta quinquaginta pro Alimentis pauperis Debitoris Carcerati, fuit dictum ex dictis scutis quinquaginta, solutis vigintiquinque Creditori in extinxionem Debiti, alia vigintiquinque liberesoluenda esse pauperi Debitori, & eum libere, e carceribus relaxandum prout fuit, ita relaxatus. Et merito sane, quoniam Creditor hoc in

12 casu violando naturam Actionis, quę est Ius persequendi in Iudicio, quod sibi debetur, *Inst. tit. de act. in princ.* non Debitum, sed Debitorem persequebatur, & actionem hominis potius, quã humanam exercebat, non est autem malignitatibus assistendum, sed Resistendum, *l. in fundo 39. ff. de Rei vendic.*

13 Limitatur 1. Conclusio, vt si Carceratus sit filius habens Patrem Diuitem, Alendus sit a patre, potius quam à Debitore *Cuman. cons. 132. Crauetta cons. 164 quod ita allegat. & seq. Costa de Rem. subsid Rem. 27. n. 6.*

14 Limitatur 2. quãdo Carceratus alere se posset ex Elemosinis, tunc enim non esset alendus à Creditore *ad tex in l. Iudices 10. C. de Ep. Aud. Bocr. D. 303. n. 2. Beninc as de paupert. q. 7. spec. 8. in fud. n. 24.*

15 Limitatur 3. vt Conclusio procedat in terminis Iuris communis, At in terminis Statuti Ferrariæ non potest Debitor instare pro Alimentis, nisi post Carcerationem sex mensium, *vt disponit Statutum prædictum lib. 2. tit. 23.* quibus Casibus possit pro debito capi, & quia est valde notabile ad Declarationem materię, subiciam hic eius verba, quæ sunt infrascripta. Statuimus, quod si quis pro Debito Carceratus steterit per menses sex, & & Ius dicens præhabita diligenti infirmatione, & discussione cognouerit, & declarauerit ipsum non habere ascendentes, nec descendentes, qui pro eo satisfacere possint, teneatur Creditor capifaciens post lapsum dictorum sex mensium singulis diebus per se, vel alium eius nomine ad Carcerem accedere, & ipsi Debitori, absque vlla spe repetitionis, & restitutionis tradere, ac donare pro expensis solidos duos marchiæ, & ipso Creditore tribus vicibus cessante, Debitor de carcere relaxari debeat, nec amplius ea de causa capi, aut carcerari possit, nisi prius Iudici constiterit, & Declaratũ fuerit ad pinguiorem, fortunam deuenisse: Item seruari præcipimus si debitor ad instantiam plurium Creditorum captus fuerit, vel sequestratus, vt quilibet eorum ad Carcerem ire, & solidos duos, pro quolibet, quot quot fuerint dare teneantur, vt supra, vno vero Creditore, aut pluribus cessantibus, vt supra in solutione prædicta, ad instantiam cessantis, vel cessantium Debitor in Carcere, amplius detineri nequeat, & si plures fuerint, omnes simul ad Carceris impensam post dictorum sex mensium terminũ pro Carceris custodia cuiqunque debeatur, soluenda teneantur, & compelli debeant, vbiqunque detentus fuerit ipse Debitor, quandiu ipsum in Carcere detineri voluerint, & idem seruetur in Debitoribus Cõmunis Ferrariæ, & Massariæ eiusdem, cum a nostra Clementia, maxime alienum arbitremur soluere non valentes, carceri mancipare, Hæc Statutum Ferrariæ Consultissime, vt semper &c.

16 Ego tamen, si mihi daretur interpretari, Crederem etiam in terminis, huiusce Statuti, locum esse præstationi Alimentorum, etiam ante sex menses, quando verisimiliter timeretur, ne pauper Carceratus, alias fame periret, & hoc ex præsũpta mente eorumdem statuentium, quæ si diuersa fuisset tanquam Iniqua, non foret exequibilis, sed huic præsumptæ menti, fauent etiam verba finalia Statuti, ibi A Nostra Clementia maxime alienum.

17 Et quia Rerum pretia, quæ tempore variãtur *iuxta tex. cum vbi not. in l. pretia rerum 63. ff. ad Leg. Falc.* post conditum Statutum videntur notabiliter aucta, ita vt duo solidi sufficere nequeant ad diurnum hominis Alimentum Crederem, quoque Creditorem esse cogendum, vt sufficientem Alimoniam ministraret Iudicantis Arbitrio iuxta supra dicta.

18 Ad materiam nota hic Primo, quod Legatum factum pro liberandis Carceratis, dicitur Pium, *Bald. in l. illud n. p. Castr. n. 3. C. de Sac. Eccles. Tiraq. de pia caus. in præfat. vers. item relictum Surd. de Alim. tit. 6. q. 12. nu. 14* Et Carceratorum liberatio dicitur maxime Pia Causa *l. si quis pro Redemptione 36. vers. pijssima C. de Donat. Bald. in l. illud & ibi Castr. n. 3. C. de Sac. Eccles. Tiraq. de leg. Connub. leg. 8. in fin. n. 188. Nouar. in prax. priuil. miserab. prim. 52. n. 9. & in trac. de elect. & variat. fori sect. 2. q. 36. n. 8. Rota in Romana Exhæredationis de Vitellis D. 63. n. 5. p. 2. coram Cantuccio,* vbi ex communiori, & veriori probat id procedere, etiam in Carceratis, ob Delictum, quicquid contra senserit Baldus.

19 Ampliatur hoc notabile, vt Relictum pro liberandis Carceratis, non minus pium sit, quam Relictum pro Redimendis Captiuis *ad tex. in d. l. si quis pro redemptione 36. C. de Don. Bald. & Imola in leg. quamuis ff. sol. Matrim. Surd de Alim. tit. 6. q. 12. n. 15.* vbi quod exequtores deputati

O ad

ad distribuendas pecunias in Redemptionem Captiuorum, possunt eas erogare in eximendo delinquentes Carceratos, quod si est verum, est valde notabile.

20 Infertur Causas Carceratorum, tanquam Pias tractari posse, etiam diebus Feriatis in Honorem Dei *Bald. in tract. de Carceribus n. 8. quem sequuntur viuin. § D, 341. n. 4. & Cherub. in sum. Bullar. ad Const. 44. pauli 3. schol. 1. Adde Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 52. n. 8.*

21 Ad idem spectat quod Carcerati dicuntur miserabiles personae, *Tuscus conclus. 273. n. 2. litt. M. Annot. ad Stat. Parmae tit. de ratione reddenda summarie miserabilib. pers. vers. Carcerati quoq; Nouar. post alios de elect. for. sect. 2. q. 36. n. 9.*

22 Adde quod licet non omnis Carceratus sit pauper, nec econtra, aliqui tamen pauperes aequiparantur Carceratis *ad tex. in l. in eadem 10. ff. ex quib. caus. maior. ibi* In vinculis detentos, & eos accipimus, qui ita sunt alligati, vt sine Dedecore in publico parere non possint *gl. in c. si qui testium de testib. Marant. de ord. Iudic. in c. de contum. n. 6. vbi subdit, & vide quod tenet Abb. in c. cum dilecti col. 5. sub fin. de dolo, & contum, vbi reperio Abbatem non* 14 dicere, quod pauper non solum excusatur a comparendo, sed etiam a constituendo procuratorem.

23 Nota 2. pro Ampliatione huiusce fauorabilis materiae, quod Legatum relictum pro Liberatione Carceratorum quolibet anno, potest expendi in Impediendo, ne quis in Carcerem detrudatur, quando certum est eum proxime fore detrudendum, nisi Legato, illi subueniatur, *ita Sanchez. in opusc. to. 2. lib. 4. c. 2. Dub. 9. nu. 2. quem refert Diana p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 140. vers. nota 3. indicans etiam videndum esse medinam in 3. p. q. 53.*

24 *art. 3.* Confert ad hoc, quod potentia actui proxima aequiparatur actui, & liquidi, & de proximo liquidandi, Idem est Iudicium, *vt dixi D. Fer. 38. n. 4.* Vnde, & proxime accingendus, vulgo dicitur haberi pro accincto, Ita & proxime Carcerandus poterit forsan haberi pro Carcerato ad effectum praedictum fauorabilem. Et in his terminis Elemosinas pro Carceratis in vrbe colligendas exponi debere prosoluendis debitis pauperum, *Constituit Pius V, Constitutione centesima.*

25 Nota 3. quod de Iure miles pro debito Ciuili Carcerari non potest *Caccialup. in tr. de Debitore suspecto q. 5. princ. n. 13. Euerard. in Topica loco 21. Cassan. q. 8. n. 89. Crispoldus in epilogo priuilegiorum militum litt. C.* Vnde videretur posse disputando tentari, quod nec pauperes pro Causa Ciuili capi possint, quoniam priuilegia militum, pauperibus communicantur, vt dixi in V. miles, sed quod immo pauper facilius Carceretur, quam

26 Diues *ex l. p. §. tutores ff. de susp. tutor. dixit Medices de casib. fort. p. 2. q. 4. n. 50.* quod tamen mihi non probatur *ex d. leg. p. ff. de susp. tut.* nam ibi solum dicitur humiliores, idest plebeios vt intelligit *gl. in ead. lege p. in fin.* Carcerandos esse, non autē positos in Dignitate, Itaque probatur ibi facilius Carcerari Plebeios, quam nobiles, non autem facilius pauperes, quam Diuites, vel si verum est, quod dixit Medices, verum erit quan. cum paupertate concurrit mala qualitas morum, nam

27 pauper alias honestus, non est suspectus, *vt est tex. inst. tit. de susp. tut. in fine ibi* Tutor, vel Curator, quamuis pauper est, fidelis tamen, & diligens, remouendus non est quasi suspectus, & econtra, qui non ex fide tutelam gerit suspectus est, licet soluendo sit, vt dicitur *in §. suspectus 5. inst. tit. eod. de susp. tut.*

28 Nota 4. quod si debitor pauper est carceratus, & infirmus, solet magna Curia Vicariae Neapolitana obseruare, quod asportetur ad Domum Creditoris, vt suis sumptibus illum curare faciat, & si Creditor eum recipere nolit, vel necessaria subministrare renuat, consueuit illum liberare, & licentiare, *ita post Robert. & Coller. testatur Nouar. in praxi priu. miserab. person. priu. 71. n. 11.*

29 Vltimo pro Coronide, nota duos notabiles textus pro expeditione Carceratorum, etiam Criminalium, primus est *in l. p. C. de Custod. Reorum ibi,* Curandum, ne quis poena Carceris perimatur, id enim innocenti, is miserum, noxijs non satis seuerum esse dignoscitur, secundus est *in l. de his 5. C. eod. tit. de Custod. Reor. ibi,* Aut Conuictos velox poena subducat, aut liberando, Custodia diuturna non maceret.

PRIVIL. XLV.

Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 Papa tenetur subuenire Cardinalibus Indigentibus, etiam ex redditibus fisci Apostolici, nemo Carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet.

2 Cardinales dicuntur pars corporis Papae vide Illationem, cui Author non subscribit.

3 Cardinales possunt viuere de Redditibus Cardinalatus, & seruare patrimonium.

4 Cardinales Religiosi, an soluantur à voto paupertatis.

5 Episcopi Regulares, an soluantur à voto paupertatis.

6 Episcopus Regularis, an soluatur à voto obedientiae.

7 Papa Regularis habet pecuniae administrationem, sed non Dominium ex Nauar. & Sa.

1 Cardinalibus pauperibus tenetur Sūmus Pontifex prouidere, *vt post alios probat Diana p. 5. Res. mor. tr. 2. de praest. Bardin. Res. 33.* cuius verba placet hic fideliter referre ad commodiorē legentium vsum, & sunt infrascripta videlicet (An Cardinalibus egentibus teneatur Summus Pontifex subuenire Respondeo affirmatiue, *cum Azzorio to. 2. lib. 4. c. 3. q. 20. Altano de Cardinal q. 42.*

q. 42. *Manfredo de Cardinal. Dec. 146. Lorico in Thesaur. V. Cardinalis §. 7. Bagnio de Eccles. Dign. tr. 11. fol. 183. Lancelloto in templo Iudicario lib. 2. c. 3. §. 2. n. 21. Martino Laudensi de Cardin. q. 6. & alijs communiter*, Caput enim, membris suis indigentibus succurrit, vnde vt obseruat *Cucchus Inst. Canon. lib. 2. tit. 4. n. 132.* non defuerunt, qui opinati sunt, Cardinalibus indigentibus, fisci Apostolici redditus communicandos esse, *& ita tenet Dominicus in c. vbi periculum de elect. in sex. & Laudensis de Cardinal. q. 27.* & reuera si D. Paulus ad Ephesios 5. ait nemo carnem suam odio habuit, sed magis nutrit, & fouet eam, vt habetur etiam *in can. non astimemus 15. q. 2.* sequitur quod Pontifices, egenis Cardinalibus, non subuenientes contra Dictum Pauli, carnem suam odio habent, neque nutriunt, & fouent eam, quod

2 aperte probatur, nam Cardinales dicuntur Inuisceratі Papæ, & dicuntur pars corporis Papæ, & vna persona cum illo, *vt habetur in c. Felicis de pæn. in sex. & docet Barbat. tr. de Cardin. q. 12. n. 6 Manfred de Cardin. c. 8. Iacobatius de Concilijs fol. 89. col. p. litt. A. Tuscus to. p. Concl. 100. n. 13. Turrecrem lib. p. de Eccles. c. 81. Rom cons. 498. n. 7. Villadiego de Cardin. q. 2. n. 11.* & alij communiter, ex qua causa, ego puto (quod est valde notandum) Cardinales ęgritudine laborantes non posse sanguinis effusionem pati sine speciali licentia Papæ, vbi posset commode haberi, *vt ex hostiens. docet Perez. in pentateucofidei tr. 3. c. 8. n. 81. Villadiego de Card. q. 5. n. 13. Garzias de nobilitate hispan. gl. 48. §. 3. n. 47. Moscon. de maiestate militan. Eccles. lib. p. p. c. 5. Iacobatius vbi sup. fol. 34. col. p. litt. A. Manfred. de Cardin. D. 180.* Hæc Diana, Ego tamen huic Illationi non subscribo.

3 Adde hic aliam Quæstionem, quam format, & resoluit *idem Diana p. 2. tr. 2. de pract. Cardinal. Res. 38.* in hæc verba. An Cardinales si sint Diuites, possint adhuc viuere de redditibus Ecclesiasticis, Respondeo affirmatiue; *cum Manfredo de Cardin. D. 183.* vbi sic ait. Cardinales possunt viuere de redditibus Cardinalatus, & coseruare patrimonium proprium, etiam quod esset amplum, & possunt in victu vti pluribus ferculis, Ita ille, & ante illum, hanc Quæstionem fuse pertractauit, *Barbatia de Cardin. q. 6. per tot.* vbi pro negatiua sententia adducit plures textus, sed tandem post multa *n. 16.* affirmatiuæ adhæret, vbi *n. 18.* asserit quod Cardinalis honorabilius debent vestire familiam suam, quam faciant alij prelati inferiores, est enim eorũ Dignitas amplissima, vt visum est in pr. Resolutione huius tractatus, vnde recte *Germonius de Sacra Immunitate lib. 3. c. 6. nu. 71.* asserit mirum non videri si ad tantam Dignitatis amplitudinem Grauitatem, & Authoritatem retinendam vario, & sumptuoso ornatu in vestibus familia, & ædibus, vti eos oporteat Hæc Diana.

4 An Cardinales Religiosi soluantur à voto paupertatis quærit *Diana p. 5. tr. 2. de pract. Card. Res. 64.* in hæc verba, negatiuam sententiam docet *Barbos. de Iure Eccles. lib. p. c. 3. n. 24. & alij panes ipsum, quibus ego addo Suarez. de Relig. to. 4 lib. 3. c. 19.* vbi docet eamdem esse rationem de Episcopo, ac de Cardinali, sed Episcopus Religiosus non liberatur à voto paupertatis, vt communiter asserunt *DD. & nouiss. Lopez. de texeda to. p. lib. 2. tr. p. controu. 2. n. 2.* ergo neque Cardinalis, & ita hanc sententiam, docet etiam *Sanchez. in sum. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 34. & amicissimus, & doctus Lezzana in q. q. Regular. c. 17. n. 5. vide etiam Manfred. de Card. D. 154.* verum ego contrariam sententiam probabilem esse existimo, secundum quam dicendum est Religiosum Cardinalem eximi à voto paupertatis, & effici verum Dominum redditũum Ecclesiasticorum instar Cardinalium Secularium, & ideo superuacanee consumpta, & in vsus Illicitos, non teneri restituere, atque ab ipsis accipientes, neque ad Restitutionem astrictos esse, Ratio est quia, etiam Regulares Episcopi non tenentur amplius ad votum paupertatis, ergo neque etiam effecti Cardinales quod autem Religiosi ad Episcopatum assumpti, soluantur paupertatis voto, ego alias docui, & nunc doceo *cum soto de Iustitia lib. 7. q. 4. art. 2. Vasquez in p. 2. q. 96. art. 4. Disp. 165 c. 8. n. 91. ad fin. & nu. 104. & in tract. de elemos.* pro hac sententia adduco *Petrum Hurtadum de Mendoza, & alios quibus nunc addo Michaelem de Palata insignem Theologum Salmaticensem in 4. sent. D. 38. Disp. p.* & hanc Sententiam, quo ad Episcopos, & etiam Cardinales, probabilem esse, fatentur ipsimet Aduersarij *& Sanchez. loco citato,* notandum est tamẽ quod stando etiam in prima opinione, Cardinalis, & Episcopus Religiosus, licet nõ sit Dominus redditũum Ecclesiasticorum, potest tamen de dictis bonis facere id, quod facere possunt alij Cardinales, & Episcopi Seculares, neque alia obligatione tenetur, nã quamuis careat Dominio illorum, habet liberam, & absolutam Administrationem, & Dominium, quod manet penes Ecclesiam, ita suppositum eius voluntati, vt quicquid fecerit, ratum habeatur, & validum quo ad Dominij translationem, siue peccet in erogando, siue non, nisi forte expressa aliqua Limitatio, aut Conditio in ipsa Collatione Episcopatus imponatur *& ita docet Lorcha in 22. D. Thom. q. 32. art. 9 sect. 4. Disp. 4. membr. p. n. 31. Granadus in 22. contr, 3. tr. 11. Disp. 5. n. 2. & Nouissim. Andreas. Duuallius in 22. tr. de elemos. q. 8. art. 5. in fine.* vnde apparet in his nimis rigide contra me, & alios viros doctos insurrexisse eruditum, *Vanez. Fasard. in Resol. de Episcop. Regular. vt in tract. de elemos. dicetur. Hac ibi Diana.*

5 Iterum autem, & prius idem *Diana p. 3. tr. 9. de Dubijs Regularum Res. 50.* sic habet, An Religiosus factus Episcopus efficiatur Dominus redditũum Ecclesiasticorum, & absoluatur à voto

Paupertatis Hic Casus frequenter accidit & licet negatiuam sententiam teneant, *quadraginta duo. Doctores quos citat, & sequitur Sanchez. in sum. to. 2. lib. 6. c. 6. n. 8. quibus ego addo Tannerum in 22. D. Thom. Disp. 5. q. 4. Dub. 6. n. 131. Sanctarellum tract. de Apostasia c. 6. Dub. 3. n. 20. Cenedo de paupert. Relig. Dub. 43. Barbosam in collectan. to. 4. p. 2. cas. 18. q. p. n. 13. Bartolomeum a S. fausto in Thesauro Relig. lib. 6 q 136.* quia vota a talibus Episcopis in Religione emissa, non laxantur, nec limitantur, nisi quatenus obstant muneri Episcopali tanquam maiori bono, sed muneri Episcopali non obstat paupertatis votum, & Abdicatio Domminij, dummodo tales Episcopi habeant liberam Administrationem omnium bonorum Ecclesiasticorum, vt ea in quoslibet vsus decentes expendant, ergo &c. Attamen his nonobstantibus contrariam sententiam, puto etiam esse probabilem, quam ex Dominicanorum familia *docet Sotus de Iust. lib. 7. q. 4 art. 2. ad Vltim. & ex Societ. Iesu Vasq. p. 2. q 696. art. 4. Disp. 165 c. 8 n. 91. in fine, & n. 104. Palatius Medina Angles, & alij*, & si hæc opinio non esset probabilis, & negatiua esset tenenda, sequeretur, quod alias debe. et ij Episcopi, superuacanee consumpta restituere, atque ab ipsis sic accipientes, etiam restituere tenerentur, dicendum est igitur Religiosum ad Episcopatum assumptum eximi a paupertatis voto, effici que verum Dominium reddituum Ecclesiasticorum instar Episcoporum Secularium, ex quorũ numero est, quia eodem prorsus modo adiudicatur sua portio Episcopo Seculari, ac Regulari cum libertate transferendi in alium Dominij administrationem, ex his patet posse libere supradictos Episcopos testari de Bonis Patrimonialibus, & ex industria acquisitis *vide Villalobos in sum. to. 2. tr. 35. Dub. 40. n. 6. Hęc Diana cui adde eundem p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 31.* vbi sic Ait iterũ difficultas est an hæc opinio procedat, etiã quo ab Regulares ad Episcopatus assumptos. *& plures Doctores pro negatiua sententia adducit in 3. p. tr. 2. Res. 50.* asserentes Episcopum Regularẽ non absolui a paupertatis voto, nec effici Dominum redditũum Ecclesiasticorum, sed solum administratorem. vnde illi, superfluaque, & prodige largientes, atque etiam accipientes, tenentur ad restitutionem. *& ita etiam docet præter Doctores citatos Granadus vbi infra Valentia to. 3. Disp. 10. q. 5. punct. 8 Peirin in Relig. Subdit to. p. q. p. c. 10. §. vnic. Hieron. Rodriquez. in Compend. q 5. Regular. Res. 60. nu. 9. Castrus Palaus to. p. tr. 6. Disp. 2. princ. 9. nu. 5. Conimb. Disp. 27 lib. 11 & n. 200. Lessius lib. 2. c. 4. Dub. 5. nu. 19. Eman. Rodriquez. in sum. to. 2. c. 67. n. 4. Io. de la Cruz. de Stat. Relig. lib. p. c. 2. Dub. 4 conf. 2 falso pro cõtraria Sententia citans Rodriquez.* His tamen non obstantibus, licet hæc opinio sit probabilis; non minus probabilem contrariam esse existimo, & vt talem illam docui *d. Resol. 50. cum Soto Vasq. & alijs, quibus nunc addo Alfonsum de Leone de officio confess. p. p. Recoll. 11. n 178. & duos Præclaros inclitæ Academiæ Salmaticensis Theologos Ioannem Marquez. lib. de orig. erem. Aug. c. 6. §. 4. & 5. & Hurtadum de Mendozza in 22. D. Thom. Disp. 160. sect. 3. §. 156.* & hanc opinionem probabilem esse concedunt, etiam ipsi Aduersarij. *vt Sanchez. in sum. to. 2. lib. 6. c. 6. n. 13.* Dico igitur Episcopum non manere cum voto paupertatis, sed eum acquirere verum Dominium, ac si nunquam fuisset Religiosus, vnde si aliquis Episcopus Regularis expenderet fructus redditũum Ecclesiasticorum in vsus prophanos, peccaret mortaliter, vt cæteri Episcopi seculares, sed non teneretur ad Restitutionem. Rationes pro hac firmanda sententia videbis apud Hurtadum loco citato, Recognosce illum, & non pigebit. *Hæc Diana.*

Sed pro alia sentẽtia vide *Burattum in Bisignanen. pensionis Dec. 261. n. 3. ibi*, Immo de paupertate expresse constat ex eo, quod Idem Pater Bernardus est Regularis professus ordinis prædicatorum, & mendicantium, & consequenter emisit votum paupertatis, A quo non fuit liberatus per promotionem ad Episcopatum iuxta Doctrinam *S. Thom. 22. q. 185. ar. 8. & est tex. in can. de Monachis 16 q. p. & ibi gl. in V. descendere & Io. de Turnecremata n. 2. & 3. Franc. in c. quorumdam n. 6. de elect. in 6. Iasi. in l. si quis mihi bona §. seruus Mancipium n. 4. ff. de Acq. hæred. & tradunt fere omnes Canonistæ Armilla in V. Monachus nũ. 8. & Pisanell. in V. Religio §. vtrum Religiosus factus Episcopus Tabien. in V. Episcopus n. 7. Azzor. Inst. moral. lib. 12. c. 7. q. 2. p. p. hæc Burattus.*

Cui adde *D. Thom. 22. q. 8. ar. 11.* vbi sentire
6 videtur, quod Religiosus factus Episcopus teneatur ad votum, non solum paupertatis, sed etiam Obedientiæ, licet per accidens non teneatur obedire, *vt ibi per eum, & per Patrem Petrum Alagonam in summula.*

Adde etiam, quod Papa si fuit antea Religiosus non habet pecuniæ Dominium, sed solam administrationem *ea sententia Nauarri de Reddit. Eccles. monita 55. n. 9. quem refert Em. Sa. in Aphorismis V. Papa n. 4.*

PRIVIL. XLVI.

Causa.

SVMMARIVM.

1 PRomissio, vel confessio Debiti, sine causa non valet. *Valet tamen ad piam causam n. 2. & in specie ad fauorem pauperis.*

1 QVamuis promissio, vel confessio debiti sine causa facta non valeat: *l. cum de indebito 25. §. fin. ff. de probat. c. si cautio 14. de fid. instrum.* facta

tamen

tamen in fauorem piæ causæ, etiam sine causa, valet *ad tex. in c. fin. de success. ab intestato Ab. in d. c. si cautio col. 2. in fin. de fid. instrum Felin ibid. col. 3. in 2. limit. Tiraq. de pia caus. priu.* 109. vbi quod fauor ipse piæ causæ, supplet vicem causæ, Adde quod semper viget præsumptio causæ pietatis *ad tex. in l. sunt. personæ 43. ff. de Rel. et sump. fun.* & causa salutis animæ cæteris omnibus præferendæ *ad tex. cum ibi not. in l. Sancimus 15. C. de Sac. Eccles.*

3 Vnde Idem dicendum erit in promissione, vel Confessione facta pauperi, ad fauorem ipsius pauperis, quia qaupertas gaudet priuilegijs piæ causæ *vt dicemus in V. pia causa*, & quod pauperi datur, censetur datum Causa pietatis, & salutis Animæ ipsius Dantis, etiam si aliud non exprimatur *iuxta ea quæ diximus in V. testam.* & in hac specie probat *Mascard. de prob. Conclus. 345. n. 6. & Nouarius in praxi priuil. miserab. person. priu. 108. nu. 9. & dicemus infra in V. Confessio.*

PRIVIL. XLVII.

Cautio.

SVMMARIVM.

1 *Pauper, qui non inuenit fideiussorem admittitur ad cautionem iuratoriam, vt ibi etiam stante Clausula (assecurato Iudicio) n. 2.*

3 *Statutum obligans actorem ad cauendum de reficiendis expensis, non comprehendit pauperem, & in terminis Stat. Fer. n. 4.*

5 *Etiam quando Statutum requirit satisdationem, pauperi Iuratoria sufficit.*

6 *Pauper non inueniens fideiussorem in loco Iudicij, admittitur ad dandum in loco diuerso, supposito tamẽ eidem Principi.*

7 *Sequestrum aliquando reuocatur præstita per pauperem iuratoria cautione, & præsertim quando indiget extreme.*

8 *Quando infra 10. dies supplicatur à sententia præfecti, fit exequtio præstita satisdatione, vt ibi, sed pauper satisfacit iuratoria n. 9.*

10 *Quando subest Iusta causa timoris, præstatur Cautio de non offendendo cum fideiussoribus, etiam à Diuite, sed pauper admittitur cum Iuratoria, nisi sit malæ conditionis, & famæ n. 11.*

12 *In Causa Criminali, an & quando Iuratoria Cautio recipiatur, & n. 13. 14. 15. & 16.*

17 *Quando Lex dicit Caueat, vel satisdet Iudex arbitratur, an debeat satisdare, vel Cauere.*

18 *Ad probandum, quod pauper non inueniat fideiussorem, sufficit eius Iuramentum, & quid in Criminalibus.*

19 *Ampliationes ad hoc priuilegium remissiuæ.*

20 *Cautio Iuratoria non admittitur pro satisdatione conuentionali.*

21 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*

22 *Lex magis subuenit necessitati, quam voluntati.*

23 *Venditor, qui non potest cauere de euictione, non admittitur ad iuratoriam, sed minuitur pretium.*

24 *Tutor Pauper non admittitur cum iuratoria, nec Procurator, nec Curator n. 25.*

26 *Inopia, an excuset a satisdatione, quando qui satisdare tenetur vult aliquid ab alio consequi.*

27 *Pauper malæ conditionis, & famæ non admittitur ad Iuratoriam.*

28 *Suspectus nec cum satisdatione admittitur; probatus, & Idoneus etiam sine illa.*

29 *Ex propria culpa pauper an admittatur ad iuratoriam*

30 *Quando Res controuersa est penes personam suspectã, deponitur, donec satis detur, nec admittitur Iuratoria.*

31 *An in Cautione de non offendendo admittatur Iuratoria, & n. 10. & 11.*

32 *Pauper non est fideiussor Idoneus, & quis dicatur idoneus, nisi sit valde fidelis, & consuetus seruare promissa n. 33.*

34 *Pauper pot. esse idoneus fideiussor valde diuitis; & tunc patrimonium principalis supplet patrimoniũ fideiussoris.*

35 *Pecunia est fideiussor futura necessitatis, & dicitur fideiussor ad omnia n. 26.*

37 *Pauper non inuenit fideiussorem, quia fideiussorem nõ habet, vide versum.*

38 *Pauper dicitur, qui non inuenit fideiussorem.*

39 *Paupertas est aliquando causa, vt quis teneatur satis dare, vt in cautione de iudicio sisti, nec satisdatio tunc præstita reuocatur per superuenientes Diuitias n. 40.*

41 *Cautio remissa semel ob diuitias, etiam illis cessantibus non præstatur.*

42 *An, & quando Cautio Diuitis cum hypoteca habeatur pro satisdatione.*

43 *Fiscus cum semper soluendo sit, & Idoneus, non tenetur satisdare.*

44 *Ciuitas tenetur Cauere, sed non satisdare.*

1 QVI ob paupertatem non reperit fideiussorẽ, ad quem præstandum alias teneatur, admittitur ad Cautionem iuratoriam *l. cum non facile 6. ff. si cui plus quam per leg. falc. vbi Rayn. de Forl. ibi* onus satisdationis tibi remitti curabit, *Auth. generaliter C. de Ep. & cler. ibi,* Aut si fideiussorem dare non valet, Iuratoriam exponat cautionem, & tactis Euangelijs affirmabit se fideiussorem dare non posse *Auth. hodie nouo iure C. de Custod. Reor. ibi,* si vero iurauerit fideiussorem dare se non posse, Iuratoriam cautionem præstet de Iudicij obseruatione, & loquitur de muliere in crimine non tamen grauissimo, *§. sed hodie Inst. tit. de satisdationibus ibi,* vel committitur suæ promissioni cum Iureiurando, quam Iuratoriam Cautionem vocant *§ necessarium vero Auth. vt nulli Iudicum ibi,* si vero iurauerit non posse se dare fideiussorem, iuratoriam Cautionem faciat de Iudi-

cij

eij obseruatione §. *ad exercenda Auth. de litigiosis ibi*, si autem dixerit non valere fideiussorem dare Sanctis propositis Euangelijs, id per Sacramentum affirmet, & sic Iuratoriam Cautionem exponat *c. per vestras de Don. int. vir. & vxor ibi*, sub ea quam potest Cautione præstare *gl. in d. l. cum non facile ff. si cui plus quam per leg. Falc. ibi*, nota hac lege remitti satisdationem pauperi, & sic paupertas prodest *gl. & Bart. in l. p. ff. qui sat. cog.* *idem Bart. inst. tit. quib. ex caus. man. non licet n. 6.* vbi quod pauperi remittitur satisdatio, *Bald. in Auth. cui relictum in 2. col. vers. attende hic. C. de Indict. vid. Tollen. Abb. cons. 40. n. 3. Benincas de paupert. q. 9. spec. 7. in vlt. vol. n. 10. Alex. in l. 2. n. 5. ff. qui sat. cog. Ias. in l. p. n. 22. & 23. ff. qui sat. cog. Cotta in suis memorial. in V. paupertas Rol. à Valle cons. 43. lib. 2. per tot.* vbi ad partes arguit, & ita resoluit, & respondet contrarijs. *Farinac. de Carceribus, & Carceratis q. 33. n. 43. latissime Surd D. 141 n. 7. & seq. late Giurb. D. 4. n. 9. & post alios Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. nu. 23. & copiose Buratt. in Lucana Bonorum D. 320.*

2 Ampliatur 1. vt pauper non teneatur satisdare, etiam stante Clausula Assecurato Iudicio Arbitrio Rotæ, *ita Decidit Rota coram Buratt. in d. Lucana Bonorum D. 320. n. p. & seq.*

3 Ampliatur 2. vt Statutum obligans actorem ad Cauendum de reficiendis expensis reconuentionis, non habeat locum in paupere *Mangrella ad Bart. in l. paupertas in princ. ff. de excus. tut. Ang. in l. cum non facile ff. si cui plus quam per leg. Falc. Felin. in c. si qui testium n. 10. de testib. & in c. significantib. n. 5. de off. & pot. Iud. deleg.* vbi quod propter paupertatem remittitur onus Cautionis *Gigas de pens. q. 80. n. 2. confert Stat. Fer. lib. 2. tit.*
4 *13.* vbi licet disponatur, quod forensis, vel mulier non possidentes Immobilia, teneantur satisdare de Iudicio Sisti, & reficiandis litis expensis, dicitur tamen quod si iurauerint, facta diligenti Inquisitione reperire se non posse fideiussorem, vel pignora, tunc absque alia satisdatione procedatur in causa, & quod etiam in satisdatione à Statuto
5 requisita pauper admittatur ad Iuratoriam, *senserunt Bertrand. Imol. Becucis Rolan. & alij, quos refert Surd. D. 141. n. 8.*

6 Ampliatur 3. vt pauper, qui non inuenit in loco Iudicij fideiussorem, possit eum præstare in loco vicino, dummodo sit sub eodem Principe *Anguill. cons. 88. n. 26. et n. 46.* loquendo de satisdatione necessaria *Costa de Rem. subsid. Rem. 59. Illat. p. & seq. Farinac. de Carcer. & Carcerat. q. 33. n. 42.* vbi in fine ait quod, quando offeruntur fideiussores in loco diuerso a loco Iudicij, supposito tamen Iurisdictioni eiusdem Principis, data impotentia reperiendi fideiussorem in loco Carceris, sepissime vidit tales fideiussores, recipi etiã extra locum Carceris.

7 Ampliatur 4. vt etiam sequestrum aliquando reuocetur præstita per pauperem iuratoria Cautione *Gayl. obseru. 148. n. 5. & 6. lib. p. Costa de Rem subsid. Rem. 59. n. 17. in fine*, quod omnino semper, & indubitanter videtur obseruandum, saltem quando necessitas est extrema, vel quasi, & periculum est, ne pauper ipse fame pereat, Ad quod conferunt, quæ in fortioribus terminis, *diximus in V. Elemosina in V. Furtum, & alibi.*

8 Ampliatur 5. vt quamuis quando supplicatur infra decem dies à sententia præfecti prætorio, non mandetur exequtioni sententia, nisi victrix pars dignam satisdationem præbuerit de Restituendo in casu sucumbentiæ, seu Retractationis, *vt disponitur in Auth. quę supplicatio C. de prec. im-*
9 *per. offer.* Attamen etiam in casu prædicto pauper admittitur ad Iuratoriam Cautionem, *ita post spec. & hostien.* refert in facti contingentia conclusum in senatu Grationapolitano *Guid. Pap. D. 119. n. p.*

10 Ampliatur 6. quia licet Cautio de non offendẽdo, quando subest Iusta causa timoris, & sic ei de Iure locus est, præstanda sit cum fideiussoribus, *Alberic. in l. non est verisimile in princ. ff. quod met. caus. Clar. in praxi q. 47. vers. sed quæro*, vbi quod ita semper vidit seruari licet pars, multa
11 bona possideat, Attamen pauper, qui non inuenit fideiussorem, admittitur ad Cautionem Iuratoriã de non offendendo *Clar. in prax. q. 47. vers. sed quæro*, vbi tamen limitat, quando pauper esset malæ Conditionis, & famæ, quia tunc potius cogitur exulare, nam vt ibid. subdit Homines malæ vitæ, quanto sunt pauperiores, tanto sunt promptiores ad delinquendum cum non timeant Confiscationem bonorum, quæ non habent, & ita videtur intelligendus *etiam Neguzantius Responso 88. n. 6. & seq.* quatenus sentit magis timendum esse de paupere, qui Confiscationem non timet.

12 Ampliatur 7. quia licet in Causa Criminali nõ admitti Iuratoriam Cautionem sensisse videatur *Castr. Alex. Ias. in l. p. ff. qui sat. Cog. sola ad antq. Const. Sabaudię, tit. de Conclus. in Caus. Decreto, vt nihil gl. p. p. 3. n. 13. & seq. Costa d. Rem. subsid. Rem. 59. n. 17.* vbi loquitur etiam si sola pecuniaria pœna veniat imponenda, & ampliat etiam ad
13 causam Ciuilem magnam, seu grauem, & arduã. Attamen quod Conclusio nostra procedat etiam in Crimine, quando de Crimine Ciuiliter agitur, etiam ad imponendam mulctam, probat *Benincas*
14 *de paupert. q. 9. spec. 7. in vlt. vol. n. 12.* & quod etiam procedat, quando de Crimine Criminaliter agitur, si Crimen non est graue, & tale pro quo veniat imponenda pœna corporalis, probat *tex. cum ibi Not. in Auth. Hodie nouo Iure C. de Custod. Reor; & in Auth. vnde sumitur, vt nulli Iudicum §. necessarium vero Marsil. qui de Com. testatur de fideiussor. n. 160. & seq Bossius de Carcerat. fideiuss. Comitteren. in fine n. 71. & seq. foller. in fragment. post pract. Crimen. tit. de fideiuss. n. 265.* vbi quod ita in magna Curia Vicariæ communiter practicatur, & post alios tradit *farinac. de Carceribus, & Carceratis q. 33. n. 44. & seq.* vbi quod id magis pro-

15 procedit in muliere, & quamuis de Consuetudine id in Criminalibus non seruari asserat *Clar. in praxi seu. §. fin. Com. opin. q. 46. vers. sed quid agendum*, subdit tamen hæc verba &c. Solent tamen quandoque relaxari Delinquentes non multum grauati in processu cum Iuratoria Cautione, & præcepto in faciem cum comminatione pœnæ Iudicis Arbitrio, prius tamen consulto senatu, vel etiam si agatur de leui Crimine, senatu non consulto, & Iudicio meo est optima consuetudo, ne Rei alias relaxandi, vbi fideiussorē non inuenirent propter eorum paupertatem in Carceribus marcescant *Farinac. autem dicta. q. 33. de carcerib. & carceratis n. 47. in fine* sic subdit, & ita etiam sæpissimæ in vrbe à Iustis Iudicibus seruatum vidi, & passim à visitatoribus seruatur.

16 Et quod saltem Iudicis arbitrio committatur inspecta qualitate Causarum, & personarum, an quis relaxandus sit Cautioni Iuratoriæ in Criminalibus Causis sensit *Clar. in praxi q. 46. vers. sed quid agendum Costa de Rem. subs. Rem. 59. n. 17. sub fin.*

17 Sic etiam quando Lex dicit Caueat, vel satisdet, Iudex arbitratur inspecta qualitate personæ, an cum pignore, vel fideiussore satisdet, vel sine eo caueat *Corsett. in suis sing. V. Cautio pag. mihi 146. à tergo*

18 Ampliatur 8. vt ad probandum, quod pauper non inueniat fideiussorem, sufficiat eius iuramentum *ad tex. in Auth. generaliter C. de Ep. & Cler. ibi*, & tactis Sacrosanctis Euangelijs affirmabit se fideiussorem dare non posse, & idem dicitur *in §. si vero necessarium vnde sumitur Auth. vt nulli Iudicum, & in §. ad excludendos Auth. de litigiosis ibi*, si autem dixerit non valere fideiussorem dare, Sãctis propositis Euangelijs, id affirmet, & docet *Ias. in l. p. n. 22. ff. qui sat. cog. Ojasch. Decis. pedem. 70. n. 5. & seq* vbi etiam distinguit *Surd. D 141. n. 11.* vbi post plurimos comprobat, *Clarus d. §. fin. Com. opin. q. 46. vers. sed quomodo probabitur*, vbi declarat, quod de Iure fietur Iuramento, sed in praxi solet Iudex summarie de facultatibus rei se informare quod intelligi potest, vt loquitur in Criminalibus. Confert *stat. Ferr. lib. 2. c. 13. cuius dispositionem retuli sup. in 2. ampliat. et conferent quæ dixi p. q. 6.*

19 Aliam Ampliationem vide *in V. Dilatio aliam in V. excommunicatio Aliam in V. Legatum Aliam in V. Vsufructuarius.*

20 Limitatur 1. vt Conclusio procedat in satisdatione necessaria, quæ datur ex Dispositione legis secus in voluntaria, quæ præstanda est ex conuentione, hæc enim non subiacet Iuratoriæ Cautioni *Ojasch. D. 70. n. 4. Costa de Rem. subsid. de Rem. 59 Illat. p. n. 2. & 3.* vbi duplicem diuersitatis rationem adducit, prima est quia mitius agitur cum lege, quam cum homine *l. Celsus 28. ff. de Arbitr.*

21

22 secunda, quia Lex magis subuenit necessitati, quã voluntati, & magis constitutis in necessitate sine facto suo, quam in ea constitutis ex facto proprio *l. si fideiussor 7. §. si necessaria ff. qui sat. cog. & vide quæ dixi in V. necessitas.*

23 Ita venditor, qui tenetur præstare Cautionem de Euictione, licet sit pauper non admittitur ad Iuratoriam, sed si venditor sit pauper, ita vt non possit de Euictione cauere, Res illius minus valet, & sic ista qualitas paupertatis, & impotentia Cauendi minuit pretium Rei vendendæ, *ad tex. in l. eum qui 7. §. melior vers. proinde ff. de in diem adiect. Bursatt. cons. 9. n. 36. & seq. Honded. cons. 31. nu. 61. lib. p. Gratian. Discept. Forens. lib. 3. c. 461. n. 10. Ludouis. in Rom. Domor. D. 552. n. 13. & ibi Beltram. in L. E.*

24 Limitatur 2. in tutore, qui licet ob paupertatem non reperiat fideiussorem non admittitur, cum Iuratoria, sed repellitur à tutela *l. 2. C. de exc. & cur. qui non satisd. Bald. in l. vn §. p. in fine C. de Asser. Tollen.* vbi dicit notandum *Beninc. de paupert. q. 9 spec. 7. in vlt. vol. n. 18. & 19. Rolan. à Vall cons. 43. n. 47. lib. 2.* vbi quod Doctores dicentes Cautionem Iuratoriam sufficere in paupere loquuntur in, eo qui agit nomine proprio non alieno, prout est ille, qui petit se admitti ad tutelam, vel curam alicuius, vbi propterea

25 addit *ex Ias.* idem esse in procuratore. Et Idem, quod in Tutore est etiam in Curatore, *Bart. inst. tit. quib. ex caus. man. non licet n. 6.* vbi quod pauperi prodest, quod tunc ei non remittatur satisdatio, quia sic excusatur a Tutela, & Cura, quæ sunt onera, vt dicemus in V. Tutor, & ita hoc in casu vtile est pauperi, suo priuilegio carere.

26 Limitatur 3. quia inopia non excusat à satisdatione, vbi qui satisdare tenetur vult aliquid ab alio consequi *ad tex. in l. Continuus 137. ff. de verb. oblig. Bald. in l. 2. C. de vsur. & in l. 4. C. de vsufr. & inclinare videtur Alex. cons. 57. col. fin. vers. nec. sumus vol. 3. Ias. in l. p. ff. qui sat. cog. col. vlt. Rota. Rom. apud. pret. D. 117. lib. p. quam sic allegat, & sequitur Costa de Rem. subsid. Rem. 59. n. 15* vbi ait esse receptum, Contrarium tamē quod videlicet d. Limitatio non sit vera, probat *Rolan. cons. 43. n. 45. lib. 2.*

27 Limitatur 4. quando pauper non ob paupertatem, sed ob malos mores non reperit fideiussorem tunc enim non admittitur ad Iuratoriam, quia non creditur Iuramento eius, cuius mores sunt corrupti *ad tex. in l. non omnes 5. §. à Barbaris ff. de re milit. docet Bal. in Auth. Cui relictum n. 9. C. de Indict. vid Tollen. Ias. in l. p. col. fin. C. de proc. Canonista in c. qua fronte de App. Beninc. de paupert. q. 9. spec. 7. in vlt. vol. n. 11. confert tex. in l. testam. 17. §. vnico ff. de testam. tut. ibi*, nec præfe-

28 rendus est, qui satisdat, si adeo suspectus sit, vel turpis, vt ei Tutela commiti, nec eum satisdatione debeat, Immo & qui non satisdat præfertur, si adeo probatus est, vel Idoneus, vt non debeat satisdationis subire contumeliam.

29 Limitatur 5. quando quis in paupertatem incidit

dit ex propria culpa, *ita post Bald. Ias. Alex. mantic. Buratt. in Lucana Bonorum D. 3*20. *n. 4. Adde Costam de Rem. subsid. Rem. 58. n. 11. vers. Secundo requiritur*, vbi adducit rationem, quia non debet ex improbitate commodum sentire *l. neque fullo 84. ff. de furt.* In hoc tamen vide, quæ dixi *in V. priuilegia.*

30 Limitatur 6. in casu de quo *in l. si fideiussor §. fin. ff. qui sat. cog.* vbi dicitur, quod si Res mobilis, de qua disputatur sit penes personam suspectam, deponenda est, donec satisdetur, vel lis finiatur, in casu enim prædicto non admittitur Iuratoria Cautio *Bart. inst. tit. quib. ex caus. man. non licet nu. 6.*

31 Limitatur 7. in Cautione de non offendendo, in qua Diues, & pauper non solent ad imparia iudicari *ad trad. per Bal. in c. p. qualiter Dom. & sensit Neguſan. Resp. 188. n. 6. & 8. sed de hoc vide, quæ dixi supra in Amplationibus.*

32 Nota hic ad materiam, quod pauper non est fideiussor Idoneus *ad tex in l. 2. ff. qui sat. cog.* vbi quod fideiussor æstimatur Idoneus ex facultatibus, & ex facilitate Conueniendi *Ias. in l. si vero § qui pro rei qualitate n. p. ff. qui sat. cog.* vbi quod

33 debet esse loquples, Idest Immobilia possidere: fallit tamen si sit persona valde fidelis, & consueta seruare promissa *ad tex. in l. si quis stipulatus sit Stichum §. fin. ff. de verb. oblig. vbi Paul. de Castr. ita limitat tex. in d. l. 2. ff. qui sat. cog. licet ibi Alex. id reprobet Ias. in Auth Iubemus C. de Indic. n. 14.* vbi quod virtus pro satisdatione est, *Tiraq. de pœn. caus. 51. n. 42. Confert. tex. in l testam. 17. §. vnic. ff. de test. tut. ibi* & qui non satisdat præfertur, si adeo probatus est, vel Idoneus, vt non debeat sa-

34 tisdationis subire contumeliam. fallit etiam, quia pauper potest dari fideiussor, valde Diuitis *ad tex. cum gl. in l. mulier C. de Iur. Dot. in V. præstitisse Bald. ibid. nu. 2.* vbi in specie, quod Dominus, valde Diues dare pot. in fideiussorem pro Tutela famulum suum, licet nihil habentem, & inmuit, quod tunc principalis est fideiussor fideiussoris, & supplet eius patrimonium, sicut econtra Regulariter fideiussor supplet Patrimonium principalis, *ad gl. in l. si plures §. p. in V. Aggregante ff. de fideiussor. Alex. in l. 2. ff. qui sat. cog. n. 4.* vbi loquitur, quando Principalis est Diues, & ait quod secundum aliquos Diues non tenetur præstare fideiussorem *Apostill. ad Bal. in d. l. 2. in l. B.* Nota tamen, quod Deus. Idoneus fideiussor est, pauperum, & largissimus redditor vsurarium, vt loquitur *D. Leo de Ieiunio decimi mensis, & collectis serm. 6.*

35 Adde etiam hic, quod pecunia dicitur fideiussor futuræ necessitatis *Soc. in l. p. in fin. col. 11. ff. sol. matr. allegans Phylosoph. 5 etic. & Iuuenal. ibi*,

36 vos estis fratres *Gerard. sing. 73.* & quod pecunia sit ad omnia fideiussor *ex Arist. 5. etic. c. 5. dictis Paleott. de Bon. senect. p. 2. vers. idemq; pag. mihi 129.* vnde, nil mirum si pauper non inueniat fi-

37 deiussorem, quia fideiussorem non habet, scilicet pecuniam, cui fideiussor fidem possit accomodare, nam est & nostris temporibus verum, quod satiricus cecinit *Iuuen. sat. 3.*

Quantum quisque sua nummorum seruat in

38 Area, tantum habet, & fidei. & recte pauper dicitur, qui non inuenit fideiussorem *ad tex cum ibi not. in l. si quis Reum ff. de Cust. Reor. Addens ad Bellamer. D. 663.*

39 Ad materiam, & Limitationem prædictorom, adde quod aliquando paupertas est Causa, vt quis teneatur ad præstandam Cautionem de Iudicio Sisti, vel aliam, scilicet, quando non possidet Immobilia *ad tex. in l. sciendum 15. ff. qui sat. cog.*

40 Amplia, vt Cautio à paupere præstita pro securitate non tollatur per superuenientes Diuitias, quoniam hæc tendunt ad eumdem effectum securitatis *l. sciendum 15 §. fin. ff. qui sat. cog. ibi*, nec prodest ei, qui post Cautionem possidere cæpit, *& tradunt ibid. Bart. & Castr. Tiraq. de causa cessante Limit. 14. n. 3. vbi tamen vide, Cyriacus contr. for. vol 2. c. 277. n. 16.*

41 Sed, & econtra Cautio semel remissa ob Diuitias, illis cessantibus, non ideo est præstanda *casus est in d. l. sciendum 15. §. fin. ff. qui sat. cog. ibi*, possessor, an quis sit vel ne, tempus Cautionis spectandum est, vnde sicut ei, qui post Cautionem vendidit, nihil obest, ita nec prodest ei, qui post Cautionem possidere cæpit.

42 Nota præterea, quod aliquando etiam Diuitię excusant a satisdatione, ita vt sufficiat simplex Cautio, seu promissio Diuitis cum Hypoteca Bonorum omnium *Bald. in l. 2. per tot. ff. de fund. dot. & in l. ex his prædijs in fin. C. de euict. post Bart. Ias. Castr. Osasch. D. 70. n. 6. Rot Rom. in Roman. non adimplementi D. 828. n. p. p. 4. Diuers. late Tiraq. de pæn. temper. caus. 5 t. n. 38. & 39.* qui tamen refert, contrarium sensientes, & non firmat, vide pro vtraque parte, *Surdum D. 295. nu. 3. n. 13. & seq.*

Pro affirmatiua confert *tex. in l. de Creationibus 20. C. de Ep. Aud.* vbi loquendo de Curatore furiosi sic ait post medium, si quidem Curator, substantiam Idoneam possidet, & sufficientem ad fidem gubernationis, sine aliqua satisdatione Creatio procedat, si autem non talis Census eius inueniatur, tunc & fideiussor in quantum possibile est ab eo exploretur. Confert etiam *tex. in l. testam 17. ff. de testam. tut. ibi*, & qui non satisdat præfertur, si adeo probatus est, & Idoneus, vt non debeat satisdationis subire Contumeliam, *& tex Clarior in l. sciendum 15. ff. qui sat. cog.* vbi possidens Immobilia, satisdare non tenetur, intellige saltem de Iudicio Sisti, *vt intelligit ibi Bart. in summario, & tex. elegans in l. p. ff. de Cust. reorum ibi*, Proconsul æstimare solet, an persona, Carceri, Militi, fideiussoribus, vel etiam sibi commitenda sit, hoc autem, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, vel pro Innocentia, vel Digni-

Dignitate personæ facere solet.

43 Sic fiscus cum semper soluendo sit, & Idoneus *l. 1. ff. de fundo Dot.* non tenetur satisdare *l. nisi si dolo 3. §. item ff si cui plus quam per leg. Falc. ibi*, sciendum fiscum hanc Cautionem non pati, sed perinde conueniri, ac si Cauisset, *& l. p. §. si ad fiscum ff. vt leg. nom. cau. ibi*, si ad fiscum portio hæreditatis peruenerit, cessabit stipulatio, quia non solet fiscus satisdare.

44 Ciuitas autem tenetur Cauere, sed non satisdare, *vt post Bart. & Bal. notat Apostilla ad tex. in d. l. p. §. si ad fiscum ff. vt leg. nom cau.* & quod Reip. seu Ciuitas teneatur Cauere, sed non satisdare, *tex. est in l. si quando 4. §. admonendi ff. vt leg. nom. cau. Bart. in d. l. p. §. si ad fiscum ff. eod.*

PRIVIL. XLVIII.

Census.

SVMMARIVM.

1 AN *Census inuito Creditore possit pro parte redimi & n. 6.*

2 *Valet ex communiori pactum ne Census possit pro parte redimi, Sed an Debitor pauper possit redimere non obstante pacto n. 3. & 4.*

5 *Licet sequi opinionem æquam, & Benignam contra communem.*

7 *Pactum, vt liceat per partes redimere Censum, valet.*

8 *Valet pactum, vt mutuatarius minus restituat, non vero vt plus.*

1 SVppono hic Quæstionem illam, an Census inuito Creditore possit pro parte redimi, in qua pro vtraque parte rationes, & Authoritates adducit *Cencius de Censibus p. 1. q. 3 art. 8. nu. 4. & seq.* vbi licet *n. 4.* pro negatiua adducat *Rotam coram Pamphylio, & coram Lica*, ipse tamen *n. 15.* sequitur affirmatiuam, dummodo non minus dimidia parte redimatur, *vt nu. 22.* Adde quod hanc eamdem sententiam sequitur *Rota coram Bubase. in Firmana Census D. 520 n. 6.* vbi citat, etiā eumdem Cencium sub nomine moderni Perusini, quod sane cur factum sit, & sæpe fiat, non satis percipio, nam si Author ille non meretur allegari, nec sub eo generico nomine allegandus videtur, si vero meretur, non video cur tacendum sit proprium eius nomen.

2 Et quamuis an valeat pactum negatiuum, vt scilicet Census pro parte redimi non possit inuito Creditore, sit etiam quæstio, in qua senserunt aliqui non valere, tanquam coarctans libertatem redimendi, Contrarium tamen quod scilicet validum sit, & licitum huiuscemodi pactum, probabilior, & communior est DD. sententia, *vt post Sotum Lopez. Lessium Solon. Sarmient. Bonacinam ostendit Cencius de Cēsib. p. 3. q. 3. art. 8. n. 31. et 32*

3 Sed prædicta communis sententia limitatur, vt procedat in Diuite, sed quando Debitor Census esset, ita pauper, vt ei verisimiliter impossibile foret integrum censum vnica solutione redimere, tunc is non obstante pacto, posset redimere partem, *ita probat Lopez. de Contract. lib. p. c. 59. vers. tertia conclus. Rodriquez. in sum. to. p. c. 44. Conclus. 3. & 4. Cencius de Censib. p. 3 q. 3. art. 8. n. 33. & seq.* vbi quod licet. Sotus, & Salon contrarium sensiant, sibi tamen semper visa est æqua sententia Lopez à qua in contingentia facti non

4 facile recederet, Prout nec ego recederem præsertim, quia cum paupere, maxime seruanda est æquitas, atque humanitas *ad tex. in l. priuilegia 22. C. de Sac. Eccles. facit tex. in l. quidam existimauerunt 21. ff. de Reb. cred. ibi*, Humanius videtur facturus prætor si Actorem compulerit ad accipiendum (& loquitur de particulari solutione) *vide, quæ dixi in V. æquitas, & dicam in V. Solutio.*

5 Accedat, quod etiam quando Communis opinio est Rigorosa, licet sequi contrariam opinionem æquam, & benignam, *vt post Neuizzan. Panorm. & Nauarr. sensit Menoch. de præs. lib. 2. præs. 71. n. 25.*

6 Adde etiam hic, quod quamuis Dubitetur, an valeat Pactum negatiuum, vt Census per partes redimi non possit, & non valere senserit *Felicianus, & Rebellius quos refert Cencius de Cens. d. p. 3. q. 3. art. 8. nu. 31.* de quo tamen vide supra hic,

7 Attamen pactum affirmatiuum, quod liceat per partes redimere, omnino sine controuersia valet, *vt, post Sarmient. Felician. Lopez. Salon. Leon. firmat Cencius de Cens. p. 3. q. 3. ar. 8. n. 37. in fine.*

Et hoc etiam trahi potest in Priuilegium paupertatis, cum hoc pactum sit fauorabile Debitoribus, qui solent communiter esse pauperiores,

8 quam Creditores, *Confert tex. in l. Rogasti 11. §. si tibi ff. de Reb. Cred.* vbi dicitur valere pactum, vt mutuatarius minus restituat, non vero pactum, vt plus reddat, quam accepit.

PRIVIL. IL.

Cessio.

SVMMARIVM.

1 PAuper *Debitor habet Beneficium Cessionis Bonorum, quę tres operatur Effectus n. 2.*

3 *Cedentem Bonis ante eorum venditionem pot. genitere.*

4 *Debitor etiam post negatum Debitum potest cedere bonis, dummodo confiteatur.*

5 *Cedenti Bonis relinquuntur vestes, Cętera Creditoribus assignantur n. 6.*

7 *Debitor dolosus non gaudet Beneficio Cessionis, nec Clericus Capitulo Odoardus n. 8.*

9 *Cessio est personalis, nec extenditur ad fideiussores.*

10 *Alij Casus, in quibus Cessio non competit Remissiue.*
11 *Cessio non liberat ab obligatione, sed à molestijs, rebus
sic stantibus, & donec Debitor veniat ad pinguiorem fortunam.*
12 *Debitor Ignominiose cedens, an liberetur omnino à
Debito, & n. 17.*
13 *Passus in corpore, luere non debet in ære, non debet
addi afflictio afflicto, nec duplex Causa onerose concurrere.*
14 *Debitor cedens, deueniens ad pinguiorem, fortunam
non tenetur, nisi deductis Alimentis, & procedit
etiam in foro Conscientiæ n. 15. & 18.*
16 *Ad dignoscendum, an Debitor ex Bonis quæsitis post
Cessionem possit ali, non inspicitur valor proprietatis,
sed quid percipiatur ex fructibus.*
19 *Beneficio Cessionis Bonorum, an possit saltem cum Iu-
ramento renunciari.*
20 *Cessio Bonorum non Infamat, Vsura. sic.*
21 *Dissentientibus Creditoribus, inter Cessionem, &
Dilationem quinquenalem, quid Iuris.*

1 PAuper Debitor non habens, vnde Creditori-
bus satisfaciat, potest Bonis cedere, & rebus
sic stantibus liberatur à Carceribus, & molestijs.
Creditorum *l. p. C. qui bon ced. poss. l. pen. & fin.
ff. de Cess. bon. gl. in d. l. pen & in Cau. si res aliena
in V. Cruciatus 14. q 6. & c. 2. de pignor. Archid.
in Cau. pauper 11. q. 3. Bald. in l. fin. C. qui bon. ced.
poss. Afflict. D. 76. in fine Benincas de paupert. q. 7.
spec. 8. in indic. n. 25. Rom. Inn. cons. 377. nu. 15.
lib. 4.* vbi quod ideo Cessio probat egestatem;
quoniam illis solis concedi solet, qui non sunt
soluendo *Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 183.
n. p.* vbi quod Beneficium Cessionis inuentum fuit
vt Debitoribus Inopia laborantibus succurratur.
2 Ampliatur 1. vt Cessio triplicem operetur effe-
ctum, primus est, quod liberat à Carceribus *iuxt.
not. in l. 2. ff. de ijs qui bon. ced. poss* secundus quod
Debitor, quo ad postea quæsita non tenetur, nisi
in quantum facere potest *l. 4. ff. de Cess. bon.* ter-
tius quod tollitur Ciuilis obligatio sola naturali
remanente, *vt not. in l. vbicumq; ff. de fideiuss. Ro-
ta qua prædictos tres effectus refert D. 31. in antiq.
de sent. & de re Iud. n. 4.* vbi tamen quo ad tertium
dixit sibi non placere, quia non tollitur obligatio
naturalis, nec Ciuilis, sed eius effectus differtur,
donec Debitor facere possit.
3 Ampliatur 2. vt post Cessionem, ante tamen
Bonorum venditionem possit Debitor pænitendo
recedere, si paratus sit se defendere *l. 3. & 5. ff. de
Cess. Bon.*
4 Ampliatur 3. vt Competat Beneficium Cessio-
nis, etam post quam quis negauit Debitum, &
Conuictus est, dummodo postea confiteatur, &
Debitum agnoscat *l. pen. ff. de Cess. bon. & aduers.
Ang. & Iason. post Bald. Salic. Decium sensit Ca-
gnolus testatus de communi in l. nemo ex ijs n. 7. ff.
de Reg. Iur.*
5 Ampliatur 4. vt Cedenti Bonis, vestes relin-
quantur *Bart. in l. p. de Cess. bon. Marant. de ord.
Iud. in C. de exeq. sent. n. 29. 30* vbi quod etiam ad
mortem damnato, illa relinquuntur, *iux. tex. in l.
Diuus 6. ff. de Bon. damnat.* ex quibus tempera Di-
ctum *Alexandri in l. si maritus n. 6. ff. sol. matr.
quem sequitur Campeg. de Dote p. 3. q. 238. n. 2. &
Rota in Portuen. restitutionis in integrum D. 48. p.
2. Diuers. nu. 9.* vbi dicitur quod Debitor Bona
6 quæsita ante Cessionem debet omnia dare Credi-
toribus, etiam si nudus remaneret *arg. l. pen. cum
ibi not. ff. de Cess. bon.* nam intelligi potest rema-
nere nudus cæteris bonis, non autem vestibus ne-
cessarijs.
Limitatur 1. vt Debitor dolosus, & qui dolo
7 versatus est, & scienter Creditores fraudauit non
gaudeat Beneficio Cessionis bonorum *Bald. cons.
400. lib. 5. incipit in libro Thesaur. Castr. cons. 179.
lib. 7. Plot. in l. si quando nu 178. & seq. vnde vi
Caball. Resol. Crimin. 105. put. D. 56. n. 10. & seq.
lib. p. Vinius D. 529. n. 9. & 10. lib. 4. Verall. D.
183. p. 3. Costa de Rem. subsid. Rem. 26. nu. 11.
vers. quarto requiritur, & n. 13. & 20.*
8 Simile est quod dicitur de Clerico, quo ad Be-
neficium *c. Odoardus de solut. vt per Genuens. in
praxi Archiep. Nesp. c. 3. n. 6. & 8. dixi infra in V.
Clericus.*
Limitatur 2. vt Beneficium tanquam persona-
9 le Concessum intuitu paupertatis non extendatur
ad fideiussorem pauperis Debitoris cedentis, nisi
etiam fideiussor esset pauper, & tanquam talis,
etiam ipse cederet *l. hæres a debitore 22. §. quod si
stipulator ff. de fideiuss. & notat. ibid. Bald. Ceual-
los in Thesaur. com. opin cont. com. q 701. n. 13. e 14*
Limitatur 3. in alijs Casibus, in quibus non
10 competit Debitori hoc Beneficium, & quos re-
fert *Socin. Reg. 46. vbi congerit decem, & octo li-
mitationes.*
Declaratur Conclusio, vt per Bonorum Cessio-
11 nem Debitor non liberetur ab obligatione, & à
Debito, sed a Carcere, & molestijs Creditorum,
donec veniat ad pinguiorem fortunam, quo casu
Creditoribus tenetur *ad tex. in d. l. p. C. qui bon.
ced. poss & in l. vbi adhuc 29. in fin. C de Iur. Dot.
& in §. fin. inst. tit. de action. gl. in c. non satis in V.
Debitum 86. D. Cassad. D. 11. de Rescrip. n. p.* vbi
quod Cessio non habet vim solutionis *Benincus. de
paupert. q. 7. spec. 8. in Iud. n. 26. Tiraq. de Caus.
cessan. n. 194. Ceuall. in Thesaur. com. con. com. qu.
729. n. 11. Costa de Rem. subsid. Rem. 27. n. p.* vbi
quod est flebile, & miserabile, sed præseruatiuum,
& subsidiarium Remedium.
12 Hæc Declaratio limitatur, vt non procedat,
quando Debitor publice super lapidem persona-
liter Cessit, vel alio modo simili ignominioso iuxta
locorum consuetudines, tunc enim omnino libe-
ratur, nec amplius tenetur etiam si deueniat ad
pinguiorem fortunam *Guid. Pap. D. 343. incipit
Cedens bonis Bouer. D. 34. n. 4. Alciat. lib. 2. Pa-
rerg. c. 47. Benincas. de paupert. d. qu. 7. spec. 8. in*

Iud.

Iud. n. 28. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 28. n. 7. Ceuall. in Thesaur. com. con. com. q. 729. nu. 12. vbi citat etiam Roman. sing. 24. & Greg. in l. 3. tit. 15. p. 5. licet referat contrarium sentientem Couarruuiam lib. 2. var. Ref. c. p. n. 6.

13 Retenta Limitatione communi (de qua tamen vide infra n. 17.) eius ratio esse potest, qooniam tunc Debitor videtur passus in corpore, vnde luere non debet in ære, *ad tex. in l. sed si vnus 17. §. si ante Iudicem ff. de Iniurijs gl. in c. sicut §. eos insuper in V. habet de Homicid. & gl. p. in c. peccatum de Reg. Iur. in sex. Ias. in l. si quid id, quod ff. de Iurisd. omn. Iud. Roman. sing. 24. Benincas de pauper. q. 7. spec. 8. in Iud. n. 27.* Confert quod non debet addi Afflictio afflicto, nec duplex causa onerosa concurrere vt dixi in V. Gabella.

14 Declaratur eadem limitatio, vt omni in casu etiam Debitor simpliciter cedens si deueinat ad pinguiorem fortunam, teneatur quidem Creditoribus, deductis tamen Alimentis sibi necessarijs, & sic deducto ne egeat, *l. is, qui bonis 4. ff. de Cess. bon. ibi*, In quantum facere potest conueniturs *& l. qui bonis 6 ff. eod. tit. de Cess. bon. ibi*, nec enim fraudandus est Alimentis quotidianis *l. 3. C. de bon. Auth. Iud. possid. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 28. n. p. & seq.*

15 Ampliatur 1. hæc Declaratio, vt etiam procedat in foro Conscientiæ, vt scilicet Debitor cedens si deueniat ad pinguiorem fortunam, possit sibi Alimenta detra here *Sylu. in sum. V. Restitutio 5. q. 3. Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. qu. 7. art. fin. Cordub. in l. si quis a liberis §. solent n. 42. ff. de lib. agnos. Couar post hadrian. & Medin. var. Ref. lib. 2. c. p. n. 6. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 28. nu. 2. & seq. licet referat con trarium sentientes Goffred. Abb. & alios, sed vide in fra n. 18.*

16 Ampliatur 2. ead. Declaratio, vt ad dignoscẽdum, an quis habeat Alimenta, ex bonis quæsitis post Cessionem non inspiciatur, quantum ex eorū venditione redigi posset, sed quantum percipiatur ex fructibus eorum dem *tex. est in l. qui bonis 6. ff. de Cess. bon. ibi*, Iterum eius bona non veniunt, & ibi non oportere bona eius iterato venundare, *Bart. in ead. leg. Ias. in l. si constante n. 149. in fin. ff. sol. matr. Imola in l. si maritus n. 2. ff eod. Alex. ibid. n. 4. Natta cons. 590. n. 14. in fin. lib. 3. Rota in Portuen. Restit utionis in integrum D. 48. n. 5. & seq. p. 2. diuers. vbi n. 11.* generaliter, & magistraliter explicat, quando pro præstandis Alimentis sit, vel non sit vendenda proprietas distinguendan debeantur ex re lucratiuo, vel oneroso.

17 Adde tamen hic, quod ad Limitationem Declarationis, de qua supra tradit *Benignus, et eruditus Author. Antoninus Diana quem vidi post hac scripta p. 4. tr. 4. Miscell. Ref. 78. in hac verba.* An, qui Cessit bonis sedendo in loco publico si veneri t in pinguiorem fortunam teneatur ad Restitutionem, negatiuam sententiam docet *Elisius Vauza in Pugna Doctorum c. 3. de Contumac. nu. 12.* vbi sic ait Cessio Bonorum fit cum ignominia, & Cedens sustinet Infamiæ speciem adeo, vt etiam si ad pinguiorem fortunam venerit, ad debita non teneatur, Ita ille, & ante illum. *Nouar. in Collectan. 35. n. 2. & seq.* sed affirmatiuam sententiam docent Theologi, quia licet Debitor Cesserit Bonis per actum ignominiosum, hæc tamen pœna non est loco solutionis, sed loco pœnæ pecuniariæ, vel alterius pro culpa præsumpta in accipiendis mutuis, & faciendis alijs contractibus cum esset impotens solutioni, vt optime aduertit *Couar. lib. 2. var. Ref. c. p. nu. 6.* & ita hanc affirmatiuam sententia docet *Figliuccius to. 2. tr. 32. c. 5. n. 153. & nouissime Enricus Strozucsdorff. in D. Thom. de Iust. et Iur. Disp. 10. memb. 2. causa 2. fol. 138. & Lessius lib. 2. c. 16. Dub. 3. n. 4.* qui tamen hanc sententiam veriorem vocat, vnde videtur negatiuam, tanquam probabilem admittere.

18 Notandum est hic obiter, quod qãdo quis Cessit Bonis, potest tuta Conscientia retinere necessaria sibi, & familiæ suæ, vt non indecore viuat, *contra Hadrian. in 4. sent. q. 2. de Rest. & Medin. de Rest. q. 3.* quod verum puto *contra Stronezdorff.* etiam si debita pro quibus cedit sint ex Iniustitia, & delicto notorio acquisita, *Ita Lessius vbi sup. n. 63. hæc Diana.*

19 An autem possit Debitor saltem cum iuramento valide renunciare huic Beneficio Cessionis Bonorum, quæstio est, ad quam vide *Couar. argumentem hinc inde in c. quamuis pactum de pact. in 6. sub initium 2. part. n. 6. Felin. in c. si diligenti de for. comp. n. 4.* vbi refert hinc inde Doctores, & inclinat in negatiuam, etiam stante Iuramento, saltem quando notoria est calamitas Debitoris *Rot. quæ ad partes argũit, & distinguendo Resoluit D. 31. per tot. de sent. & de re iud. in antiq. & Ceuall. in Thesaur. com. cont. comm. q. 701.* vbi refert communem contra communem, *& n. p. vers. sed bis non obstantibus* appellat hoc, infelicissimum Iuris Remedium, *& n. 7.* loquitur quando Renunciatio est Iurata

20 Nota hic, quod Cessio Bonorum non infamat, Vsura autem *sic leg. Debitores 11. C. ex quib. caus. infam. irrogetur.*

21 Et nota etiam, quod Dissentientibus Creditoribus, inter miserabile Cessionis Auxilium, & spatium quinquennale, præfertur maior pars Creditorum habita ratione ad credita, vel si hæc paria sint, ad personas Creditorum, in pari autem numero præfertur humanior sententia cencedens Inducias. *ita tex. in l. fin. C. qui bon. ced. post.*

22 Vltimo adde, quod etiam Iudeus pauper gaudet Beneficio Cessionis Bonorum *Brunus de Cess. bon. in 4. q. princ. q. 36. Farinac. in frag. Crimin. V. Iudeis n. 608.*

PRIVIL. L.

Charitatiuum Subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus pauper potest pro suis necessitatibus exigere Charitatiuum subsidium, & in specie pro Consecratione Ecclesiæ n. 2. & pro Bullis, & pro aduentu n. 3. & pro accessu ad Concilium n. 5. & generaliter, quæ sint causæ n. 4.*

6 *Contra subsidium Charitatiuum non præscribitur.*

7 *Facultatiua, & Charitatiua non præscribuntur.*

8 *Episcopus remittendo Iura Episcopalia non censetur Remittere Charitatiuum subsidium.*

9 *Episcopus pro Charitatiuo subsidio, an possit nolentes excommunicare, & n. 10. 11. 12.*

13 *Impositio, & taxa subsidij est Episcopo arbitraria, et n. 14. sed ab excessu pot. appellari n. 15.*

16 *Etiam priuilegiati tenentur ad subsidium impositum à Papa pro recuperandis Locis Rom. Ecclesiæ, vel pro Bello eis imminente, & an Cardinales teneantur n. 17.*

18 *Ad subsidium Charitatiuum tenentur etiam pensionarij, nisi pensio ex impositione libera sit, & immunis ab omni onere n. 19.*

20 *Etiam Prælati inferiores Episcopis possunt imponere subsidum stante priuilegio, vel consuetudine.*

21 *Etiam Princeps sæcularis potest in necessitate exigere à subditis Charitatiuum subsidium.*

22 *Non potest Episcopus pro Charitatiuo subsidio capere loco pignoris calices, libros, & alia ornamenta dicata Diuino Cultui.*

23 *Non debetur Charitatiuum subsidium ex distributionibus quotidianis.*

24 *Non potest imponi Charitatiuum subsidium à Prælato, vel Papa nisi deficientibus facultatibus.*

25 *Remedium subsidiatium non habet locum, nisi deficiente ordinario.*

26 *Episcopus an possit imponere subsidium pro necessitate in quam sua culpa incidit.*

27 *Charitatiuum subsidium non debet excedere limites necessitatis.*

28 *Vicarij Parochialium vnitarum Religioni Hierosolimitanæ non tenentur ad subsidium, & nan tenentur Clerici non Beneficiati n. 29. & quid de habétibus beneficia debilia n. 30. & 31.*

32 *Subsidium Charitatiuum quid sit.*

1 EPiscopus pauper potest ad subueniendum suis
necessitatibus imponere, & exigere Charita-
tiuum subsidium à suis Clericis subditis, vel Vassa-
lis *c. Conquerente ib. de off. ordin. C. cum Apostolus
6. §. prohibemus de Censib. ibi* probabilis necessitas
vrgeat *C. quia plerique 8. de Immi. Eccles. Clem.
frequens §. in exigendo de excess. Prælat. extrau.
Vas electionis de Censib. inter commun. Luc. de pen.
in l. generali col. p. C. de Decur. lib. 10. vers. Ab
autem authoritate propria Episcopus Alberic. de
Rosat in Rub. Cod. si sine censu, vel Reliq. Bald. in
l. si quis ad declinandam C. de Episc. & Cler. col. 6.
vers. Item ad Charitatiuum Ab. in c. Accedentes de*
2 *præscript.* vbi loquitur, quando Episcopus est im-
potens ad expensas conseruationis Ecclesiæ, &
sequitur *ib d. Fel. n. 8. vers. vlt. tangit Rot. D. 676
alias est Decisio 3. de Cens. in antiq. post alios Boer.
D. 133. n. p. & D. subsequenti 134. n. p.* vbi tradit
3 imponi posse ab Episcopo Charitatiuum subsidiũ
in Initio promotionis pro solutione Bullarum, &
annatæ, & alijs necessitatibus, & pro luuando
aduentu, *vt n. 6. Boetium sequitur Gramatic. D. 88
nu. p. late Menoch. de Arb. Iud. cas. 178. per tot.*
vbi recenset octo causas, ex quibus potest imponi
Charitatiuum subsidium *Azzor. moral. Inst. p. 2.*
4 *lib. 9. c. 14. q. p. & q. 4* vbi recenset septem cau-
sas imponedi huiusmodi subsidium, *& q. 3.* tradit,
qui possint illud imponere *Adde Eman. Sa. V.
Episcopus n. 21. Barbos. de pot. Episc. Alleg. 87. n. 29
& seq.* vbi tradit ipse quoque causas rationabi-
les, ex quibus imponi potest hoc subsidium.
5 Et in specie, quod Episcopus si pauper est pro
accessu ad Concilium Prouinciale possit petere
Charitatiuum subsidium ab Ecclesijs *tradit qua-
rant. V. Concilium Prouinciale n. 8. in addit. Gauan-
tus in man. Episc. V. Concilium Prouinciale n. 23.*
6 Ampliatur pr. quod aduersus hoc subsidium
Charitatiuum competens Prælato non admittitur
Præscriptio *Rot. Rom. D. 676. in antiq. quæ secun-
dum recentiorem impressionem est Dec. 3. de Censib.
in antiq. vbi quod ita tenet Rota post Hostiens. Zaba-
rell. Abb. & alios Boer. D. 134. n. 9.* vbi adducit
rationem, quoniam facultatiua non præscribun-
tur, *& post alios Azzor p. 2. lib. 9. c. 14. q. 7. vers.
ex dictis*, vbi adducit rationem, quoniam subsi-
7 dium hoc debetur ex naturali, quadam æquitate,
& lege Charitatis aduersus, quę non præscribitur.
8 Ampliatur 2. vt Episcopus remittendo Iura
Episcopalia, nunquam censeatur remittere Cha-
ritatiuum subsidium *Hostiens. Io. Andr. Butr. Ab.
in c. cum venerabilis de Cens. Boer. D. 133. n. 5. &
vide quæ dixi in V. Renunciatio.*
9 Ampliatur 3. vt Episcopus possit excommuni-
catione vti aduersus eos, qui tenentur ad prædi-
ctum subsidium si precibus, & monitis obsequi
nolint *Clem. frequens § in exigendo vbi Vitalin. n.
46. de excessib. prælat. Innoc. Abb. Ancar. in c. cum
Apostolus de Censib. lapus alleg. 20. Bald. in c. con-
querente vers. quæro vtrum Charitatiuum de off. ord.
Boer. D. 136. n. 2.* vbi rationem adducit, quoniam
hoc est Ius necessitatis, *& allegat Rota D. 444. in
nouiss. incipit extra Rota petebat, & Decisionem 23.
in nouiss. incipit, item extra Rotam allegat Azzorius*
10 *p. 2. lib. 9. c. 14. q. 3.* vbi quod hoc procedit, licet
Regulariter Episcopus non possit esse Iudex in
11 Causa Propria, & licet dicatur hoc esse subsidium
Charitatis, quoniam est etiam Iustitię
Sed quod pro excommunicatione prædicta
obti-

obtinenda, debeat Epiſcopus ad ſuperiorem confugere, ne ſit ipſe Iudex in Cauſa propria tenent Calder. conſ. 2. de præſcript. Bald. in c. p. in fine de capit. qui curiam. vend. in vſib. feud. Iacob. de S. Greg in trac. de Homag. col. 9. verſ. addo vobis.

13 Ampliatur 4. vt Impoſitio, & taxa ſubſidij Charitatiui ſit Epiſcopo Arbitraria Boer. D. 134.
14 n. 6. Gramm. D. 88. n. 3. & licet, quo ad quantitatem ſubſidij, videlicet an ſit Decima, vel Dimidia ordinariæ collectæ, vel alia quota, ſeu quantitas, variæ ſint Doctorum opiniones, quas refert Menocch. mox allegandus, verior tamen videtur, id eſſe Iudici Arbitrarium Card. in c. cum Apoſtolus q. 7. de Cenſ. & in c. p. §. p. de exceſſ. prælat. Ioe. Imn. conſ. 16. n. 3. lib. 3. Boer D. 134. n. 5. Gram. D. 88. n. 3. Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. caſ. 179 n. 4. vbi quod Arbitrium erit in hoc regulandum iuxta qualitatem loci annui redditus, & expēſarum, & ſimiles circumſtantias.

15 Declara hanc Ampliationem, vt ſi Epiſcopus excedat in Impoſitione, vel exactione ſubſidij, poſſit appellari ad Epiſcopi ſuperiorem Hoſtien. in c. cum Apoſtolus de Cenſib. Card. Zabarell. in eod. c. cum Apoſtolus §. probibemus de Cenſ. q. 3. Ancar. ibid. in fine, & poſt alios Boer. D. 134. n. 6. & D. 136. n. 3. Gram. D. 88. n. 3. Confert tex. in c. quia plerique 8. de imm. Eccleſ. ibi, quærunt prædam, potius quam ſubſidium, & licet tunc Prælati exigant pro iuuando aduentu, ſubditi tamen eum triſtem aduentum appellant, vt poſt gl. pragmatica dixit Boer. d. D. 134. n. 6. & nota verba Emanuelis Sa. in Aphoriſm. V. Epiſcopus, vbi quod Epiſcopus poteſt in neceſſitate exigere a Clero moderatum ſubſidium.

16 Ampliatur 5. vt etiam alias priuilegiati, & exempti teneantur ad Charitatiuum ſubſidium, quãdo imponitur à Papa pro recuperatione locorum Romanæ Eccleſiæ, vel ſaltem pro neceſſitatibus ob Bellum imminentibus Romanæ Eccleſiæ, etiam ſi priuilegium conceſſum ſit Religioni, quia vtilitas publica eſt præferenda cuilibet priuilegio ad tex. in l. Iubemus nullam 10. vbi Bal. C. de Sac. Eccleſ. & poſt petr. de Bella Pertic. tradit Boer. D. 134. n. 2.

17 An autem Cardinales teneantur ad onus impoſitum à Papa pro recuperãdo Regno occupato, Quæſtio eſt quam tangit Gigas de penſ. q. 9. n. 8.

18 Ampliatur 6. vt ad ſubſidium Charitatiuum, non ſolum teneantur titulares Beneficiorum, ſed etiam penſionarij pro rata penſionis Bellencin. de Charit. ſubſid. q. 37. Gigaſ. de penſ. q. 38. Azzor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 6. verſ. ſi quæras.

19 Fallit hæc Ampliatio, quando penſio impoſita eſt cum Clauſula liberam, & immunem ab omni onere &c. Gig. de penſ. d. q. 38. Azzor. p. 2. lib. 9. c. 14. d. q. 6. verſ. ſi quæras.

20 Ampliatur 7. vt etiam Prælati Inferiores Epiſcopis poſſint imponere hoc ſubſidium, ſi habeant ad id priuilegium, vel Conſuetudinem poſt Hoſtien. Abb. ſed. deſen. Boer. D. 134. n. 2. Gramm. D. 88. n. 5. ſub finem, vbi loquitur De Abbatibus Caſſinenſibus.

21 Ampliatur 8. vt etiam Princeps ſecularis, poſſit exigente neceſſitate exigere à ſuis ſubditis hoc Charitatiuum ſubſidium l. p. in fin. vbi Bald. C. de oper. libert. Aut. Franc. ad Abb. in c. quanto n. 12 de Conſuet. Alciat. conſ. 2. per tot. lib. 3. vbi reſpondit conſultus in caſu vertente, inter ſummum Pontificem, & Excellentiſſimum, tunc Ducem Ferrariæ. Vide ad hoc quæ dixi Plenius in V. Princeps.

22 Limitat 1. quia non poteſt Epiſcopus pro exigendo Charitatiuo ſubſidio capere loco pignoris, Calices, libros, vel alia ornamenta Diuino miniſterio deputata. Paul. & Card. in Clem. ſi Beneficiorum de Decim. Azzor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 3. ſub finem.

23 Limitatur 2. quia non debetur Charitatiuum ſubſidium ex Diſtributionibus quotidianis Barboſ. de pot. Epiſc. alleg. 87. n. 44. Gauant. in man. Epiſcop. V. ſubſidium. Charitatiuum n. 12.

24 Limitatur 3. vt Concluſio procedat in Prælato Impotente, vnde non habet locum in eo cui fructus prælaturæ ſufficiunt ad trad. per Card. in Clem. p. col. 3. verſ. tertio oppono de exceſſ. Prælat. Alciat. Reſponſ. 161. n. 12. vbi probare intendit ſummum Pontificem non eſſe tunc in caſu exigendi Charitatiuum ſubſidium ab Illuſtriſſimo tunc Duce Ferrariæ, eius Vaſſallo, quoniam ex ſe poterat Bellũ gerere, Guido Papa. D. 151. in fin. Boer. D. 134. n. 7. & 9 Rolan conſ. p. n. 67. & 68. lib. 2. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 178. n. 13. & ſeq. Bellenc. de Charitatiuo ſubſidio q. 4. Azzor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 2.

25 Confert ad hoc verbum ipſum ſubſidij, nam remedia ſubſidiaria competunt ſolum deficientibus ordinarijs §. fin. inſt. tit. de leg. Aquil. §. fin. inſt. tit. de interdict. Azzor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 2.

26 Limitatur 4. vt non poſſit Epiſcopus, vel alius imponere Charitatiuum ſubſidium pro neceſſitate, in quam ſua culpa incidit Card. in c. cum Apoſtolus §. probibemus de Cenſib. Alex. deucuo conſ. 57 n. p. Menoch. de Arb. Iud lib. 2. caſ. 182. nu. 58. Ad hoc tamen vide, quæ dixi in V. Priuilegia p.

27 Limitatur 5. vt ſubſidium Charitatiuũ ab Epiſcopo imponendum non debeat excedere expenſas factas in Bullis expediendis. Sac. Cong. Epiſcopor. & Regular. ſub die 24. Maij. 1583. refert Barboſ. in Collectan. Bullar. in V. ſubſidium, quod tamen intelligendum eſt forte, quando ſubſidium imponitur pro cauſa prædicta, alias eſſet magna Reſtructio ad dicta ſupra, quæ vide ſi placet.

28 Limitatur 6. quia ad hoc Epiſcopale ſubſidium Charitatiuum non tenentur Vicarij Parochialiũ Vnitarum Religioni Hyeroſolimitanæ Sac. Cong. Concilij in Auguſtana 4. Decembris 1630. refert Barboſ. in Collectan. Bullar. V. Caritatiuum ſubſidiũ.

29 Limitatur 7. quia ad prædictum ſubſidium non tenentur Clerici non Beneficiati Barboſ. de poteſt Epiſc.

Episc. Alleg. 87. nu. 48. Gauantus in man. Ep. V. subsidium Charitatiuum n. 13.

30 Limitatur 8. quia nec omnes Beneficiati tenentur, nam quamuis Clericos Beneficiatos, etiam pauperes ad id teneri *arg. tex. in c. licet de Cens. senserint hostiens. in d. c. cum Apostolus & in d. c. conquerente, & Zabarella ibi in 15. not. & Paulinus*

31 *in tract. de Charit. subsid. q. 30.* Contrarium tamē, scilicet quod pauperes Clerici habentes Beneficia debilia, non teneantur, est verius *ad tex. in d. c. cū Apostolus 6. §. prohibemus de Cens. & post Bald. Gerard. Petr. de Vbald. Luc. de pen. Geminianum probat Boer. D. 135. n. 3.* vbi quod ita practicauit in quodam pauperum Hospitali, & idem sentit in pauperibus Monialibus, & Clericis possidentibus Beneficia debilia, *& post alios Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 216. n. 3. Azzor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 6. vers. quid dicendum de Clericis Inopia pressis, & vers. Clericus beneficium,* vbi quod habens Beneficium, ex quo fructus non percipit, non tenetur. *Adde dost alios Costam de Rem. subsid. Rem. 114. n. 14. & seq. & vide, quæ dixi in V. Decima.*

32 Vltimo adde, quod erat fortasse præmittendum, scilicet quod Charitatiuum subsidium definitur, seu describitur esse Auxilium, quod ex rationabili causa, cum Charitate moderatum superior ab inferiore postulat *Cherubin. comp. Bullar. to. p. ad Const. 9. Innoc. 8. Scol. 2. & to. 2. ad Const. 77. Pij V. Scol 2.* De qua materia tractatum edidit *Bartholomeus Ballencinus Rota Auditor,* continens centum triginta quatuor Quæstiones.

Loco vnius Priuilegij, quod hic deest, vide supra duo, quæ abundant Priuil. 36.

PRIVIL. LII.

Ciuitas.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Pauperibus Ciuitatis censetur Relictum Ciuitati*

2 *Sine Pauperibus Ciuitas non est perfecta.*

3 *Pro legato relicto Pauperibus Ciuitatis cōpetit actio Ciuitati, & eius Syndico. Immo & cuilibet de populo n. 4.*

5 *Quilibet de Populo agere potest ad pias causas, & ad implementum eorum quæ disposita sunt ad piam causam n. 6. & se opponere Alienationi illegitimæ bonorum hospitalis, & pauperum n. 7.*

8 *An, & quando liceat Ciuitati expellere pauperes peregrinos.*

9 *Interest Reip. subditos esse locupletes, Singulorum facultates, sunt Diuitiæ vniuersitatis.*

10 *Multitudo Populi Dignitas Regis, Ampliandum est Imperium magis hominum adiectione, quam pecuniarum copia; Traianus Bona damnatorum fisco non vindicabat, non enim bona sunt, quæ delinquunt.*

11 *Magis Regium Ditare, quam Ditescere, & quam esse locupletem, locupletibus imperare.*

12 *Bonus Ciuis curat augere rem Patriæ, et Pauper in Diuite quā Diues in paupere Imperio versari mauult.*

1 Legatum Relictum pauperibus alicuius Ciuitatis dicitur Relictum ipsi Ciuitati *l. Ciuitatibus 125. ff. de Leg. p ibi,* quod in Alimenta ætatis Infirmæ puta senioribus, vel pueris puellisque Relictum fuerit, ad honorem Ciuitatis pertinere respondetur *l. si quid relictum 20. ff. eod. tit. de Leg. p. ibi,* siue in Distributionem, siue in Alimenta &c. *Docet Bart. in tra. minoricarum lib. 2. n. 21. & 39. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. p. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. p. n. 19.* vbi quod huiusmodi Relicta non solum priuatam concernunt, sed etiam publicam vtilitatem.

2 Ratio Conclusionis esse potest, quoniam Ciuitatis interest pauperes sustentari *ad tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. Bart. in tract. minoricarum lib 2. n. 39.* & sine pauperibus Ciuitas non est perfecta *l. 2 vbi Bal. ff. de Nundinis, & probatur in V. æqualitas confert tex. in d. l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi,* Humanitatis nostræ est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint. Vnde, & Fabianus Romanus Pontifex, septem Diaconis Regiones diuisit, qui Pauperum curam gererent, *vt in eius lectione legitur Die 20. Ian.*

3 Infertur vt pro dictis Legatis competat Actio Ciuitati, siue eius sindico §. si autem, qui hoc fecerit *Auth. de Eccles. tit. Bart. in d. tract. minoricarum lib. 2. n. 41.* vbi quod Resp. & pro eo Syndicus petere potest cum ei quæratur obligatio, & actio, *idem Bart. in trac. Alimentorum n. 39. & in leg. Ciuitatibus nu. 4. & seq. ff de leg. p. Surd. de Alim. tit. 3. q. 8. n. p. & 6. vbi post Roman. & Vitalin.* amplat ad procuratorem fisci, Immo quilibet

4 etiam de populo potest ad id agere hoc est implorare Iudicis officium *ad tex. in l. in Prouinciali 3. §. qui in publico cum l. seq ff. de nou. oper. nunc. & in §. si autem qui hoc facere Auth. de Eccles. tit. ibi,* & omni alij licentia sit huiusmodi mouere quæstionem, & studere, vt modis omnibus Causæ Piæ compleantur *docet Bart. in trac. minoric. lib. 2. n. 41. & in d. l. Ciuitatibus n. 4. & 6. ff. de leg. p. Mātic. de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. p. & probat Surd. de Alim. tit. 3. q. 8. n. 2. & 3. & 6.* vbi expresse dicitur id procedere solum in Alimentis relictis pauperi non autem in relictis Diuiti.

5 Et generaliter ad Pias causas potest agere quilibet de populo *§. si vero Sanctissimus vers. si autem hæres vbi Ang. not. Auth. de Eccles. tit. l. nulli 28 vbi Bal. C. de Ep. & Cler. Roman. cons. 69. col. pr. vers. secundo principaliter Tiraq. post alios de pia causa. pr. 151. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 47 n. 3.* vbi quod Iudicium pro Legatis pijs est popularе

6 pulare. Sic potest quilibet, absq; mandato agere ad implementum eorum, quæ ad pias causas disposita sunt *d. §. fin autem qui hoc facere Auth. de Eccles. tit. specul. in tit. de Instrum. editione §. nunc vero aliqua vers. sed non ne quilibet Roman. d. cons. 69. col. p. vers. secundo principaliter, & cons. 428. col. 3. Tiraq. de pan. temper. caus. 22. n. 41.* sic po-
7 test quilibet de populo se opponere illegitimæ Alienationi, ac Dissipationi bonorum Hospitalis, & pauperum, *vt dixi in V. Alienatio.*

8 An autem, & quando liceat Ciuitati expellere pauperes peregrinos, *vide apud Dianam p. 5. tr. 8. Res. 36.*

9 Vltimo ad materiam, nota quod Reip. interest etiam ne subditi depauperentur *§. fin. vbi gl. in V. male inst. tit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in tex. ipso ibi*, expedit enim Reip. ne quis re sua male vtatur, Immo dicitur Interesse Reip. subditos esse loquapletes *§. consideraunimus Auth. vt Iud. sine quoquo suffragio ibi*, & imperium, & fiscus abūdabit vtens subditis loquapletibus *Ciriac. contr. forens. lib. p. c. 160. n. 13. & 14. vnde & Tullius 2. de offic.* singulorum facultates, & copię Diuitię sunt Ciuitatis.

10 Sed nota etiam *tex. pro. 14.* In multitudine populi Dignitas Regis, in paucitate plebis Ignominia Principis Vnde *& in l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat.* dicitur Amplificari Imperium, hominum adiectione, quam pecuniarum copia, malo, *& in l. p. ff. de interdic. & Releg.* inquit Traianus Imperator, Auaritia superiorum temporum Bona damnatorum fisco vindicabat, sed aliud meę Clementiæ conuenit, *& consonat tex. in l. 2. §. oportet C. de mand. Principum, & in Auth. de mand. Princ. §. oportet ibi*, oportet in hoc omnem ponere diligentiam, delinquentes punire, res non contingere, non enim res sunt, quæ delinquunt, vnde *& apud Tacit. 4. annal. c. p.* legitur Ademptiones Bonorum aberant, rari per Italiam Cæsaris Agri.

11 Et merito sane, quoniam magis Regium est ditare, quā Ditescere, vt dixit Ptolomeus laudatus à Plutarcho in Apophteg. & Marcus Curius dixit malle se loquapletibus imperare, quam fieri loquapletem, vt refert *Val. Max. lib. 4. Memorab. c. 3. vel vt refert in Apophth. Plut.* mihi melius est, inquit, quam habere aurum, possidentibus imperare, vel vt loquitur Tullius in Dialog. de Senect. non aurum habere sibi præclarum videri, sed eis, qui haberent aurum imperare.

12 Econtra vero legitur *apud Val. Max. lib. 4. memorab. c. 4.* Patriæ rem non suam vnusquisq; augere præparabat, pauperq; in Diuite, quam Diues in paupere Imperio versari malebat, ex quib⁹ colligitur, quod sicut Boni Principis, ac bene administratæ Ciuitatis est, loquapletare subditos, ac Ciues, ita Boni Ciuis est Ditare, ac loquapletare Ciuitatem, ac publica eius commoda, priuatis, ac proprijs vtilitatibus anteferre.

PRIVIL. LIII.

Clericus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pauper pro debito ciuili non conuenitur nisi inquantum facere pot. deducta congrua sustentatione, & præstita per eum Iuratoria cautione de satisfaciendo, si venerit ad pinguiorem fortunā, vt n. 2.*

3 *Non decet eos, qui Diuino Ministerio sunt ascripti, cum ordinis dedecore mendicare.*

4 *Clericus gaudet Benef. cap. Odoardus non obstan. Renuntiatione iurata, dummodo obtineat Relaxationem ante lapsum terminum ad soluendum.*

5 *Clericus non gaudet Beneficio d. cap. Odoardus si Luxu factus sit pauper, item & quando Creditor est ęquè pauper vt n. 6.*

1 Clericus pauper pro Debito Ciuili conueniri non potest, nisi in quantum facere potest *gl. in l. miles ff. de Re Iud. Franc. in c. si Clericos de sen. excom. in 6. Ias. in d. l. miles ff. de Re Iud. nu. 11.* vbi de comm. testatur *Felin. in c. cum ex officio de præscript. Couar. var. Resol. lib. 2. c. p. Beat. de Inope debitore c. 17. Caccialup. de debitore suspecto q. 5. & post Ang. Imol. & alios Surd. de Alim. tit. p. q. 78. nu. 20.* & hæc est communior opinio quicquid contra senserit *Albericus in d. l. miles, et Mattesilan. sing. 61. probat Rota in Hispalen. Canonicatus, & præbendæ D. 2. nu. 2. p. 3. diuers. lib. 3.* vbi ait, quod Dispositio ca. peruenit de fideiuss. mox allegandi facta est pro pauperibus Clericis.

2 Itaque Clericus, qui non habet vnde plene Creditoribus satisfaciat, assignata ei ex patrimonio, vel Beneficio congrua sustentatione admittitur ad Cautionem Iuratoriam de satisfaciendo, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & interim nō molestatur *c. Odoardus 3. de solut. c. peruenit 2. de fideiuss. Castad. D. 11. nu. p. de Rescript. et post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 21. Genué. in praxi Archiep. Neap. c. 3. n. p. et 3.* vbi quod etiā Clericus in minoribus ordinibus cōstitutus gaudet hoc Beneficio *& n. 4.* vbi quod nec Iuramento potest ei renunciari, & quare *n. 5. & seq.* vbi affert nouem Limitationes *Costa de Rem. subsid. Rem. 29. n. p. & seq.* vbi tradit Requisita, & effectus, & ad materiam, *vide etiam Antonınum in suis Resolutionibus Canonicis lib. p. Resol. 41.*

3 Ratio Conclusionis est, quoniam non decet eos qui Diuino Ministerio sunt ascripti cum ordinis dedecore mendicare *Conc. Trid. sess. 21. ca. p. de Reform.* quod loquitur de Constitutis in Sacris, *sed tex. in d. c. Odoardus Clericus 3. de solut.* loquitur, & procedit etiam in simplici Clerico in minoribus constituto, *vt probat etiam allegatus supra Genuens. in praxi Archiep. c. 3. n. 3.*

4 Ampliatur vt nec etiam Iuramento renunciare possit

possit huic Beneficio Clericus *Rot. D. 2. n. 2. de Arb. in antiq. Genuens. in praxi Archiep. Neap. d. c. 3. n. 4. copiose Cevallos. in Thesaur. com. con. com. q. 711. n. 11.* vbi licet dicat esse varias in hoc DD. sententias, ipse tamen sequitur *Contr. var. Res. lib. 2. c. p. n. 38.* quod Clericus poterit, vti Beneficio cap. Odoardus petita prius, & obtenta relaxatione Iuramenti, quę concedi potest etiam parte non citata, vt resoluit, *Idem Cevallos qu. 434.* Idemque etiam (dummodo ante lapsum termini ad soluendum obtineatur Relaxatio) *probat Costa de Rem. subsid. Rem 29. n. 7. in fine, & n. 8.*

5 Limitatur 1. vt Clericus non gaudeat Beneficio cap. Odoardus si ex propria culpa factus sit pauper, vt si Ludo, vel Luxu Bona consumpsit *Bald. in l. p. C. qui bon. ced. poss. Ferrett. cons. 144. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 3. n. 8.* sed ad hoc vide, quę dixi in *V. Priuilegia p.*

6 Limitatur 2. vt Clericus Debitor, quamuis pauper non gaudeat Beneficio d. cap. Odoardus, quando Creditor est ęque pauper *Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 3. n. 14.* vide, *quæ ad hoc dixi in V. Alimenta p. pr. 10.*

PRIVIL. LIV.

Collatio.

SVMMARIVM.

1 *Inter ascendentes succedentes ascendentibus tit. vniuersali fit collatio profectitiorum.*
2 *Seruanda est æqualitas inter fratres.*
3 *Paupertas excusat, vt ibi à Collatione, & satisdatione de conferendo.*

1 Qvamuis inter Descendentes, Ascendentibus succedentes titulo vniuersali ab intestato, vel ex testamento locus sit Collationi Bonorum profectitiorum *l. vt liberis 17. l. fin. C. de Collat. l. p. & per tot ff. de Collat. Dot. Auth. ex testamento C. de Collat. § illud quoq; Auth. de trien. & Semis. Beninc. de paupert. q. 9. spec. 4. in vlt. vol. a nu. 7.*

2 *& seq. vsq; ad n. 24.* & ratio sit, vt seruetur æqualitas inter fratres *l. illud 20. l. vt liberis 17. C. de Collat. Dec. cons. 39. col. 2. incipit licet in casu Beninc. d. q. 9. spec. 4. in vlt. vol. n. 27.*

3 Attamen pauper, qui sine dolo, & bona fide profectitia bona consumpsit, ea conferre non tenetur *l. 2. §. de illis ff. de Collat. bon. l. eandemum C. de Collat. Afflict. D. 247. per tot. Beninc. de paupert. d. q. 9. spec. 4. in vlt. vol. n. 24.* nec solum à Collatione, sed etiam à satisdatione de conferendo excusat inopia *l. p. §. si cum duobus vers. quod si per inopiam ff. de Collat. Bon. Archidiac. in c. pauper 1 1. q. 3. Beninc. de paupert. d. q. 9. spec. 4. in vlt. vol. n. 26.*

PRIVIL. LV.

Collecta I.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes non tenentur ad Collectas.*
2 *Non est quærendum à miseris pretium gaudiorū.*
3 *Statutum Fer. quod non reddatur Ius non soluentibus collectas excipit pauperes, Ac etiam de Iure com. censerentur excepti n. 4.*
5 *Pauperes ad Collectam grauati implorant officium Iudicis Ecclesiastici.*
6 *Pauperes excusantur etiam à Collecta imposita à Cōmunitate, vel Papa.*
7 *Episcopus est Pater pauperum, & Papa, & Princeps.*
8 *Pauper excusatur à Collecta, etiam imposita pro resistenda Ecclesia.*
9 *Pro pauperum necessitatibus alienantur bona Ecclesiastica, & Vasa Sacra.*
10 *Pauper etiam sua culpa factus talis, excusatur à collecta.*
11 *Ex superuenienti diminutione patrimonij, diminuitur Collecta, etiam ab ipso exactore n. 12. et vide tex. nn. 13.*
14 *Pauper excusatur ab Hospitalitate militum, & vidua etiam Diues, non tamen à contributione.*
15 *Pauper excusatur à muneribus patrimonialibus, nisi in fraudem alienasset, non tamen excusatur à personalibus n. 16. nisi vt n. 18.*
17 *Diues non potest pecunia redimere functiones personales.*
19 *Pauperes excusantur à Collecta, quando pro Alimentis laborare coguntur.*
20 *Ad Collectam impositam ob emergentem publicam necessitatem famis, vel Belli, etiam pauperes tenētur pro rata patrimonij.*
A constructione murorum, & comparatione frumēti, nullus excusatur.
21 *Priuilegium exemptionis non prodest tempore magnę necessitatis.*
22 *Priuilegium pauperum, quo ad collectas male seruatur, sed non ideo minus seruandum.*
23 *Collecta est regulariter imponenda per ęs, & libram, nisi adsit contraria consuetudo.*
24 *Collecta per ęs, & libram iustior videtur, & seruat ęqualitatem, & imitatur Diuinam Iustitiam.*

1 Pauper non tenetur soluere Collectam *l. eum facultates 4. C. de his, qui num. liber.* vel paupertate excusari meruerunt ibi, nec quicquam habere proponas, muneribus Ciuilibus non astringeris *l. fin. C. eod. tit. ibi,* propter censum tenuiorem &c. & ibi propter rerum angustias, *c. licet 4. de Censib. ibi,* eum quē cæcitas grauat, inhumanū est nimis in Collectione affligere, cui debuerat ex collectis si esset necessitas, misereri, & *ibid. in summario,* dicitur Cæcus, & pauper ad Collectas non tene-

tenentur *gl. in l. omnes, & in l. fin. C. de Ann. & trib. lib. 10. Ioan. Andr. in d. c. licet 4. de Censib. Bart. inst. tit. quib. ex caus. man. non licet n. 6. & in l. omnes C. de Ann. & trib. lib. 10. Mangrella ad Bart. in l. illicitas §. praeses ff. de off. praesid. vers. si non potest vbi allegat Partis de Syndicatu V. paupertas Bald. in l. Acceptam C. de vsur. & in Auth. Defuncto C. ad Tertullian. Abb. in c. fertes de Censib. Ias. in l. Anus neptis n. 13. ff. de pact. Felin. in c. si quis testium n. 20. de testib. & in c. significantibus nu. 5. de off. de leg. Alex. in l. si se non obtulit n. 17. ff. de iudic. petrasanc. sing. centesimo, quod est vltimum, & prius sing. 73. incipit Pauperes Ruin. cons. 116. n. 5. lib. 4. Gigas de pens. q. 80. n. 3. & post alios Boer. D. 135. n. 3. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 91. n. 4. & 5. Nouar. in praxi priuil. miserab. person. priuil. 73. n. p.*

2 Confert *tex. lib. 2. esdrae c. 5. ibi* Annonas Ducatus mei non quaesiui valde enim attenuatus erat populus. *& tex. in l. vnic. C. pub laetitia lib. 12. ibi* ne quaeratur à miseris peetium gaudiorum

3 Consonat *Statutum Ferr. lib 2. c. 12.* quod non soluentibus Collectas Ius non reddatur, *vbi in finem* excipiuntur 11. qui prae paupertate soluere non potuissent.

4 Et in terminis similis statuti loquitur *Bald. in l. Acceptam C. de vsur.* vbi ait, quod statutum, quod dicit non soluenti onera non reddatur Ius, fallit in miserabilibus personis, *& sequitur Felin* loquēs in specie de paupere *in c. significantibus n. 5. de off. deleg.*

5 Ampliatur 1. vt si pauperes pro Collecta grauētur, possint implorare officium Iudicis Ecclesiastici *Abb. in c. licet n. 2. de Censib. & post alios Medices de Casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 13.*

6 Ampliatur 2. licet Collecta sit imposita per Communitatem, vel etiam Papam *ita loquitur Bald. in Auth. defuncto C. ad Tertull. Petrasanc. d. sing. 73. incipit pauperes Petr. de Vbald. in tract. Collectarum n. 9. & 12 Boer. D. 135. n. 3. Nouar. d. priu. 73 n. 2.*

7 Confert ad hoc, quod vt suo loco diximus Episcopus dicitur pater pauperum, & multo magis Papa, licet Papam, pauperum, & Diuitum patrem appellet *D. Bern. ad eugen. in prol. ad lib. de Consid. ibi,* Amaui pauperem, Amabo pauperum, ac Diuitum patrem, certe, Princeps qu libet tenetur erga pauperes munificentiam, & prouidentiam exercere, vnde *in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles.* inq. Imperator, Humanitatis nostrae est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint.

8 Ampliatur 3. etiam si Collecta sit imposita pro refectione Ecclesiarum, *c. de his, 4. de Eccles. aedific. Rolan. cons. 85. n. 49. lib. 2.*

9 Nec enim aedificanda videtur Ecclesia cum destructione pauperum, praesertim cum pro pauperum necessitatibus soluendis possit Ecclesia, bona Ecclesiastica, & Vasa etiam Sacra alienare, *vt diximus in V. Alienatio.*

10 Ampliatur 4. etiam si pauper sua culpa inciderit in paupertatem, *vt in his terminis comprobat Nouar. in praxi priu. miserab. pers. priu. 73. nu. 4.* ad quod vide *quae dixi latius in V. Priuilegia p.*

11 Ampliatur 5. vt Deficientia facultatum, etiam superueniens, iustam inducat causam diminutionis Collectarum, & similium onerum *l. Cura 4. §. deficientium ff. de mun. & hon. Marsil. sing. 619. incip. Emergens.*

12 Et exactor tributorum habet facultatem Arbitrio boni viri dimittendi, & diminuendi tributum ei, cuius patrimonium aduersa fortuna collapsum est *ad gl. in l. omnes p. C. de ann. & trib. lib. 10. Bart. Bald. Ang. & Io. de Plat. ibid. & Alex. ad Bart Rom. cons. 369. col. 7. Marsil. d. sing. 619. incipit Emergens Confert. tex. elegans in l. 2. C de*

13 *Alluuion. ibi,* quos inundatio nili fluminis reddit Ditiores, tributorum agnoscant augmentum, & qui suum deplorant patrimonium diminutum, alieno functionis onere liberentur.

14 Ampliatur 6. vt pauperes non teneantur ad Hospitalitatem m l tum, *c. de Monachis 12. de prab. Rolan. cons. 87. n. 48. lib 2. Nouar. in praxi priu. miserab pers. pr. 103. n. 2. vbi n. 6.* subdit quod licet Viduae dicantur miserabiles personae, & excusentur ratione honestatis ab onere hospitandi, attamen si sint Diuites non excusantur à contributione.

15 Declaratur 1. vt Conclusio procedat in muneribus patrimonialibus a quibus pauperes excusantur *ad tex. in l 4 §. fin. ff. de mun. & hon ibi* Inopes onera patrimonij, ipsa non habendi necessitate non sustinent. *& in l. 2. de Alluuion. ibi,* quos Inundatio nili fluminis reddit Ditiores tributorum agnoscant augmentum, & qui suum deplorant patrimonium diminutum, alieno functionibus onere liberentur. *& in l. cum facultates 4. C. de his, qui num. lib. vel paupert excus. mer. lib. 10. ibi* Respectu patrimonij, quod tuū non est, nō astringeris, *vbi gl in V. proponas* limitat, quando quis in fraudem alienasset.

16 In personalibus vero non videtur procedere, nam pauperes ad munera personalia teneri videtur, *ad tex. in l. fin. C. de ijs, qui num. lib. vel paupert. excus. lib. 10. ibi,* propter rerum angustias ad personalia vocantur obsequia, *& in l. 4. §. inopes ff. de muner. ibi,* Corpori autem indicta obsequia soluunt.

17 Et nota hic, quod neque etiam Diuites à personalibus oneribus eximuntur, quamvis ea velint pecunia redimere *ad tex. in l. illud 9. C. de excus. mun. lib. 10. ibi,* praecaueri conuenit, ne quis personalem functionem precio putet esse taxandam.

18 Quo vero ad pauperes Declaratio, seu Limitatio praedicta temperari saltem posset in eo, qui tanta paupertate laboraret, vt si subiceretur oneri personali, & sic laborare non posset, non posset verisimiliter viuere, sed probabiliter fame

periret tunc enim, vel dimittendus esset, vel alendus ex publico.

19 Declaratur 2. vt Conclusio solum procedat in pauperibus ill.s quorum industria necessaria sit ad Alimenta quaerenda. *ad gl. fin. in l. omnes C. de Ann. & trib. lib. 10. quam allegat. et sequitur Bald. in l. etiam in fin. C. de exeq. Rei Iudic. & in Auth. de functo C. ad Tertullian. Bart. & post eum Alex. in l. si se non obtulit n. 17. ff. de Re Iud. Petrasanc. sing. 73. incip. pauperes Petr. de Vbald. in tract. Collectar. n. 6. & 12. Boer. D. 136. nu 3. Ias. in l. Anus neptis n. 13. ff. de pact.* vbi ait nota diligẽter *Ruin. d. cons. 116. n. 5* vbi quod exactores debẽt se habere paternali modo erga pauperes Rusticos, qui dietim laborant pro victu.

20 Declaratur 3. vt Conclusio non procedat in Collecta imposita, ob emergentem publicam necessitatem famis, vel Guerrae, vt DD. loquuntur quoniam ab ea nemo se potest excusare vigore cuiusquunque priuilegij, sed tenetur contribuere pro rata patrimonij, siue sit pauper, siue Diues. *Ioan. de Plat. in l. p. C. vt nemini liceat se excus. lib. 10. refert, & sequitur Rolan. cons. 80. n. 35 lib. 3.*

Confert *tex. in l. exceptio 5. C. de quib. mun. vel praestation. nemini liceat se excus. lib. 10.* quae loquitur de Comparatione, & transuectione specierum vniuersi, *& in fine,* subdit vt pro portione possessionis à summis Sarcina ad infimos vsque deueniat, *vbi gl. exponit,* idest à Diuitibus vsque ad pauperes. *& in l. fin. C. eod. tit. lib. 10.* dicitur neminem excusari à constructione murorum, & comparatione frumenti.

21 Et quod priuilegium exemptionis non prosit tempore magnae necessitatis *dixit Bald. in l. iubemus nullam in princ. C. de Sac. Eccles. Petrasanc. sing. centesimo, quod est vltimum.* Haec tamen Declaratio, seu Limitatio, quo ad pauperes non videtur recipienda, nisi in subsidium, & omni in casu intelligenda est, & practicanda valde discrete, ne Regula, & priuilegium destruatur.

22 Non est omittendum, quod hoc priuilegium male seruatur *Petras. sing. 73. incip. Pauperes,* vbi dicit male seruatur, praesertim in partibus meis, & allegat *Bald. in l. ex hoc iure in fine ff. de Iust. & Iur.* vbi dicit Principes hodie prho. Dolor vitam populorum excoriant, & vix precario dimittunt Spiritum *Ias. in l. Anus neptis ff. de pact. n. 13. ibi,* licet viderim male seruatum *Ruin. d. cons. 116. lib. 4. n. 5.* vbi loquitur de pauperibus Rusticis, & subdit licet non seruetur, quoniam ab eis Leonina fit exactio, *vt ibi per eum.*

Sed non ex hoc tollitur priuilegium pauperum *vt dixi latius in V. priuilegia vbi vide si placet.*

23 Vltimo nota hic, quod Collecta de Iure est imponenda regulariter per aes, & libram, & sic pro mensura patrimonij *Bart. & DD. in l. 4. §. actor ff de Re Iud. & in l. p. C. de mulier in quo loco, &c. Bald in l. etiam in fin. C. de exeq. Rei Iud. Alex. in d. l. 4. §. actor ff. de Re Iud. cum concordantibus de quibus ibi per eum Ruin. cons. 116. nu. 5. lib. 4. vbi tamen n. p.* limitat quando adest Consuetudo contraria, quam valere *probat n. 2.*

Confert *tex. in l. 2. C. de Annon & trib. lib. 10*

24 *ibi*, Indictiones non personis, sed rebus imponi solent, nec videtur posse negari quin. Collecta imposita per aes, & libram sit longe Iustior, alijs quoniam proportionabiliter omnes, seu singulos tangit pro rata virium, & sic minus pauperes, quã Diuites, vnde & seruat aequalitatem illam, quam exigit Iustitia legis, *vt diximus in V. aequalitas,* & imitatur Diuinam Iustitiam, & Bonitatem, quae dat niuem sicut lanam *Ps. 147.* & non patitur nos tentari supra, quod possumus *p. ad cor 10.*

Ad materiam huius priuilegij, *vide quae dixi in V. Gabella, & in V. Munus.*

PRIVIL. LVI.

Collecta II.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non tenentur ad collectas Laicorum fallit quando necessitatibus publicis, Laicorum facultates non sufficiunt n. 2.*

1 QVamuis Clerici non teneantur ad Collectas Laicorum, & Bona Ecclesiastica esse immunia, & libera ab omnibus Gabellis, & Tributis impositis à Communitatibus, vel Principibus Laicis, sit certa propositio Theologorum, Canonistarum, & Iuris Consultorum, *vt firmat Rota in Albanẽ. Gabellę, seu onerum 28. Iunij 1630. coram Merlino, & refert Ferentill. ad Buratt. in Roman.*

2 *Saluatani D. 780. in litt. A.* vbi latissime materiam discutit. Attamen quando necessitatibus, vel vtilitatibus communibus, Laicorum non suppetunt facultates (& sic data paupertate Laicorum) debent Clerici subuenire, & contribuere, *c. Aduersus 7. de Immun. Eccles.* vbi tamen dicitur quod & tunc Laici debent cum gratiarum actione recipere.

PRIVIL. LVII.

Commendatio.

SVMMARIVM.

1 *Commendans aliquem alicui, ad nihil obligatur.*
2 *Simplex laudatio cessante dolo, vel lucro non obligat.*
3 *Qui vendens, falso dixit seruum speciosum non tenetur secus si litteratum.*
4 *Dignum debemus extimare quem, indignum esse non nouimus.*

Com-

5 *Commendatus haredi si est pauper est alendus ab eo.*
6 *Litterę commendatitiæ non obligant scribentem præsertim quando habent Clausulam iustificantem, de qua ibi, Homo, mutabile Animal.*
7 *Deprecatiua Principis habet vim pręceptiuam.*
8 *A Principe male informato recurritur ad eumdem melius informandum.*
9 *Mandatum principis contra leges non est exequendũ ante secundam præceptionem, sic & quando non potest exequi, ab'q; scandalo.*
10 *Oportet Legem, & Principem, & Ducem esse, magis obediendum Legi, quam Regi.*
11 *Iudex non debet timere potentes, Qui timet Deum, nihil trepidat, nec timet potestatem, qui bene agit.*

1 PErsonam aliquam commendans alicui, ad nihil obligatur, *l. si vero 12. §. cum quidam ff. mandati ibi,* cum quidam talem Epistolam scripsisset amico suo Rogo te commendatum habeas Sextilium amicum meum, non obligatur mandati; quia commendandi magis, quam mandandi causa scripta est, sic in simili simplex Laudatio cessante
2 dolo, vel lucro non obligat laudantem, *vt tradunt Fulgos. Castr. Alex. Ias. in l. si vero §. p. ff. qui sat. cog. & probat tex in l. eleganter 7. §. fin. cum leg. seq. ff. de Dolo,* vbi asserens mutuatarium Idoneum, non tenetur, nisi sciens, & lucri causa id fecerit, *& tex. in l. sciendum 19. ff. de edil. edic.* vbi dicitur, quod non præstantur, quæ ad nudam laudem commendandi serui causa dicuntur, vt si dicatur eum frugi, ac probum esse, *& tex. in l. ea,*
3 *quæ 43. ff. de contr. empt.* vbi quod non obligant vendentem, quæ commedandi gratia dicuntur, & palam sunt, vt si seruum dixerit speciosum, secus si litteratum cum non sit, *& tex. in c p. de seruitin. in ordin. facien. ibi,* quem indignum esse non
4 nouit, Dignum debet æstimare, neque in hac assertione quis peccat, dummodo contra conscientiam non loquatur, & confert etiam in simili *tex. in l. obligationum substantia 3. ff. de action. & oblig. & in c. cum venissent 6. de instit.*

5 Attamen si testator, aliquem hæredi suo commendauit, siue pro commendato, vel recommendato haberi voluit, tenetur hæres ita commendatum alere si sit pauper, & donec in paupertate, & necessitate constitutus reperiatur *Alex. cons. 158. n. 3. vol. 2. Simon. de pret. de interpr. vlt. vol. lib. 4. Dub. 11. n. 10. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. p. n. 8. & seq. Surd. de Alim. tit. p. q. 11. n. p. & seq.*

6 Collige ex Regula ab Initio firmata, quod Litteræ commendatitiæ, scribentem non obligant, & multo minus obligant, quando scribuntur cum Clausula Iustificante, quam in fine Epistolæ suę subiecit aliquando *Plato quem refert Plut. de vitioso pudore ibi* Plato Eliconem ad Dionisium Epistola laudauit, sed Epistolam his verbis clausit, Hæc ad te scribo de homine, quod est Animal natura mutabile.

Sed licet Litteræ prædictę non obligent scribentem, obligare tamen videntur aliquãdo eum, ad quem scribuntur, quando scilicet scribuntur à Principe, cuius deprecatiua dicitur habere vim
7 præceptiuam *ad tex. cum gl. in can. Rogo 11. q. 3. & in c. Beatus 7. q. p. cum alijs adductis à Tiraq. de pan. temper. caus. 35. per tot.* vbi adducit etiam versum; Est Rogare Ducum species violenta Iubendi, Adde *tu Tacit. lib. 4. hystor. c. 10. ibi,* preces erant, sed quibus contradici non posset.

Pro moderatione tamen nota, quod licet preces Principis haberent vim præcepti, Immo etiã si litteræ forent expresse præceptiuæ, non tamen debet Iudex statim obsequi; si quid forte præcipiat Princeps, quod Iuris dispositioni repugnet, quoniam si licet priuatis personis à Principe ma-
8 le forsan Informato, ad eũdem melius informandum appellare, vel recurrere, *vt dixi D. Fer. 22. n. 19. & 21.* cur id multo fortius sud ei non licebit? *tex. est ad hoc optimus in l. 2. §. ipse vero C. de mand. princip. ibi,* si quis contra Regulas quid pe-
9 tat, non respicias eum, nec quid agas ante secundam præceptionem, & quod mandata quæ videntur Iniqua non sint exequenda, sed expectanda sit secunda præceptio, *probat etiam tex. in §. 4. Auth. de mand. princ. & tex. in c. p. de postul. Pralat. ibi,* si non potest ei pro quo scripsimus sine scandolo prouideri, patienter sustinemus si mandatum nostrum non exequaris, *Ad idem est tex. in c. quando 5. de Rescript. ibi,* patienter sustinebimus, si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione monstratum.

Quæ nota contra Iudices modici pectoris, qui nimis metuunt faciem potentis, & qu , vel non vi-
10 derunt, vel non ponderauerunt, *tex. in l. 2. ff. de leg.* desumptum ex Stoica sapientia Crisippi ibi, Oportet Legem, & Principem, & Ducem esse, *& tex. lib. 2. Maccbab. 7. ibi,* non obedio præcepto Regis, sed præcepto Legis, *& tex. Eccls. 7. ibi* noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrũ-
11 pere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. Tu autem si vis hominem non timere, Deum timeas *iux. tex. Eccli. 34. ibi,* qui timet Dominum, nihil trepidabit, & aliud simile Remedium Collige ex Doctrina D. Pauli *Ad Rom. 13. ibi,* vis non timere potestatem? Bonum fac.

PRIVIL. LVIII.

Commissio.

SVMMARIVM.

1 *COmmissio pauperis præfertur, & causa pauperũ prius expediendę, quam causę Diuitum 2. & pauperibus fauendum est in præparatorijs ordinatorijs, & Decisorijs n. 3.*

1 Commissio pauperis in publicis Consistorijs semper præfertur *Card. Alexan. in c. in primis 2. q. p. Felin. in c. p. nu. 6. de Accusat. Socin. Reg. 229. limit. 24. Benincas. de paupert. q. 4. n. 9.*
2 & generaliter Causæ pauperum præponendæ sunt Causis Diuitum, quo ad expeditionem *gl. in d. c. in primis 2. q. p. Benincas d. q. 4. n. 8. Faciunt quæ dixi in V. Appellatio, in V. Dubium, in V. Summarium,* ex quibus omnibus colligi videtur, quod non
3 solum fauendum est pauperi in Decisorijs, sed & forte magis in ordinatorijs, & in præparatorijs, & sic ante Iudicium in Iudicio, & post Iudicium.

PRIVIL. LIX.

Commissio II.

SVMMARIVM.

1 *Ex clausula quidam alij in Commissione apposita non continentur pauperes.*
2 *Valde priuilegiati non veniunt sub generali dispositione eis odiosa.*
3 *Sub generalitate non veniunt magnæ personæ, & an pauperes sint magni.*
4 *In generali Concessione non veniunt ea quæ, quis verisimiliter in specie non concessisset.*
5 *Generalis sermo non sufficit ad tollenda priuilegia pia causa.*
6 *Generalis Dispositio non comprehendit Causam Dotis, et generale statutum etiam à Papa confirmatum de contrahendo sub certa forma non comprehendit causam Dotis, vel similem.*
7 *Causa pauperis est magis priuilegiata, quam Dotis, quæ non videtur pia, nisi quando pauperi debetur.*
8 *Propter quod vnumquodque est tale, & illud magis.*
9 *Statuta requirentia solemnitatem in contractu mulieris, non procedunt in contractu cum Ecclesia, vel cum paupere.*

1 Ex Clausula quidam alij in Rescripto Cómissionis apposita non comprehenduntur pauperes *Bald. in c. sedes de Rescript. Felin. in c. si qui testium n. 10. de testib. & in c. signi ficantibus n. 5. de off. Deleg. Gigas. de pens. q. 80. n. 2. Rodoan. de Spolijs q. 13. n. 43.*
2 Ratio est, quia cum pauperes sint valde priuilegiati, non veniunt sub generalitate, sed speciali nota, & expressione digni sunt, *ad tradita per Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 719. n. 29. & per nos infra in V. Generalitas,* & non comprehenduntur sub generali dispositione eis odiosa *ad tradita per eundem Gratian. d. Discept. 710. nu. 29 & in simili per Dianam Resol moral. par. 5. tr. 2. de præs. Card. Ref. 16.*
3 Et confert in simili, quod sub generali loqutione, vel Dispositione non veniunt, nec continentur magnæ personæ *Luc. de pen. in l. in Sacris sub fin. C. de proxim. Afflict. D. 267. nu. 15. Cephal. cons. 570. n. 21. lib. 4.* nec dicas, quod pauperes dici non possunt personæ magnæ, Immo alibi dicuntur parui, alibi Paruuli, alibi minimi, nam Respondeo, quod licet pauperes absolute non sint magni, neque magnates, sunt tamen magni ad effectum, de quo hic, eo respectu, quod habent priuilegia magna, & sunt magni, & forte maximi priuilegiati.
4 Ad idem confert, quod in generali Concessione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter in specie non foret concessurus, *l. obligatione generali 6. ff. de pignor. & hypot. c. in generali 81. de Reg. Iur.*
5 *in sex.* Et in specie generalis sermo non sufficit ad tollenda priuilegia pijs causis concessa, *Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ n. 70. de Constit. Ias. in l. p. n. 39. C. de Sac. Eccles. Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 710. n. 27. & 29.*
6 Sic generalis Dispositio non comprehendit Causam Dotis *ad tradita per Bald. Nouell. in tract. de Dote p. 6. q. 47. n. 2. Tiraq. de leg. connub. gl. 8. nu. 162. Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 710. n. 29.* vbi quod Generale Statutum etiam à Papa Confirmatum de contrahendo sub certa forma non comprehendit Causas Dotium, & similes. Ergo multo minus causam pauperis, quæ est ma-
7 gis priuilegiata, quam causa Dotis, præsertim, quia Dos in tantum dicitur pia causa in quantum pauperi debetur iuxta opinionem multorum,
8 quos retuli in V. Dos, & propter quod vnum quodque est tale, & illud magis *Auth. multo magis vbi DD C. de Sac. Eccles.*
9 Et si statuta requirentia certam solemnitatem in Contractu mulieris, non procedunt, quando mulier Contrahit cum Ecclesia *Castr. cons. 432. n. 2. lib. p Verall. D. 194. p. 3.* vbi quod ita etiam fuerat alias conclusum *in vna Roman. Casalis corã Dom. Augustino 14. Nouembris 1551.* Idem quoque dicetur in Contractu facto cum paupere, quoniam pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarum, *vt dixi in V. Ecclesia,* Ad materiam huius priuilegij, *vide in V. Generalitas, in V. Derogatio, in V. Renunciatio, in V. Statutum.*

PRIVIL. LX.

Commutatio.

SVMMARIVM.

1 *Donata ad certum vsum possunt à donatario in alium vsum conuerti.*
2 *Relicta ad pium vsum præsertim pauperum, in alium licet pium conuerti nequeunt.*
3 *Etiam exempti compelluntur ab Episcopo, vt relicta in certum pium vsum, in illum tantummodo conuertant, quod si non faciant, implet Episcopus.*
4 *Princeps secularis relicta in pium vsum non pot. in alium*

alium conuertere, & ad eum de Ecclesiasticis negotijs non nisi reuerentia pertinet.
5 *Potest Papa relicta in vsum pium, in aliū conuertere.*
6 *Potest Papa de Iure supra Ius dispensare, nec potest ei alius hanc facultatem auferre, facta subditorum Iudicat Pontifex, Pontificia Deus.*
7 *Commutatio voti in opus aequale fieri potest ab ipso vouente.*

1 DOnata ad certum vsum, possunt à Donatario in alium vsum conuerti *l. 2. in fin. cum seq. ff. de Donat. l. si repetendi C. de Don. ob. cau. l. sed si vir. §2. §. fin. cum leg. seq ff. de Don. int. vir. & vxor.* Attamen relicta ad certum pium vsum, &
2 præsertim ad vsum pauperum, ad alium licet pium conuerti non possunt *ad tex. in l. pen. vbi Bald. C. de Don. Clem. quia contingit de Relig. Dom. qui tex.* precipue loquitur de relictis in vsum pauperum ibi. Vt pauperes ex prouentibus sustentarentur, & ibi Ad pauperum miserabilium receptionē, & sustentationem, *idem Bald. cons. 183. post initium lib. p. Abb. cons. 99. col. 2. vers. moueor, decimo lib. 2. incipit Quidam condidit testamentum Tiraq. de pia caus. pr. 35.*
3 Ampliatur p. vt in alios vsus Distrahentes etiā alias exempti compelli possint ab Episcopis, vt in vsus relictos impendant, quod si non fecerint, tunc ipsi met Episcopi per se, vel alios adimplebunt, *vt loquitur tex. in Clem. quia contingit de Relig. Dom.*
4 Ampliatur 2. vt nec etiam Principis secularis authoritate possit relictum ad certum pium vsum, in alium conuerti *Bald. d. cons. 183. incipit Factum proponitur lib. p. Tiraq. de pia caus. pr. 35.* Confert ad hoc *tex. in can. Concilia 17. D.* vbi Serenissimus Rex Theodoricus respondit de Ecclesiasticis negocijs, non aliquid ad se, nisi Reuerentiam pertinere.
5 Limitatur quando interuenit Summi Pontificis authoritas *Abb. d. cons. 99. vers. moueor. decimo lib. 2. incipit Quidam condidit Castr. cons. 187. in princ. lib. p. incipit super primo quæsito respondeo Tiraq. de pia caus. pr. 35. probat. tex. quem vide in Clē. quia contingit de Relig. Domib. ibi,* salua quidem Sedis Apostolicæ authoritate.
6 Et generaliter potest Papa secundum plenitudinem potestatis de Iure supra Ius dispensare, *c. proposuit 4. de Concess. preb.* nec potest ei alius huiuscemodi potestatem auferre *c. innotuit 20. de elect. ibi,* Dispensandi tamen facultatem, nec eripere nobis voluit, nec potuit *Adde tex. in can. facta 9. q. 3.* vbi Pontifex ait facta subditorum iudicantur à nobis, nostra vero iudicat Deus.
7 Nota tamen hic, quod Commutatio voti in opus, seu onus æquale non solum potest fieri authoritate Confessoris, sed etiam authoritate propria eiusdem vouentis, *vt probat Diana* dicens hanc opinionem probabilem, *p. 2. tr. 16. Miscellan, 2. Res. 11.*

PRIVIL. LXI.

Compensatio I.

SVMMARIVM.

1 *IVramentum impedit compensationem ex communiori, fallit in paupere Debitore, vt n. 3.*
2 *Iuramentum est præcise seruandum.*
4 *Paupertas habet vim iuramenti, & aliquando maiorem.*
5 *An Creditori posteriori in foro conscientiæ licita sit compensatio.*

1 QVamuis Communior sit Conclusio, quod Iuramentum impediat compensationem, *ad tex. in c. ad nostram 7. de Iure iur. & probat Ant. Gabr. Conclus. 7. de Iure iur. n. p.* ea ratione, quia
2 Iuramentum est præcise seruandum, & adimplendum *gl. in l. si pecuniam in V. necesse habeas ff. de condit. caus. dat. caus. non seq. Gabr. d. conclus. 7. de*
3 *Iur. iur. n. 3. & latis. conclus. 8. eod tit.* Attamen quando Debitor est pauper, quamuis Debitum sit Iuratum, potest tamen opponere compensationem *Corsett. in tract. de Iure iur. vers. decimū quintum priuilegium afflict. D. 163. nu. 4. & 5. Paris. cons. 121. col. fin. vol. p. Grbr. d. concl. 7. de Iure iur. n. 11. vers. quinto limita Medices de compensat. q. 25. n. etiam 25.*
4 Ex quo colligi posse videtur, quod plus, vel saltem Idem operatur paupertas, quod iuramentum, & non habet maiorem vim Creditum Iuratum, quam Creditum priuilegiatum priuilegio paupertatis, sed quod habeat aliquādo maiorem vim, & maius priuilegium paupertas, quam Iuramentum, *videbimus infra in V. emphyteota, & in V. iuramentum.*
5 An autem Creditori posteriori compensatio, & retentio licita sit in foro conscientiæ in præiudicium anteriorum *tradit Diana Res. mor. p. 3. tr. 5. Miscell. Res. 10. per tot.* vbi ostendit communiorem esse negatiuam, sed etiam affirmatiuam probabilem, ac tutam, quam ego indubitabilem crederem, vel saltem probabiliorem, quando Debitor esset pauper *ex ijs quæ diximus in V. Restitutio, & alibi.*

PRIVIL. LXII.

Compensatio II.

SVMMARIVM.

1 *ADmittitur compensatio, etiam contra Dotem, vel aliam fauorabilem causam, non tamen contra Alimenta debita pauperi n. 2. vel contra debitum victuale n. 3.*

4 *Si Alimentarius qui tenetur operari in Domo Alimentantis, non operatur, admittitur contra eum operarum compensatio.*
5 *Qui nō facit quod debet, non recipit quod sibi debetur.*
6 *Exceptio quæ oritur ex eodē fonte semper admittitur.*
7 *Exceptio oriens ex ventre Instrumenti, sententiæ, vel Breuis, retardat eorum exequtionem licet requirat altiorem indaginem.*
8 *Exceptio non implementi obstat agenti ex eod. contractu, immo, & ex alio correspectiuo.*
9 *Quando alicui relinquuntur Alimenta in Domo præstanda, tenetur ibi operari.*

1 QVamuis admittatur Compensatio etiam cōntra Causam fauorabilem, vt puta contra Dotem *Affl. D. 122. n. 4. Surd. de Alim. tit. 8. pr. 53. n. 4.*
2 Attamen aduersus Alimenta non admittitur Compensatio *l. in ea 3. C. de Compens. Io. Fab. in §. bonæ fidei n. 19. inst. tit. de Action. & post papens. & Billencin. Surd. de Alim. tit. 8. priu 53. n. 5.* quod tamen videtur intelligendum, quando petens Alimenta est pauper *ex ijs, quæ dixi in V. Alimenta priuil. 4.*
3 Ampliatur vt Conclusio procedat in quocunq; Debito ex causa victuali *leg. ob negotium 20. & ibi gl. & Bart. not. ff. de Compens. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 53. n. 8.*
4 Limitatur quando Alimentarius tenetur operari in Domo Alimentantis, tunc enim si nōn operatur, admittitur operarum Compensatio *l. in rebus 18. §. possunt ff. Commod l. si seruus 57. ff. de adil. edict. & post Salicet, & Ang. tradit Surd. de Alim. tit. 8 prim. 53. n. 9.* vbi adducit rationem,
5 quoniam qui non facit, quod debet, non recipit, quod opportet, seu quod sibi debetur *l. cum proponas 16. C. de pact. vbi Bart. Alex. & Ias. l. quæro*
6 *56. § inter locatorem ff. locati.* Alia Ratio esse potest, quoniam exceptio quæ oritur ex eod. fonte nunquam censetur exclusa, & semper admittitur *Bart. in l. p. §. parui n. 5. ff. quod vi, aut Clam. Bald. in l. ex prædijs n. p. c. de euiction. Pelin, in c. ex parte n. 12. ff. de off. Deleg. Surd. de Alim. tit. 8. pr. 53*
7 *n. 11.* sic exceptio oriens ex ventre Instrumenti, sententiæ, vel Breuis, retardat eorum exequtionem, licet requirat altiorem Indaginem, *vt comprobaui D. 38. n. 5* & exceptio non adimplementi
8 obstat Agenti ex eod. contractu, Immo & ex alio correspectiuo, *vt ostendi D 78. n. 2.*
9 Ad Declarationem Limitationis adde, quod quando alicui relinquntur Alimenta in Domo præstanda, tenetur is, *ibi operari Aug. in l. quamuis C. de Legat, Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 53. num. 12.*

PRIVIL. LXIII.

Concursus.

SVMMARIVM.

1 *Stante paupertate Debitoris, Creditores coguntur ad Concursum.*

1 RAtione paupertatis Debitoris, tenētur Creditores ad concurrendum hoc est ad agendam Causam Concursus coram vnico Iudice, seu tribunali. *Viuius D. 268. Riccius Collectan. D. 226 & vide, quæ diximus infra in V. Solutio.*

PRIVIL. LXIV.

Conditio I.

SVMMARIVM.

1 *Conditio impleri debet in forma specifica, fauore tamen piæ causæ potest impleri per æquipolens. n. 2. & causa pauperis, dicitur valde pia n. 3.*

1 QVamuis conditio impleri debeat in forma specifica *l. Mænius 54. l. qui hæredi 44 ff. de Cond. & Dem. Dixi D 66. n. 4.* attamen in Legato facto ad pias causas, & præsertim ad pauperum
2 fauorem, sufficit impleri conditionem, etiam per æquipollens *l. Panius 38. §. Lucius ff. de Liber. caus. Socin. Reg. 310. priu. vit. Tiraq. de pia caus. priuil. 83.* dixi præsertim fauore pauperum, quoniam
3 eorum causa est valde pia, & Legatum pauperibus factum dicitur maxime pium, vt ostendi in V. pia causa.

PRIVIL. LXV.

Conditio II.

SVMMARIVM.

1 *Conditio viduitatis adiecta Legato Mulieris reicitur, fallit quando in defectum conditionis vocatur pia causa n. 2.*
3 *Multæ causæ eatenus sunt piæ, quatenus cum paupertate coniunguntur.*

1 QVamuis Conditio viduitatis adiecta Legato mulieris reiciatur *l. quoties 22. l. sed hoc. 61. §. fin. cum l. seq. & l. cum tale 71. §. rescriptum ff de Cond. & dem. Auth. cui relictum C. de Indict. vid. Tollen.* Ad quam materiam *vide Sanchez. de matrim. lib. p. Disp. 34. n. p. & seq.*
2 Attamen quando in defectum Conditionis vocatur

catur pia causa, tunc Conditio non reicitur *ad tex. qui loquitur de libertate il l. Titio vsusfruct. 95. §. fin. ff. de Cond. & Dem. & ibid. Gabriel. Bart. & Castr. Roman. in Auth. similiter in 2. spec. vlt. vol. C. ad leg. Falc. Socin. Reg. 210. priu. 35. Tiraq. de pia*
3 *caus. priu.* 18. Idem ergo erit quando in Defectu Conditionis vocatur Collegium pauperum, vel pauper quoniam Causa pauperum est semper pia, Immo paupertas est Causa Causae piae in multis, quae sine paupertatis formalitate non essent piae, vt Causae Dotium, Alimentorum, mercedis, & similium, *vt dixi suis in locis, & in V. pia Causa.*

PRIVIL. LXVI.

Conductor.

SVMMARIVM.

1 Quantum damnum requiratur, vt sit locus remissioni pensionis.
2 Quando Conductor est pauper, fit Remissio etiam si damnum sit minus medietate fructuum.
3 Cum pauperibus seruanda est aequitas, damnum modicum Diuiti, magnum est pauperi.

1 Quamuis Diuersae sint DD. sententiae in Articulo illo, scilicet quantum damnum requiratur ad hoc, vt locus sit Remissioni pensionis ad fauorem Conductoris de quibus *Abb. in c. potuit n. 12. de locato Neuizzan. cons. 90. per tot.* vbi refert octo diuersas sententias, *Ceuall. in Thesaur. com. con. com. q. 57. Caroccius de Locato p. 4. q. p. per tot.* vbi refert sex diuersas opiniones, & in fine precatur in hoc sterilitatis Articulo, vt sterilescant tot Doctorum opiniones *Dixi ego aliquid D. 7. nu. 9.* & licet videatur Communis sententia, locum esse Remissioni pensionis, quando Damnum ascendit ad dimidiam fructuum, *vt ostendi d. Decis. 7. n. 9.* Limitanda tamen est d. Communis sententia, vt procedat in Diuite, secus dicendum videtur in paupere Conductore, nam quod ei facienda sit Remissio, etiam si Damnum non ascendat ad praedictam medietatem fructuum probat post alios *Neuizzan. d. cons. 90. n. 15. sub fin. Rim. Iun. cons. 288 n. 10. lib. 3.* nota tamen, *quod Neuizzan. allegat Barbatiam cons. 91. col. pen. lib. p. vbi n. 21.* ait puod cap. propter sterilitatem dicit, quod tunc fit Remissio pensionis, quando Conductor afficitur magno Incommodo, & subdit haec verba. Dico quod stabitur Arbitrio boni viri, quando Incommodum dicatur magnum, & ita consului apud Parmam.
3 Negari non potest quin sententia praedicta ad pauperum fauorem sapiat magnam aequitatem, & ideo videtur libentius excipienda *ex ijs, quae tradidi in V. aequitas,* praesertim cum nec videatur aliena a ratione Iustitiae, quoniam Damnum, quod respectu Diuitis non est magnum, potest Respectu pauperis proportionabiliter, ac rationabiliter aestimari, ac iudicari magnum, ad quod conferunt *qua dixi in V. Appellatio 5. priu. 29.*

PRIVIL. LXVII.

Confessio I.

SVMMARIVM.

1 Confessio extraiudicialis non probat, fallit fauore piae Causae, & pauperum n. 2.
3 Confessio facta absente parte probat fauore piae Causae & pauperum n. 4.
5 Confessio sine Causa, probat fauore piae Causae, & pauperum licet Regulariter non probet n. 6.

1 Confessio extraiudicialis regulariter non probat, nec praeiudicat confitenti *l. p. in fin. ff. de ijs, qui not. infam gl. in l. vnic. C. de Confess. dixi*
2 *D. 49. n. 3.* Fauore tamen piae Causae (& praesertim pauperum) Confessio etiam extraiudicialis probat *ad tex. in c. cum Dilectus 3. & fin. de success. ab intest. Bald. in l. p. col. 2. vers. quidam confessus fuit C. de fals. caus. adiect. legato Tiraq. de pia caus.*
3 *priu.* 112. nec enim debet plus posse calor Iudicij, quam fauor pietatis, Immo etiam Confessio facta absente parte, valet fauore piae Causae *Bald. in Auth. similiter in princ. C. ad leg. Falc. Salicet in leg. Generaliter C. de non num. pec. in 17. q. Felin. in c. si cautio col. 8. vers. fallit 2. de fid. instrum. Tiraq.*
4 *de pia caus. priu.* 117. vnde, & Idem dicendum in Confessione facta fauore pauperis, cuius Causa est semper pia, *vt dixi in V. pia causa,* & in hac specie nō debet plus posse calor Iudicij, quā ardor Charitatis erga pauperes, & in puncto probat
5 *Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 8. n. 4.* sic etiam Confessio sine Causa facta fauore piae Causae, & in specie fauore pauperum, & miserabilium probat *Mascard. de prob. Conclus. 345. n. 6. & Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 108. n. 9.* quamuis
6 Regulariter Confessio sine Causa facta non probet *l. cum de indebito 25. §. fin. ff. de prob. c. si cautio 14. de fid. instrum. dixi supra in V. Causa priu. 46*

PRIVIL. LXVIII.

Confessio II.

SVMMARIVM.

1 Confessio in testamento facta potest reuocari, habet vim legati. Nisi acceptetur à patre, vel iuretur à confitente n. 2.
3 Legatum factum pauperibus pro exoneratione conscientiae est irreuocabile.

Con-

4 *Confessio in testamento facta non praeiudicat Creditoribus, vel legitima filiorum.*

1 Confessio in testamento facta, potest Regulariter reuocari *l. Lucius 22. huius nominis 2. §. quicquid ff. de leg. 2. leg. Lucius 91. §. Sempronia Mulieri meae ff. de leg. 3. l. Aurelius 29. §. fin. de liberat. leg. l. 3. in fin. cum seq. ff. de Adim. leg.* 2 *Tiraq. de pia caus. priu.* 117. & Ratio est, quoniam Confessio in testamento facta non habet vim probationis, sed Legati *l. qui vxori 19 ff. de aur. & arg. leg. Bart. in l. cum quis decedens §. Codicillis ff. de leg. 3. Cuman. cons. 37. in fin. incipit quidam legauit Durant. de Arte testam. tit. 6. caut. 6. n. 9.* 2 *vbi tamen n. 2. & 3.* limitat quando Confessio acceptatur à parte, vel iuratur à Confitente.

3 Legatum tamen factum pauperibus pro exoneratione Conscientiae reuocari non potest, habet enim vim Debiti Confessati *Bald. in l. generaliter in 10. q. C. de non num pec. Ang. in l. cum quis decedens §. Codicillis ff. de leg. 3. Barbat. in Rep l. cum acutissimi in vlt. pag. vers. quid si testator C. de fideicom. & in c. Ramutius col. 61 de testam Costa in memorial incipit absenti potest acquiri Tiraq. de pia caus. priu. 117. licet referat in fine Bart. & Bald. contrarium sentientes Durant. de Arte testam. tit. 6. caut 6. nu. 4.* vbi generaliter probat Confessionem male ablatorum esse irreuocabilem.

4 Declaratur tamen, vt quando Confessio tendit in Diminutionem Creditorum, vel Legitimae filiorum, tunc creditoribus, vel filijs non praeiudicet d. Confessio, *ad tradita in l. testam. ff. de prob. Barbat in c. Ramutius col 63. de testam. Alex. cons. 57 incipit Vita breuis lib. 5. Durant. de Arte testam. tit. 6. caut. 6. n. 4. sub. fin.*

PRIVIL. LXIX.

Coniux.

SVMMARIVM.

1 *Coniux pauper succedit in quarta, vt ibi, & quae ad hoc requirantur n. 2. & siue vir, siue vxor n. 3. etiam contra voluntatem decedentis n. 4.*

5 *Quando à Coniuge relicta sunt Alimenta Coniugi, an ei quarta debeatur.*

6 *Coniugi debetur quarta, siue nihil, siue parum habeat siue nullam, siue modicam dotem habeat quae non sit satis ad Alimenta, Dos tamen imputatur in quartam, vt n. 8.*

7 *Modicum, & nihilum aequiparantur in omni praedicamento.*

9 *Confiscatis bonis Coniugis, alteri, coniugi statim quarta debetur.*

10 *Coniugi pauperi tempore obitus alterius Coniugis debetur quarta, & licet postea desinat esse pauper, eam non amittit, & n. seq.*

11 *Quando certo tempore requiritur aliqua qualitas, sufficit eam tunc adesse licet postea cesset.*

12 *Pauperi Coniugi debetur quarta, tam quo ad proprietatem quam quo ad vsumfructum etiam extantibus filijs primi matrimonij, filijs vero communibus proprietas reseruatur, quae tamen declaratur n. 13.*

14 *Coniux quae potest quartam consequi in bonis primi viri, non potest eam consequi in Bonis secundi.*

15 *Vidua Impudica post obitum viri, amittit quartam & an idem sit quando ex alio delicto condemnata est. n. 16.*

17 *Vxor quantumuis Criminosa, vxor tamen est, sic, et pater.*

18 *Quarta non debetur Coniugi si Iudiciali Diuortio causam praebuit.*

19 *Post Diuortium, Coniuges esse non desinunt.*

20 *Coniugi habenti patrem Diuitem, quarta non debetur*

21 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona, & filius censetur quasi Dominus bonorum patris viuentis, & aestimum patris, dicitur aestimum filij.*

22 *An Coniugi habenti fratrem diuitem, quarta debeatur. Competit electio n. 23.*

24 *Coniugi quando potest sine dedecore laborando, vel inseruiendo victum quaerere, quarta non debetur.*

25 *Remedium Auth. praeterea est subsidiarium, nec competit nisi quando alias Coniux mendicare cogeretur.*

26 *Sponsae non cognitae non competit hoc Remedium.*

1 Coniux Inops, Coniugi decedenti sine liberis succedit in quarta haereditatis parte tam, quo ad vsufructum, quo quoad proprietatem, si vero cum Liberis, tunc si illi sint tres, vel pauciores succedit pariter in quarta, si vero sint plures, succedit in virili, sed quo ad vsumfructum, tantum reseruata liberis proprietate *§. quoniam vero in fin. Auth. de exhib. Reis ibi* nihil habere valentes, sed in nouissima viuentes inopia, *§. qui vero 2. Auth. vt liceat Matri, & Auiae Auth. praeterea C. vnde vir, & vxor ibi,* si Coniux superstes laboret Inopia *gl. in § si vero expressim in V. Haeredē Auth. de Hared. & falcid. gl. in c. Ramutius in V. tam tertia de testam. Bald. in l. si quis ad declinandā in prin. C. de Ep. & Cler. Dec. cons. 560. n. 2. Benincas. de pauper. q. 9. spec. p. in vlt. col. n. 13. Aug. de Gambilion. Aretin. cons 118. n 6.* vbi ponit etiam tria requisita *Honded. cons. 93 lib. p. per tot, & n. 18.* ponit quatuor requisita necessaria, vt locum habeat d. Authentica, videlicet vir Diues tempore mortis, vxor pauper, matrimonium sine Dote, & quod vxor non habeat aliud vnde viuat, *Grattian. qui refert eadem requisita Discept. forens lib. p. c. 120 n. p. & seq.* vbi materiem explicat per viginti sex Conclusiones *Costa de Rem. subsid. Rem. 2. nu. p. & 4.* vbi refert octo requisita.

3 Ampliatur p. vt Conclusio procedat non solum in paupere vxore, sed etiam in paupere Marito concurrentibus requisitis, de quibus supra, quia in vtroque militat eadem ratio, & sumus in correlatiuis *§. quoniam vero Auth. de exhib. Reis vers. si vero ibi,* si Inops vir, aut mulier inueniatur, & ibi ille

ille, vel illa superstes pauper *Paul. de Mont. pico in d. Autb. præterea n. 7. C. vnde vir, & vxor Ludouic. Conclus. 35. Ampl. 5. Gratian. discept. Forens. lib. p. c. 120. n. 17.*

4 Ampliatur 2. vt procedat etiam contra voluntatem Coniugis decedentis, *vt post Soc. Corn. Dec. Cephal. Rum. Surd. Becctum. comprobat Rim. Iun. cons. 657. n. 24. lib. 6. Honded. cons. 93. n. 8. lib. p.* vbi quod hoc est debitum necessarium *Adde Surd de Alim. tit. 9. q. 35. n. 10.*

5 Ampliatur 3. vt procedat, licet Coniux Coniugi reliquerit Alimenta, adhuc enim pauperi Coniugi quarta debetur in bonis decedentis, *vt post Petr. de Perus. et Caccialup. tradit Pepus in d. Autb. præterea C. vnde vir, & vxor Picus ibid. n. 61. Ias. n. 11. Corn. cons. 4. per tot. lib. 4. Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. n. 19. licet referat Rim. Sen. & Cephal. contrarium defendentes, & n. 11.* vbi quod potest peti supplementum, *& n. 31.* vbi quod potest repudiari totum Legatum, & integra quarta peti, quia sicut Coniux non potest eam restringere quo ad quantitatem, ita nec quo ad qualitatem rerum.

6 Ampliatur 4. vt procedat Conclusio non solum quando Coniux nihil habet, sed etiam quando parum, & in Vxore, non solum quando nullam, sed etiam quando modicā Dotem habet, *Cyn. et Bal. in l. licet C. de Iur. Dot. D D. com. in d. Autb. præterea C. vnde vir, & vx. vbi Fabran. n.* 10. testatur de communi *Benincas de paupert. q 9. spec p in vlt. vol. n. 23. Ias. in d. Autb. præterea n. 3. Cephal. cōs. 244. n. 10. lib. 2. Rim. Iun. cons 657. n. 17. et prius nu 16.* vbi quod d. Authentica locum habet in Inope, & in paupere Coniuge, *& n. 20.* vbi quod parua Dos intelligitur illa, cum qua Vxor ali non potest *Honded. cons. 93. n. 4 lib. p. post alios attestantes de communi Gratian. Discept. Forens. lib. pr. c. 120. n. 2. Surd. de Alim. tit. 9. q. 37. nu. 7. & seq. vbi tamen v de hinc inde.*

7 Confert ad Ampliationem Ratio, quoniam parum, & nihilum æquiparantur *l. quamuis 32. ff de Cond. & Dem. l. illud. 7. §. minus ff de trib. action. inst. tit. de leg. Falc. in princ. l. si oleum 10. §. fin. ff. de Dolo l. 2. ff quod cum eo c. licet causam §. quāquam de prob. Marsil. sing 276. incipit parum Tiraq. de Iuditio in rebus exiguis ferend. in princ. Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 120. n. 3. dixi aliquid Decis. 18. nu. 9.* vbi quod hæc Regula in omni fere prædicamento verificatur.

8 Declara hanc Ampliationem, vt Dos modica imputanda veniat in quartam, prout etiam alia bona non sufficientia imputantur, *vt post Bal. Barbat. Castr. Dec. Gab. tradit Honded. cons. 93. n. 39. lib. p. Gratian. post alios Discept. 120. n. 82.*

9 Ampliatur 5. vt confiscatis bonis viri, statim pauperi Vxori quarta debeatur, & econtra si casus contingat, idem erit dicendum, *Autb. Bona damnatorum vbi gl. pen. C. de bon. proscript. §. fin. vbi Ang. Autb. vt nulli Iudicum, & post Socin. Plot. Corbol. Surd. de Alim. tit. 9. q. 34. n. 14.*

10 Ampliatur 6. vt sufficiat Coniugem esse pauperem tempore obitus alterius Coniugis, vt succedat in quarta, adeo vt eam non amittat, licet desinat esse pauper *Dec. cons. 24. incipit posito pro constanti per tot. Cephal. cons. 244. n. 4 lib. 2. Tiraq. de Caus cessante p. p. limit. 4 n. 2. Ludouic. concl. 35. Ampl. 2. Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. n. 21. Gratian. Discep. 120. n. 59. & 60.* vbi addit rationem,

11 quia quando requiritur, vt aliqua Causa adsit certo, & limitato tempore sufficit illam tunc adesse, licet postea cesset, pro declaratione, tamen vide *eumdem ibid. n. 62. & 63. Adde Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. c. 7. n. 15. cum alijs adductis per Costam de Rem. subsid Rem. 2. n. 3.*

12 Declaratur pr. vt pauperi Coniugi debeatur quarta, tam quo ad proprietatem, quam quo ad vsumfructum etiam extantibus liberis primi matrimonij, sed quando adsunt filij communis matrimonij, vsusfructus quartæ est ipsius Coniugis, sed proprietas dictis filijs reseruatur *§. quia vero 2. vbi Ang. Autb. vt liceat Matri, & Auiæ Cephal cons. 671. n. 31. Surd. cons 196. n. 34. Gratian. Discept. 120 n. 18.*

13 Subdeclara, vt prædicta intelligantur, quando filij primi matrimonij sunt tres, vel pauciores, sed si essent plures, succederet Coniux pauper in virili portione, tanquam vnus ex filijs *d. § quia vero Autb. vt Matri & Auiæ Gratian. Discept. 120. n. 19.* vbi adhuc subdeclarat, nisi virilis illa portio excederet libras centum auri, tunc enim solum in illis succederet, *vt ibi per eum.*

14 Declaratur 2. vt in Bonis secundi viri non possit mulier consequi quartam, quando potest eam consequi in Bonis primi, & quod dicitur de vxore prædecedente viro; intellige de viro, prædecedēte vxore *Socin. cons. 121. n. 36. lib. 4. Cephal. cōs. 244. n 23. lib. 2. Crass. de success. ab intest. q. 9 n. 42 Pepus in Autb. præterea C. vnde vir, & vx. n. 104. & seq. Surd. de Alim. tit. 9 q 35. n 32. Gratian. Discept. 120. n 53. & seq. lib. p.*

15 Limitatur pr. vt vidua impudice, & inhoneste viuens post obitum Mariti licet pauper, amittat Beneficium quartæ in Bonis mariti licet Diuitis, *Lup. in c. per vestras §. 97. n. 16. de Don. inter vir, & vxor, Surd. de Alim. tit. 7. q. 24. n 20. & Decis. 61. in fin. n. 18. Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 120. n. 71.*

16 Ampliatur d. Limitatio, vt procedat etiam in vxore condemnata ex alio delicto, quam carnis, vel impudicitiæ, *Surd. d Decis. 61. n. 16. Gratian.*

17 *d. Discept. 120. n. 71.* quæ tamen ampliatio videtur dubitabilis, quoniam vxor quantumuis Criminosa, vxor tamen est *ad tex. in Autb. de nupt. §. si vero contigerit dixi Dec. 84. n. 16.*

18 Limitatur 2. stante Diuortio Iudicialiter inter Coniuges sequto, nam quarta non debetur ei, qui Diuortio causam præbuit *Cinus in l. p. C. vnde vir, & vx. Crass. de success. ab intest. q. 38. nu. 5.*

19 *Gratian. Discept. 120. n. 74.* videtur tamen hæc

R etiam

etiam Limitatio dubitabilis, quoniam per Diuortium Coniuges esse non desinunt *ca. 2. in fin. de Diuort. dixi Dec. 84. n. 26.* sed vide *Sanchez. de matrim. lib. 10. Disp. 8. n. 24. & 28.*

20 Limitatur 3. quando Coniux pauper haberet Patrem Diuitem, quia tunc filius, vel filia non dicitur pauper ad hunc effectum *fulgos. cons. 131. vbi refert Alberic. ita consuluisse Alex. in l. in fuis ff. de lib. & posth. Bal. in l. fin. in fin. C. de Imp. & alijs subst. Dec. cons 443. col. p. vt eum allegat Benincas. de paupert. q. 9. spec. p. in vlt. vol. n. 14. Iterum Alex. in d. Auth. praeterea n. 11. Ias. nu. 16. Curt. Iun. n. 6. Cephal. qui de com. testatur cons. 244. n. 20. & seq. lib. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 33. n. 38. & post alios Honded. cons. 93. n. 26. lib. p. licet referat Decium, & Fabrum. contrarium sentientes.*

21 Ad Limitationem confert Ratio, quod Pater, & Filius censentur vna, & eadem persona, & filius censetur quasi Dominus bonorum Patris etiã viuentis, & eo defuncto bonorum Dominium continuare dicitur in filium *l. in suis. ff. de lib. & posth. Rim. Iun. cons. 658. n. 9. lib. 6.* vbi quod filius viuente Patre Diuite, non potest dici pauper, & aestimum patris dicitur aestimum illi j *gl. in l. 2. C. qui aetat. se excus. lib. 10.*

22 Ampliatur Limitatio, vt procedat etiam quando Coniux habet Fratrem Diuitem, *vt post alios tradit Surd. de Alim. tit. 9. q. 35. nu. 8. & 9.* Haec tamen Ampliatio dubitabilis est, in hac enim quaestione, An Mulier habens Fratrem Diuitem gaudeat Beneficio Authenticae praeterea, vel non gaudeat, refert Authores hinc inde dissentientes, *Honded. cons. 93. n. 26 lib. p.*

23 Sed quod cum Frater teneatur alere Sororem pauperem, & Vxori pauperi debeatur quarta in Bonis viri defuncti, & vtrumque remedium subsidiarium sit, propterea mulieri competat electio *probat Rim. Iun. cons. 657. n. 60. lib. 6. & Gratian. Discept. Foren. lib. p. c. 120. n. 50. & 51.*

24 Limitatur 4. quando Coniux posset sibi laborando, vel inseruiendo victum quaerere absq; eo, quod mendicare cogatur, tunc enim ei quarta non debetur *Purpurat. cons. 330. n. 4. & seq. lib. p. vbi n. 6. quod ita fuit alias consultum per Socin. & Corn. & ita iudicatum, & iudicandum Honded. cons. 93. lib. p. n. 24. & 35.* vbi respondet Authoribus, qui contrarium sentire videntur, eosque declarat, vt intelligantur in Muliere, vel Coniuge nobili cui dedecus esset inseruire, ac laborare, *& ita etiam post alios sensit Gratian. discept. Forens. lib. p. c. 120. n. 9. & 13. & elarius n. 57. & 58.*

25 Ratio Limitationis est, quoniam Remedium Authenticę praeterea est subsidiarium, & non habet locum, nisi quando Mulier, seu Coniux est adeo pauper, vt si quartã non haberet, mendicare cogeretur *Corn. cons. 24. n. 5. lib. 3. Hier. gabr. cons. 142. n. 25. lib. p. Soc. cons. 121. n. 36. lib. 4. Cephal. cons. 244. n. 24 lib. 2. & cons. 671. n. 20. lib. 5. Honded. cons. 93. n. 24. & 34. lib. p.* Conferunt etiam ad hanc Limitationem, textus quorum verba perpendi *sup. hic n. p.* vbi vide, vide tamen etiam, quae dixi *in 4. Ampl. n. 6.*

26 An autem hoc priuilegium locum habeat in paupere sponsa non cognita, vide *Rim. Iun. cons. 534. per tot.* vbi disputat, & negatiue resoluit.

PRIVIL. LXX.

Contraria.

SVMMARIVM.

1 *Contraria simul esse non possunt. Lex est Imitatrix naturę. Allegans contraria non auditur.*
2 *Inter duo Instrumenta contraria, praefertur quod est pro pia Causa, & praesertim pro paupere, vt n. 3.*

1 QVamuis contraria mutuo se expellant, & naturaliter, & legaliter *l. vbi pugnantia 149. cum ibi not. ff. de Reg. Iur. Euerard. in Topica in loco à contrarijs vers. circa praedicta tamen velo te scire,* Lex enim est Imitatrix naturae *§. minorem Inst. tit. de Adopt.* vnde, & allegans contraria, de iure non auditur *l. p. vbi Bald. C. de furt.*

2 Attamen si reperiantur duo contraria Instrumenta inuicem pugnantia, & incompatibilia, vel etiam contradictoria, seu contradictionem implicantia, quae simul esse vera non possunt, praefertur tamen, & praesumitur verum illud, quod continet fauorem piae Causae, *Cyn. & Rom. in l. optimam C. de Contr. & com. Stip. & in l. in exercendis in 2. q. C. de fid. instrum. Io. Andr. Ant. & Abb. in c. imputari eod. tit. Alex. cons. 190 col. 4. vers. 2. respondeo incipit plura narrata sunt lib. 6. Tiraq. de pia caus. priuil. 127. Confert tex. in l. in Ambiguis 80. ff de Reg. Iur. & quod diximus infra in V. tempus.* quod autem dicitur de pia Causa, intellige praesertim de Causa pauperis, quae est potissimum pia, *vt dixi in V. pia caus. & in his terminis in d. V. tempus.*

PRIVIL. LXXI.

Contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat à Contumacia, pauperem non habentem vestes condecentes, & suo statui necessarias.*
2 *Iustus pudor, vt Iustus metus, videtur excusare.*
3 *Peccatum leuius est in ommittendo, quam in committendo.*
4 *Carens vestibus condecẽtibus ęquiparatur carcerato.*
5 *Non est Contumax, qui ob paupertatem Ire nõ potest ad Iudicium.*

Pauper

6 *Pauper excusatur à comparendo per Procuratorem, si est ad id impotens.*

7 *Pauper excusatur etiam à comparendo in causa ad Curiam deuoluta.*

1 PAupertas excusat à Contumacia pauperem, qui in Iudicio non comparuit, ex quo male sit indutus, & attenta eius qualitate verecundum sit ei exire de domo *Bald. in l. fin. C. de Cond. insert. Alex. in l. 2. §. si quis in Iudicio col. p. ff. si quis cautione, conferunt tradita ab Innoc. in c. ex ratione de Apell. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 10. in Iud. n. 23. Adde Bald. in c. querelam n. 4. de Iureiur. et cons. 250. n. 15. vol. p. Marant. de ord. Iudic. p. 6. vers. contumacia n. 5.* qui loquitur de eo, qui sit ita Inops, & male vestitus, vt non possit absque verecundia comparere *Viuius Dec. 268. Franc. March. D. 291. p. p. & D. 805. p. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 48. n. 36.* vbi generaliter, ait quod non dicitur Contumax, qui propter paupertatem ire non possit ad Iudicium *Confert tex. in l. succurritur 9. & in l. in ead. 10. §. fin. ff. ex quib. caus. ma.* & *tex. cũ gl. in V. necessitas in §.* & *hinc nobis Auth. de Hered. & Falc.*

2 Adde quod in eo, qui non compareret, ex quo caret vestibus condecentibus, & suo statui necessarijs videtur esse Iustus pudor, & non vitiosus, de quo *scripsit Plut. in opusc. de vitioso pudore*, & sicut Iustus metus, ita, Iustus pudor potest excusare *ad tex. in l. isti quidem 8. ff. de eo, quod met. caus. & in*

3 *l. 3. in fin. ff. ex quib. caus. mai.* magis autem excusare potest ab omissione, de qua nunc agitur cum facilius quis excusetur ab omittendo, quam à committendo, & peccata omissionum leuiora sint, quia commissionum *ad trad. per Tiraq. de pæn. temp.*

4 *cau. 44. n. 24. & seq.* Accedat quod Inops, & male vestitus, vt non possit absque verecundia comparere, æquiparatur Carcerato *ad tex. cum gl. in l. in ead. 10. §. fin. ff. ex quib. caus. mai. gl. in c. si qui test. de testib. Marant. de ord. Iudic. in ca. de contumacia n. 6. & probat tex. in d. l. in ead. ibi,* In vinculis detentos, & eos accipimus, qui ita sunt alligati, vt sine Dedecore in publico parere non possint.

5 Ampliatur pr. vt generaliter non dicatur Contumax, qui propter paupertatem ire non possit ad Iudicium *Surd. de Alim. tit. p. q. 48. n. 36.*

6 Ampliatur 2. vt pauper excusetur etiam à comparendo per procuratorem, si est ad id etiam impotens *Abb. in c. cum dilecti n. 14. de Dol. et Contũ*

7 Ampliatur 3. vt allegatio paupertatis, sit etiã sufficiens excusatio non comparentis, etiam in Causa ad Curiam deuoluta, saltem ope Restitutionis in integrum ex Clausula, si qua mihi, *& tradit Bellam conclus. seu Dec. 44. pag. mihi 38.* dicens in principio contrariam Conclusionem, vt iacet esse periculosam, præsertim quando datur Ratio diuersitatis, cur nunc compareat ad petendam restitutionem, & non comparuerit ab Initio.

PRIVIL. LXXII.

Conuentio.

SVMMARIVM.

1 *EX Paupertate superuenienti recedi potest à Conuentionibus.*

1 PAupertas superueniens est Iusta Causa recedendi a Conuentionibus, *Dec. cons. 335. per tot. Mangrella ad Bart. in l. p. in fin. ff. de ventr. insp. vide, quæ ad hoc dixi in V. Emphyteota, & in V. Iuramentum, & in V. Pensio.*

PRIVIL. LXXIII.

Debitor.

SVMMARIVM.

1 *PAuper debitor liberatur à Debito, vel saltem ab actione, seu ab obligatione ad tempus, & an debeat n. 2. vbi vide versus.*

3 *An sola paupertas extrema, an etiam necessitas moralis ac status decentis excuset ad debito soluendo.*

4 *An Debitor æque pauperi Creditori teneatur soluere Debitum.*

5 *Debitor Pauper potest Debitum retinere, non solum pro sua necessitate, sed & suorum.*

1 PAuper debitor qui nõ habet vnde soluat liberari videtur à Debito *ad tex. in l. nam is 15. ff. de Dolo, & in c. olim 17. de Rest. spol. Felin. in post. Aut. in c. si qui testium n. 10. de testib.* vbi quod pauper, nec tenetur subire Iudiciũ *Surd. de Alim. tit. 8. pr. 28. n. 5.* vbi quod est Regulare, quod Debitor non tenetur soluere quando laborat Inopia, sed tenetur a Creditore petere remissionem, vel Dilationem, *vt ibi per eum post D. Thom.*

2 Daclara pr. vt Debitor liberetur ab Actione, non autem ab obligatione soluendi quando veniet ad pinguiorem fortunam, quoniam cessante paupertate cessant priuilegia paupertatis, *vt d. xi in V. Priuilegia, & in his terminis in V. Cessio, & in V. Actio,* Vnde paupertas tribuit exceptionem temporalem, & dilatoriam actionis, sed non peremptoriam obligationis, & necessitas etiam extrema differt, sed non tollit obligationem Restituendi *Nauar. in man. c. 17. n. 61. Azzor. moral. instit. p. 2. lib. 12. c. 8. q. 7. in fin. vbi post Nauar. adducit Sot. Ricard. Ang. Rosell. Syluest. Armill. Medin. Aleman. Couar.* & testatur hanc esse communem omnium sententiam.

Et quamuis iuxta illud *Martialis lib. 2, Ep. 3.*
Sexte nihil debes, nil debes sexte fatemur.
Si quis enim debet soluere, sexte potest.
Videatur paupertas habere vim solutionis, & vide-

videatur soluere, seu dissoluere Debitum, & confert Ratio legis impossibilium 145. *ff. de Reg. Iur.* attamen dici potest, quod pauper non debeat soluere hic, & nunc, sed tamen simpliciter debeat, vel dic quod debet, sed non debet soluere, quia non potest, vel quod non debet quo ad actum secus, quo ad habitum, vel Distingue *vt. dixi in V. Actio*.

3 Declara 2. vt Conclusio procedat in paupertate non qualibet, sed in extrema, nam propter simplicem paupertatem, non videtur posse quis alienum retinere, nisi sit in Casu summæ, & irreparabilis necessitatis *ad tex. in can. habeat 12. q. p. ita per illum tex Costa de Ratione Rata q. 149. nu. 13.* sed quod necessitas, etiam status decentis differat obligationem soluendi Debitum, ac etiam restituendi *sensisse videtur D. Antonin. in 2. p. tit. 21. c. 8. col. 7. Nauar. in man. c. 17. nu. 62. in fin. & confert. ad idem. Conar. in Reg. peccatum p. p. n. 2. vers. p. constat, & vers.* & profecto, quatenus ait ad impossibile, etiam moraliter neminem obligari, potest tamen intelligi dictum *D. Antonini, & Nauari* quãdo Creditor non senciret graue detrimentum ex Dilatione solutionis *ex traditis ab eod. Conar. d. p. p. in Reg. peccatum nu. 2. vers. Primum constat.*

4 An autem Debitor extreme pauper Creditori eque pauperi, Debitum soluere teneatur quæstio est, & pro Affirmatiua est, *Scotus, Ricardus, Gabriel. Medina, Angelus, Rosella, Sylvester, Armilla,* ea ratione, quod Ius Creditoris sit maius, & anterius. pro negatiua vero est *Sotus, Paludanus, Caietanus, Lessius, Vasquez, Turrianus, Hurtadus, Azzorius, Diana prædictos referens p. 5. tr. 8. Ref. 11.* rationem adducens, quia in pari melior sit Conditio possidentis, & dicens hanc esse probabiliorem sententiam, quam tamen in fine limitat *in Vers. notandum.*

Alij vero generaliter distingunt dicẽtes veram esse affirmatiuam, quando pecunia soluenda, vel Res Restituenda manet in eadem specie, & quando eius Dominium semper mansit penes Creditorem, si vero Dominium Rei Debitæ, fuerat in Debitorem translatum, tunc dicunt veriorem esse sententiam negatiuam *Ita Lorcha in 22. sect. 3. Dup. 38. n. 11. quem ad hoc adducit Diana d. p. 5. tr. 8. Ref. 11. vers. Tertia opinio, Cui addo ego Nauar. in man. c. 17. n. 60.*

5 Supposita pro vera secunda opinione negatiua, Ampliatur vt procedat non solum quando Debitor ipse indiget extreme, sed etiam quando indigent ipsius Debitoris parentes, liberi, Vxor Frater, quoniam hos extreme indigentes, debet Debitor præferre Creditori, licet extreme, etiã indigenti, *Ita contra Tabienam Ledesmam, & Armillam cum Siluio, Hurtado, Lessio, Toleto, Castro sensit Diana d. p. 5. tr. 8. de Elemos. Ref. 12.* ego vero quid verius in hoc credam, non dicam, dicam tamen vtramque opinionem esse probabilem cum vtraque probos, & Doctos habeat Authores.

Vltimo nota, quod pro Debitis pauperum presoluendis instituit annuum subsidium *Syxtus V. Die 30. Iunij 1590.*

Et ad materiam, *vide quæ dixi in V. Carceratus.*

PRIVIL. LXXIV.

Debitum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in diem, non tenetur ante diem soluere, nec interim alere Creditorem n. 2.*

3 *Quando vrget necessitas Creditoris, tenetur Debitor ante diem soluere, quod omnino procedit in fisco Creditore n. 4. ac etiam in paupere n. 5.*

6 *Debitori, qui cogitur ante diem soluere remittitur interusurium medij temporis.*

1 Quamuis Debitor in diem, soluere non tenetur ante diem *l. Cedere diem. 213. ff. de verb. sig. l. tutias. 6. C. de Iur. fisci lib. 10. l. si mandauero 17. ff mand. l. cum qui chalendis 41. ff. de verb. oblig. Marsil. sing. 355.* vbi subdit vulgare prouerbium, quod optimus est Debitor, qui sol-
2 uit in termino obligationis, nec tenetur interim alere Creditorem *Castrens. in l. Diuortio nu. 5. ff. sol. matr. Surd. de Alim. tit. p. q. 89. n. p.*

3 Attamen quando vrget necessitas Creditoris, cogi potest Debitor ad soluendum ante diem, *ad tex. in l. p. C. de Condic. ex lege vbi Bart. & Bald. dicunt esse menti tenendum Ias. in l. Diem n. 4. ff. de Condic. indeb.* vbi dicit esse valde notandum *Marsil sing. 355. Surd. de Alim. tit. p. q. 44. n. 25. & 26.* vbi subdit, notum est, quantum paupertas possit contra Iuris Regulas.

4 Et licet *tex. in d. l. p. C. de Condic. ex lege* loquatur in fisco Creditore prout loquuntur, etiam allegati per Surdum, & præsertim Marsilius, attamẽ videtur Idem dici posse fauore pauperis, tum quia Ratio illius textus est necessitas, quæ vtique mili-
5 tat in paupere, tum etiam quia valet argumentũ a fisco ad piam Causam, *vt per Euerard. in Topica loco 61.* & valet a pia Causa, ad pauperes etiam tanquam a minori ad maius, *vt dixi in V. pia causa* præterea valet argumentum à fisco ad minores, & a minoribus ad fiscum, vt disertissime, *docet idẽ Euerard. in Topica loco 63. & 64.* & valet a minoribus ad pauperes, *vt dixi in V. minor,* & in specie, quod pauper gaudeat priuilegio fisci, *dixi in V. fiscus.*

6 Declara Conclusionem, vt procedat cum hoc tamen temperamento, vt Debitori, qui soluere cogitur ante diem remittatur interusurium medij temporis, ac de vero Debito detrahatur, *Ita Bald. in d. l. p. C. de Condic. ex lege quem refert addito post gl. Marsilius d. sing. 355. Rodoan. de Spolijs q. 17.*

PRI-

PRIVIL. LXXV.

Decima I.

SVMMARIVM.

1 *Decima Pastoribus est Debita de Iure Diuino, quo ad congruam sustentationem, quo vero ad quotam est de Iure Humano.*

2 *Soluentes Decimã Abundabunt. Fiscus tollit, quod Christus non accipit. Decimę sunt tributa egentiũ animarum.*

3 *Decima est imprescriptibilis, quando Pastori deficit sustentatio.*

4 *Super Decimis sine superioris authoritate transactio facta non valet.*

5 *Decima de Iure debetur etiam ex lucro quęsito ex mera Industria personali.*

6 *Fructus intelliguntur, qui supersunt deductis expẽsis.*

7 *Decima debetur etiam non deductis impensis, & nõ deducto semine.*

8 *Pauper non tenetur ad Decimas, etiam si constitutio sub excommunicatione pręcipiat.*

9 *Beneficiatus tenetur ex redditibus, pauperes subuenire.*

10 *Facilius est relaxare, quam dare, facilius retentio, quam acquisitio conceditur.*

11 *Extreme Pauper, ex toto excusatur à solutione Decimę, Pauperi licet non extremo relinquetur aliquid, vt viuere possit.*

12 *Quod in pentateuco dubium relictum erat, definitur propter Auaritiam Sacerdotum, ne plus exigant.*

13 *Qui ob paupertatem excusatur à Decimis, non tenetur ad illas, licet desinat esse pauper.*

14 *Pauperi etiam Laico, potest Episcopus assignare Decimam, non tamen in titulum. Paupertas fauorabilior, quam Decima.*

1 DEcima est de Iure Diuino debita Pastoribus, quo ad congruam eorum sustentationem, licet quo ad quotam sit de Iure Humano *D. Tom. 22. q. 87. art. p. & quolib. 2. art. 8. et quolib. 6. art. 10. Nauar. in man. c. 21. ad tertium Ecclesia praeceptum n. 28. confert. tex. Malach. 3. ibi,* Inferte
2 omnem Decimam in horreum, & sit cibus in Domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis Catharactas Cœli, *et pro. 3.* Honora Deum de tua substantia, & de Primitijs omnium frugum tuarum da ei, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt, *& D. Aug. relatus. in can. maiores 16. q. 7. ibi,* Maiores nostri Copijs abundabant, quoniam Deo Decimas, & Cęsari tributum praestabant, nunc fiscus tollit, quod Christus non accipit, *& idem Aug. serm. 29. de tempore relatus in can. Decimae 16. q. p.* Decimae (inq.) Fratres tributa sunt egentium animarum, *& Trident. Conc. sess. 25. de Reform. c. 12.* hortatur singulos pro Christiana Charitate, & debito, erga Pastores suos munere, vt de Bonis sibi a Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus praesunt Ecclesijs large subuenire ad Dei laudem, atque ad postorum suorum, qui pro eis inuigilant Dignitatem tuendam non grauentur.

3 Ampliatur pr. vt Decima non possit praescribi, quando Ministris Ecclesiae non suppetit commoda sustentatio *ad trad' per Dian. post alios p. 3. tr. 5. Miscellan. Res. 77.* Et quod Consuetudo nihil soluendi Ecclesiae Ministris, quantumquunque longa non valeat, quando Minister alias sustentari non valet in Parochia, *probat Moneta de Decimis q. 4. Conclus. 2. Gauantus in man. Episc. V. Decima n. 9.*

4 Ampliatur 2. vt super Decimis, absque superioris authoritate transactio facta non valeat. quia sunt Alimenta egentium animarum, vt supra, *ex Aug. diximus ad tex. in l. cum 11. 8. ff. de trans. Abb. in c. cum homines n. 4. de Decim.*

5 Ampliatur 3. vt de Iure Com. Canonico, Decima debeatur etiam de lucro ex sola personae Industria quaesito, & sic etiam ex merce, & ex mercede, ex negociatione, ex venatione *C. ad Apostolica 20. c. Pastoralis 28. vbi gl. de Decim. Nauar. in man. c. 21. ad 3. prac. Eccles. n. 29.*

6 Ampliatur 4. vt licet alias Regula sit quod fructus intelligãtur illi, qui supersunt deductis expẽsis *l. fructus 7. l. Diuortio 8. §. impendia ff. sol. matrim. c. ex lateris 8. de pignor. l. p. C. de fruct. & lit. expens. Buratt. in Romana de Cangijs D. 618. n. p. di-*
7 *xi D. 90. n. 2.* Attamen Decima debetur ex fructibus, etiam non deductis impensis, immo etiam non deducto semine *c. tua nobis 26. c. non est 22. de Decim. c. cum homines 7. vbi Abb. eod. tit. de Decim. Nauar. in man. c. 21. ad 3. pręc. Eccles. n. 31*

8 Praedictis tamen omnibus non obstantibus pauper, vel non tenetur soluere Decimas praediales personales, aut mixtas, vel ei Pastor tenetur illas remittere, & relaxare loco Elemosinę, *can. quoniam 16. q. p. c. ex parte. 10. vbi gl. de Decim. Ab. in c. cum homines n. 5. eod. tit. de Decim. Dec. in c. ex Epistola n. 215. de prob. Gozzadin. cons. 51. n. 16. Paris. cons. 25. n. 26. lib. 4. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 6. in Ind. n. 20. et n. 28. vbi limitat. Adde Dominic. à S. Gemin. cons. 535. Archid. in can. Decimas 16. q. p. quẽ refert Corsett. in Repert. ad Abb. in V. pauper. sub fin.* vbi infert, quod si Constitutione synodali caueatur, vt qui Decimam non soluit, sit excommunicatus, pauper non includitur, *Adde etiam post alios Barbosam de off. Parochi c. 28. §. 3. n. 48.*

9 Ratio Conclusionis esse potest, quoniam Clericus ex redditibus Ecclesiae tenetur pauperi subuenire *c. quod autem 23. q. 7. c. conuenior 23. q. 8. can. Hospitalem cum seq. 42. D. l. 2. C. de Ep. & Cler. §. interdicimus Auth. de Eccles. tit. Archid. in c. nulli 12. q. p. & in c. p. 16. q. p. & diximus supra in V. Beneficiatus.* Et in specie debentur Decimae in Elemosynam Clericorum, & pauperum,

c. quia

c. quia c. Decimæ 16. q p. Ab. in c. cum homines n. 4.
in fin. de Decim. & nos ſupra comprobauimus, ſi
ergo Clericus Beneficiatus tenetur ex redditibus
Eccleſiaſticis, præſertim Decimalibus, pauperi da-
re, fortius tenebitur remittere, & relaxare, quod
facilius eſt *ad tex. in l. ſi pignus 18. ff. quæ in fraud.*
10 *credit. & in l. p. ff. de Donat. int. vir, & vx. & in*
c. cum Apoſtolica de iis, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ.
cap. ſicut etiam facilior dicitur retentio, quam pe-
titio, vel acquiſitio *l. licet 4. in prin. C. de acq. poſ.*
l. 2. vbi Bal. C. de fideiuſſ. l. etiam 5. C. de Compenſ.
Benincaſ. de Paupert. q. 7. ſpec. 6. in Iud. n. 24.
11 Declara, vt paupertas tunc excuſet Laicum à
Decimæ ſolutione, quando eſt extrema, *gl. in c.*
quia tua 12. q. p. quam ibi ſequitur Card. Alex. Abb.
in c. cum homines n. 5. de Decim. verſ. credo, quod
etiam vbi quod, qui Decimam ſoluendo, fame pe-
riret, non tenetur ſoluere *Coſta de Ratione Rata*
q. 149. n. 13. ſed ſimplex pauper Laicus extreme
non indigens de Iuris rigore tenetur ad Decimas
c. tua 25. c. Parochianos 14. de Decim. Ab. in c. di-
cat de Eccleſ. ædifican. Moneta de Decim. c. 5. n. 28.
quem refert Barboſ. de off. & pot. Parochi c. 28 §. 3.
n. 2. Debet tamen omni in caſu, etiam cum tali
paupere miſericorditer agi, & ei relinqui, vt viue-
re poſſit, & ſic Decima ex toto, vel ex parte re-
mitti, *D. Thom. 22. q. 87. art. 4. gl. in can. quicun-*
que 16. q. 7. Ab. in c. cum homines n. 5. de Decim.
& in c. vt ſuper n. 7. de Reb. Eccleſ non alien. Be-
nincaſ. de paupert. q. 7. ſpec. 6. in Iudic. n. 28. &
29. Graff. Dec. 2. lib. 2. c 36. n. 28. Coſta de Ra-
tion. Rata q. 149. n. 14. & nota hic notabilem *tex.*
12 *in ca. p. in fin. de Decim. ibi*, quod in pentateuco
Dubium relictum eſt, definitur propter Auaritiã
Sacerdotum, ne plus exigant.
13 Amplia, vt pauper excuſetur à ſolutione Deci-
marum, adeo vt illas ad quas paupertas eum excu-
ſauerat, amplius ſoluere non teneatur, etiam ſi
deueniat ad pinguiorem fortunam. *Ita Ceuallos*
in Theſaur. Com. opin. cont. com. q. 729. n. 22. vi-
de tamen ad materiam *in V. Furtum.*
14 Vltimo adde, quod pauperi, etiam Laico aſſi-
gnare poteſt Epiſcopus in Eleemoſinam, & ſuſten-
tationem, aliquas Decimas ſpectantes ad Eccleſiã,
non tamen in titulum. *Ita poſt Card. Innocent. Ol-*
drad. tradit Gigaſ. de penſ. q. 21. n. 2.
Patet ex hoc priuilegio paupertatem fauorabi-
liorem, eſſe quam Decimam.

PRIVIL. LXXVI.

Decima II.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia dibilia, ſeu parua non tenentur ad De-*
cimas, nec ad Charitatiuum ſubſidium, nec col-
lectas, vt pauperes Moniales, & Canonici, quo
ad Diſtributiones n. 2. Beneficium tenue, quod di-
catur n. 3.
4 *Leproſi viuentes in communi non tenentur ad Deci-*
mas ex hortis.
5 *Decima etiam Pontificia non comprehendit Hoſpita-*
lia pauperum.
6 *Exemptio à Decimis conceſſa paupertatis intuitu, in-*
cludit, etiam Bona acquirenda, donec ceſſet pau-
pertas.

1 Clerici habentes Beneficia Debilia non tene-
ntur ad Decimas perſoluendas *Dominic à S.*
Gemin. conſ. 85. col. pen. verſ. ex quib. concluditur,
vbi idem dicit de Monialibus pauperibus, & de
Canonicis, quo ad Diſtributiones *ſequitur Boerius*
2 *q. ſeu D. 135. n. 3.* ſic & parua, ſeu modica Bene-
ficia Charitatiui ſubſidij, ſeu Collectarum onere
non grauantur *Paul. de Leaz. in Clem. 2. de Decim.*
& poſt alios Gemin. d. conſ. 85. col. pen. verſ. de ha-
bentibus Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. caſ. 216. n.
3. dixi in V. Charitatiuum ſubſidium.
3 Declara vt Beneficium dicatur tenue, quando
eius redditus non ſufficiunt ad neceſſarium victũ
Beneficiati, & eius familiæ *ad tex. cum ibi not in*
c. ſicut 2. de ſup. neg. Præl. & in c. p. de prob. in ſex.
Gemin. conſ. 35. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ.
216. n. 13.
4 Adde etiam, quod Leproſi viuentes in commu-
ni, non tenentur ad Decimas ex hortis, qui ſunt in
Ciuitate Domus ſuæ, & de nutrimentis Animaliũ
ſuorum *tex. eſt in c. 2. de Eccleſ. ædific.*
Amplia vt onus Decimarum impoſitum Bene-
ficijs authoritate, etiam Apoſtolica non com-
prehendit Hoſpitalia pauperum, quamuis habe-
ant titulum Beneficiorum *c. vnic. in princ. de De-*
cim. in extrau. com. gl. p. in Clem. ſi Beneficiorum de
Decim. Benincaſ. de pauper. q. 7. in Iud. n. 33.
5 Amplia etiam, vt exemptio à Decimis conceſſa
ratione paupertatis, comprehendat non ſolum
Bona, quæ Priuilegiatus poſſidebat tempore pri-
uilegij, ſed etiam acquirenda, donec ceſſet pau-
pertas *Seraphyn. in Zamoren. exemptionis Decima-*
rum D. 951. n. 6.

PRIVIL. LXXVII.

Decurio.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones regulariter non ſunt alendi à Ciui-*
tate.
2 *Sindicis, & Conſulibus vniuerſitatis, nec ſalaria, nec*
Alimenta debentur, ſed ſola refectio ſumptuum.
3 *Patriæ tenemur, vt Matri, immo forſan pluſquam*
Matri ſimul, & Patri n. 4.
5 *Ex ordine ſcripturæ arguitur ordo Intellectus, & præ-*
rogatiua.

Decu-

6 *Decuriores facti pauperes, in subsidium aluntur ex publico.*

1 Decuriores Regulariter non sunt alendi à Ciuitate, vt colligitur arguendo a speciali, *ex tex. in l. Decurionibus 8. ff. de Decurion. & dixit*
2 *Surd. de Alim. tit. p. qu. 61. nu. p.* Idemque est in Syndicis, & Consulibus vniuersitatis, quibus nec Alimenta, nec salaria debentur, sed sola Refectio sumptuum bona fide factorum *Guid. Pap. q. seu D. 68. n. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 61. n. 2.* quando
3 scilicet gerunt officium personale, vt ibi per eum quia forsan patriæ, tanquam Matris gratis inseruire, seu ministrare tenemur, *vnde cecinit Catullus* Patria ò mea Genitrix, Patria ò mea Creatrix. Immo forsan plusquam Matri simul, & Patri, *vnde Tullius ex Platone p. de off.* non nobis solis nati sumus, ortus nostri, partem Patria, partem
4 Parentes vendicant, & quod magis Patriæ, quam Parentibus teneri videamur argui potest *ex tex. in l. Aduocati 14. C. de Aduoc. Diuers. Iudic. ibi.* Magis prouident Humano generi, quam si Patriā
5 Parentesque seruarent, arguendo videlicet ab ordine litteræ, seu scripturæ, ex eo enim prærogatiua colligitur, vt ex multis ostendit, *Euerard. in loco Ab. ordine vers. quarto Argumentum ex hoc loco formatur.*
6 Attamen quando Decuriores effecti sunt pauperes, alendi sunt in subsidium a Ciuitate, *ita disponit tex. in d. l. Decurionibus 8. ff. de Decurion. ibi,* Decurionibus facultatibus lapsis Alimenta decerni permissum est, præsertim si ob munificentiam in Patriam, patrimonium exauserint, *& gl in V. Decerni* supplet idest de publico *trad. e Io. de Platea. in Rub. C. de Decurion. lib. 10. in fine Specul. in tit. qui filij sint legitimi §. fin. n. 20. Surd. de Alim. tit. pr. q. 61. n. p.*

PRIVIL. LXXVIII.

Denunciacio.

SVMMARIVM.

1 *Legata Pauperibus, vel alias pia potest quilibet denuntiare, nec debet relatoris nomen formidare, & Notarius tenetur, & potest ab Episcopo cogi ad exhibenda testamenta n. 2.*
3 *Omissio Notariorum non denunciantium Legata pia est inter casus reseruatos.*

1 Relicta Pauperibus, vel alias pia habent omnes liberam facultatem denūciandi Episcopo *l. nulli 27. in fin. C. de Ep. & Cler.* vbi subditur nec relatoris nomen suspicionemque formident, qui veritatem in publicas aures deduxerint, & non solum omnes id possunt, sed debent, Notarij vero non solum debent, sed tenentur denunciare legata, pauperibus, vel alijs pijs Causis in eorum testamentis relicta, & cogere eos potest Episcopus
2 sub pæna excommunicationis ad exhibenda sibi testamenta Defunctorum, eaque exequenda curare, *vt tradit Em. Sa. in Aphoris. V. Episcopus n. 30*
3 Immo omissio Notariorum non denunciantiū Legata pia infra tres menses solet esse inter casus reseruatos, & est octauus in Synodo Diæcesana Ferrariensi an. 1637. cellebrata coram Eminentiss. Magalotto, & erat nonus in Synodo an. 1612 celebrata sub Eminentiss. Lenio, & erat vigesimus secundus in Synodo Spoletana an. 1583. celebrata in Ciuitate Spoleti Patria mea sub Illustriss. Petro Vrsino.

PRIVIL. LXXIX.

Derogatio.

SVMMARIVM.

1 *Iuri concesso miserationis gratia, generalis Derogatio non officit.*

1 Iuri concesso miserationis gratia, (& ita præsertim fauore pauperum) nunquam intelligitur derogatum per alia Iura, etiam cum quibusquinque Clausulis, nisi de eo fiat specialis mentio, & Derogatio *Innocen. in c. significantibus de off. deleg. Alex. cons. 122. lib 4. incipit viso, & accurate pensato in 5. col. vbi concordantia adducit Ias. in l. Titia textores n. 34. ff. de l. p. Marches. de commiss. p. 2. c. 2. n. 8 9. & 10.* vbi loquitur de Priuilegio legis vnicæ, *de quo tamen vide eumdem ibid. n. 41. & 43. Scaccia de Appell. q. 7. n. 125. Conferunt tradita per Riccium Collect. D. p. & quæ dixi supra in V. Commissio, & dicam infra in V. Generalitas.*

PRIVIL. LXXX.

Deus I.

SVMMARIVM.

1 *Homo simulacrum Dei tanquam creatus ad eius Imaginem.*
2 *Imago Dei est in Anima hominis, vide ibi.*
3 *Principes simulacra Dei. & Instar Deorum.*
4 *Iudices simulacra Dei, & Dij dicuntur, Deus Iudex est, & Iudices, & Iustitias Iudicat, & eius Iustitia, Iustitia in æternum.*
5 *Medici simulacra Dei, qui verus est Medicus, & sanat omnes Infirmitates.*
6 *Deus Diues, & Diuitiarum donator, Deus Bonum nullo Indigens Bono.*
7 *Christus Dominus Pauper paupertatem sacrauit, nos eius inopia ditauit.*

Pau-

8 *Pauperes Christum Dominum repreſentant, fæneratur Domino, qui pauperis miseretur.*

1 Dici poteſt omnis homo ſimulacrum Dei cum creatus ſit ad eius Imaginem *gen. p. ibi.* Dixit Deus faciamus hominem ad Imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & creauit Deus hominem
2 ad Imaginem ſuam, ſimilitudo tamē hæc, & Imago non eſt in Corpore, ſed in Anima. *vt docet D. Bern. de Interiori Domo c. 67. ibi,* ſicut Deus eſt, vbique totus viuifians, mouens, Gubernans, ſic Anima hominis in corpore: ſicut in Deo tres ſunt Perſonæ, Sed vnus eſt Deus, ſic in homine tres vires, Intellectus, Memoria, Voluntas, non tamē tres Animæ, ſed vna: ſicut ex Patre generatur Filius, & ex vtroque procedit Spiritus Sanctus, ſic ex Intellectu generatur voluntas, & ex vtroque procedit Memoria, *Ad idem confert ipſe D. Bern meditr c. 3 ibi,* O Anima Dei inſignita Imagine, Decorata ſimilitudine, Deſponſata fide, Dotata Spiritu Redempta Sanguine, Deputata cum Angelis, Capax Beatitudinis, Hæres bonitatis, particeps Rationis, quid tibi cum Carne, vnde iſta pateris? *Ad idem D. Bonau. in ſoliloq. exerc. p. c. p. ibi,* O Anima, quam Inæſtimabilis Dignitas eſt eſſe non ſolum veſtigium Creatoris, quod eſt cōmune omnibus Creaturis, ſed etiam eſſe Imaginem, quod eſt proprium Creaturæ Rationalis..
3 Et præſertim Principes, Dei ſimulacra dicuntur *vnde Plut. in opuſc.* cuius titulus eſt, in Principe requiri Doctrinam Princeps, inq. Dei ſimulacrum omnia adminiſtrans, & nihili egens, quod tamen vltimum non eſt omnino verum in Principe, licet omnino verificetur in Deo, qui vere dici poteſt omnia agens, & nihili egens, *vnde Pſ. 15.* Ego dixi Deus meus es tu Bonorum meorum non eges. Confert ad Concluſionem *tex. Iob. 35.* Deus potentes non abicit, cum & ipſe ſit potens, *& Tacit. lib. 3. ann. c. 6.* Principes inſtar Deorum eſſe ſed neque a Diis, niſi Iuſtas ſupplicum preces audiri, & more poetantium licenter cecinit *Ouid. 15. Met.* Cæſar in Vrbe ſua Deus eſt.
4 Et poſt Principes, Iudices Dei ſimulacra recte dicentur, cum non ſolū principari, ac Dominari, ſed & iudicare tribuatur Deo, qui etiam ſæpe Iudex in Sacris litteris appellatur *vnde Pſ. 49.* Annunciabunt Cœli Iuſtitiam eius, quoniam Deus Iudex eſt, *& Pſ. 67.* Exultate in conſpectu eius Patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum *& Pſ. 139.* faciet Dominus Iudicium Inopis, & vindictam pauperis, *& Pſ. 74.* Ego Iuſtitias Iudicabo, *& Pſ. 118.* Iuſtitia tua Iuſtitia in æternum, ſic & dicitur, quod omnis Iudex, & omnis Princeps terrenus, Iudicem, & Principem Cœleſtem, ideſt Deū debet imitari §. Arripiat Auth. vt omnes obediant Iudici, *Grammatic. D. 5. n. 38.* & Iudices etiam Dij dicuntur, vnde *Bellarm. de Aſcenſ. ment. in Deum c. 10.* Deus inquit inter Deos diudicat, *vt
in Pſ. 81.* ideſt Iudicat Iudices, qui Dij in ſcripturis dicuntur..
5 Et Medici quoq; magnam Dei ſimilitudinem gerunt, cum, & Deus ipſe Medicus nuncupetur, *vnde exod. 15. ſubfin.* ego enim Dominus ſanator tuus, vel vt vertunt alij Medicus tuus, *& refert Tiraq. de nob. c. 31. n. 80. & Hierem. 12.* ſana me Domine, & ſanabor, *& Pſ. 102.* qui ſanat omnes infirmitates tuas, & Chriſtus Dominus ſe Medicum indicauit dicens, non eſt opus bene valentibus Medico, *vt Matt. 9 Marci 2. Luce 5.*
6 Specialiſſima tamen ratione priuilegium hoc Pauperibus competit, vt Dei ſimulacra dici poſſint, vt Dominum ipſum repræſentent. Quamuis enim Deus non ſolum Diues ſit, ſed Diuitias vniuerſas diſpenſet, *vt dicit p. 3. c. p. Rem. 8.* Vnde, & Lacon cum vidiſſet quēdam Diis congregantē, ait non curo Deos me ipſo indigentiores, *vt refert Plut. in Apophſ.* vere enim Deus omne agit, & nihili eget, vnde *& Pſ. 15.* dicitur ego dixi Domine Deus meus es tu, quoniam bonorum meorū non eges, *& D. Aug. lib. 13. conf. c. 38.* tu bonum nullo indigens bono, *& idē Medit c. 29.* Deus nunquam Inops, & gaudes lucris; *& ad Epheſ. 2.*
7 Deus Diues in miſericordia, attamen Chriſtus Dominus paupertatem ſacrauit, *vnde D. Greg. hom. 2. in Euang. ſub fin.* ſic ait Cum ſit Dominus omnium, & Creator Angelorum, ſuſcepturus naturam noſtram, quam condidit, in vterum Virginis venit, naſci hoc Mundo per Diuites noluit, parentes pauperes elegit. *& Hieron. relatus in can. aurum 12 q. 2.* paupertatē inquit Domus iſtæ pauper Dominus dedicauit, ſed nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur, *& D. Paul. 2. ad cor. 8.* Deus egenus factus eſt cum eſſet Diues, vt illius inopia vos Diuites eſſetis, *& D. Bern. ferm 4. de Aſſumpt.* Chriſtus cum Diues eſſet, propter nos pauper factus eſt, vt nos eius Inopia Ditaremur, *Adde Petr. 2. de Rem. D. 9.* Ipſe Cœli Dominus, hic pauper fuit, vt exemplo doceret hanc Inopiæ viam eſſe, qua tamen ad veras Diuitias pergeretur, ipſe inquam per quem Reges Regnāt pauper natus, pauper vixit, nudus obijt, cui cuncta interim obſequebantur Elementa, Tu homuncio Domini tui ſortem fers moleſte, certe quiſquis illum cogitans ſe virtute valuerit, in ipſa paupertate Ditiſſimus nulliuſque egens rei, opes Regias non requiret.
8 Quod autem pauperes, Chriſtum Dominum, ac Deum ipſum ſpecialiſſima ratione repreſentent, *patet etiam ex tex. pro. 19. ibi* fæneratur Domino qui pauperis miſeretur, & viciſſitudinem ſuā reddet ei, *& pro. 17. ibi,* qui deſpicit pauperem exprobrat factori eius, *& pro 14* qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius, honorat autem, qui miſeretur pauperis, *& Matt. 25.* quandiu vni ex fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis *Adde D. Leon. de Collectis ſerm. 4. ibi,* Chriſtus ne deeſſe nobis ſua præſentia videretur effecit, vt cum in ſuis pauperibus paſceremus.

PRIVIL. LXXXI.

Deus II.

SVMMARIVM.

1 *Relictum Pauperibus dicitur Relictum Deo.*
2 *Piæ causæ promittens, Deo promittere videtur, Vnde pia Confessio extraiudicialis plene probat, tanquam facta præsente parte.*
3 *Deus est vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam, Eius centrum, est vbiq; Circumferentia nullibi. Deus intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus.*
4 *Relictum Deo, vel Christo, pauperibus Relictum videtur. seu Ecclesiæ, vt in pauperes distribuat.*

1 Congrue subsequitur hic aliud paupertatis priuilegiũ, situm videlicet in eo, quod Relictum pauperibus, dicitur Relictum Deo §. *si quis in nomine magni Dei Auth. de Ecclef. tit. port. in §. in certis inst. tit. de leg. et Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 20.*

2 Confert ad id quod, qui piæ Causæ promittit, Deo promittere videtur *Tiraq. de pia causa priu. 105. Mascard. de prob. lib. 3. Conclus. 1171. n. 65. & seq.* vbi infert, extraiudicialem Confessionem ad fauorem piæ Causæ semper plene probare, tanquam semper factam parte præsente, quoniam Deus cui facta dicitur, est vbique, vt probat ex carmine virg. Iouis omnia plena, & ex illo Iuppiter est quocunque vides quaqunque moueris, quibus adde, quod ex Theologorũ sententia, quam communiter

3 probat *D. Thom p. p. q. 8. art. 3.* Deus est vbiq; per potentiam, per essentiam, per præsentiam, & à Mercurio Trimegistro definitur, seu describitur Deus esse Circulus, cuius centrum est, vbiq; & circumferentia nusquã, seu nullibi, quod eleganter expressit *D. Aug. in opusc. medit. c. 30. ibi.* Deus est intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus.

4 Sic econuerso Relictum Deo, vel Christo Domino, pauperibus Relictum videtur *l. fin. ex Græco C. de Sac. Eccles. incipit quoniam in plerisque,* vbi quod si quis Dominum nostrum Iesum Christum scripserit hæredem (*prout in complura huiusmodi testamenta incidisse se refert Imperator ibi*, censetur instituta hæres, Ecclesia loci defuncti, ad hoc vt in pauperum Alimoniam conferatur hæreditas, vt ibi dicitur.

Et quod Relictum Deo, dicatur Relictum Ecclesiæ Domicilij Testatoris, disponit *tex. fin. lis in §. si quis in nomine Magni Dei Auth. de Eccles. tit. & tradit Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 6. n. p.* quod tamen intelligendum videtur *mixta tex in præallegata l. fin.* vt censeatur instituta Ecclesia, tanquã Mater pauperum, & vt in eorum Alimoniam Relicta conuertantur.

PRIVIL. LXXXII.

Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Doctor potest dare Consilia diebus Festis, saltem ex causa. etiam ob quæstum. & n. 7. pecuniã tamen debet pauperibus n. 2. saltẽ de Consilio n. 3.*
4 *Index accipiens pro iniqua sententia, debet de Consilio Pauperibus restituere. Sic testis accipiens pro falsa depositione n. 5. & Meretrix accipiens ab Amatoribus n. 6.*

1 Licet Doctor possit conscribere Consilia, etiã diebus Feriatis in honorem Dei, saltem ex causa necessitatis, vt pro forensi, qui habeat necesse recedere, *vt loquitur petra Sancta sing. cente-*
2 *simo, quod eh vltimum,* de quo vide, quod in fine subiiciam, debet tamen Doctor ita consultus, pecuniam quæsitam ex dicto Consilio, pauperibus erogare *Io. Andr & alij in c. p. de Fer Ias. in l. Diuus Traianus ff. de Fer. Petrasancta qui sane san-*
3 *ge loquitur d sing. centesimo seu finali,* quod quidem secundum subiectam materiam intelligi potest esse de Consilio, non de præcepto, ponderando, etiã verbum debet, quod sæpe magis honestatem, quam necessitatem importat *vt dixi in V. necessitas,* & conferre potest ad id *Tex. fortior Aug. in Can. non sane 14 q. 5. ibi,* Iniquum Iudicium sce-
4 leratius venditur quam emitur, pecunia tamen accepta non restituitur, sed pauperibus tribuenda
5 consulitur. Idem quod in Iudice procedit in teste pro falsa depositione. Idem in Mere-
6 trice, quæ lucra ab Amatoribus quæsita non tenetur nisi de Consilio pauperibus distribuere, vt ex communi Theologorum, & Canonistarum Sententia *Nauarrus docet in man. c. 17. n. 30. & 31.* ergo forsan idem dici poterit in casu prædicto, vt pecunia videlicet ex d Consilio quæsita de Consilio pauperibus tribuatur.

7 Vltimo pro Declaratione primæ Conclusionis *adde Nauar, in man. c. 13. n. 12.* cuius hæc sunt verba; Octauo peccat mor taliter Doctor, aut litteratus, qui dat Consiliũ principaliter ob quæstum diebus festis etiam illi, qui e longinquo venit, *secundum Syluester. & com. sent.* cuius tamen contraria est longe verior tum quia Consilium non est opus seruile, neque aliquod ex alijs quinque prohibitis, tum quia quod licitum est facere diebus Festis, perinde fieri potest ob lucrũ, ac in profestis, quare non est peccatum instruere, siue informare Iudicem, etiam cum Procuratore, & Aduocato, verbo, aut scripto, etiam ob pecuniam.

S PRI-

PRIVIL. LXXXIII.

Doctoratus.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes sunt gratis Doctorandi, non obstante Iuramento Contrario.*
2 *Consulentibus, minus, quam legentibus creditur: Gratuitus Doctoratus videtur magis aestimandus.*
3 *Pauperes difficile emergunt, vide versus.*

1 QVemadmodum pauperes gratis sunt edocendi, vt diximus in V. Magister.

Ita sunt etiã gratis Doctorandi, quod est adeo verum, vt iuramentum Doctorum de non Doctorando aliquem gratis non comprehendat pauperes *Bal. in l. si ad excludendam vers. 3. C. de Reb. Cred. Felin. in c. p. n. 3. in fin. de off. Iud.*

2 Addi forte potest, quod sicut magis creditur Doctoribus legentibus quam Cõsulentibus, quoniam Consilia saepe per pecuniam extorquentur, vnde suspicione non carent *ad trad. per Euerard. in loco ab Authoritate.* Ita gratuitus Doctoratus pauperis videtur in dubio, ac caeteris paribus pręferendus Doctoratui Diuitis, qui forsan non tam meritis, quam pecunijs aliquando conceditur.

3 Addo etiam exoptabile fore, vt hoc Priuilegiũ omnino seruetur ne pauperes iuste cum Iuuenale conquerantur dicentes difficile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta Domi, cui consonat ex nostris Eruditissimus *Alciatus in emblemate illo* vbi pauper sic loquitur.

Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet Alas.
Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per auras.
Me nisi paupertas inuidia deprimeret.

PRIVIL. LXXXIV.

Dilatio.

SVMMARIVM.

1 *PAuper Debitor potest à maiori parte creditorum obtinere quinquennalem dilationem, & in pari praefertur humanior sententia pro Dilatione.*
2 *Dilatio praedicta praeiudicat etiam Creditoribus dissentientibus quamuis habeant fideiussorem, & pignora, & prodest fideiussori.*
3 *Dilatio pauperi conceditur etiam à superiore, absque creditoris assensu dummodo non sit hic pauperior.*
4 *Dilatio carcerato concessa intelligitur, etiam quo ad exequtionem realem.*
5 *In dilatione, carcerato, etiam à visitatoribus concedenda considerantur circumstantię, de quibus ibi.*
6 *Ad obtinendam quinquennalem Dilationem requiritur Confessio, vel liquidatio Debiti.*
7 *Dilatio à Principe concessa non prodest, nisi praestita cautione, pauper tamẽ admittitur ad Iuratoriã n. 8.*

1 PAuper Debitor potest impetrare quinquẽnalem Dilationem, qua pendente, molestari à Creditoribus non potest *l. quoties. 15. C. de prec. Imper. offer.* & sufficit eam impetrari a maiori parte Creditorum, & prodest quo ad alios omnes *l. fin. vbi DD. C. qui bon. ced. poss. Afflict. D. 288. sub finem,* & dissentientibus Creditoribus, inter miserabile Cessionis Auxilium, & spatium quinquennale praefertur maior pars Creditorum, habita ratione ad Creditum, vel si par sit, habita ratione ad personas Creditorum, in pari autem numero praefertur humanior sententia concedens inducias, Ita disponit, *tex. in d. l. fin. C. qui bon. ced. poss.*

2 Ampliatur pr. vt Dilatio à Debitore, sic obtenta prosit, etiam eius fideiussori, & praeiudicet minori parti creditorum, etiam habentium fideiussorem, & pignora *ad tex. in l. fin. §. nulla C. de Cess. bon. & post Paul. Azzued. Greg. tradit Cenallos in Thesaur. Com. con. com. q. 701. n. 15.* vbi rationem diuersitatis adducit inter Cessionem, & Dilationem, quoniam scilicet illa conceditur contra voluntatem Creditorum, haec autem secundum voluntatem eorumdem.

3 Ampliatur 2. vt probata paupertate concedatur a superiore moratoria, etiam absque Creditoris assensu *Afflict. D. 377. n. p. & seq. Riccius in Collectan. D. 226. sub. fin.* & nota, quod in casu Afflicti aderat in Rescripto Clausula, Dummodo Debitor sit pauperior Creditore, *& adde Thesaur. D. 186 n. 7.*

4 Ampliatur 3. vt Dilatio simpliciter Carcerato concessa intelligatur, etiam quo ad exequtionem realem, *vt disponit Cõstitutio Pauli V. super reform. Tribun. Vrbis §. 24. n. 17.*

5 Declaratur vt in Dilatione pauperibus, etiam carceratis concedenda Arbitrio visitatorum habeatur ratio paupertatis Debitoris, naturae Debiti, & qualitatis Creditoris, *ita praescribit Paulus V. in d. Reform. Trib. Vrb. §. 24. n. 15.*

6 Limitatur vt ad obtinendam dictam quinquẽnalem Dilationem requiratur ex parte Debitoris, Confessio Debiti coram iudice *l. p. ff. de Cess. bon. Cagnol. in l. 2. n. 146. C. de pact. int. empt. & vend.* vel quod aliter Debitum liquidetur *Afflict.*
7 *D. 379.* praeterea in Dilatione a Principe concessa, vt prosit, requiritur Cautio Idonea de soluendo intra terminum Dilationis, alias non prodest *l. vniuersa 4. C. de prec. Imp. offic. canonizata in Can. vniuersa 25. q. 2.*

8 Si autem pauper Debitor non reperiret Idoneam, & fideiussoriam Cautionem, admittere tur ad Iuratoriam *ex traditis in Auth. Generaliter C. de Ep. & Cler. & in l. p. ff. qui sat. cog. cum alys adductis a Bentucas. de paupert. q. 7. sp. 8. in Ind. n. 34 & 35.*

& 35. vbi ostendit id esse speciale fauore paupertatis,& secus esse quando Dilatio obtinetur ex causa Incommoditatis, vel alia, quam paupertatis; & ad materiam vide si placet, *quę dixi in V. Cautio.*

PRIVIL. LXXXV.

Dispensatio.

SVMMARIVM.

1 *Dispensat Episcopus in occulto Impedimento, etiā dirimente matrimonium publicum, quando ob paupertatem non est accessus ad superiorē pro Dispensatione*

2 *Nec tenetur Episcopus in casu prędicto, impendere de proprio contra Vasquez. & Bonaccin.*

1 Dispensare potest Episcopus in impedimento impediente, ac etiam dirimente matrimonium quando impedimētum est occultum, & matrimonium publicum, & separatio sine magno scandolo fieri non potest, & ad Papam, vel nuncium ad id potestatem habentem non est confugium ob magnam paupertatem Coniugatorum, vel ob alia legitima eorum impedimenta. *Ita post Aug. Sylu. Lig n. Panorm. Nauar. in Man. c. 22. n. 85. vers. Tertio dicendum & post alios Sanchez. de Matrim. lib. 2. Disp. 40. p. p.* licet referat, etiam negantes.

2 Declara vt in casibus, in quibus ob paupertatem partium potest Episcopus dispensare, id possit, quamuis de suo posset huiusmodi paupertatem supplere, quoniam ad id non tenetur ad effectum de quo hic *Sanchez. in summa to. p. lib. 4. c. 40. n. 39. Salas. de legib. Disp. 20. sect. 3. n. 27.* vbi quod non tenetur Episcopus in impetrandis huiusmodi dispensationibus, proprios redditus consumere, *Diana p. p. tract. 10. de legib. Res. 37. reprobans contrariam sententiam Vasq. & Bonaccin* tanquam nimis Episcopis onerosam.

PRIVIL. LXXXVI.

Dominium.

SVMMARIVM.

1 *Dominium sine traditione non transfertur, nec contrarium pactum valet.*

2 *Fauore pauperis, vel alterius pię causę, Dominium sine traditione transfertur.*

3 *Pia causa prior in venditione prefertur, licet in traditione posterior, & licet sit prius Res tradita alteri pia causa.*

1 Quamuis sine traditione Dominium non transferatur *l. traditionibus 20. C. de pact. §. per traditionem Insti. tit. de Rer. Diuis. l. pen. C. de Rei vendic. Surd. de Alim. tit. 8. pr. 61. nu. 5. & 6.* vbi quod neque contrarium pactum, valet, attamen fauore Ecclesiæ, & piæ causæ, Dominium

2 sine traditione transfertur, & sic etiam fauore paupertatis *l. fin. vbi DD. C. de Sac. Eccles. gl. in l. p. C. de Donat. qua sub modo post Bald. & Aug. Ias. in d. l. traditionibus C. de pact. n. 17.* vbi Idem esse dicit in pauperibus, quod in Ecclesia *adducens tex. in c. 2. de consuetud. & in §. pro temporalibus Auth. de Eccles. tit. Tiraq. post alios de pia caus. pri. 107. Surd. de Alim. tit. 8. pr. 61. n. 9.*

3 Infertur quod si res fuerit prius vendita Ecclesiæ, vel pauperi, vel alteri piæ causæ, licet prius alteri tradita, adhuc pia causa præfertur, licet sit in traditione posterior non obstante dispositione *legis quoties 15. C. de Rei vindic. ita gl. in l. fin. in Rubr. rem. C. de Sac. Eccles. Bal. in Auth. quas actiones C. de Sac. Eccles Ang. in l. siue autem §. si duabus ff de public. Io. Andr. in c. continebatur de his qua fiunt a Prælat. sine cons. c. Tiraq. de pia caus. pr. 107.* vbi ampliat etiam, si res alteri Ecclesiæ fuerit, postea vendita, & tradita.

PRIVIL. LXXXVII.

Domus.

SVMMARIVM.

1 *Domus refectio dicitur pia causa quando Dominus, & Domus est pauper n. 4. & 5. & Donatio ob talem refectionem non requirit Insinuationem n. 2. & exequutores relicti ad distribuendum in pium Causam, possunt in dictam causam distribuere n. 3. Declara vt n. 4. & 5.*

4 *Habitatio venit Appellatione Alimentorum.*

6 *Parua Domus sufficit. Nemo vnum esse se cogitat.*

7 *Finis cibi potus vestis Domus, qui nam sit. Tuguria à tegendo dicta.*

8 *Ædificamus non vt tutius viuamus, sed vt peccemus occultius; Rari sunt qui possint aperto hostio viuere.*

9 *Agrigentini voluptatibus indulgebant, vt mox morituri, ędificabant, vt semper victuri. Altam Domum faciens, quęrit Ruinam.*

10 *Anima hominis, angusta in Domo habitat. Immo corpus non Domus est, sed hospitium; sępe Domus minor est Domino.*

11 *Habitatorem potius quam habitationem exornare debemus, vt qui ingreditur nos potius, quam Domū, vel supellectilem admiretur.*

12 *Necessitas alienandi Domum Ruinosam dicitur naturalis, & est iusta causa alienandi quando Dominus est pauper.*

1 QVamuis Domus Refectio dicatur pia Causa *Cepoll. de seruit. Vrb. præd. c. 59. nu. 37. qui allegat tex. in l. si quis pro redemptione 36. C. de Donat.* vbi deciditur, quod sicut Donatio facta ob
2 Redemptionem captiuorum, ita facta ob refectionem Domus, ruina, vel incendio consumptæ non indiget insinuatione, vnde & exequtores relictorum ad pias Causas posse dispensare pro refectio-
3 ne Domus combustæ, vel Ruinosæ *infert ibid. Ce-*
4 *polla de seruit. Vrban. præd. c. 59. n. 37.* Id tamen procedit, quando Dominus Domus est pauper, secus si Diues *ad notata in l. illud C. de Sac. Eccles. Cepoll. de seruit. Vrban. præd. c. 59. in fine.* Ratio fit fauor paupertatis, cui accedat, quod tunc maxime cum Dominus Domus est pauper, illa in necessarij Alimenti locum succedit, necessaria enim habitatio continetur Appellatione. Alimentorũ *l. legatis 6. ff de Alim. & cib. leg. l. verbo victus 43. ff. de verb. signif. ibi,* quæ ad viuendum homini necessaria sunt *Surd. de Alim. tit. 2. q. 3. n. 5. & tit. 4. q. 4. n. p.*
5 Immo dictum Cæpollæ, adhuc forte restringi potest, vt ad effectum prædictum requiratur non solum, vt Dominus Domus sit pauper, vt ipse dixit, sed etiam, vt Domus ipsa sit pauper, hoc est parua, & non magna, *iuxta illud Hieron. mi ad Nepotianum in can. Gloria 12. q. 2.* natus in paupere tecto &c. magna enim regulariter necessaria dici non potest præsertim pauperi, Ad quod confert *Sen. Ep. 87. ibi,* non video quid sit aliud paupertas, quam parui possessio. *& Horat. ad Mecenatem Ep. 7.* paruum parua decent. *& Tib. eleg. p.* parua
6 Domus satis est, satis est requiescere lecto, *& Sen. Ep. 89* Ad quid prosunt multa cubicula, in vno iacetis, *et apud Plut de* exilio Phylippus cũ in Palestra lapsus surrexisset, Hercules (inquit) vt partis minimæ Telluris natura participes, orbem appetimus vniuersum, Vnde & sapiens admirabundus dixit *Eccles. 4.* reperi aliam vanitatem sub sole, vnus est, & secundum non habet, non filium, non Fratrem, & laborare non cessat, sed nemo vnum esse se cogitat *inquit Sen. Ep. 114.* licet forte quilibet vnicum esse se putet, non tam quantitatiue, quam qualitatiue.
7 Et quemadmodum inquit *idem Sen. Ep. 8.* ad eumdem Lucillum, Cibus adhibendus est, vt famē sedet, potio vt sitim exinguat, vestis, vt frigus arceat, Ita & addo ego, & Domus, vt tegat, & probatur *Eccli. 29.* Initium vitę hominis Aqua, & panis, & vestimentum, & Domus protegens turpitudinē, vnde & primę Domus tuguria dicebantur, & nunc pauperes Domus, tuguria, dicuntur à tegendo *ad tex. in l. Tugurij 189. §. Offilius ff. de verb. sig. & in d. can. Gloria 12. q. 2. ibi,* natus in paupere tecto, & in tugurio Rustico, qui vix milio rugientem ventrem saturare poteram, nunc nulla fastidio.
8 Sed iam non ædificamus, vt nos ipsos tegamus, & parietes nobis circumdatos iudicamus, non vt tutius viuamus, sed vt peccemus occultius *vt inquit Sen. Ep 43.* vnde vt ibid. subdit raros inuenies, qui possint aperto hostio viuere non sic ille *apud Plut. in lib politic. ibi,* Cum Faber Iul. Drusi Domũ vicinis conspicuam quinq; talentis directurum offerret, Decem inquit dabo si totam vniuersis Ciuibus conspicuam feceris.
9 Et forsan etiam Agrigentinos imitamur, de quibus dictum est *ab Arist. vt in eius vita narratur* prodigunt, seu voluptatibus indulgent, vt mox morituri, ædificant, vt semper victuri.

10 Et tamen, qui altam facit Domum, suam quærit Ruinam *pro. 14.* consideremus quæso, quam parua in Domo habitet, Anima nostra tam grandis, *licet Sen. dixerit Ep. 120.* quod non Domus est hoc corpus, sed hospitium, & breue, quod si etiam Giganteum, & Colosseum foret Corpus, ad huc canere possemus argutum illud *Martialis lib.*
11 *8. Ep. 36.* par Domus est Cœlo, sed minor est Domino, Ergo habitatorem, potius quam habitationem Ditemus, & exornemus, vt qui Domum nostram ingreditur nos potius, quam Domum, vel supellectilem admiretur *vt inquit Sen. Ep. 5.* nec enim quam late, sed quam læte habites requiritur ad Beatam vitam, *vt inquit p. de Rem. D. 34. Petrarcha* mihi quidem Seneca secundus.
12 Vltimo, vt respondeant vltima primis, ad materiam adde hic quod necessitas reparandi Domum Ruinosam, dicitur necessitas naturalis, quæ præstat istam Causam Alienandi *Soc. in l. Marcellus §. Ref. qua ff. ad Treb. Crauett. in respons. pro Genero n. 94. confert tex. in l. non solum 5. §. p. ff. de Alien. Iud. Mat. caus. Fac. tradit Magon. Decis. Lucens. 33. n. 11.* quod etiam fortasse iuxta prædicta intelligendum erit quando Dominus Domus est pauper, & non habet vnde illam reficiat.

PRIVIL. LXXXVIII.

Donatio I.

SVMMARIVM.

1 Donatio in dubio non præsumitur, quando potest alius titulus præsumi, & sumitur potius quelibet alia præsumptio, idque magis procedit in paupere, & Rustico etiam respectu Vxoris n. 2. & maxime in Mulieribus n. 3. & potius error, & stultitia præsumitur, quam Donatio n. 4. nec præsumitur, Donatio etiam inter Patrem, & Filium n. 5.
6 Pecunia data nullo titulo expresso, censetur data ex causa mutui.
7 Quando non potest sumi alius titulus, quam Donationis, præsumitur Donatio minor. & præsumitur potius Remuneratoria, quam gratuita n. 8.
9 Donatio præsumitur fauore paupertatis, saltem quãdo Donans est Diues, Donatarius pauper, & res modica, & præsertim quãdo Dines est etiã nobilis n. 10.

Alimen-

11 *Alimenta pauperi præstita censentur animo donandi, non repetendi.*

12 *Propria Donatio est, quæ fit ex sola liberalitate, & quando quis dat, vt det. Deus miseretur, quia misericors est, qui dat, vt accipiat non est liberalis, nec Beneficus, vide versus.*

13 *Diues debet pauperi libenter, & gratis dare.*

14 *Habenti dare est perdere, Benefacta male locata, malefacta dicuntur.*

15 *Diuitibus magis quam pauperibus Donatur, & habenti datur, nec pauper scribitur heres, pauper difficile fit Diues, Diues autem fit facile Ditior, vide versus.*

16 *Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti, munera mittuntur in hamo, & sæpe Donator est Piscator.*

17 *Donationis titulus fere in desuetudinem abijt Grammatici declinando amisere Datiuum, vel is certe in vltimum casum conuersus est, & quare, vide ibi vna cum versibus Authoris.*

1 DOnatio in dubio non præsumitur quoties potest alius titulus præsumi *l. cum de indebito 25. ff. de prob. l. Campanus 47. ff. de oper. libert. l. si cum aurum 50. l. Dispensatorem 62. & vtrobiq; Bart. ff. de solut. Tiraq. in l. si vnquam C. de Reu. Don. in V. Donatio n. 169. Benincas. de paupert. q. 8. spec. p. in cōtr. n. p. & 2. vbi post Bal. Dec. & Marsi. sing. 57* ampliat etiã quo ad filium *Surd. de Alim. tit. 6. q. p. n. 6. & 7. & 12.* vbi quod sumitur potius quælibet alia præsumptio *Menoch. de præs.*
2 *lib. 3. præs. 24. n. p. & nu. 2.* vbi quod id magis
procedit in paupere, vel Rustico, etiam Marito,
Respectu Vxoris *Mascard. de prob. Conclus. 555.*
nu. p. & seq. lib. p. vbi rationes adducit, *& nu 4.*
3 vbi quod maxime procedit in Mulieribus, *& n. 5.*
4 *& seq* vbi quod error, potius præsumitur etiam
in facto proprio, ac etiam stultitia, & sequitur
5 *Surd. de Alim. tit. 6. q. p. n. 8. & 9.* & locum habet Conclusio prædicta, etiam inter Patrem, & Filium *Salicet in l. Alimenta C. de neg gest. Bolognin. cons 27. n. 16. Surd de Alim. tit. 6. qu. 17.*
6 *n. p.* & pecunia data nullo titulo expresso, censetur data ex causa mutui. *Ita post Bart. & alios docet Curt. Iun. in l. cum quid ff. si cert. pet. n. 16. vbi de magis com. testatur Rom. cons. 238. Rip. in l. si ventri n. 2. ff. de priu. credit Cephal. cons. 138. n. 15.*
7 *lib. 2.* & quando non potest alius sensus sumi, quã Donationis, præsumitur Donatio minor, & per quam inducatur, minor iactatio *Butr. cons. 65. Cranett. cons. 106. n. 11. Surd. de Alim. tit. 6 q p.*
8 *n. 10.* & potius præsumitur Remuneratoria Donatio, quam gratuita *Nouar. in praxi priu. miserab pers. priu. 30. n. 3.*
9 Fauore tamen paupertatis, Donatio, præsumitur saltem quando Donans est Diues, & Donatarius pauper, & Res modica, vt in casu, quo Diues dicat pauperi Accipe hanc pecuniam, *Bart. in l. cum quid n. 11. ff. si cert. Pet. Abb. in c. si quæstiones per illum tex. n. 3. de Simon. Rip in l. 2. n 24. ff. si cert. Pet. Benincas. de paupert. q. 8. spec. p. in contr. n. 26. quem sequitur Bursatt. cons. 420. n. 33. lib. 4. & prius Castrens. in l. si fundum per fideicommissum n. 3. ff. de leg. p. post Bart. ibi Conferunt notata in d. l. cum quid in fine magna gl ff. si cert. pet. & in l. si filij tui in gl. p. in fin. ff. de donat. int. vir. & vxor. & per Menoch. de præs. lib. 3. præs. 24. n. 4. Adde post Bald. Felin. Socin. Rom. Ias Corn. Barbat. Tiraq. & alios Mascard de prob. Conclus. 555. n. 58. & seq. lib. p.* vbi quod id maxime procedit, quan-
10 do Donans est Diues simul, & nobilis *Surd. de Alim. tit. 6. q. p. n. 18. Medices de Casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 16. Nouar. in praxi priu. miserab. pers. priu. 30. n. 5.*

11 Infertur, quod Alimenta pauperi præstita non censentur præstita animo repetendi, sed Donandi *l. nesennius 35. ff. de neg. gest. l. Alimenta 11. C. eod. tit. Bald. Nouell. in l. p. n. 46. ff. sol. Matrim. Surd. de Alim. tit. 6. q. p. n. 17.*

12 Amplia vt nulla sit non solum magis meritoria, vt diximus alibi, sed etiam nulla magis vera, ac propria Donatio, quam quæ fit pauperi, nam quæ fit ex causa Remunerationis, vel retributionis, dicitur Donatio ob causam *l. p. ff. de Donat. ibi;* si quis ob nullam aliam causam facit, quam ob liberalitatem, ac munificentiam exercendam, hæc proprie Donatio est, *& confert tex. Lucæ 13.* cum facis Conuiuium, voca pauperes, Debiles, Claudos, Cæcos, & Beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur tibi in Resurrectione Iustorum, *vnde D. Ambros. lib 7. in Luc. ca. 14.* Humanitas inquit vera est, quæ in pauperes, ac Debiles confertur, nam Hospitalem esse remuneraturis, affectus, seu effectus Auaritiæ est, Confert, & quod legitur *lib. 4. esdr. c. 2.* misericordiam cum ipsis faciam, quoniam misericors sum, & suo more moraliter, & argute *Seneca lib. p. de Beneficijs,* Dedi, vt Darem, nemo Beneficia in Calendario scribit, *& lib. 2.* si qui Beneficium dat, sibi aliud reddi voluit, non fuit Beneficium, sed negociatio *& lib. 3.* si ad Iudicem voco, si appello, incipit non Beneficium esse, sed Creditum, eleganter etiã & acutissime ad hoc *Martialis lib. 4. Ep. 56.* sic cecinit.

Munera quod senibus viduisq; ingentia mittis.
Vis te munificum Gargilian e vocem.
Quid sit largiri, quid sit Donare, docebo
Si nescis, Dona Gargiliane mihi.
& lib. 8. Ep. 27.
Munera, qui tibi dat loqupleti Gaure senique,
Si sapis, & sentis hic tibi ait morere.
& lib. 5. Ep. 18.
Imitantur hamos Dona.
Quoties Amico Diuiti, nihil donat.
Quintiane liberalis est pauper.

Confert ad idem *Plut. in opusc. cui tit. est de Ei inscripto foribus Templi Delphici ibi,* Incidi nuper in versiculos, non inelegantes miserapio.

Nolo

Nolo tibi Dona dare pauper Diuiti.
Desipere ne putes me, vel dando petere.

13 Ad idem Confert, quod sicut pauper debet à Diuite libenter accipere *c. reuertimini 16. qu. p.* Ita Diues debet pauperi libenter dare *§. sinimus Auth. de non Alienan. gl. in l. sed. si ego in V. Donat. in fin. ff. ad Velleian. & in c. omnes 7. q. p. Corn. cons. 72. col. p. lib. p. dixi latius in V. elemosina*, & sicut Diues debet gratisdare, ita & pauper gratis accipere *c. gratia 15. q. p. gl. in extrau. vnic. Io. 22.*

14 *in V. Liberaliter de sent. excom.* & nihil est aliud habenti dare, quam perdere *can. Pastor p. q. 2.* & de eo, qui Diuiti dat, dici potest, *illud ennij apud Tullium de officijs* Benefacta male locata, malefacta arbitror.

15 Sed tamen contrarium in facto sæpe contingit, quoniam Diuites, Diuitibus potius quam pauperibus donant, & sæpe practicatur *tex. Matt. 19.* omni habenti dabitur, & non habenti auferetur, quod videtur habere, *& Ps. 72.* ecce ipsi peccatores, & Abundantes in Sęculo obtinuerunt Diuitias; *vnde Iuuen. sat. 3.* quis pauper scribitur hæres? *& Mart. lib. 5. Epig. 82.*

Semper eris pauper, si pauper es Emiliane
Dantur opes nulli nunc, nisi Diuitibus.

Et Cæsar Vrsinus in suis Capricijs Maccharonicis cecinit.

Paupertatis onus spero deponere nunquam.

& Io. Ouen. lib. 3. Ep. 58.

Pauper es, haud facile est fieri tibi pontice Ditē
Diues es, ex facili Ditior esse potes.

Et sæpe huius rei Ratio est quam indicat martialis *lib. 5. Ep. 84.*

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna re-
16 mitti.

& lib. 6. Ep. 63.

Munera magna quidem misit, sed misit in hamo
Et Piscatorem Piscis amare potest?

Immo generaliter dici potest Donationis titu-
17 lum fere iam in Desuetudinem abijsse, vt non tam Poetice cecinerit, quam Phylosophice pronunciauerit ingenuus, ac ingeniosus ille Perusinus in Libro, (quem alij fortasse libellum, quasi famosum dicent aduersus Aulam) Recensiores Grammaticos declinando perdidisse Datiuum, Tu autem addes, amissum non fuisse Datiuum, sed culpa, vel casu, in vltimum fortasse casum esse conuersum, vel quia donare cōsueuit esse vltimus viuentium, seu primus morientium actus, & in vltimis voluntatibus exerceri, vbi non tam donatur proprium, quam relinquitur alienum, vel quia casus Datiuus peruersa quadam Metamorphosi cōuersus est in Ablatiuum, nimis enim corrupte in secunda parte practicatur à multis *illud Iob. p.* Dominus dedit, Dominus abstulit, *& illud Horat. Ep. 18.* sed satis est orare Iouem, qui donat, & aufert. Idque practicauit Nero de quo *tacitus lib. p. hist. c. 6. art.* Tam pauperes, quibus donauit Nero, quam quibus abstulit, *& ante eum Vespesianus ex manut.* qui dictus est officiarios habere pro spongijs, quod siccos madefaceret, & humentes exprimeret, & ante hos etiam Dionisius a Diogene dictus est amicos habere pro vtribus, nam inanes abiciebat, plenos suspendebat, pauperes negligebat, Diuites occidebat.

Accedat iustissima quærella *Ioan. Eudomen. lib. 3. Ep. 59.* qui post hæc scripta ad meas manus peruenit.

Heu nimium Crebro nunc Ablatiuus in vsu est,
In pretio rursum quando Datiuus erit?

Ego autem sic aliquando canebam

Grammaticos nostros forte amisisse Datiuum
Casum, non casus posthume culpa fuit.
Ast ego crediderim amissum non esse Datiuum.
Postremum in casum transijt ille magis.
Vel quia Donare est nunc vltima linea rerum
Atque voluntas est vltima, nostra dara.
Vel quia qui quondam nobis affere solebant
Nunc auferre magis posthume nostra, solent.

PRIVIL. LXXXIX.

Donatio II.

SVMMARIVM.

1 **D**onatio est stricti Iuris, sed fauore piȩ causȩ latissime interpretatur n. 2. & in specie fauore pauperis n. 3.

1 **Q**Vamuis Donatio sit stricti Iuris, *l. quicquid astringenda 99. ff. de verb. oblig. l. cum que 22. ff. de Donat. Bald. cons. 50. lib. 4. post med. incipit in primis videndum*, & præsertim forte temporibus hisce nostris, quibus omnia fere præter conscientiam restringuntur, ad quod vide, quæ dixi sup. proxime.

2 Attamen fauore piæ causæ Donatio latissime interpretatur *ad tex. in l. Locū 20. in princ. ff. de vsufruct. & in §. illud Auth. constitutio, quæ de dignitatibus Bald. cons. 107. sub fin. lib. 2. incipit quod ista Donatio Tiraq. de pia caus. pr. 101.*

3 Idem ergo erit fauore pauperis, qui gaudet abundanter, ac eminenter priuilegijs piæ Causæ, *vt dixi in V. pia caus.* & in hac specie firmat *Nouarius in praxi priuil. miserab. priu. 23. nu. 3.* & a maiori probant hoc ipsum, quæ firmata sunt in antecedenti priuilegio, nam si fauore pauperis in dubio præsumitur Donatio, quę alias non esset, multo facilius, quando Donatio est Clara, præsumetur ad fauorem pauperis maior Donatio, nam si fauore pauperis Donatio inducitur, facilius extenditur, & si fauor pauperis facit de non Donatione Donationem, fortius efficiet de minori Donatione maiorem.

PRIVIL. XC.

Donatio III.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absenti, nemine tunc acceptante non valet. & quid in Donatione ad pias causas n. 2.*

3 *Donatio facta pauperibus, vt ibi etiam absentibus, etiam nemi, ne tunc acceptante valet, & quare.*

4 *Donatio facta Ecclesiæ dicitur facto Deo, sic & Donatio facta pauperi, qui Deum ipsum repræsentat. Vnde ex ingratitudine, non reuocatur.*

5 *Pro Donatione facta pauperibus, Actio competit Ciuitati, vel Episcopo n. 6.*

6 *Episcopus est legitimus administrator relictorum ad pias causas, & est pater pauperum, & pauperes repræsentat.*

1 Qvamuis Donatio facta absenti pro eo nemine in actu Donationis acceptante, non valeat *l. Absenti 10. ff. de Donat. L. qui absenti 38.*
2 *ff. de acq. poss. Cap. tcloss. q. seu D. 383.* quod ampliari videtur etiam si Donatio facta sit ad piam causam *gl. in l. illud 16. §. alia causa C. de Sac. Eccles.* quam communiter approbari dixit *Ruin. cons. 13. n. 10. lib. 4. & cons. 37. n. 14. eod. lib. 4. Clar. in §. Donatio q. 12. vers. item quæro,* vbi loquitur indistincte de Donatione facta Ecclesiæ piæ causæ, vel etiam pauperibus, & dicit in fine notandum, quia de facili quis responderet Contrarium, De hac tamen ampliatione, An scilicet Donatio absenti piæ causæ facta nemine in actu Donationis acceptante valeat *vide Tiraq. de pia caus. priu. 115.*
3 Regula certe fallit fauore paupertatis, quando saltem quis donauit, pauperibus propter vrgentem victualium Inopiam, tunc enim licet nemo pro pauperibus præsens fuerit, vel accaptauerit, adhuc Donatio valet *Io. Andr. ad spec. tit. de Instrum. edit. §. nunc vero aliqua vers. sed an pauper Barbat. ad Bal. in l. illud in V. certum C. de Sac. Eccles. Socin. Reg. 107. V. Donatio Falleut. 2. Benincas. de paupert. q. 8. spec. p. in contrac. nu. 32.* vbi rationem addit *ex portio in §. incertis inst. tit. de Legat.* quia videtur tunc Donatio facta Deo pro paupere, præsenti acceptanti, & recipienti, & ad hanc rationem conferunt dicta supra *in V. Deus*
4 *2. pr. 81.* quibus adde quod Donatio facta Ecclesiæ dicitur facta Deo *c. verum 4. de condit. apposit. Clar. in §. Donatio q. 21. vers. item quæro,* vbi quod propterea non reuocatur ex ingratitudine, etiam Prælati simul, & Capituli, quoniam Deus non potest esse ingratus, Vnde idem dicendum in Donatione facta pauperi, non solum ex generali ratione, quia pauper gaudet priuilegijs Ecclesiæ, *vt dixi in V. Ecclesia,* sed ex speciali quadam repræsentatione, quoniam Deus ipse, pauperis personam assumit, vt supra comprobauimus, *in V. Deus p. & 2. pr. 80. & 81.*
5 Actio autem pro Donatione facta pauperibus, vel competit Ciuitati, cuius honorem respicere dicitur d. Donatio *ad tex. in l. Ciuitatibus 125. ff. de leg. p. Bart. in l. si quis relictum ff. de leg. p. & in tract. Alimentorum col fin. vers. quæro relictum est aliquid Ab. cons. 32. col. p. lib. p. & dixi in V. Ci-*
6 *uitas* vel competit actio Episcopo, qui Donationum ad pias causas factarum dicitur exequutor *l. si quis argentum 25. §. fin. C. de Donat. tradit Ab. in c. si heredes col. 2. de testam. Cap. tol. q. seu D. 89.* & nisi specialiter dictum sit à Donatore, per quos fieri debeat Distributio, erit ab Episcopo facienda *l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. §. sin autem Auth. de Eccles. tit. Bart. in l. vnum §. rogo ff. de leg. 2. et*
7 generaliter Episcopus dicitur Legitimus Administrator relictorum ad pias causas, & pater pauperum *c. tua nobis 17. c. Ioannes pen. de testam. d. l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. c. Clericum 43. §. ex his omnibus vers. illud 11. q. p. ibi,* Distributor spiritualium, & Episcopus repræsentat pauperum personas *Clem. quia contingit de Relig. Domib. Boer. q. seu. D. 39. Benincas. de paupert. qu. 8. spec. p. in contr. n. 34. & q. 9 spec. 9. in vltim. vol. n. 10.*

PRIVIL. XCI.

Donatio IV.

SVMMARIVM.

1 *Olim Donatio sine Insinuatione vltra ducentos, & postea vltra trecentos aureos non valebat, pia tamen valebat vsque ad quingentos. n. 2. sed nouo Iure Donationes, etiam non insinuatæ, vsque ad quingentos aureos valent. n. 3.*

4 *Donatio facta pauperi, vel alteri piæ causæ, vltra quingentos aureos, an requirat Insinuationem, & n. 10.*

5 *Solemnitates Ciuiles in pijs Dispositionibus, non requiruntur.*

6 *Leges Ciuiles nō ligant Ecclesias, & alias pias causas.*

7 *Donatio Imperialis non requirit Insinuationem.*

8 *Insinuatio inducta est ad obuiandum fraudibus.*

9 *Ecclesia est cultrix Iustitiæ.*

11 *Donatio facta pro Redemptione Captiuorum, vel pauperum Alimentis, non requirit Insinuationem.*

12 *Donatio bonorum præsentium, & futurorum facta piæ causæ, an valeat.*

1 Qvamuis olim Donatio vltra ducentos aureos, sine Insinuatione non valeret *l. illud 16. C. de Sac. Eccles. vbi gl. in V. intacta l. Sancimus 34. in princ. C. de Donat.* vbi tamen de nouo disponi-
2 tur, vt valeat vsque ad trecentos aureos, Donatio tamen facta piæ causæ, & in specie pauperibus, absque Insinuatione valebat, vsq; ad quingentos aureos

aureos *tex. est in d. l. illud 16. C. de Sac. Eccles.* ibi vel in ipsos pauperes, *& in d. l. Sancimus 34. §. alias C. de Donat.*

3 Post hęc autem Dispositum est, Donationes indistincte valere sine Insinuatione, vsque ad summam quingentorum aureorum *l. pen. in fin. C. de Donat. §. alia inst. tit. de Donat. Clar. in §. Donatio q. 15. in princ.* vbi quod quingenti solidi, de quibus in tex. hodie constituunt summam scutorum septingentorum.

4 Quibus stantibus dubitatur, an etiam Donatio ad pias causas, pari passu cum alijs Donationibus ambulet, vt requirat Insinuationem vltra quingentos aureos, vel ne, & Affirmatiuam probare videtur *tex. in d. l. Sancimus 34. §. alias C. de Donat. & tex. in d. l. illud 16. C. de Sac. Eccles. idque sensit Salicet in ead. l. illud Oinot. Inst. tit. de Donat. n. 21. Jas. cons. 169. Rip. Resp. 11. Rebuff ff. de priu. Scol. priu. 64.* Communior tamen, & verior videtur negatiua sententia, quod videlicet non requiratur Insinuatio in Donatione facta piæ cau-

5 sæ, & præsertim pauperi, primo, quia Insinuatio est solemnitas Ciuilis, ergo non est attendenda in Dispositionibus pijs sicut dicimus in testamentis factis ad pias causas, non requiri solemnitates Ciuiles *c. cum esses 10. c. Relatum 11. de testam.* & in specie de testamento facto ad fauorem pau-

6 perum *dixi in V. Testamentum*, neque obstant leges in oppositum allegatæ, quoniam ex defectu potestatis non ligant Ecclesiam, & alias pias causas *ad tex. cum ibi not. in c. Ecclesia S. Mariæ 10.*

7 *de Constit.* secundo quod in Donatione pauperi, vel alteri pię causæ facta non requiratur insinuatio probatur ex eo, quia si Donationes Imperiales valent vsque ad quamquną summam sine insinuatione *l. Sancimus 16. in fin. C. de Donat.* non debent Donationes piæ esse Deterioris conditionis,

8 Non obstat Ratio adducta *ab Oinot. inst. tit. de Donat. n. 21.* videlicet quod Insinuatio sit inducta, ne quis decipiatur, & ne fraudes commi-

9 tantur *l. Lata 27. C. de Donat.* & quod Ecclesia est Cultrix Iustitiæ, & non patitur aliquid in se fieri, vel in alterum contra Iustitiam *c. p. vers. & Sicilientulus in Vsib. feud.* responderi enim potest, quod hæc Ratio retorquetur, nam cum in Ecclesia cesset omnis præsumptio Deceptionis, & fraudis, sequitur cessare etiam necessitatem Insinuationis.

10 Et quod Donatio facta piæ causæ, etiam vltra quingentos aureos non requirat Insinuationem probare videtur *tex. in l. pen. in princ. C. de Donat. & comprobat post. alios Tiraq. de pia caus. pr. 124.* licet referat aliquos contradicentes, *Clar. in §. Donatio q. 17. in princ. Viuius,* qui de magis cōmuni testatur *lib. p. opin. 78. limita p. Gabr. concl. p. de Donat. n. 28. Surd. de Alim. tit. 8. pr. 72. n. 8.*

11 Et sicut Donatio facta pro redemptione captiuorum non requirit Insinuationem, ita nec Donatio pro Alimentis pauperum, *vt probat Euerard. in loco a pari vers. hinc etiam est, quod dispósita à Iure, & vers. item ex isto sequitur secundo*

12 An autem Donatio omnium bonorum, præsertim, & futurorum piæ causæ facta valeat vide late per *Tiraq. de pia caus. priu. centesimo.*

PRIVIL. XCII.

Donatarius.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius tenetur alere pauperum Donatorem, & libertus pauperem Patronum.*

2 *Si Donatarius non alat pauperem Donatorem, Donatio renocatur, & non admittitur moræ purgatio, saltem quando Alimenta fuerant promissa n. 3.*

4 *Donatarius tenetur alere filios pauperes Donatoris, etiam natos post Donationem.*

5 *Donatarius ob causam, non tenetur alere Donatorem.*

6 *Donatio ob causam, ex ingratitudine non reuocatur.*

7 *Donatarius pupillus, si non alat Donatorem, excusatur à pœna reuocationis Donationis.*

8 *Pupillus non dicitur moram commitere, non tamen eximitur à regula naturali.*

9 *Donatarius pauper excusatur si donatorem non aluit licet alimenta essent expresse promissa, sed an teneatur magis sibi quam Donatori subuenire ex rebus donatis n. 10.*

11 *Alimenta pauperi Donatori non debentur Iure actionis, sed ex Iudicis officio; Quod debetur Iudicis officio dicitur quasi debitum.*

1 Donatarius tenetur alere pauperum Donatorem *gl. in l. fin. C. de Renoc. don. in V. voluerit, & ibid. Cyn. Bart. post. gl. inst. tit. de oblig. n. 13.* vbi plus dicit, quod Diues, qui donauit alicui multa, effectus pauper potest agere, vt sibi reddantur, quæ dedit, *Bald. & Salicet. in d l. fin. C. de Renoc. don. & Rip. ibid. n. 163. Crot. cons. 76. n. 21. & post Abbat. Lup. Io. de Plat. Cagnol. Rolan. Cordub. Clar. Lancellott. Alex. Gomez. Ruinū Surd. de Alim. tit. p. q. 48. n. 2. & seq licet. nu. p. referat aliam gl. Angel. & Corneum sensisse contrarium in puncto iuris,* pro communi tamen Confert *tex. in l. Diuus 5. ff. de iure patron. & in l. si patronus 33. ff. de Bon. libert.* vbi libertus tenetur alere pauperem Patronum.

2 Ampliatur pr. vt si Donatarius recuset Alimēta præstare pauperi Donatori, priuetur rebus Donatis, & Donatio ob Ingratitudinem reuocetur, *vt post Salicet, & Rip. tradit Clarus in §. donatio q. 21. vers. quid ergo si donatarius, & post alios plures probat Surd. de Alim. tit. p. q. 48. nu. 6. & tit. 8. pr. 61. n. 4.*

3 Ampliatur 2. vt si Donatarius non præstiterit Alimenta pauperi Donatori, reuocetur Donatio, & non admittatur moræ purgatio *Bald. cons.*

250. *vol. 3. Corn. conf.* 101. *col. fin. Surd. de alim. tit. p. q.* 48. *n.* 65. vbi licet loqui videatur quando Alimenta fuerunt in Donatione promissa, Ratio tamen, ibi adducta, quod Alimenta præterita cōpensationem non recipiant, qu'a potuit Alimentandus fame perire, generalis est, etiam ad casum, quo Alimenta sint debita, licet non promissa, nec videtur quod in hoc plus debeat operari, obligatio Conventionalis, quam legalis.

4 Ampliatur 3. vt Donatarius teneatur alere, etiā filios pauperes Donatoris *ad tex. in l. si quis à liberis* 5. *§. fin. ff. de lib. Agnosc. tradit post alios Tiraq. in l. si vnquā C. de Reuoc. Don. in verf. eiusdem Donatoris arbitrio n.* 4. *Surd. de Alim. tit. p. q.* 49. *n.* 2 vbi ampliat etiam ad filios natos post Donationē.

5 Limitatur p. vt Conclusio non procedat, quando Donatio non fuit simplex, sed ob causam, vt si fuit reciproca, vel ob benemerita, nam huiusmodi Donatarius non tenetur alere Donatorem, *Alex. ad Bart. in l. in condemnatione ff. de Reg. Iur. Cagnol. ibid. sub fin. Surd. de Alim. tit. p. q.* 48. *n.* 21. vbi rationem adducit, quoniam in Donatio-

6 ne ob causam cessat Ratio antidoralis obligationis, quę militat in sola simplici Donatione gratuita, quæ est propria Donatio, *iux. tex. in l. p. ff. de donat.* Ad idem confert, quod Donatio ob causam non reuocatur ingratitudine Donatarij *gl. in l. fin. C. de Reu. donat. in V. inuentatur, et ibid. Rip. n.* 148. *gl. in c. fin. de donat. & post. Fabr. Alex. Aretin. tradit Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Don. in V. Donatione largitus n.* 142. *Surd. de Alim. tit p. q.* 48. *n.* 23.

7 Limitatur 2. seu Declaratur, vt quando Donatarius est pupillus, licet teneatur alere Donatorem, attamen si id non fecerit, non ideo reuocetur Donatio *Corn. conf.* 252. *col* 4. *verf. non militat etiam Responsio vol.* 3. *Rip. in l. fin. C. de Reu-*

8 *don. n.* 108. *Surd. de Alim. tit. p. q* 48. *n.* 31. vbi rationem adducit, quoniam pup illus non dicitur moram committere, & cum nōn sit in culpa, excusatur à pœna, vnde intellige, quod non ideo excusatur ab Alimentis præstandis, cum hæc non sit pœna, sed obligatio antidoralis, à qua nec pupillus eximitur, qui nec eximitur à naturali Regula, *legis nam hoc natura* 14. *ff. de condic. indeb. vt dixi Dec.* 69. *n* 13.

9 Limitatur 3. quando Donatarius ob paupertatem, alimenta non præstitit Donatori, excusatur enim, & Donatio non reuocatur *Corn. d. conf.* 252 *col.* 4. *verf. circa secundum vol.* 3. *Surd. de Alim. tit. p. q* 48. *n* 34. vbi ampliat licet essent Alimenta expresse promissa, & subdit rationem ex Corneo, quia Donatio reuocatur, quando Donatarius nō vult seruare Legem Donationis *l. p. C. de donat. quæ sub. mod.* sed non dicitur non velle, qui non potest.

10 Nota tamen, quod licet pauper Donatarius excusetur a pœna reuocationis Donationis ob Alimenta non præstita pauperi Donatori, dubitari tamen potest an excusetur à præstandis Alimentis prædictis, quod est quærere, an ex rebus Donatis pauper Donatarius teneatur magis, sibi an pauperi Donatori subuenire, ad quod vide *quæ dixi in V. Debitor.*

11 Declaratur Conclusio, vt Donator nullam habeat actionem ad consequenda Alimenta à Donatario, sed solum Iudicis officium *gl. in l. in condemnatione ff de Reg. Iur. Corn. conf.* 120. *col. fin. Surd. de Alim. tit.* 3. *q.* 3. *n.* 16. & nota hic, quod illud quod officio Iudicis peti, potest, dicitur quasi debitum *Iaf. in §. superest. n.* 62. *inst. tit. de Actio. & post Dec. Rub. & Menoch. tradit Surd. de Alim. tit.* 3. *q. p. n.* 19.

PRIVIL. XCIII.

Donator.

SVMMARIVM.

1 *Pauper Donator ex Donatione non conuenitur, nisi in quantum potest deducto ne egeat, & deducto etiam ære alieno n.* 3. *licet in alijs sola alimenta deducantur n.* 2.

4 *Priuilegium hoc, quod donatori competit tanquā personale non prodest hæredi, neque fideiussori.*

1 Pauper Donator ex Donatione non conuenitur, nisi in quantum facere potest deducto ne egeat *l. Diuus* 29. *ff. de Reg. Iur. §. sunt præterea §. sed & si quis inst. tit. de action. l. inter eos* 19. *ff. de Re iud. l. & exheredatum* 49. *& l. ne liberalitate* 50. *ff. eod.* vbi redditur Ratio ibi, ne liberalitate sua Inops fieri periclitetur, & tradit *Surd. de Alim. tit. p. q.* 78. *n.* 11. *Confert similis tex. in l.* 2. *&* 3. *ff. de donat. inter vir, & vxor ibi*, ne melior in paupertatem incideret, deterior vero Ditior fieret.

2 Ampliatur, vt licet in alijs, qui gaudent hoc priuilegio, ne conueniantur vltra, quam possunt solum deducantur Alimenta, ita vt non egeant, *l. in condemnatione* 134. *ff. de Reg. iur. l. inter eos* 19. *ff. de Re iud. Surd. de Alim. tit. p. q.* 78. *n. p.*

3 Attamen in Donatore, qui ex Donatione conuenitur, deducuntur, non solum Alimenta, sed etiam Debita, & sic æs Alienum. Ita probat *tex. in d. l. inter eos* 19. *ff. de Re Iud. ibi*, & quidem is solus deducto ære alieno, *& tex. in l. & exæredatum* 49. *ff. eod. tit. de re iud. ibi*, sed vtrum deducto omni ære alieno, vt is qui ex Donatione conuenitur, *& ibi in fine*, pinguius enim Donatori succurrere debemus, *& tex. melior in l. Maritus* 55. *ff. sol. matrim. ibi*, At is, qui ex Donatione conuenitur, omni ęre alieno deducto facere posse intelligitur.

4 Limitatur, vt hoc priuilegium, quod Donatori competit non competat eius hæredi, neque fideiussori, hi enim ex integro tenentur, cum simus in-

T Bene-

Beneficio personali, *l. et si fideiussor 24. l. sciendum 25. ff. de Re Iudic.*

PRIVIL. XCIV.

Dos I.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa dicitur proprie pia, quando pauperi debetur, vt ibi, licet semper sit aliquo modo pia, vt n. 2. & 3.*

4 *Quælibet pia causa, præsertim Pauperis gaudet priuilegijs Dotium, sed non econtra.*

1 DOtis Legatum dicitur propriè pium, solum, quando pauperi est relictum, & Dotis Causa dicitur vere pia, solum, quando pauperi debetur *Alex. in l. si constante in 9. quæst. ff. sol matrim. Rum. in l. p. n. 42. ff. eod. Caualcan. de vsufr. mul. n. 226. fol. 758. & 759. Bald. Nouell. in trac. de Dote par. 9. pr. 7. n. 3.* vbi quod tunc solum non datur Appellatio suspensiua in Causa Dotis, quando debetur pauperi aliunde non habenti *vt post Roman. Alex Bal. Nouell. natta Cons. 410 n. 13.* vbi quod Dos non est Causa pia, nisi quando præstatur pauperi, *Adde post Bal. & alios Tiraq. de pia caus. in præfat. vers. item cum Dos post medium Campeg de Dote p. p. q 91 n. p* vbi post disputationẽ, ita concludit, posset sic dici, aut Dos relinquitur pauperi, & tunc dicatur Causa pia, secus si Diuiti *Gratian. Discept. Forens. lib 4 c. 606 n 5. Amat. Dec. Fer. 24 n. 7.* vbi loquitur in priuilegio, ne mandatum reuocetur morte mandantis, licet subdat non esse sine scrupulo. *Adde Fusar. de subst. q. 345. n. 26. vbi post Corn. Menoch. & Intriglior.* firmat quod quartam, quam rogatus restituere, quod superet, tenetur regulariter reseruare, & potest alienare ex causa Dotis, alienare tamen nõ potest, nisi quando Dos datur pauperi.

2 Sed quod Dotis Causa semper dicatur pia videtur sensisse *Caphalus cons. 701. lib. 5 num. 14* vbi simpliciter asserit Causam Dotis esse piam, *vt in l. cum is 32. §. si Mulier ff. de condict. indeb.* præsertim inquit in muliere, quæ se aliunde dotare non possit.

3 Tu vero distinguendo concilia, *vt per Manticã de Coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n. 22. vers.* quod autem vbi quod ita concordãtur opiniones dicendo videlicet, quod Dos dici semper possit Causa pia *d. l. cum is 32. §. si in ea opinione sit Mulier ff. de Condict. indeb.* ita tamen vt non intelligatur de illa pietate, quæ Spiritu Dei, ducitur, adeo vt non subiaceat legum solemnitati, nisi Dos pauperis, vt ibi per eum.

4 Nota hic, quod licet non quælibet Dos gaudeat priuilegijs piæ causæ, quælibet tamen pia causa, & sic quælibet Causa pauperis gaudet priuilegijs Dotium *c. donare vit. qualiter olim feud. alien. pot. Euerard. in loco a dote ad piam caus. Tiraq. de pia caus pr. 158. vbi refert Baptistam a S. Blasio in tract. de priuilegijs dotium collegisse* trecenta quinquaginta quatuor priuilegia, Alia collegit Bald. Nouellus, Alia Compegius, Concert Ratio quoniam fauorabilior est pia causa quam Dos *Tiraq. de pia caus. pr. 126.* & fauorabilior est aliquando Causa pauperis, quam sint aliæ piæ Causæ, *vt dicam infra in V. pia causa, & alibi.*

PRIVIL. CXV.

Dos II.

SVMMARIVM.

1 *PAter filiam etiam habentem bona materna tenetur, & censetur Dotare de proprio, nisi sit pauper n. 2.*

3 *Mater tenetur Dotare filiam pauperum, quando Pater est pauper.*

1 QVamuis paternum dicatur officium, filiam dotare de proprio, etiam si filia habeat bona materna, & pater dicat se dotare de paternis, & maternis *l. pu. C. de dot. prom. Menoch de præs. lib. 3 præs 11. n 24. Ludouic. decis. Perus 21. n. 28*

2 Attamen id fallit, quando pater est pauper, quoniam tunc de maternis dotare videtur, *d. l. fin. C. de dot. prom. ibi*, nisi laboret inopia, *dixi ego Dec. 93. n. 2. vbi vide si placet.*

3 Immo etiam mater viuens tenetur cum potest dotare filiam pauperem, quando etiam pater est pauper, *ad tex. in l. neque Mater. 14. C. de iur. dot. Bart. in Auth. Res quæ n. 4. C. Com. de leg. Ias. in l. p n. 38. ff. sol matrim. Campeg de dote p. p. q. 22. Boer. q fin D. 129. n 3. Benincas. de paupert. q. 3. spec. 3. in contr. n. 37. & aduersus Angel. & alios paucos sunt plurimi, & communis trad. Surd. de Alim. tit. p. q. 14. n. 13.*

PRIVIL. CXVI.

Dos III.

SVMMARIVM.

1 *PAter tenetur dare filiæ secundo nubenti Dotem, quam primo dederat etiam si lucrata sit ex Donatione propter nuptias.*

2 *Mulier secundo nubens non facta mensione de Dote censetur secundo viro Dotem primi matrimonij constituisse.*

3 *Pater factus pauper, vel passus diminutionem facultatum potest filiæ secundo nubenti dotem minuere.*

Quam-

1 Quamuis Pater teneatur Filiæ secundo nubēti eamdem Dotem, quam primo dederat assignare *Auth. sed quamuis C. de Rei uxor. act. on. §. quia vero Auth. de æqualit. Dot.* vbi ampliatur
2 etiam si filia lucrata sit ex Donatione propter nuptias, sicut & Mulier secundo nubens non facta mentione de Dote, censetur eamdem Dotem secundo viro dedisse, quam primo dederat, *ad tex. in l. Dotem 31. & in l. Diuus 41. ff. de iur. dot. & in l. 2. §. uxor ff. sol. matrim. Ludou. in Taurinen. matrimonij D. 188. n. 2. dixi ego D. 89. n. p.*
3 Attamen quando Pater post primum matrimonium filiæ, effectus est pauper, vel eius facultates defecerunt, seu decreuerunt, tunc non tenetur filiæ eamdem Dotem assignare, sed potest eam minuere iuxta diminutionem patrimonij, *tex. est in Auth. sed quamuis C. de rei uxor action. & in d. §. quia vero Auth. de æqual. Dotis ibi*, nisi probetur fortuita Diminutio paternæ substantiæ.

PRIVIL. XCVII.

Dubium.

SVMMARIVM.

1 *In Dubio Iudicandum est pro paupere nisi cum iactura tertij, vel contra filium.*
2 *In Dubio iudicandum est pro pia Causa, & pro Ecclesia, etiam odia ampliantur.*
3 *Pro pia Causa in dubio indicatur etiam si sit actrix. Fauor causæ piæ prævalet fauori Rei, & Iudicandum est magis pro paupere, & pro Deo, quam pro Reo.*
4 *Inter plures pauperes in dubio iudicandum est pro pauperiore.*
5 *In Dubio Retinēdæ possessionis quis sit manutenendus*
6 *Pauperis in Iudicio quando misereri debeamus, et n. 8*
7 *Pro Viduis non debet misericordia contra iustitiam exerceri.*

1 In Dubio Iudicandum est pro paupere *§. si quis in nomine magni Dei Auth. de Eccles. tit. ibi*, quæ pauperior est *l. quoniam in plerisque quæ est finalis ex Græco C. de Sac. Eccles. ibi*, Cæteris indigentius *gl. in l. non puto 10. ff. de iur. fisci* vbi reddit rationem illius textus, quia fiscus Diues est. *Barbat. cons. 13. n. 23* vbi limitat, nisi fit cum iactura tertij, vel contra filium, cui magis fauetur, quam Ecclesiæ, vel pauperi, *ex Bald. vt ibi, Castrē. in l. qui filium §. Sabinus ff. ad Treb. Benincas. de paupert. q. 4. n. 8. Neurzzan. in Syluanupt. lib. 6. n. 31.* vbi alia quoque reperies *Carauita in Ritu 19 mag. Curiæ Vicariæ n. 18. Marchesan. de cōmiss. p. p. c. 28. n. 48. Nauar. in man. c. 27. n. 287. Nouarius in praxi priuil. miserab. priu. 54. n. 2. & plenius priu. 78. n. p. & 2.* vbi quod respicit pietatem, iudicare pro miserabilibus, præsertim si sint pauperes, & egeni, quibus semper succurrere debemus, præcipue in Iudicialibus, in quibus aliquando cōtra veritatem opprimuntur *Rot. Rom. in Bononien. fideicommissi D. 72. n. 7. p. p. Diuers. dixi ego D. Fer. 17. n. 30.*
2 Confert ad id quod in Dubio generaliter Iudicādū est pro pia Causa *l. sunt personæ 43 ff de Rel. & sum. fun. Tiraq. de pia cauf. pr. 98. & latius pr. 146. & pr. 147. & 148. Nouarius in praxi priuil. miserab. pr. 78. n. 3. & 4.* vbi quod in Dubio pro Ecclesia iudicatur, & fauore Ecclesiæ, etiam odia ampliantur contra *tex. in c. odia 15. de Reg. Iur in sex.*
3 Amplia etiam si pia Causa sustineat in Iudicio partes Actoris, adhuc enim pro illa iudicatur in Dubio *ad tex. in l. leg. Iulia. 24. ff. de manumiss. & in c. fin. de sent. & Re Iud. ibi*, tenet pro Reo, non pro Actore sententia, nisi in Causa fauorabili *& post spec. Barbat. Rom. Bald. & alios tradit Tiraq. de pia cauf. pr. 146.* & ratio est, quoniam fauor Causæ prævalet fauori Rei conuenti, vt in dictis Iuribus. Vnde magis in Causa pauperis pronunciandum, & Iudicandum est, potius pro Deo, quam pro Reo.
4 Declara, vt inter plures pauperes pronunciandum sit in Dubio pro pauperiore *probat tex in d. l. si quis ad declinandam 38. C. de Ep. & Cler. ibi* quis enim pauperior, & ibi, ei Xenoni, qui pauperior esse dignoscitur, *& tex in §. si quis in nomine magni Dei Auth. de Eccles. tit. ibi*, Illi magis Domui, quæ pauperior est, *& tex. in l. quoniam in plerisque quæ est finalis ex Græco C. de Sac. Eccles. ibi*, quod est cæteris Indigentius, & magis Opis, & Elemosinæ egens.
5 Adde tamen hic *Thesaurum D. 205.* vbi in quæstione illa, quidnam agendum sit, quando in remedio Retinendæ vterque, vel neuter probat, vel dubitatur quis melius probet, in qua quatuordecim diuersas refert opiniones *n. 3.* sic ait. Aliqui dicunt Iudicem manutenere debere potentiorem Ita namque fiet vt Debitor acquiescat, & non deueniant ad Arma, Alij dicunt totum contrarium manutenendum Debiliorem eum illi fauendum sit vt faciunt Domini Veneti, conuenit enim Iudici Infirmiores tueri à potentiorum oppressionibus, sed hoc est contra id quod dicitur, pauperis quoq; non misereberis, in Iudicio, neque enim apud Iudices aliqua debet esse acceptio personarum, prout nulla est apud Deum, cuius personam Iudices representant, *Hac ibi Thesaurus.*
6 Ego autem dico, quod nostræ Conclusioni, non obstat *tex. exod. 23. ibi*, pauperis quoque non misereberis in Iudicio, *& Paulo post ibid.* non declinabis in Iudicium pauperis, Respondeo enim id intelligendum esse extra casum Dubium hoc est, quando Iustitia est clara pro Diuite, tunc enim præferenda est Iustitia paupertati quemadmodū in Iudicio, etiam misericordiæ præfertur, *vt dixi D. 17. n. 46. & ita tex. illum exod. 23. intelligit gl. & post eam Euerard. in topica in loco à Libertate ad*

pijam caus. sub finem vers. summe tamen notandū est.

7 Sic in simili de Vidua dicitur *in c. ex tenore 11. de for. comp.* sic sumus Viduis in Iustitia Debitores, vt tamen alijs Iniustitiam facere non debeamus, *& in c. nuper 6. de donat. int. vir, & vx.* Ecclesia tenetur Dotes protegere Viduarum, non tamen eis contra Iustitiam est fauor Ecclesiasticus concedendus, *& ex c. volentes, quod est primum de priu. in sex.* deducitur quod debent priuilegiatorum Iura defendi, sed non aliorum Iura perturbari, *& ex eo tex. tradit Nouarius in praxi priuil. miserab. person. pr. 75. n. 7. & vide alia, quæ ad hoc dixi in V. æqualitas.*

8 Sed quando Causa est Dubia, tunc procedit nostra Conclusio, & priuilegium hoc pauperis, & secundum vnum intellectum potest ad hoc conferre *tex. ipsius exodi eod. c. 23. ibi,* non declinabis in Iudicium pauperis, *& tex. Eccli. 4.* In Iudicio esto pupillis misericors, & pro viro matri illarum, & miserebitur tui Deus, magis quam Mater, *& Ps. 81.* Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem Iustificate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

PRIVIL. XCVIII.

Ecclesia I.

SVMMARIVM.

1 *Causa pauperis, & causa Ecclesiæ æquiparantur & pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarum.*

2 *Bona pauperum æquiparantur bonis Ecclesiarum.*

3 *Ecclesia, & pia causa æquiparantur.*

4 *Ecclesia dicitur Mater pauperum, Bona Ecclesiæ sunt patrimonia pauperum.*

5 *Pro pauperum Alimentis Bona Ecclesiastica, ac etiā Sacra alienantur.*

6 *Pro pauperibus alendis Bona Ecclesijs collata, & reseruata fuerunt.*

7 *Nomine pauperum venit Ecclesia Indigens, & ei restitui possunt incerta sicut pauperibus.*

8 *Relicta pauperibus, an possint conuerti in reparationem Ecclesiæ.*

9 *Non omnes Ecclesiæ gaudent priuilegijs pauperum, sed omnes pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarū.*

10 *Non omnes Carcerati æquiparantur pauperibus, sed è contra sic.*

11 *Mensura dandi Ecclesijs est Immensitas.*

1 Causa pauperis, & Causa Ecclesiæ æquiparā- tur *ad tex. in l. fin. C. de Sac. Eccles. & in reg. omnia priuilegia 33. C. de Ep. & Cler. Bal. in l. pen. §. cum autem C. ad treb. & in l. pen. C. de Sac. Eccles. Ias. in Auth. quas actiones C. de Sac. Eccles. n. p. & in l. traditionibus C. de pac. nu. 17. Rim. sen. cons. 581. n. 5. lib. 5. Rim. Iun. in add. ibid. in lit. E. Couar. in c. quamuis pactum de pact. in sex. p. 2. §. 2. n. 3. sub fin.* vbi quod Relicta pauperibus, & Ecclesiæ similluna sunt parique Iure censentur. *Odd. de Rest. in integr. p. p. q. 11. art. 9. n. 48. vbi allegat etiam ad id tex in c. p. de Rest. in integr. Medices in memorabili tract. vel opusculo cuius tit. est mors omnia soluit p. p. n. 103.* vbi quod pauperes habent priuilegia Ecclesiæ.

2 Et quod pauperum, & Ecclesiæ Bona æquiparentur *probat tex. in l. fin. & in Auth. hoc ius porrectum C. de Sac. Eccles. Crauett. cons. 325. Iodocius Daumaouder in Enchyridio parium, seu similiū in V. Bona pupillorum, & Ecclesia,* vbi infert ad multa, & quod Bona pauperum æquiparentur Bonis Ecclesiarum *docent etiam Abb. in c. nihil n. 11. de præscript. vbi ex d. l. fin. C. de Sac. Eccles.* inquit quod Iura non minus fauent pauperibus, quam Ecclesijs *Felin. post alios in c. de quarta de præscri. n. 10. Tiraq. de pia. caus. in præfat. vers. item relicta pauperibus, Adde quod idem Felin. in d. c. de quarta de præscr. n. p. & seq.* tradit viginti parificationes, inter Ecclesiam, & Hospitale, & tres Declarationes, seu Limitationes.

3 Confert ad Conclusionem, quod Ecclesia, &
pia Causa generaliter æquiparantur, & ijsdem
gaudent priuilegijs, *c. requisisti 11. §. secus autem*
C. de Sac. Eccles. & c. sciant cuncti 12. & c. gene-
rali 13. de elect. in sex. Tiraq. de pia caus. priu. 140.
ergo etiam Causa pauperis, tamquam valde pia
gaudebit Ecclesiæ priuilegijs *ex ijs, quæ diximus*
in V. pia caus. & eo magis quo Ecclesia dicitur Ma-
4 ter pauperum *c. ad Romanam Ecclesiam 2. qu. 6.*
Surd. de Alim. tit. p. q. 54. n. 3. & Bona Ecclesia-
rum dicuntur Bona pauperum *c. 61.* quia iuxta
16. q. p. ibi, Res Ecclesiæ sunt vota fidelium, præ-
tia peccatorum, Patrimonia pauperum *c. quoniā*
quicquid fin. 16 q. p. ibi, quicquid habent Clerici
pauperum est. *Ab. in c. nihil 3. de præscr. n. 11. post*
medium dixi ego in V. Beneficiatus, vbi vide si places.

5 Et propter pauperes alendos iubentur Bona
Ecclesiæ vendi, *vt tradit Ab. in d. c. nihil 3. de*
præscr. n. 11. & tex. Ambr. in c. 68. Aurum. 12 q. 2
ibi, Aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt
eroget, & subueniat in necessitatibus pro Alimo-
nia pauperum & ibi, melius fuerat, vt vasa viuen-
tium seruares, qam metallorum, *dixi ego plenius*
sup. in V. Alienatio 7. priuilegio 19. et ibi dictis, hic
adde, quod pro vestiendis pauperibus debet se Ec-
6 clesia ipsa spoliare, ac nudare. Nam propter pau-
peres alendos fuerunt principaliter Bona Ecclesijs
collata, & reseruata, quæ olim in primitiua Ec-
clesia distrahebantur, *vt dixit idem Ab. in c. nihil*
3. de præscr. adducens tex. in c. videntes 12. q. 2. ibi,
vt nemo in eis egens inueniatur, *& ibi,* nullus sit
in eis Indigens, sed omnia necessaria ab Episcopo
suisq; ministris percipiat *Ad idem confert. tex. in*
can. habebat 12. q. 2. Desumptus ex Aug. c. 15. de
mendatio ibi, Habebat Dominus loculos à fideli-
bus oblata conseruans, & suorum necessitatibus,
& alijs Indigentibus tribuebat.

Adde

7 Adde hic, quod nomine pauperum venit, etiam Ecclesia Indigens luminaribus, ornamentis, ædificijs, & similibus *Io. Andr. in c. p. de testib. in sex. Nauar. in man. c. 17. n. 93.* vbi ideo infert incerta restitui posse sicut pauperibus, sic & Ecclesijs prędictis, & quod nomine pauperum aliquando veniat Ecclesia deduci videtur, *ex tex. in l. omnes 31. §. hoc nihilominus C. de Ep. & Cler. & tradit Ca-*
8 *strens. in l. id, quod pauperibus n. 3. C. eod.* vbi inducit ad questionem, An Relicta pauperibus possint sine authoritate Papæ conuerti in reparationem Ecclesiæ, si ea indigeat, & refert Io. Andreã pro affirmatiua, quod si sub nomine pauperum, tunc non contineretur Ecclesia, non possent sine authoritate Papæ conuerti extra vsum expressum à testatore *contra tex. in Clem. quia contingit 2. de Relig. Domib. sed de hoc vide quæ dixi in V. commutatio.*

9 Interim colligere possumus, quod omnis Ecclesia non dicitur pauper, vnde forte non omnes Ecclesiæ gaudebunt priuilegijs pauperum, sed bene omnes pauperes gaudebunt priuilegijs Ecclesiarũ

10 Simile *dixi in V. Carceratus*, quod licet non omnes Carcerati gaudeant priuilegijs pauperum, fere tamen omnes pauperes gaudent priuilegijs Carcèratorum.

11 Vltimo ad materiam nota tex. elegantem, qui trahi potest etiam ad pauperes *in §. sinimus Auth. de non alien. ibi*, Imperatoris est facile dare maxime Sãctissimis Ecclesijs, in quibus optima mẽsura est Immensitas, & iungi potest, *tex in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi*. Humanitatis nostræ est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint, vide etiam ad materiam *quæ dixi in V. falcidia, & in V. præscriptio.*

ab eo *col. vlt. vers. Tertio quæritur de sepult. in 6. Ias.* dicens communem *in l. qui insulam ff. de verb. oblig. Tiraq. prædictos referens de pia causa priu. 56. vbi in vers. quod si habeat duas Ecclesias*, tangit quando aliquis habet duas Parochiales Ecclesias, & relinquit Ecclesiæ, cui ex illis reliquisse videatur.

2 Alij tamen senserunt Relictum Ecclesiæ deberi principali Ecclesiæ Diœcesis, vel Ciuitatis, *ita Io. Fab. & Ang. Aretin. in §. sed ius quidẽ inst. tit. de iur. nat. gen. & Ciuil. quos refert Tiraq. de pia caus. pr. 56.*

3 Si quis autem reliquerit Ecclesiæ, puta Sancti Antonij, & plures sint in eod. loco Ecclesiæ eiusdem tituli, tunc si in illarum altera Testator magis versabatur, ei censetur potius reliquisse, si vero non apparet, quam magis frequentaret, & cui maiorem haberet affectum, tunc censendum est eum reliquisse Ecclesiæ illius tituli, quæ sit pauperior *tex. est in l. quoniam in plerisque quæ est finalis ex Greco C. de Sac. Eccles. ibi*, quod est Cæteris indigentius, & magis Opis, & Elemosinæ egens, *& tex. in § si quis in nomine magni Dei Auth. de Eccles. tit. ibi illi magis Domui quæ pauperior est, & in l. si quis ad declinandam 38 C. de Ep. & Cler. ibi*, quis enim pauperior, *& ibi*, ei Xenoni, qui pauperior esse Dignoscitur.

4 Nota etiam, quod si quis hæredem instituerit in totum, vel pro parte Dominum Nostrum Iesum Christum, prout in plura huiuscemodi testamenta incidisse refert Imperator *in tex. mox allegando*, tunc censetur instituta Ecclesia loci, in quo defunctus constitutus erat, ad hoc tamen, vt relicta conferantur in Alimoniam pauperum, *ita disponit tex. in d. l. quoniam in pleris, quæ, quę est finalis ex Graeco C. de Sac. Eccles.*

PRIVIL. XCIX.

Ecclesia II.

SVMMARIVM.

1 Relictum simpliciter Ecclesia. an censeatur relictum Parochiali, vel Cathedrali n. 2.
3 Relictum Ecclesia alicuius sancti cessantibus coniecturis debetur pauperiori, si plures existant in loco Ecclesia eiusdem tituli,
4 Relictum Iesu Christo, cui debeatur.

1 Relictum simpliciter Ecclesiæ sine alia Declaratione debetur Ecclesiæ Parochiali *Bart. post antiquiores in l. qua conditio §. cum ita ff. de cond. & Dem. Cyn. in l. fin. & ibi Salicet. col. 3. C. de Sac. Eccles. Ancarar. & Imol. in c. Relatum huius nominis 2. sub fin. de testam. Ang. in §. si vero Auth. de non alien. aut permut. Reb. Eccles. & in §. si quis in nomine Auth. de Eccles. tit. Abb. in c. Indicante de testam. Franc. in c. cum quis vers. cum*

PRIVIL. C.

Ecclesia III.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia non pot. à Debitore exigere vltra, quam potest deductis Alimentis, fallit tamen quãdo Prælatus Ecclesię est pauper n. 3.
2 Ecclesia est Mater pietatis, & pauperum.
4 Episcopus non potest exigere pœnam Conuentionalem, & quid si sit pauper.
5 Ecclesia non exigit pro furto pœnam dupli, vel quadrupli, & quid si sit pauper.

1 Qvamuis Ecclesia non possit exigere à Debitore vltra, quam facere possit, hoc est, non nisi deductis Alimentis *gl. in c. quicunque 16. q. 7. Dec. in c. Episcopus n. 2. de prab. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 23. & tit. 8. pr. 84. n. 4.* Dicitur enim
2 Ecclesia pia Mater, Immo Mater pietatis *ad tex. in c. pia p. de except. in sex.* & dicitur etiam Mater paupe-

pauperum, *vt dixi sup. in hoc eod. V. Eccles. pr. 68. num. 4.*

3 Attamen quando Prælatus ipse Ecclesiæ, tanquam pauper eget, potest insolidum Debitorem exigere *Dec. in c. Epise. n. 2. de preb. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. & tit. 8. pr. 84. n. 4.*

4 Nota hic, quod non potest Episcopus exigere pœnam Conuentionalem tex. est grauis, & elegans directus Episcopo meo Spoletano *in c. suam 9. de pæn.* vbi adducitur, Ratio ibi, non enim decet te Pontificalis modestiæ, sic obliuisci, vt inhonestis quæstibus anhelando, cupias cum aliena iactura lucrari, sed cogita an tex. ille possit limitari stante paupertate ipsius Episcopi per supra dicta, & ea quæ dixi *in V. Episcopus.*

5 Sic etiam Ecclesia non exigit pœnam Ciuilem dupli, vel quadrupli pro furto, *vt probat tex. Greg. in can. Fraternitatis 12. q. 2. ibi,* Absit, vt Ecclesia Damnis, lucra quærat, & cum augmento recipiat, quæ de terrenis rebus videtur amittere. Tu vero potes ex prædictis cogitare, an tex. etiam ille limitari possit stante paupertate, seu indigentia ipsius Ecclesiæ.

PRIVIL. CI.

Ecclesia IV.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia tenetur alere pauperem confugientem ad eius Immunitatem, nisi forte etiam ipsa Ecclesia sit pauper, & omnino impotens n. 2.*

1 COnfugiens ad Ecclesiam, & non habens vnde se alat, ali debet interim ab Ecclesia, *ad tex. in l. præsenti 5. C. de ijs qui ad Eccles. confug. & in c. diffinuit vbi gl. in V. defendatur, & Archidiac. ibid. 17. q. 4. Ab. in c. inter alia n. 28. de immun. Eccles. Adde tex. in can. Felicis 17. q. vlt. & in can vxor 17. q. 3. Bald. in l. fetis ff. de in Ius. voc. & in d. l. præsenti in fine C. de ijs, qui ad Eccles. cōf. Adde gl. in c. fin. de regul. quam singularem dixit Felin. in cap. ex rescripto in fin. de iur. iur. Imol. in Clem. vn. de Haret. Paris de Put. de sindic. in c. an Carcerarius teneatur n. 2. Cordub. in l. si quis à liberis §. solent n. 46. ff. de lib. Agnos. Boer. D. 303. n. 3. p. 2.* vbi loquitur de fugientibus pro Delictis ad Ecclesiæ Immunitatem, & asserit, quod debent ali ab Ecclesia, & Capitulo si aliunde non habent *Surd. de Alim. tit. p. q. 73. n. p. & 2.* vbi ait, quod Iudex non potest id impedire sine periculo (& tu dic sine incursu) excommunicationis.

Ad idem adde *Fumum in sua summa Armilla in V. Immunitas n. 17. Syluestr. in eod. verb. immunitas n. 3. & 5. Eman. Sa. in Aphorism. V. Ecclesia Immunitas n. 8.*

2 Posset fortasse declarari Conclusio, vt procedat, quando Ecclesia est sufficiens ad Alimenta prædicta præstanda, secus, si & ipsa sit pauper, & indigens per ea, quæ dixi supra, & quia generaliter pauper non tenetur Alere pauperem, *vt ostendi in V. Alimenta* In hoc autem requirenda videtur omnimoda impotentia ipsius Ecclesiæ, vt excusetur, quoniam ad alendum pauperem famelicū possunt, & debent alienari, ne dum Ecclesiastica. Bona, sed res etiam Sacræ, *vt ostendi in V. Alienatio.*

PRIVIL. CII.

Ecclesia V.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus visitans, vel quisquam suorū non potest accipere munera, etiam gratis oblata, & non obstante consuetudine, vel paupertate n. 2.*

3 *Potest, & debet Episcopus recipere Alimenta ab Ecclesia visitata, moderata, tamen vt n. 4.*

5 *Ecclesia pauper, nec ad Alimenta tenetur Episcopo visitanti, sed si deueniat ad pinguiorem fortunam tenetur supplere, vt n. 6.*

1 QVamuis Episcopus visitans non possit recipere munera, *vt disponit tex. in c. p. §. pen. & in c. 2. de Censib. ibi,* Caueat Episcopus visitans, vel quisquā suorum ne munus aliquod quodqunque sit, vel qualiterqunque offeratur accipiat, & nunquam, nisi duplo restituto absoluatur, nulla neque dantium Remissione valitura.

2 Et quamuis non possit Episcopus visitans recipere, aliquid etiam gratis oblatum vltra necessaria victualia non obstante Consuetudine, & paupertate Episcopatus, *vt declarasse dicitur Sacra Cong. in vna Caietana 16. Iun. 1635.*

3 Potest tamen Episcopus visitans recipere Alimenta, seu procurationem ab Ecclesia visitata, *c. cum sit 10 de Simon. c. procurationes 22. de Censib. vbi gl. & Ab. nu. 4. ca. p. de Censib. in sex. vbi scribentes Boer. D. 303. n. 8. Surd. de Alim. tit. p. q. 64. n. 6.* vbi quod dicta procuratio datur in signum Hospitalitatis, & subiectionis, & sic datur, etiam licet Episcopus habeat redditus sufficientes

4 Declara, vt moderata esse debeant Alimenta *ad tex. in c. fin. 10. qu. 3. ibi,* Episcopis enormia prandia fieri prohibemus, *& in Clem. 2. de Censib.* Caueant Episcopi, ne in visitationibus longi temporis victum Breui hora consumat.

5 Limita, quia quando Ecclesia visitata est pauper, & impotens ob paupertatem, tunc Episcopus ab ea non recipit aliquid, sed gratis visitat, & impendit de proprio *Hostiens. in c. procurationes in fin. vbi etiam Abb. de Censib. in 6. Surd. de Alim. tit. p. q. 64. n. 10. & tit. 4. q. 22. n. 5. & seq. Gauant. in man. Episcop. in V. visitatio nu. 55. & 56. post Barbos. de pot. Ep. Alleg. 73. n. 51.*

Subli-

6 Sublimitā, quando Ecclesia in anno sequenti post visitationē efficeretur potens ad soluendum, tunc enim supplere teneretur pro vtroque anno debitas procurationes *Archid. in C. Relata in fin. 10. q. p. Sapia ad Abbat. in d. C. procurationes de Censib. Surd. de Alim. tit. p. q. 64 n. 11.*

Conferunt ad hanc sublimitationem, *quæ dixi in V. furtū, in V. Cessio de* Deuenientibus ad pinguiorem fortunam, Vndę ibi vide si placet.

PRIVIL. CIII.

Ecclesia VI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia consecranda licet vicina tenetur Episcopo expensas subministrare, nisi tamen Ecclesia sit pauper. n. 2.*

1 ANtecedenti simile, ac proximum est, quod quamuis Ecclesia consecranda teneatur Episcopo consecranti expensas subministrare, seu procurationem, *vt loquitur tex. in C. cum sit 10. de Simon. & tradit ibid. Hostiens. & post alios, Surd. de Alim. tit. p. q. 64. n. 3.* vbi quod procedit, etiam si Ecclesia sit vicina, quoniā huiusmodi procuratio datur in signū subiectionis, & vt Prælatus sit promptior, & facilior.

2 Attamen quādo Ecclesia consecranda est pauper, & non habet vnde soluat, tenetur Episcopus eam proprio sumptu consecrare, *gl. in D. c. cū sit de Simon. vbi Abb. in fine,* dixit esse menti tenendum, *Surd. de Alim. tit. p. q 64 n. 4. & tradit etiam Lancellott. in suis Canonicis Institutionibus lib. p. tit. 10. de Renunciatione in glos.*

Ad Declarationem huius Conclusionis, vide quæ dixi supra in Antecedenti, & nota hic, quod Ecclesia non dotata, dotari debet ab Episcopo, qui eam sine Dote consecrauit, *vt infra dixi in V. Episcopus.*

PRIVIL. CIV.

Ecclesia VII.

SVMMARIVM.

1 *REstauratio Cathedralis, ad quem spectet, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Episcopus tenetur quartam, fabricę reseruare, quę tamen etiam, stante pauperum necessitate eis debetur n. 6.*

1 REstauratio Cathedralis Ecclesiæ, Remota Consuetudine, si Episcopus vltra victū sufficientem, & decentem, potest onus subire, ad ipsum solum pertinet, non ad Canonicos. *Berous cons. 3. Genuens. in practicab. Ecclesiast. q. 248. n. 4. vers. secunda conclusio.*

2 Si vero Episcopus esset pauper, vt vix ei redditus ad victum sufficerent, tunc tenerentur Canonici, & si eorum redditus non sufficerent, a'ij Clerici compellerentur, *vt post franch. Berou m, & alios tradit Genuens. in practicab. Eccles. d. q. 248. n. 4. vers. quinta Conclusio.*

3 Quando autem Clerici sunt pauperes, & non sufficiunt ad restaurandam Ecclesiam, tenentur Laici contribuere, eosque ad id Episcopus cogit, sicut econtra Clerici tenentur ad Refectiones viarum in subsidium, quando Laici non sufficiunt, *vt tradit Martha de iurisd. p. 2. c. 48.* Ad quod cōferunt, *quæ dixi in V. Collecta.*

4 Hæc autem omnia, quæ dicta sunt de Ecclesia restauranda, videntur intelligenda, quando Ecclesia nōn haberet annexum particularem redditum sufficientem ad id destinatum, qui consueuit ad ministrari, & nuncupari nomine fabricę, tunc enim nec Episcopus, nec alij viderentur onerādi.

5 Et nota hic, quod licet Episcopus teneatur ex redditibus, quartam partem fabricæ Ecclesiæ reseruare, *c. quatuor c. de redditibus c. cognouimus 10. q. p. Genuens. in practicab. Ecclesiast. q. 248 n. 3.*

6 Dixi ego *in V. Beneficiatus* Attamen quando imminet necessitas pauperum, etiam d. quarta eis debetur, quoniam pauperes sunt fabricæ viuæ, ad quos intentio Iuris refertur, *c. aurum p. q p. ex. d. Ambros. de sumpto Caietan ad D. Thom. 22 q. 185. ar. 3. Genuens. in practicab. Eccles. q. 248. n. 4. Confert ad id, dictum Apostoli p. ad Cor. 3.* Templū Dei omnes vos estis, & conferunt, *quæ dixi in V. Alienatio.*

PRIVIL. CV.

Ecclesia VIII.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes, Ecclesię fundamenta fuerunt, & fundatores.*

2 *Miraculum magnum, vt pauperes orbem subiugauerint.*

1 PRiuilegium sit etiam non vulgare paupertatis, & prærogatiua non leuis, quod fundamentū Catholicæ Ecclesiæ fuerint pauperes, scilicet Apostoli *c. venerab lis pen. de præb. ibi,* non multos nobiles, ac potentes, sed ignobiles, ac pauperes elegit, vbi *gl. in V. non multos* inquit hoc dixit propter Paulum, & Bartolomeū qui nobiles fuerunt, alij vero fuerunt ignobiles, ac pauperes, *ita gl.* Ad idem adde *Io. Andream* allegatum ibi in

2 Apostilla qui refert D. Bernardum in hæc verba, Licet magna, ac Diuina fuerint miracula, quæ

Domi-

Dominus gessit in terris, hoc tamen super alia omnia emicuit, quod in paucis simplicibus, & pauperibus totum Mundum, ac omnem eius altitudinem subiungauit. Et tu vide si placet, quæ dixi *in V. Deus*.

PRIVIL. CVI.

Ecclesia IX.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia tenetur alere pauperes, immo, & in subsidium dotare.*
2 *Bona Ecclesiæ dicuntur patrimonia pauperum.*
3 *Bona Ecclesiæ diuiduntur in tres, vel quatuor partes, & ex his vna pauperibus debetur, immo, & alia partes illis debentur si sint in extrema necessitate num. 4.*

1 PAuperes Catholici alendi sunt ex bonis Ecclesiæ *c. non satis 86. D. Ab. in c. in eos de Haret. Nouar. in praxi priuil. miserab priu. 87. in fine*, vbi quod non solum alere pauperes, sed etiam in subsidium dotare tenetur Ecclesia, & rationem adducit, quoniam Ecclesia est Mater pauperum,
2 *c. sup rprudentiam sub fin. 14 q. 2.* & res Ecclesiæ, & Clericorum dicuntur esse pauperum ex quo necessitatis tempore sunt eis necessario communicandæ *ad tex. in c. sicut hi 67. D. & in c. Conuentor 23. q. 8. gl. in c fin. 12. q. p. Surd. de Alim. tit. pq 54. n. 6. Adde tex. in c. quod autem 23. q. 7. ibi*, non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procurationem quodammodo gerimus non proprietatem, *& tex. in c. 61. quia iuxta q 16 q p. ex libro capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum*, vbi Ecclesiastica Bona dicuntur Vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, Idemq; scripsit Vrbanus Papa, & legitur in eius anniuersaria *lectione 5. Iunij ibi*, ipsæ res fidelium, quæ Domino offeruntur non debent in alios vsus, quam Ecclesiasticos, & Christianorum Fratrum, vel indigentium conuerti, sunt enim Vota fidelium, pretia peccatorum patrimonia pauperum.
3 Declarantur prædicta, vt intelligantur, quo ad tertiam partem, nam tertia pars est Ministrorum Ecclesiæ, tertia fabricæ, tertia pauperum, *ita Iodochus Daumander in Enchyridio parium in V. Bona pupillorum pag. mihi 433.* sed quod de redditibus Ecclesiæ fiant quatuor partes, & prima Pastori, secunda Clericis, tertia Pauperibus, quarta fabricæ assignetur *tex. est in can. vobis, & in can. quatuor 12. q. 2. & in can. vlt. 16. q. 4. & in can. ex his 12. q. p.* vbi tamen dicitur, quod Episcopus ex his, quę indiget, si tamen indiget, in suas necessitates percipiat.
4 Quod si pauperes essent in extrema, & deploranda necessitate, adeo vt fame perirent, tunc etiam portiones Ministrorum, & fabricæ essent eis con edendæ, *Ita Iodochus Daumander in Enchyridio parium in V. Bona pupillorum post medium*, vbi tamen intelligit quatenus aliarum Diuitū loculi non sufficerent. *Confert tex. in can. præcipimus 12. q. p ibi*, potestate Episcopi, indigētibus omnia ministrentur.

PRIVIL. CVII.

Editio.

SVMMARIVM.

1 *Reus nō tenetur edere Actori, fallit quandō actor est pauper n. 2.*
3 *Fauor causæ prævalet fauori Rei.*
4 *Actor tenetur edere Reo.*
5 *Causa pauperis est fauorabilis.*
6 *Reus tenetur edere pię causę agenti.*
7 *Reus tenetur edere fisco Actori.*
8 *Pauper gaudet priuilegijs fisci, eique præfertur alijsq; priuilegiatis.*
9 *De Stylo Rotę edenda sunt Instrumenta, si aliunde haberi nequeunt.*

1 QVamuis Reus non teneatur edere Actori ad fundandam eiusdem Actoris intentionem, *l. p. C. qui accus. l. fin. C. de eden. l. nimis graue 6. C. de testib.* Vnde & vulgo dicitur non esse sumenda
2 arma de Domo Rei, Attamen Reus tenetur edere Instrumenta, & Iura propria Actori pauperi, etiam ad fundandam ipsius pauperis agentis intentionem *l. p. vbi purpuras C. de eden. Butrius in c. p. n. 10. vers. item posset dici de prob. Alex. in l. fin. n. 19. C. de eden. & post alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. 3. n. 2. & post alios Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 12. n. 4.*
3 Primo comprobari potest hoc priuilegium ea ratione, quia fauor Causæ, prævalet fauori Rei *c. fin. de Re Iud. ibi*, tenet pro Reo, non pro Actore sententia, nisi in Causa fauorabili *l. inter pares 38. ff de Re Iud. l. lege Iulia 24 ff de manum.* sed
4 Actor tenetur edere, & exibere Reo, *vt tradunt DD. in c. p de prob.* & a contrario sensu probant *tex. in principio praallegati*, & in sensu directo probat *tex. in d. l. fin. C. de eden.* ergo etiam Reus tenebitur edere Actori, quando Actoris Causa est fauorabilis prout certe fauorabilis est Causa
5 pauperis *ad trad. per Surd. de Alim. tit. 8. priu. 3. n. 9. & 10* & probatur ex tota secunda hac parte huius nostri Tractatus.
6 Secundo comprobatur alia Ratione, quoniam generaliter Reus tenetur edere pię causę Actrici *Bald. in c. p. col. 2. de prob. vers. sed contra hic opponitur Felin. ibid. col. 6. in 4. limit. Dec. col. 9. vers. Tertio extenditur Roman in l. p. ff. sol. matrim. & in Auth. similiter in sex. spec. indic. C. ad l. Falc. Tiraq.*

de

de pia cauſ. priuil. 155. Euerard. in loco à fiſco ad Eccleſiam, vel piam cauſ. verſ. ſecundum eſt ſub initiũ, & verſ. ſexto ex iſta æquiparatione, vbi allegat tex. loquentem in fiſco, cui Reus edere tenetur, *vt ibi per eum, & per Peregrin. de Iur fiſci lib. 7. tit. 3. n. 11*

Quod autem Cauſa pauperis dicatur pia, immo maxime pia, *oſtendi in V. pia cauſa,* quod ſi fiſcus gaudet hoc priuilegio, vt dicebam, ergo multo
8 magis pauper, qui non ſolum gaudet priuilegijs fiſci, *vt dixi in V. fiſcus,* ſed ſæpe fiſco præfertur, *vt dixi in V. dubium,* & eſt adeo priuilegiatus, vt aliquando excedat priuilegia omnium priuilegiatorum, vt patebit hic me legenti.

9 Tertio comprobatur, quoniam de æquitate, & ſtylo Romanæ Rotæ, edenda ſunt Inſtrumenta propria, quando aliunde haberi nõ poſſunt a parte aduerſa, *Ludouiſ. in Fauentina ſucceſſionis D. 129. n. 2. & 3.* At cũ paupere ſeruanda eſt æquitas, *vt probaui in V. æquitas,* & in his terminis hanc eamdem æquitatem, ego ipſe ſemper ſeruaui dũ per annos plures loco Eminentiſsimorum Barberini, & Donghi Ferrariæ Legatorum, Iudicando, & Reſcribendo, pauperum Audientias expediebã.

PRIVIL. CVIII.

Electio I.

SVMMARIVM.

1 *IS cui relinquuntur bona pauperibus diſtribuenda non poteſt vnum eligere, & vni omnia dare, ſed contra vide n. 5. Reſtringe vt n. 6. 7. & 8.*
2 *Pluralis loquutio duorum, ſaltem numerum exigit.*
3 *Maior eſt Charitas, quę pluribus prodeſt, opes non ſunt effundendę, ſed diſpenſandę.*
4 *Vni omnia dare, Diabolicum videtur, Cauendum ne alius eſuriat, alius ebrius ſit, & ex aliorum copia, aliorum ſequatur Inopia.*
5 *Data electione diſtributionis inter illos ex familia, poteſt etiam vnus ſolus ex familia eligi.*
8 *Non receditur à proprietate verborum, niſi quando de contraria mente diſponentis apparet.*
9 *Si pauperes ſcripti ſunt heredes, & non adeſt teſtamentarius exequtor, hoſpitali applicatur hereditas, & eo non exiſtente in loco, Epiſcopus inter plures pauperes diſtribuit. niſi tamen vnus omnibus indigeret n. 10.*
10 *Neceſſitas eſt Induiſibilis; Si tunica diuiditur, nemo veſtitur, melius eſt ſubuenire neceſſitati vnius, quam nullius, Diſtributio in pauperes pietate magis quam ſubtilitate regulanda eſt.*
11 *Exequtor relictis inter pauperes diſtribuendi, dare non poteſt cuique niſi quantum ſit ſatis ad ſubleuandam eius paupertatem; Non eſt aliud habentibus dare, quam perdere.*
12 *Quando quis reliquit Bona diſtribuenda pro anima, poteſt etiam vni pauperi totum dare.*
13 *Si quis reliquit cenſum ſingulis annis pauperibus diſtribuendum, poteſt etiam proprietas ſenſus applicari hoſpitali, vel pauperi monaſterio.*
14 *Relictum Diuiti, tanquam pauperi, ab eo auffertur, & datur pauperi, ſed an vni dari poſſit, vide ibi, & num. ſeq.*
15 *Singularis numerus ad vnum refertur.*
16 *Pluralitas ex Identitate rationis reſoluitur in ſingularitates, & econtra, vt n. 17.*
17 *Statutum contra producentem falſos teſtes, locum habet etiam contra producentem vnum falſum teſtem.*
18 *Iuſſus reſtituere rem vni ex certis, poteſt ex illis certis plures eligere, ſi nemo eligatur, omnes admittuntur n. 19.*
20 *Iuſſus diſtribuere inter pauperes hoſpitalis, vel viciniæ, ſi is non eligat, omnes admittentur.*
21 *Si iuſſus inter pauperes ſimpliciter diſtribuere, non eligat, Epiſcopus admittitur.*
22 *Iuſſus diſtribuere cuicunq; voluerit, poteſt etiam vni totum dare.*
23 *In dubio certius eſt, verbis Diſpoſitionis inſeruire.*
24 *Ex cauſa pietatis poteſt à Regulis recedi.*

1 SVbſequitur hic aliud, quod ſi non eſt priuilegium pauperis, eſt, ſaltem priuilegium pauperũ, Ille igitur, cui Bona relicta ſunt in pauperes diſtribuenda, non poteſt vnum eligere, & ei omnia dare, *ad tex. in l. p. ff de opt. leg. & in l. 3. ff. de An. leg. Bart. in d. l. p. ff. de opt. leg. n. p. & ibi. A ex. in add. Idem Bart. in Rep. l. p. C. de Sac. Ecclеſ. Baldus ibid. n. 19 Caſtrenſ conſ. 145. incipit in Chriſti Nomine ſuper primo quæſito alias eſt conſ. 97. n. 3. lib. p. Iaſ. in l. Gallus §. quod ſi is in 2. lect. n. 12 ff. de lib. & poſthum Bolognet. in l. ſingularia n. 32. ff ſi cert. pet. Felin. in c. omnes leges col. 2. verſ. declara hic p. D. Decius conſ 471. n. 9. & poſt multos Mantica de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. num 18.*

2 Confert ad hoc Ratio Recti ſermonis, quia pluralis loqutio, duorum ſaltem numerum exigit *l. vbi numerus 12 ff. de teſtib. l. fin. ff. ad Trebell. c. gaudemus pen. de diuor.*

3 Confert, & Ratio maioris pietatis, quia maior eſt Charitas, quæ pluribus prodeſt *Felin. in c. omnes leges n. 4. p. D. Mantica de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 18.* Idque ſaltem tacite *ſenſit etiam Tacitus lib. p. annal. c. 14.* vbi inter varias cauſas cur Tiberius Iuriſdictiones, & militias continuaret, illam etiam affert ibi Alij ex Inuidia, ne plures fruerentur. Sed expreſſe Idem probat *tex. Ambroſ. in can. 18. pulcra 86. D. ibi* pulcra etiam Liberalitas, in ipſo quoque pauperibus Dato, menſuram tenere, vt abundes pluribus, nec conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere, non enim vult Dominus ſimul opes effundi, ſed diſpenſari, *& tex. Greg. in can fratrem 86. D. ibi,* in ipſa Liberalitate modus eſt rerum, & perſonarum; rerum vt non omnia, ſed ſingulis quædã præſtentur, *iuxta*

illud Prophetę Ps. 111. Dispersit dedit pauperibus: personarum vt prius Iustis, deinde peccatoribus.

4 Et sane verbum illud, Hæc omnia tibi dabo, fuit verbum Diaboli, & Diabolicũ videri potest, & contra Diuinam, & Humanam Iustitiam Distributiuam, vni omnia dare, ita vt alius esuriat, alius ębrius sit, *contra D. Paul. p. ad. cor. 11.* & ex supereffluenti aliorum copia, aliorum proficiscatur Inopia *cont. D. Bern. de Interiori Domo c. 26.*

5 Contrariũ tamen in articulo supradicto sentire videtur, *idem Bart. quasi sibi contrarius in l. vnum ex familia §. sed si fundum n. p. ff. de leg. 2. motus ex tex. ibi,* vbi data electione Distributionis inter illos de familia, potest etiam vnus, & solus eligi ex familia, *idem sensit. Io. de Imol. in d. l. vnum ex familia §. si duos Alex. in l. qui quartam §. si quis n. 3. ff. de leg. p. Cagnol. in l. singularia n. 17. ff si cert. pet. Claudius Aquensis, qui communem hanc esse testatur in d. l. qui quartam §. p. ff. de leg. p. Ruin. cons 24. n. 4. lib. 2. Incipit visa facultate Gratian. Discept. forens. l. 2. cap. 229. n. 27.*

Romanus vero sing. 449. Incipit Testator dicit, fatetur Articulum esse ambiguum, & loquitur in hæc verba, si testator loquitur per verbum pluralis numeri, an possit vnus eligi, dic quod est dubium, *& Bart. fuit contrarius; in l. fin. ff. de opt. leg.* tenet quod debent eligi tres per illum tex. sed in contrarium facit, *lex vnum ex familia §. sed si fundum ff de leg. 2. & ibi,* videtur Casus pro hac parte, ita videtur Casus *in d. l. Cum quidã de Legat. 2.* nota bene hunc passum, *Hac Romanus, vbi supra.*

6 Pro Conciliatione dictarum pugnantium opinionum, videtur posse distingui, *iuxta tradita per addentem ad Bart. in l. vnum ex familia §. sed si fundum ff. D. leg 2.* vt quando maior Charitas est in Distributione plurium, quam vnius, prout est regulariter, procedat prima opinio, quando vero maior est Charitas in Distributione vnius, quam plurium, procedat secunda opinio, & hęc Distinxio est, etiam de mente, *Imolę in d. §. si duos, & Alex. in d. l. qui quartam §. si quis n. 3. ff. de leg. p.* quat. dicunt quod sicut *in d. §. si fundum* mens testatoris, quæ fuit, vt res non exiret de familia verificatur etiam si vni tantum de familia relinquatur, licet testator loqutus sit in plurali, Ita mens testatoris fundata in ratione paupertatis, & pietatis, verificari potest in vno, sicut in pluribus, *vt sensit, etiam Gratian. Discept. forens. lib. 2. c. 229. n. 27.*

7 Predictæ, similis est Distinxio, *Menochij lib. 4. presf. 125 n 25.* quod Aut Bona distribuenda, sunt opulenta, ita vt vni omnia dando, is efficeretur Diues, & tunc procedat prima opinio, Aut Bona sunt modici valoris, adeo vt ea dando vni, is subleuetur ab Inopia, sed non efficiatur Diues, vt si habeat filios, vel filias, & tunc procedat secunda opinio, Ad quod conferunt etiam *tradita per D. Thom. 22. q. 32. art. 9. & per Bartol. Fumum in sua summa Armilla in V. Elemosina n. 11.*

8 Potest etiam dici, quod ex Causa maioris pietatis seruari possit secunda opinio, sed regulariter, & in dubio seruanda sit prima, quoniam in dubio certius est Dispositionis verbis inseruire, *ad tex. in l. p. §. est autem ff. de exerc. action. & in l. non aliter 67. ff. de leg. 3. ibi,* non aliter à significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est aliud testatorem sensisse.

9 Inferri potest quod quando non existente exequtore testamentario pauperes scripti sunt hæredes, Episcopus, qui tunc est legitimus exequtor, non poterit vnum pauperem eligere, & ei omnia dare *ad tex. in l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler* vbi disponitur, quod in casu prædicto non existentibus hospitalibus in loco, Episcopus hæreditatem accipiat, & sine falcidiæ ratione, pauperibus Loci, siue mendicantibus, siue alia sustentatione indigentibus distribuat.

10 Quæ videntur posse forsan limitari, quando vnus solus omnibus indigeret, Ad quod facit conclusio, quam retuli in V. necessitas, quod videlicet necessitas est indiuisibilis, & Confert quod dixit, *D. Greg. hom. 20. in Euang ibi,* si tunica vna diuiditur, nemo vestitur, tunc enim melius est subuenire necessitati vnius, quam nullius, & sane huiusmodi relictorum Distributio, pietate magis, quam subtilitate Regulanda est.

11 Declara pr. prædicta, vt cum testator voluit patrimonium suum inter pauperes distribui, non possit vnicuiq; erogari, nisi quantum sufficiat ad subleuendam eius paupertatem *Bal. in l. p. n. 31. C. de Sac Eccles. mantic. de coniect. lib. 8. tit 5. n. 5. confert. tex. in c. 6. pastor p. q. 2. ibi* Pastor ijs, quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare, quia nihil est aliud habentibus dare, quam perdere, nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat accipiunt.

12 Declara 2. vt quando Testator simpliciter reliquit Bona distribuẽda pro Anima, tunc possit etiã vnus pauper eligi, cui omnia dentur *Castrens cons. 97. n. 3. lib. p. incipit in primo quæsito Cagnol. in l. singularia n. 35 ff. si cert. pet. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 21.* quæ tamen Declaratio videtur intelligenda cum moderamine, quod colligitur ex supra dictis, & infra dicendis.

13 Declara 3. quod si testator legauit annuum cẽsuum singulis annis, pauperibus distribuendum ad beneplacitum exequtorum, poterunt ij semel totam quantitatem cum suis redditibus distribuere, applicando videlicet Censum ipsum alicui Hospitali, vel Monasterio, vt illo perfruatur in perpetuum, *ita ex multis docet Sanchez. in opusculis tom. 2. lib. 4. c. 2. Dub. 12. n. 4. Diana Res. mor. p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 140. vers. nota quarto in fine*

14 Sed quid dicendum, quando alicui Diuiti, tanquam pauperi relictum est, quo casu aufertur à Diuite dandum alteri vere pauperi; *vt dixi in V. testamentum,* quæro an erit necessario vni dandũ

an

an vero poterint plures eligi, & quidem *Bald. in l. p. C. de Sac. Eccles* videtur sensisse vni dandum dū loquitur in numero singulari, ibi pauperi relictum, pauperi dandum, & confert ad id ratio recti ser-
15 monis, *ad tex. in c. gaudemus pen. de Diuor. ibi*, Dixit adærebit Vxori, & non Vxoribus, sed cum pluries singularitas in pluralitates resoluatur
16 quando est eadem ratio, *ad tex. in l. p. §. p. ff. quod falso tutore cum simil.b.* sicut econtra, pluralitas in singularitates resoluitur ex idemtitate rationis, *ad tex. in l. 3. §. negotia ff. de neg. gest. cum alijs, de quibus per Alex. in l. qui quartam §. si quis n. 3. ff.*
17 *de leg. p.* vbi quod ideo statutum contra producentem falsos testes, locum habet etiam contra producentem vnum falsum testem, *latius Euerard. in loco à vi numeri vers. Tertio argumentum ex hoc loco formatur*, vbi quod semper fit ista Resolutio, quando alias resultat, aliquid iniquum, propterea forte non foret incoueniens hoc in casu facere huiusmodi conuersionē fauore pietatis, præsertim si relictum esset in notabili quantitate, qua plurium necessitatibus posset commode succurri, id enim magis conueniret Iustitiæ distributiuę, de qua supra, & magis, ita consuleretur animę testatoris, & consequenter præsumptam eius voluntatem magis exequeretur testamentarius executor.
18 Et post hæc inueni *Bartolum ita expresse sensisse tem in l. vnum ex familia §. si duos n. p. ff. de leg. 2. ibi*, nota quod ille, qui est Iussus restituere vnā rem vni ex certis, potest ex illis certis, plures eligere. quod est inquit mirandum cum testator dixerit vni restitui *Alleg. tex. in seq. proximo §. sed, & si fundum in ead. l. vnum ex familia ibi*, Cui voles, aut quibus voles, *quæ Bart. in d. §.* sed & si fundum sensit esse disiunctiua verba legis non testatoris *sequitur Bald.* sibi prout forte sæpe contrarius *in Rep. l. p. ff. de leg. 2. in antepen. col. Alex. in l. qui quartam §. si quis n. 3. ff. de leg. p. Castrens. cons. 97. n. 3. lib. p. Roman. sing. 454. Felin. in c. omnes leg. col. 2. vers. Declara hic P. D. Gratian. Discep. Forens. lib. 2. c. 229. n. 27. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 22. & 23.*
19 Immo fortius id probare videtur *tex. in l. cum quidā 24. ff. de leg. 2. sub initium ibi*, si neminē elegerit omnes ad petitionē fideicōmissi admitti, & sub finem ibi, cum ita fideicommissum relinquitur ex libertis cui voluerit, nisi offerat statim sine interuallo hæres, cui voluerit, statim competere omnibus petitionem.
20 Vnde Colligo, quod iussus vni ex certis dare, non solum potest pluribus ex illis dare secundum supradicta expresse eligendo, sed etiam tacite, & sic non eligendo id facere potest, vt deciditur *in d. l. cum quidam 24. ff. de leg. 2.* Idemq; probatur *in l. vnum ex familia 69. §. rogo ff. de leg. 2. vbi Bart. n. p.* ait quod Iussus distribuere inter pauperes vnius Hospitalis, vel viciniæ, si is non eligat, illi omnes admittentur.
21 Si vero Iussus esset distribuere inter pauperes simpliciter, tunc eo nō eligente, Episcopus succederet *l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. §. si autem Auth. de Eccles. tit.*
22 Et quod quando testator relinquit exequtorē, cum potestate Distribuendi Elemosinam cuicunque voluerit, possit etiam pluribus distribuere nō obstante verbo, Cuicunqne singularis numeri, colligi videtur, *ex tex. in l. vnum ex familia 69. §. si duos inuncto principio legis ff. de leg. 2. vbi Bart. & probat Roman. sing. 449. incipit Testator dicit*, vbi quod fuit ita de facto terminatum.
23 Vltimo dici potest etiam hic, quod supra diximus, quod regulariter, & in Dubio certius est verbis inseruire *l. p. §. est autem ff. de exerc. actio.*
24 Sed quod exequtor possit à regula recedere ex causa maioris pietatis ex supradictis, vel similibus cum is debeat facere, quod conuenit viro bono, & timenti Deum optimū maximum, *vt dixit Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 26. in fine.*

PRIVIL. CIX.

Electio II.

SVMMARIVM.

1 *IS cui committitur pauperum electio non tenetur eligere pauperiores, nisi de consilio, & potest eligere, etiam Religiosos mēdicantes, sed contra n. 2.*
3 *Electio Digni omisso digniore sustinetur, sed eligens peccat n. 4.*
5 *In Beneficijs saltem simplicibus potest eligi dignus omisso digniore, & quid in præsentationibus n. 6. & in Resignationibus n. 7. & quid in electionibus Cinicatum ibid.*
8 *In foro fori sufficit eligere Bonum, at in foro poli necesse est eligere meliorem.*
9 *Eligens pauperem omisso pauperiore an peccet.*
10 *In Elemosina præferendus est magis egenus.*
11 *Relictum in dubio videtur factum pauperiori.*
12 *Episcopus in vtroque foro tenetur præferre digniorem in concursu parochialium, alias nulla est electio, & ipse peccat, & an teneatur restituere n. 13.*
14 *Ad examinatores, an spectet Iudicare Episcopo Digniorem.*

1 SVbsequitur aliud priuilegium, si non pauperiorum, saltem pauperum, nam is cui committitur electio pauperum, non tenetur eligere pauperiores, *ad tex. in l. cum quidem 24. ff. de leg. 2. vbi Bart. n. 3.* inquit quod ideo si est commissa Priori Fratrum Prædicatorum Electio pauperum potest eligere Fratres suos, *idem Bart. in l. vnum ex familia §. si Falcidia n. 4. ff. de leg. 2. Bald. in d. l. cum quidam sub fin. ff. de l. 2. & in l. id, quod pauperibus C. de Ep. & Cler. nu. 24. vers. 22. quæritur Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 6.* vbi quod locus est gratificationi, nec peccat, qui vnum

pauperem alteri prætulit, *& n. 7.* vbi quod possunt eligi, etiam Religiosi Mendicantes *Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 30. Gratian. discept. Forens. lib. 2. c. 311. n. 26. Nauar. in man. c. 17. nu. 93.* vbi quod Restitutio incertorum est facienda pauperibus, non pauperioribus, nisi de Consilio *Diana Res. mor. p. 2. tr. 16. Miscell. 2. Res. 21. licet re-*
2 *ferat Palam contrarium sentientem,* prout in contrarium facere videntur etiam *tradita per Menochde præs. lib. 4. præs. 125. n. 10. & 11. & per Manticam de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 4. & per Nattam cons. 211. n. 8.* sed quæ videntur cōtraria concordabis ex infra dicendis.

3 Confert ad Conclusionem, quod Electio Digni, etiam omisso digniore sustinetur *c. cum nobis 19. de elect. c. nisi cum pridem 10. §. pro defectu de Renunc. c. fin. de præsumpt. l. cum pater 79. §. rogo ff. de leg. 2. Bart. ibid. n. 6.* vbi ampliat etiam quando commissa est. Electio alicui tanquam bono viro, & dicit diligenter notandum *Ludouis. in nullius Parochialis, seu concursus D. 11. n. 8. vbi tamen vide Beltram. in lit. E.* materiam declaran-
4 tem per tres Conclusiones *Gratian. Discept. Forens. lib. 2. c. 311. n. 9. & 13. vbi tamen nu. 10. & 12.* limitat quo ad forum conscientiæ.

5 Et quod in Beneficijs valeat electio digni omisso digniore, licet eligens peccet, communem esse Theologorum sententiam ostendit *Garzia de Benef. p. 7. c. 16. n. 2. & seq. licet contrarium referat n. 11.* videlicet quod eligens non peccet *& n. 16.* refert distinguentem, & approbat, vt prima procedat in Episcopatibus, & Parochialibus, secunda in simplicibus.

6 Quid autem dicendum sit in præsentationibus ad curata, seu Parochialia, *vide apud Dianam Res. mor. p. 2. tr. 15. Miscell. Res. 37.* vbi quod vtraque opinio probabilis est, & quid in Resignationibus, *vide apud eundem Dianam d. p. 2. eod. tract. 15. Miscell. Res. eamen. 41.* vbi quod negatiua est pro-
7 babilior. scilicet quod Resignans non teneatur Resignare Digniori, & an tenatores, ad officia Ciuitatis teneantur eligere Digniores, vide hinc *inde apud Dian. p. p. tr. 15. Misc. Res. 67.*

8 Adde quod, *& D. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad tertium,* sentit quod, vt Electio non possit impugnari in foro Iudiciali, sufficit eligere Bonum ne omnis Electio possit habere calumniam, sed ad conscientiam eligentis, necesse videtur eligere meliorem, & hanc ostendit esse communem *Diana p. 3. tr. 15. Misc. Res. 40.*

9 Limita ergo pr. Conclusionem, vt licet Electio de paupere valeat, attamen eum præferens pauperiori videtur peccare, & aduersus conscientiam operari, secundum quam pauperior, vt causa magis pia præferri debet, *Fed. de sen. cons. 90. nu. p. Dec. cons. 72. n. 4. Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 21. Gratian. Discept. Forens. lib. 2. c. 211. nu. 27. & seq. Valerius in differentijs vtriusq; fori in V. Electio Diff. 2. n. 4. in fin.* vbi quod tantem venialiter peccat, quem refert, sed non sequitur *Diana p. 2. tr. 16. Misc. 2. Res. 21.*

10 Confert ad id, quod in Elemosina præferendus est magis egenus *c. 21. Pasce 86. D. c. 2. & c. Episcopus 4. de præb. gl. in c. si quis 90. D. Gratian. Discept. forens. lib. 2. c. 211. n. 25. Confert. tex. Eccli. 35. ibi,* speciosa misericordia Domini in tempore tribulationis, sicut pluuia in tempore siccitatis.

11 Confert ad idem, quod Relictum videtur factū pauperiori *ad tex. in Auth. de Eccles. tit. §. si quis in nomine magni Dei ibi,* Illi magis domui, quæ pauperior est, *& tex. in l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. ibi,* pauperiori, *& tex. in l. fin. ex Græco C. de Sac. Eccles incipit quoniam in plerisque in fine ibi,* quod est cæteris indigentius, *Bald. in l. cum multa n. 3. veri. & ibi est veritas C. de Don. int. vir. & vx. Dec. Cons. 72. n. 3. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. n. 4. Surd. de Alim. tit. p. q. 94. n. 18. & 19. Gratian. Discept. Forens. lib. 2. c. 211. nu. 28.*

12 Limita 2. quod dictum est de Digno in concursu Parochialium, in quibus Episcopus non satisfacit eligendo Dignum, sed tenetur in vtroque foro eligere Digniorem, *ex forma Concilij Tridentini sess. 24. c. 18. de Reform. ibi,* ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit *Garzia de Benef. p. 9. c. 2. n. 2.* vbi quod Electio facta contra, vel præter formam Concilij est nulla, *ex declaratione Pij V. idem Garzia de Benef p. 7. c. 16. n. etiam 16.* vbi quod alias Episco-
13 pus peccat *& nu. 61.* vbi sentit Episcopum Digniori teneri ad Restitutionem, licet in hoc vltimo contrarium sensiat *post Caietan. Sot. & alios Emanuel. Sa in Aphorism. V. Beneficium n. 48.*

14 An autem ad examinatores Synodales spectet indicare Episcopo Digniorem, an vero solos Dignos, quæstio est, quam discutit *Diana Res. mor. p. 3. tr. 5. Misc. Res. 111.* vbi ostendit primam opinionem esse communem, licet dicat Episcopis placere secundam, pro qua refert *Declarationem Sacræ Congregationis Garzia de Benef p. 9. c. 2. n. 108. & seq. & n. 112.* asserit hanc non solum esse probabiliorem, sed certam.

PRIVIL. CX.

Electio III.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest eligere seipsum, potest tamen electioni de se facta consentire, & computatur in numerum eligentium n. 2.*

3 *Nemo potest præsentare se ipsum quibusquunque meritis adiuuetur, & quid in Beneficijs simplicibus.*

4 *Procurator ad præsentandum non potest præsentare, nec se nec principalem Donatarius temporarius*

Iurispa-

Iurispatronatus non potest præsentare Donatorem.

5 *Procurator ad Resignandum in fauorem persona à Procuratore nominanda, non potest nominare se ipsum.*

6 *Exequtor datus ad distribuendum pauperibus si pauper est, potest se pro vno eligere, & sibi Elemosinã facere, præsertim, quo ad forum conscientiæ, ac etiã filio suo spurio pauperi, siue alijs Consanguineis pauperibus n. 7.*

8 *Pauper quærens Elemosinam pro paupere in genere, potest eam sibi retinere secus si pro certo paupere quæsiuit.*

9 *In generali sermone non includitur persona loquentis fallit n. 10. 11. & 12.*

12 *In foro conscientia attenditur veritas, & cessat præsumptio.*

13 *Exequtor pauper tunc solum potest sibi elemosinam facere quando est in summa, et euidenti necessitate.*

14 *Pænitens cui iniungitur pænitentia faciendi elemosinam pauperibus, nõ potest se ipsum eligere licet pauper.*

15 *Quando paupertas exequtoris erat nota testanti, an possit sibi Elemosinam facere, & n. 16.*

17 *Quando testator prohibuit exequtori, ne quid in suã vtilitatem conuertat, tunc non potest ille sibi Elemosinam facere, Limita vt n. seq.*

18 *Quæ de nouo emergient, nouo indigent auxilio.*

19 *Absurdum est, minus dilectũ, magis dilecto præferre & ad id euitandum etiam verba impropriantur.*

20 *In Claris non est opus Coniecturis.*

21 *Coniectura est vestigium veritatis latentis.*

22 *Episcopus, vt exequtor relictorum pauperibus, nihil potest sibi retinere.*

23 *Cauendum ne vnius Elemosina, alterius peccatum efficiatur.*

24 *Episcopus pauper, ex relictis pauperibus, potest sibi elemosinam facere.*

25 *Ecclesiastici non debent esse deterioris conditionis, Immo melioris, quam Laici.*

26 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*

1 QVamuis regulariter, nemo possit eligere se ipsum *c. fin. de instit. gl. in l. plane ff. quod cuiusq; vniuer. nom. & post Castrens. tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 94. n. 2.* licet possit Electioni de se
2 factæ consentire, & ita computetur in numerum eligentium *c. cum in iure peritus 33. de elect.*
3 Et quamuis nemo possit præsentare se ipsum, quibusquunque meritis adiuuetur *c. per vestras 26. de iur. patr. Rota coram Burate. in Bergomen. Cap. Pellania D. 316. n. 2. vbi Ferentill. in lit. A.* ostendit id procedere, etiam in Beneficijs simplicibus
4 contra Lambertinum, Adeo vt neque Procurator ad præsentandum potest præsentare se ipsum, vel Dominum, à quo constitutus est *Barbos. post alios de pot. Ep. Alleg. 72. n. 87. & seq. & nu. 95.* vbi quod neque Donatarius temporarius Iurispatro-
5 natus potest præsentare Donatorem, & procurator ad resignandum in fauorem personæ per Procuratorem nominandæ non potest nominare se ipsum *Paleott. D. 249. Verall. D. 397. p. 2. Paris de Resign. lib. 9. q. 17. n. 102. & 103. Bursat. cõs. 395. n. 24. Nouar. de priu. miserab. pr. 74. n. 5.*
6 Attamen Exequtor relictus ad distribuendum bona paupeeibus, si ipse vere pauper est, potest pro vno se ipsum eligere *ad tex cum ibi not. in l. prases 6. C. de seruit. & Aqua de quo dixi in V. elemosina D. Thom. 22. q. 185. art. 7. sub fin. & prius q. 32. art. 9.* vbi quod Distributor si est pauper, potest sibi Elemosinam facere *Socin cons. 12. lib. p. incipit circa præsentem Abb. cons. 32. sub fin. Felin. in c. irrefragabili §. cæterum n. 4. de offic. ordin.* vbi quod obligatus ad faciendam elemosinam nomine alterius, potest eam facere sibi ipsi si est in euidenti necessitate, *Durand de Arte Testan. tit. 7. caut. 10. n. 4. vbi adducit illud Isaiæ c. 58.* Carnem tuam ne despexeris, *& post alios Muntic. de coniec. vlt. vol. lib 8. tit. 5. n 9.* vbi tamen ad id requirit magnam paupertatem, *& n. 10. & 11.* vbi quod potest, etiam filium suum, etiam spurium, vere tamen inopem eligere, *& post Iacob de Aren. Bald. Ang. Calder. Capram. Tiraq. Paris. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 17. idem Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 183. n. 43.* vbi quod Episcopi, & his similes, quibus à testatore, vel alio data sit potestas distribuendi inter pauperes, possunt sibi ipsis Elemosinam facere si in euidenti necessitate reperiantur *post Paul. de Leazz. Card. Imol. Andr. Paris Muntic. Surd. de Alim. tit. p. q 94. n. 4. Nauarr. in Commentar de elemos. nu. 71. & 72.* vbi quod omnino procedit in foro Concientiæ. *Adde Nouarium in praxi priuil. miserab. priu. 74. n. p.*
7 Ampliatur pr. vt is cui commissa est in pauperes Bonorum libera Distributio, possit etiam distribuere suis Consanguineis si vere sint pauperes. *Io. Andr. in additione ad spec. tit. de instrum. edit. §. nunc. vero Bart. in l. cum quidam ff. de leg. 2. Bald. in l. id quod pauperibus in 7. q C. de Epis. & Cler. Ang. & Imol. in l. illa institutio ff. de Hæred. instit. Ancar. cons. 84. incipit prima facie videtur dicendum Natta cons. 211. n. 20. Surd. de Alim. tit. p. q. 94. n. 5. vbi post Bald. Ang. Calderin. et Manticam de coniect. lib. 8. tit. 5. n. 9. & 10.* quod potest etiam dare filio suo, si pauper est *Adde Nouarr. in praxi priuil. miserab. pr. 76. n. 4.*
8 Ampliatur 2. vt pauper quærens Elemosinam pro paupere in genere, possit sibi eam licite retinere. *Nauar. cons. p. de mendicantibus n p.* vbi secus dicit si quæreret pro certo paupere, quia bis peccaret, mentiendo scilicet & retinendo, *Allegat tex. in C. ne quis 22. q. 2.* vbi quod nemini vnquã, licet falsum dicere, verum autem tacere absque alterius damno, licet, Adducit etiam nouam rationem, quoniam sub generali illo nomine pauperis, etiam ipse quærens elemosinam contineri potest.
9 Et quamuis in generali sermone non includatur persona loquentis *ad tex. & ibi tradita in l. in-*

quisi-

quisitio 18. C. de solut & in l. Paulus 29. in fine ff.
10 *de pignor.* Attamen id fallit, quando loquenti fa-
uorabile est, vt comprehendatur, tunc enim in-
cluditur. *vt post Menoch. & alios docet Ludouis.*
in Taruisina Parochialis D. 2. n. 9.
11 Vel dic, quod fallit, quando de expressa, vel
præsumpta contraria mente loquentis constat, à
qua verba regulariter regulantur *ad tex. in l. non*
aliter 67. ff. de leg. 3.
12 Vel dicas, quod in foro Conscientiæ, vbi est
Tribunal Veritatis, cessat præsumptio, & veritas
inspicitur *dixi Decis. 8. n. 20.*
13 Declaratur Conclusio, vt procedat quando
summa est egestas exequtoris, alias non, *Card. in*
Clem. vnic. q. 22. de testam. Surd. de Alim. tit. p.
q. 94. n. 4. Mantic. de Coniect. lib. 8. tit. 5. n. 9. &
videtur sentire Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 182.
n. 33. dum requirit euidentem necessitatem.
14 Limitatur pr. quando Confessor iniungit pæ-
nitentiam largiendi elemosinam pauperibus, quia
Pænitens licet pauper non satisfacit, se ipsum eli-
gens *Castr. to. p. tr. 6. Disp. 2. punt. 14. n. 10. Sua-*
rez. Disp. 7. sect. p. n. 9 Sanchez. de matrim. to. p.
lib. 4. c. 49. n. 6 Diana Res. mor. p. 5. tr. 8. de elem.
Res. 37. & Res. 38 vers. notandum tamen.
15 Limitatur 2. quãdo exequtor erat pauper tem-
pore testamenti, & paupertas erat nota testanti,
tunc enim non potest se eligere, secus si erat ei
ignota, vel superuenit, *Ancar. cons. 83. n. 3. Me-*
noch lib. 4. pras 125 n. 18. & seq. Sanchez. in sum-
16 *ma lib. 6. c. 11. n. 55.* sed contrarium scilicet, quod
indistincte, etiam si exequtoris paupertas non su-
peruenerit, sed vigeret, & pateret testatori, ad-
huc si exequtor sit vere pauper, possit se ipsum
eligere, senserunt *Sancius in select. Disp. 14. n. 18.*
Ledesima in summ to. 2. tr. 4. c. 3. conclus. 15. Dia-
na p. 5. tr. 8. de elem. Res. 38. vbi ait sufficere si
exequtor non sit exclusus.
17 Limitatur 3. quando Testator prohibuit exe-
qutori, ne quicquam in suam vtilitatem conuer-
tat, tunc enim id, est omnino seruandũm *ad tex. in*
Auth. Disponat Auth. de nupt. §. cum Martha 6.
de Celeb. Miss. Socin. d. cons. 11. lib p. Durand. de
Arte Testan tit. 7. n. 4. caut. 10. quæ tamen Limi-
18 tatio posset forte temperari, & sublimitari, nisi
post testamentum, vel saltem post obitum Testa-
toris superuenisset exequtoris paupertas, quia quę
dę nouo emergunt, nouo indigent Auxilio.
Et ex præsumpta mente Testatoris credi po-
test, quod si de dicto casu cogitasset, prætulisset
extraneorum paupertati, paupertatem exequto-
ris, quem ad munus exequtoris eligendo, prædile-
19 xit, & non est congruum, Immo Absurdum, vt
minus dilectus, magis dilecto pręferatur, & ad hoc
euitandum quælibet assumitur interpretatio etiã
verba impropriando *dixi Decis. 74. n. 4.*
Neque obstat, quod si rationes prædictæ vale-
rent, exequtor admitteretur, etiam quando ipse
erat pauper, dum Testator disposuit, nam respõ-
detur, quod quando Testator sciuit exequtoris pa-
20 upertatem, & tamen eum exclusit expresse, tunc
sumus in Claris, in quibus non est locus Coniectu-
ris *l. continuus 137. §. cum ita ff. de verb. oblg.*
sed quando paupertas superuenit post obitum,
Testator ignorauit paupertatem, Vnde potest
esse locus Coniecturandi, an si sciuisset, ita dispo-
suisset, & quando sumus in casu, in quo si Testator
cogitasset, & interrogatus fuisset, ita verisimili-
21 ter respondisset, admittitur interpretatio, & mi-
nus expressa voluntas Testatoris, suppletur ex co-
niectura, quæ est vestigium veritatis latentis, *vt*
post Mantic. dixi decis. 59 n. 40.
22 Vltimo adde, quod Episcopus à Lege constitu-
tus executor Relictorum pauperibus, nihil potest
sibi retinere *tex est in l. si quis ad declinandam 37.*
in fine C. de Ep. & Cler. ibi, In omnibus autem hu-
iusmodi casibus cælestes iracundias sacrosancta-
rum rerum administratores expectent, si quales-
cunque lucrum sibi ex huiusmodi Gubernationi-
bus acquisierint, vel si hoc committi ab alio con-
senserint, *Consonat. tex. in can. iniustum 12. qu 2.*
23 *relatum etiam in c. iniustum 4. de Rer. permut. ibi,*
Caueant Ecclesiarum Rectores, ne Elemosina
vnius alterius peccatum efficiatur.
24 Hęc autem intelligenda videntur, quando Epi-
scopus, vel Rector non indigerent, si vero essent
pauperes, & indigentes, possent etiam ipsi gaude-
re priuilegio, de quo hic prout in specie de Epis-
copo loquitur post alios allegatus supra, *Menoch.*
de Arbit. lib. 2. cas 182. n. 43.
25 Et merito, quia non debent esse deterioris con-
ditionis Ecclesiastici, quam Laici, Immo melioris
ad trad. in can. duæ sunt 96. D. & c. Ecclesia S. Ma-
ria 10. de const. & si Conclusio procedit in exequ-
26 tore testamentario, procedere debet, etiam in Le-
gitimo, præsertim, quia mitius agitur cum lege,
quam cum homine *l. & si post tres 8. ff. si quis ca-*
ution. l. Celsus 28. ff. de Arbitr.
Neque obstat *tex. ex aduerso ponderatus in d. l.*
si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. quia
prohibet exequtori, ne lucrum capiat, non autem
prohibet, ne possit accipere ad subleuandam pro-
priam necessitatem, quo casu non dicitur lucrari,
nec fieri loqupletior, nec etiam obstat, *aliis tex.*
in d. c. iniustum 4. de Rer. permut. nam dum pro-
hibet, ne Elemosina vnius, fiat alterius peccatum,
patet quod noluit hunc necessitatis casum inclu-
dere in quo nullum admittitur peccatum *vt latissi-*
me dixi in V. furtum.

PRIVIL. CXI.

Electio IV.

SVMMARIVM.

1 DE *electione pauperum facta per executores non soluitur Gabella, & quare.*

Si

1 SI Testator iussit per executores, suos Bona in pauperes erogari, seu distribui, pauperes ipsi non indigent aliqua translatione, vel Concessione, sed sufficit eis sola heredis Declaratio per quã dicat Eligo tales, nec dicuntur consequi actionem ex electione, sed ex testamento, Vnde sequitur, quod de huiusmodi electione non debet solui Gabella, *ad tex. in l. vnum ex familia 67. ff. de leg. 2. & docet, ibi Bart. n. 3. & 5. & 6.*

PRIVIL. CXII.

Electio V.

SVMMARIVM.

1 *IS cui pauperum electio commissa est, instituendo pauperem, heredem dicitur eligere.*
2 *Executor datus ad distribuendum Bona pauperibus, potest vni pauperi fundum assignare cum hoc, vt det aliquid alteri, vel cum hoc, vt post obitũ vnius perueniat ad alium pauperem.*
3 *Valet argumentum à Re ad tempus.*

1 IS cui pauperum Electio commissa est, instituendo aliquem hæredem, dicitur eligere, dummodo sic institutus sit pauper *Bart. in d. l. vnum ex familia 67. §. si duos per illum tex. n. 7. ff. de leg 2 & Alex post Bart. ibid. in add. ad eumd. Bart. Ruin. cons. 24. n. 9. in fin. lib. 2.*

2 Adde hic, quod executor cui commissa est Bonorum distributio in pauperes, potest vni fundum assignare, vel relinquere cum eo, vt det aliquid alteri, vel vt post eius mortem ad alterum perueniat fundus, dummodo ille alter sit, etiam pauper, alias non, *Bart. in d. l. vnum ex familia §. sed si fundum n. 2. ff. de leg. 2. et probare videtur ibi, tex. a contrario sensu, & tex. in l. Miles ita 42 §. & quia diximus ff de testam. milit. iuncto tex. in ead. l. vnũ ex familia §. si duos*, vbi dicitur, quod potest in simili casu res diuidi, & pro parte eligi, valet autẽ
3 Argumentum a Re ad tempus, *vt docet Euerard. in Topica.*

PRIVIL. CXIII.

Electio VI.

SVMMARIVM.

1 *CReditor ex multis bonis sibi hypotecatis eligit, quod corpus velit.*
2 *Facultas eligendi regulariter refertur ad mediocria, tam in contractibus, quam in vlt. volunt. n. 3. & in Dote n. 4. & in Legitima n. 5.*
6 *Fauore pauperum, & miserabilium fit Electio de meliori.*

1 QVamuis Creditor ex multis bonis sibi hypotecatis possit eligere, in quibus Creditum experiri, & consequi velit *l. Creditoris Arbitrio 8. ff. de Distr. pignor. vbi Bart.* dixit nota hunc textũ, quia est contra opinionem Rusticorum, *& tradit Gratian. Discept. forens. lib. p. c. 38. n. 4.*

2 Facultas tamen eligendi, regulariter non refertur ad Bona meliora, nec ad deteriora, sed ad mediocria, *l. si quid venditor 18. sub med. vbi gl. in V. de bono ff. de edil. edic. l. Legato generaliter 37. ff. de leg. p. vbi Ang. & Ias. l. si quis argentum 35. §. si vero redditum, & §. similique modo vbi gl. in V. Mediocris C. de Donat. Nonar. in praxi priuil. mise-*
3 *rab. priu. centesimo n. p. & seq.* vbi quod procedit, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, ac etiam quando quantitas est in obligatione
4 ad finem consequendi speciem, & procedit etiam in Dote, nam Mulier Dotem repetens in bonis stabilibus hypotecatam non potest eligere meliora *Bart. in l. si ex falsis C. de transac. Parpal. in l. placet col. 3. C. de Sac. Eccles. molfes. in consuetud. Neapolit. p. 4. de iure dot. q. 5. n. 33.* & procedit
5 etiam in Legitima, pro qua filius non potest rem meliorem eligere, sed mediocrem Arbitrio boni viri *Menocch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 163. n. 21. Gabr. conclus. 4. de legitima n. 3.*

6 Sed fauore pauperum, & miserabilium personarum fieri potest, & debet Electio de meliori *ad tex. in l. Titia 40. §. seia vbi Bart. n. 2. ff. de Aur. & Arg. leg. & post Lap. Gozzadin. Socin. Roman. Cagnol. tradit Nonar. in praxi priuil. miserab. priu. centesimo nu. 5. & tu si placet vide, quæ dixi in V. Legatũ.*

PRIVIL. CXIV.

Electio VII.

SVMMARIVM.

1 *QVando causa est magna respectu pauperis, & parua respectu Diuitis iudicabitur magna, vel parua, prout pauperi vtilius erit.*

1 SI Causa, quæ controuertitur inter Diuitem, & pauperem sit parua respectu Diuitis, & magna respectu pauperis, iudicabitur magna, vel parua prout magis expediet pauperi, & sic habebit in hoc pauper electionem *ad tradita per Benincas. de paupert. q. 4. n. 8. & seq. sequitur Scaccia de Appell. q. 17. limit. 90. n. 6.*

PRIVIL. CXV.

Elemosina I.

SVMMARIVM.

1 *COguntur Diuites ad tribuendam pauperibus Elemosinam.*

2 *Elemosina est de præcepto stante abundantia in Diuite, & necessitate in paupere*
3 *Non minus est criminis habenti tollere, quam non habenti denegare.*
4 *Alimenta indigenti negare, est necare*
5 *Pænitentię de dando aliquid pauperi, an satisfiat dando extreme indigenti*
6 *Elemosina in necessitate, debita est ex pręcepto Diuino. & n. 7. & 8.*
Cognationem inter homines natura constituit.
Non omnia verba Imperatiua sunt pręceptiua.
Perfectus est, qui suę paupertatis obliuiscitur, vt succurrat alienę.
7 *Diues, qui pauperi in necessitate non dat Elemosinam peccat, & damnatur, si in Ignem mittitur, qui nō dat rem propriam, magis qui inuadit alienam, & si qui non vestiuit, magis qui spoliauit.*
8 *Pręceptum Elemosinę continetur in pręcepto. Honora parentes, vel in illo, Non occides, vel in illo, Non furaberis.*
9 *Pręceptum Elemosinandi est, etiam Iuris naturalis.*
10 *Lex tota rationalis naturalis consistit in duobus pręceptis contentis in hoc versiculo, quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli.*
11 *Si non pauisti occidisti, Indigenti Alimenta negare, est necare.*
12 *Natura cognatos omnes homines genuit, debemus homini, & humanitati.*
13 *Elemosina debetur etiā infidelibus extremo egētibus. Benefacere debemus his, qui oderunt nos. Grecis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitores sumus.*
14 *Infidelis est proximus, licet non Frater in Christo, est tamen Frater in Adam, ac etiam in Deo quatenus omnium Patre, & licet Imoius, homo tamen est.*
15 *Hęretico extreme indigenti subuenire tenemur, sed indigenti etiam non extreme possumus, quatenus homo est, quia peccator est corripe quia homo miserere.*
16 *Excōmunicato extreme indigenti Elemosina debetur.*
17 *Diuites an cogi possint elemosinari, non solum extreme, sed etiam grauiter Indigentibus, sed contra n. 18. Distingue n. 19.*
20 *An communibus pauperum necessitatibus non extremis, teneatur Diues superflua statu erogare. & n. 21. 22. & 23.*
24 *Etiam de necessarijs ad statum tenetur Diues Elemosinam facere constituto in extrema necessitate.*
25 *Ex superfluo naturę tenetur diues dare extreme indigenti occurrenti.*
26 *An habens superfluum naturę, & status, teneatur dare indigenti necessarijs ad statum.*
27 *Superfluum status non consistit in Indiuisibili.*
28 *Diues tenetur pauperi Elemosinam dare, licet propria culpa factus sit pauper.*
29 *Pręceptum pauperibus elemosinandi obligat vniuersitatem.*
30 *Diuites cogi possunt, etiam per excommunicationem ad elemosinandum pauperibus, extreme, saltem Indigentibus.*
31 *Pauper non est asperis verbis repellendus, & licet non semper debeatur Elemosina, debetur tamen semper benigna Responsio.*
32 *Debemus audire, licet non possimus exaudire, multi negant vultu dantium, Alij dant vultu negantiū, & Beneficia corrumpunt.*
33 *Quando adest possibilitas, & obligatio dandi, verbis non satisfit, verba, verbis resoluuntur.*
34 *Voluntas Bona non est si non operatur, quod potest, est velleitas.*
35 *Elemosina, an sit de pręcepto Charitatis, vel de pręcepto Iustitię.*
36 *Pręcepta Charitatis non obligant ad restituendum, An deficiens in elemosinando teneatur ad damna, hic & n. 37.*
38 *Diuites denegantes Elemosinam admittunt genus quoddam Iniustitię.*
39 *Quo ad Reatum non differunt pręcepta Iustitię à pręceptis Charitatis.*
40 *Diues non tenetur credere asserenti suam extremam necessitatem, nisi aliunde appareat.*
41 *Nec tenetur credere fidei Confessoris, potest tamen credere n. 43.*
42 *Fides non facit fidem, & testis vnicus licet qualificatus, plene non probat.*
44 *Bene facit, qui facile credit proximi necessitatem, nec eā subtiliter examinet, si potest omnibus subuenire.*
45 *Pręcepto Elemosinę satisfit, etiam mutuando, vel commodando.*
46 *Pręcepto de pauperibus erogando superflua status, satisfit proponendo relinquere in vltima voluntate.*
47 *Magis meretur, qui dat Elemosinam viuens quam qui moriens, hic enim dat, quod retinere nō potest.*
48 *Liberalior est, qui donat, quam qui legat, hic enim non sibi, sed heredi detrahit, & quasi de alieno liberalis existit. Vide versus.*
Pęnitentia sera, raro vera, sed nunquam sera si seria.
49 *Diues ad erogandum superfluum non tenetur quęrere pauperem, sed solum tenetur occurenti.*
50 *Diues tenetur pauperi, extreme, vel quasi extreme indigenti.*
Impossibilium etiam moraliter, nulla est obligatio.
51 *Diues nō tenetur pauperi, qui laborando, vel mendicando potest se eximere ab extrema necessitate.*
52 *Diuites, Iudicis officio compelluntur elemosinari, sed pauperibus non competit actio. Diuites videntur quasi debitores pauperum, sed pauperes quasi creditores.*
53 *Pauperes debent esse Rogantes, non arrogantes, & cum gratiarum actione recipere, & Deo primas agere gratias.*
54 *Pauperi dare cibos delicatos, dicitur peccatum, sed Veniale 55. sed pauci in hoc peccant, vt ibi.*
56 *Defendere pauperes, magna est Elemosina, & sicut de pecunijs ita de operis tenemur elemosinari, Beneficium est in siti monstrare fontem, Omnia respicientia vtilitatem proximi, habent rationem Elemosinę, sicut qua vis latria exhibita Deo, habet rationem orationis.*

Qui

57 *Qui dat veniam peccanti, dicitur ei Elemosinam facere.*

58 *Elemosina est actus elicitus à misericordia, & Imperatus à Charitate.*

59 *Aliquando Elemosina est, peccanti pœnam imponere, & pietas est, Impios punire.*

60 *Iniurias, satius est obliuisci, quam vlcisci, Index non debet esse Clementior lege.*

61 *Elemosina est tribuenda libenter, Hilarem Datorem diligit Deus.*

62 *Accipiens mutuum, seruus est fęnerantis, Aliqui corrumpunt Beneficia, promittentes vultu negantiū, & sunt Benefici, & non Beneuoli.*

63 *Tarde dare, negantis est, vel cito dandū, vel cito negādum, sępe quod differtur, aufertur, misericordia in tempore tribulationis est quasi pluuia in tempore siccitatis.*

64 *Elemosina non est propria Donatio, sed ob causam, Unde infertur, vt ibi.*

65 *Elemosina est titulus lucratiuus eidē largięti, vide ibi.*

66 *Elemosina facienda est in occulto, nesciat sinistra quid faciat Dextra, vide versus. Beneficia pereūt Authoris Garrulitate, nolite Iustitiam facere coram hominibus, vt videamini ab eis, sed luceat lux vestra coram hominibus, vt n. 67. Conciliatio horum textuum n. 68. & alia n. 70.*

68 *Superiores debent palam bona opera facere, subditi autem in occulto, etiam bona opera sunt cum cautela facienda.*

Superiores pręesse debent, & prodesse, & magis prodessent faciendo, quę dicunt, quam dicendo, quę nō faciunt, & debent sicut Dignitate, sic & virtute pręcellere.

69 *Sapientibus Cupido glorię vltima exuitur, nulla est humilitas, quę Dulcedine glorię non tangatur.*

70 *In bonis operibus finis secundarius Humanę glorię non prohibetur, pręsertim si ordinetur ad primariū glorię Dei, sic fiat opus in publico, vt intentio maneat in occulto.*

71 *Bona opera occulta, sunt bona maiora, vel tutiora, mala opera occulta, sunt mala minora. fallit aliquādo, vt ibi, Magna pars peccatorum tollitur, si testis assistat.*

72 *Qui vult ordinate dare Elemosinam, à se ipso debet incipere.*

73 *Ordinata Charitas incipit à se ipso.*

74 *Qui se ipsum non diligit, peccat contra pręceptum de diligendo proximum, quamuis rari in hoc peccent.*

75 *Non est propria Charitas ad se ipsum, sed Dilectio.*

76 *Quilibet tenetur alere se ipsum.*

77 *De necessario naturę non licet alteri Elemosinā facere, nisi ei per quem Ecclesia, vel Resp. conseruaretur.*

78 *Peccaret, qui sibi, vel suis necessaria subtraheret, vt daret extraneis, nisi causa Religionis, vel Resp.*

79 *Se ipsum occidens cum hominem occidat, verus est Homicida.*

80 *Se ipsum occidens priuatur Eccles. sepultura, nisi se pręcipitasset, vt mortem, vel violationē effugeret.*

81 *Clericus se percutiens, incidit in excommunicationem cum Clericum percutiat.*

82 *Testamentū eius, qui se occidit, an & quādo irritetur.*

83 *Seruus salutem propriam, tenētur postponere saluti Dominorum de Iure Ciuili, seruitus quid sit.*

84 *Elemosina prius debet erogari consanguineis, quam extraneis, ex duobus pręsentatis, debet Episcopus pręferre consanguineum Patroni.*

85 *In distributione Elemosinę testamentarię, inter pauperes distribuendę, pręferuntur pauperes consanguinei testatoris, ac etiam vicini.*

86 *Executor relictus ad distribuendum pauperibus, dare potest etiam suis cōsanguineis, vere pauperibus.*

87 *Consanguineus in Elemosina pręferendus est, saltē de honestate, sed si detur extraneo non retractatur.*

88 *Inter Consanguineos quis ordo seruetur in Elemosina, & qui pręferantur.*

89 *Relinquet homo Patrem, & Matrem suam, & adhęrebit Uxori suę, intelligitur, quo ad carnis coniunctionem. Sed aliquando verbum adherere significat Animi adhęsionem n. 90.*

90 *Ex quatuor libris Esdrę, primi soli duo sunt Canonici.*

91 *Spectandum non quid factum sit, sed quid fieri debeat, & pergendum, qua eundum est, non qua itur.*

92 *Magis tenemur Episcopo subuenire, quam Domino temporali, & an teneamur magis alere spiritualē Patrem, an carnalem.*

93 *Vxor relicta vniuersalis vsufructuaria filijs institutis, tenetur prius illos alere, quam se ipsam ex vsufructu illo.*

94 *Ex fructibus Monasterij prius est Alendus Vicarius Curatus, quam Monachi.*

95 *Elemosina prius danda est pauperibus loci, quam forensibus, & inspicitur locus domicilij testatoris, vel locus, in quo conditum est testamentum, vel statutum de Elemosina disponens.*

06 *Erogatio vsurarum, & incertorum facienda est pauperibus loci, in quo damna illata sunt, saltem de Consilio.*

97 *Si in loco in quo distribuenda est Elemosina, desunt pauperes, petentur ex loco viciniori.*

98 *Elemosina prius debetur Bonis, quam malis, & qui dat elemosinam ei qui magis meretur, magis et ipse meretur. 99.*

100 *Elemosina prius debetur benefactori.*

101 *Obligatio, antidoralis est inefficax ad agendum, & excipiendum, nec ligat Conscientiam.*

102 *Elemosina prius debetur Amico, quam Inimico.*

103 *Quando potest omnibus Elemosina fieri, non est subtiliter inquirēda vita pauperis, quicquis petat, Christus accipit.*

104 *Potest in Elemosina, petenti, praferri non petens, nisi vt ibi.*

105 *Quibusdam nihil pulcrum videtur, nisi accipere. Aliqui ad petendum Idonei sunt, alij ad accipiendum, etiam non petentes.*

106 *Elemosina cæteris paribus, danda est prius nobilibus.*

107 *Nullum genus Infelicitatis maius, quam fuisse felicē. Aliqui tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.*

108 *Lautiora pręstanda sunt Alimenta ei, qui fuit ali-*

quando Diues.

109 *Elemosina magis debetur pauperibus verecundis.*

110 *Elemosina in concursu magis debetur faminis, quam masculis, & magis Monialibus, quam Monachis.*

111 *Priuilegium faminis concessum, potius est quam concessum masculis.*

112 *Famina reputantur miserabiliores, quam masculi, quia sunt imbecilliores, & misericordiores. Misericordes misericordiam consequentur.*

113 *Relictum Monasterio, debetur Monasterio Monialiũ, magis quam Monachorum.*

114 *Subueniendum est prius senibus, & debilioribus.*

115 *Charitas, & Elemosina differunt, & in quo vide num sequentibus.*

116 *Charitas quid sit, Radix omnium malorum Cupiditas, Bonorum autem Charitas, Sacra Scriptura non pracipit, nisi Charitat em, non damnat nisi Cupiditatem, vniuersa delicta operit Charitas, & Ardor Charitatis, vitia cuncta consumit.*

117 *Elemosina quid sit,*

118 *Opera misericordia corporalia, & spiritualia, que sint*

119 *Elemosina à Charitate differt, vt effectus à causa, sine qua non est meritoria,*

120 *Elemosina extra Charitatem, an & ad quid valeat.*

121 *Dans Elemosinam, & intendens martyrium ad pompam, peccat,*

122 *Charitas, & Misericordia, in quibus differant.*

123 *Elemosina Unde dicatur.*

1 Cogi possunt Diuites ad Elemosinam pauperibus erogandam tempore necessitatis seu penuriæ *gl. in c. sicut in V. esurientium 47. D. & in c. Domino in V. necesse 50. D. & gl. p in fin. in c. exigunt p. q. 8. Abb. in c. cum causam n. 7. de elect. & in c. si quis propter n. 7. de furt. & in ca. p. n. 7. & 8. de empt. & vend. Ant. Franc. ad Abbat. in c. 4. n. 12. de consuet. Felin. alios adducens in c. si qui testium n. 10. de testib. Dec. in c. ex Epistola n. 224. de prob. Aretin. cons. 84. col. 2. Beniucas de paupert. q. 7. spec. 5. in ind. n. 17 Adde iterum Ant. Franc. ad Abb. in c. ex transmissa n. 23. de Decim.* vbi ait, quod Diues compellitur inuitus Elemosinam facere, *& allegat speculatorem in tit. de Locato §. nunc aliqua vers. 68. Rimin. Iun. cons. 635. n. 32. volum 6. late Tiraq. de pan. temper. caus. 44. n. 9. & 10. & de nob. c. 29. n. 46. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 43. Nauar. in Comment. de elemos. n. 58. Azzor. Inst. mor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 3. & ead. p. 2. lib. 12. c. 13 q 2. & 3. & 4. Barbos. de pot. Episcop. Alleg 82. n. 3. & 4.* vbi quod Episcopus, & Ecclesia potest in casu prædicto Diuites cogere.

2 Ratio esse potest quoniam Elemosina est de præcepto, quando concurrunt duo hæc extrema videlicet superfluitas ex parte Diuitis, & necessitas ex parte pauperis, saltem extrema, *c. pasce c. non satis 87. Dist. & per illos tex. docet Archid. in c. sicut col. 2. n. 10. 47. Dist. D. Thom. 22. q. 22. art. 5. Dec. in c. Pastoralis §. verum col. 2. de Appell. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 5. in Ind. n. 18. Felin. in c. si vero 8. de Iureiur. a. 6. subfin.* vbi temperat quando Diuiti superest sibi, & suis, & pauper aliter sustentari non valet *Rip. de Peste in vlt. p. de Rem. praseru. n. 196. & seq. Tiraq de pa. temper. caus. 44. n. 9.* vbi probat Idem esse indigenti denegare, ac rapere, de quo nos infra dicemus *Sur. dus de Alim. tit. p. q. 90. n. p. & 2. Nauarr. in Mã. c. 24. n. 5.* vbi explicat, quibus casibus sit de præcepto Elemosinam dare, *& latius in Comment. de elemosina n. 23. & seq.*

Dixerat prodigens ille filius Lucæ 15. Quanti in Domo Patris mei abundant panibus, Ego autẽ hic fame pereo, sed multi dicere possunt econuerso, Quanti in Domo Patris mei fame pereunt. Ego autem hic abundo panibus, tunc enim est Elemosina de præcepto, quando adest Abundantia ex vna parte, & fames ex alia.

3 *Adde tex. Ambros. in can. sicut 47. Dist. ibi,* non minus est Criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundes, Indigentibus denegare,

4 Immo hoc etiam casu Alimenta negare, necare est, *iuxta tex. in l. necare 4 ff. de lib. agnosc.*

5 Infertur ex ratione prædicta, quod pænitentię iniunctę de dando aliquid pauperibus non satisfiat dando extreme indigenti, quoniam huic de præcepto tenemur, & pænitentia in dubio refertur ad indebitum sicut in simili dicitur de iniuncto Ieiunio, vt referatur ad diẽ, quo non tenemur alias ieiunare de præcepto *Io. mai q. 5. col. 10.* quem posse defendi *dixit Nauar. in Comment. de Elemosina nu. 29.* & Ego defenderem, saltem quando pænitens posset vtrique subuenire, scilicet extreme, & non extreme indigenti, sed quod is cui iniuncta est Elemosina, satisfaciat, dando etiam extreme patienti, simpliciter *sensit post Sot. & Vinal. Emanuel Sa. V. Satisfactio n. 9.*

6 Ampliatur pr. vt non solum Elemosina in casibus prædictis sit ex præcepto Canonico, sed etiã Diuino, vnde *Isaia c. 58.* frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in Domum tuam, cum videris nudum operi eum, & Carnem tuam ne despexeris, vbi nota ibi Carnem tuam intelligi, etiam humanam naturam, seu homines vniuersos, quoniam inter homines cognationem quandam natura constituit, *l. vt vim 3 ff de Ius. & Iur. & Ezecchiel. 16.* Hęc fuit Iniquitas Sodomæ, superbia Abundantia otium, & manum egeno, & pauperi non porrigere.

Et Thob. c. 4. ex substantia tua fac Elemosinã, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini.

Et pro. 25. si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitierit da ei Aquam bibere, & Dominus reddet tibi,

Confert. tex leuit. 19. nec racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus carpenda dimittes, *& leuit. 23.* remanentes spicas non colligetis, sed pauperibus dimittetis, & ibid. non secabitis

cabitis ſegetem vſq; ad ſolum, nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas.

Et Deut. 15. Commoda pauperi mutuum, quod poſtulat, ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi.

Et Eccli. 7. pauperi porrige manum tuam, *&* *Eccli.* 4. Animam eſurientem ne deſpexeris, & ne exaſperes pauperem in inopia ſua Elemoſinam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transfuertas à paupere.

Adde Eſdr. lib. 4. c. 2. egenti da, nudum veſti, & quamuis Eſdræ ſolum primi duo libri referantur inter Canonicos à Sac. Conc. Tridentino in Decreto de Canonicis ſcripturis, attamen etiam tertius, & quartus imprimuntur vna cum alijs libris ſacræ Scripturę, & ad ędificationē leguntur.

Ad idem confert *tex. Eccli.* 29. Conclude elemoſinam in Corde pauperis, & ipſa pro te exorabit ab omni malo.

Fateor tamen, quod non omnia verba Imperatiua ſunt ſemper pręceptiua, *vt traditur in Clem. exyt. de verb. ſign.* cum aliquando importent Cõſilium, & non præceptum, Honeſtatem, & non neceſſitatem.

Ad idem induci poteſt *tex. Eccli.* 18. Memento paupertatis in tempore Abundantiæ, & neceſſitatum paupertatis in Die diuitiarum, intelligendo videlicet paupertatem in concreto ideſt pauperes, & exponendo, memento paupertatis, ideſt præſētis, licet alienæ, & non futurę, licet proprię, & cum hoc intellectu bene conſonat, *Seneca de Benef. lib. p. ibi* magis obligat, qui paupertatis ſuæ oblitus eſt, dum meam reſpicit.

Idem probatur, *Lucę 3. & Matt. 6.* qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.

Et Luca 11. quod ſupereſt date Elemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis, & prius *Luc.* 10. vendite, quæ poſſidetis, & date Elemoſinam.

7 Idem probat *tex. Mat.* 25. ite in ignem æternum, eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere. Nam ſi Elemoſina non eſſet præcepta, illam non dare non eſſet mortale, & qui illam non daret, non damnaretur, & tamen non dantem damnari, probat tex. prædictus, ſic arguit *Azzor. p. 2. lib. 2, c. 7. q. 2.*

Adde tu *Aug. ſerm.* 20. *de verb Dom. ibi*, ſi in Ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus, qui inuaſit alienam, ſi cum Diabolo ardet, qui nudum non veſtiuit, vbi putas arſurus eſt, qui expoliauit.

Et D. Greg. Hom. 40. quę eſt vltima in Euang. qua pœna mulctandus, qui aliena diripit, ſi Inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur?

Ad idem *tex. ad Epheſ.* 4. qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, vt habeat, vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Et 2. ad Cor. 8. In præſenti tempore, veſtra Abundantia, illorum Inopiam ſuppleat, vt & illorum Abundantia, veſtræ Inopię ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas.

Et p. Io. 3. non diligamus lingua, neque verbo, ſed opere & veritate, & ibid. qui habuerit ſubſtātiam huius Mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Charitas Dei eſt in illo?

Et p. ad Tim. c. vltim. Diuitibus huius ſæculi præcipe facile tribuere, communicare, Theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

8 Adde hic, quod aliqui Theologi, præceptum elemoſinæ contineri volunt in illo Decalogi, Honora parentes, Alij in illo non occides, Alij vt Magnus Albertus in illo, non furaberis, vt *refert Bellarm. de Arte ben. mor. c. 9.*

9 Ampliatur 2. vt præceptum Elemoſinandi in caſu prædicto, non ſolum ſit Iuris Diuini, ſed etiā naturalis *Azzor. p. 2. lib. 12. c. 7. q. 2.*

10 Probatur pr. hæc ampliatio, quoniam præceptum prædictum reducitur ad illud. quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & quod hiſce verſiculis continetur.

Quod tibi vis fieri mihi fac, quod non tibi, noli.
Sic potes in terris viuere iure poli.

Quosquidem verſiculos refert Hoſtienſ. in prohem. ſummæ n. 5. vbi quod Lex naturalis rationalis in dictis duobus præceptis, conſiſtit ſequitur *Cittadin. de Iur. patron. p. p. n. 2.*

11 Probatur 2. hæc eadem Ampliatio, quoniam præceptum Elemoſinæ reducitur etiam ad præceptum Decalogi, non occides, quod eſt vtiq; non ſolum Diuinum, ſed naturale, idque comprobat *tex. Ambroſ. in c. paſce 86. Diſt. ibi,* ſi non pauiſti, occidiſti, in caſu namq; neceſſitatis, Alimenta negare, necare eſt, *iux. tex. in l. necare 4. ff. de lib Agnoſc.*

12 Accedit ad idem 3. *tex. in l. vt vim 3. ff. de Iuſt. & Iur.* vbi dicitur quod inter homines Cognationem quandam natura conſtituit, & agnouit *Sen. Ep. 95. ad Lucillum ibi,* præciperemus naufrago manum porrigat, erranti viam monſtret, cum eſuriente panem ſuum diuidat, natura nos Cognatos edidit, *& idem Sen. 4. de Benef.* non homini damus, ſed humanitati.

Infertur ex hac Ampliatione, quod elemoſina
13 in neceſſitatis Articulo etiam Infidelibus debetur, *vt poſt Alex. Rolan. Nattam. Maſcard. tradit Gratian. Diſcept. Forenſ. lib. 4. c. 658. n. 35.* vbi adducit hanc rationem, quia tenemur de Iure naturæ. *Nauar. in Comment. de elemoſina n. 24. & in man. c. 21. n. 23. verſ. 6.* vbi adducit rationem, quia omnes occidere prohibemur, & qui non ſubuenit extreme indigēti, dicitur eum occidere. *Ladercbia conſ. 128. n. 3.* vbi addit aliam rationem Euan-

gelicam, qua præcipimur benefaecere his, qui oderunt nos. *confert tex. Apostoli ad Rom. p.* Græcis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus Debitoe sum.

14 Confert & Ratio, quoniam licet Infidelis non sit nobis omnino frater, est tamen nobis proximus, *vt probat etiam tex. Euangelicus Lucæ* 10. in parabola vulnerati, Immo licet nobis non sit frater in Christo, est tamen frater in Adam, immo & in Deo, *iuxta illud S. Seuerini Boetij de Consol. Phylos. lib. 3. metr.* 6. omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu, si Authorem Deum spectes, nullus degener extat; mortales cunctos edit nobile germen, & vnus omnium Pater est, vnus cuncta ministrat, & licet Infidelis homo, impius, & legum contemptor sit, homo tamen est, vt in simili de Patre, *dicitur in Auth. de nupt. in §. si vero contigerit.*

15 Declara hanc Ampliationem ex verbis, & mente, *Nauarri in man. c.* 27. *nu.* 55. *vers.* 4. *ibi,* teneatur quis, & Hæretico extreme egenti subuenire *arg. c. pasce* 86. *D.* & potest, licet non teneatur eidem, etiam non extreme egenti, subuenire, quatenus est homo *arg. c. duo ista nomina* 23. *q.* 4. *ibi,* quia peccator est, corripe, quia homo miserere, & est textus ille desumptus ex Aug.

16 Ex Rationibus prædictis danda est Elemosina, etiam excommunicato indigenti *c. quoniam multos* 11. *q.* 3. *c. ita plane* 23. *q.* 4. *c. non æstimamus* 13. *q.* 2. *gl. in c. si enpti in V. qua indifferenter* 16. *q p. Gratian. Discept. Forens. lib* 4 *c.* 658. *n.* 36.

17 Ampliatur 3. vt Diuites, Iudicis officio cogi possint Elemosinari, non solum pauperibus constitutis in extrema necessitate, sed etiam in graui *Lorea in* 22. *sect.* 3. *Disp* 39. *membr.* 4. *n.* 47 *Sanchez. in opusc. to. p. lib. p. c.* 5. *Dub.* 5. *n.* 65. *Diana p.* 5. *tr.* 8. *de elemos. Res.* 4. *vers.* nota vero, vbi redditur Ratio, quia non solum extreme indigentibus Reip. prouidere tenetur, sed etiam alijs pauperibus, & Bonum publicum requirit, vt non solum extremæ, sed etiam aliæ necessitates subleuentur, *idem sensit Nauar. in comment. de Elemosina n.* 58. *confert tex. in l. priuilegia* 12. *C. de Sac. Eccles. ibi,* Humanitatis nostræ est, egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint.

18 Contrarium vero, quod scilicet requiratur extrema necessitas pauperum ad hoc, vt Diuites cogi possint, *sensit Felin. in c. p. de offic. Iud. quem refert Tiraq. de nobilit. c.* 29. *n.* 46. *in fine.*

19 Conciliando dici potest, quod prima opinio procedat, vt loquitur in foro externo, secunda vero in interno, seu prima in foro fori, secunda in foro poli, prima quo ad Iudicem, secunda quo ad Deum, nam sicut mitius agitur cum Lege, quã cum homine *l. Celsus* 28. *ff. de Arbitr.* ita mitius videtur agendum cum Deo, qui vera est, & æterna Lex Animata, quam cum homine ipso.

20 Sed an communibus pauperum necessitatibus non extremis, teneatur quis superflua status erogare, quæstio est, & pro affirmatiua est, *S. Thom. Caietan. Bannez. Paludan. Ricard. Nauar. Valent. Becan. Belarm. Ledesma. Beia, Azzor.* qui refert vtriusq; sententiæ Authores, & hanc affirmattiuam sequitur *p.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *q.* 4. pro negatiua vero *Ferrandez. Vistorell. Turrian. Vasq. Malder. Medina, Petrus, Nauar. Conarr. Gabr. Alensi. Abb. D. Antonin. quos refert, & sequitur Diana Res. mor. p.* 2. *tr.* 15 *p. miscellan. Res.* 32. vbi in fine animaduertit, quod cum, secularibus liceat seruare, & cumulare ad mutandum statum suum, & suorũ, vix etiam in Regibus superfluum status inuenitur. *Ad idem Diana p.* 4. *tr.* 4 *miscell. Res.* 215. *& iterum p.* 5. *tr.* 8. *de elemosin. Res.* 17.

21 Tenendo affirmatiuam Amplia, vt Diues habens superflua status, subuenire teneatur indigẽti necessarijs ad Decentiam status sui, quando Indigentia est extrema, vel etiam grauis. *Ita Azzor. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 7. *q.* 6. dicens hanc esse communẽ omnium sententiam, licet ibi neminem alleget.

22 Tenendo negatiuam, Amplia etiam si sit grauis necessitas pauperis, dummodo non extrema. *ita post. Gabr. Alensi. & Malder. Diana p.* 2. *tr.* 6. *& secunda Miscell. Res.* 28.

23 Ampliatur pariter negatiua (eam tenendo) vt Diues cum detrimento, & Diminutione status proprij non teneatur etiam extreme Indigẽti subuenire, *ita Molsesius Lorea Egid. Conchin. D. Antonin. Rossella, quos sequitur Diana d. p.* 2. *tr.* 16. *Miscell.* 2. *Res.* 28. *vers.* 5. *dices,* quod tamen intelligendum videtur quando extrema Indigentia esset Indigentia status, secus, si esset Indigentia naturæ, huic enim subueniẽdum foret cum Diminutione status ex supradictis, & infradicendis.

24 Nam quod etiam de necessarijs, ad statum teneatur quis elemosinam facere constituto in extrema necessitate, *post Medin. & Valent. licet contra Rosellj, & Antonin. dixit Gratian.* asserens hanc esse cõmunem, & magis veram *lib. p Discept. forens. c.* 176. *n.* 12. *vbi n.* 14 ampl at *post Paludan. & Hadrian.* etiam ad notabiliter grauem necessitatem.

25 Sed quod habens superfluum naturæ teneatur de præcepto Elemosinam dare extreme indigenti occurrenti, & petenti videtur apud omnes esse receptum *ad tradita supra, & per Nauar. in man. c.* 24. *n.* 5.

26 An autem habens superfluum naturæ, & status teneatur Elemosinam facere Indigenti necessarijs ad statum suum, quæstio est in qua pro negatiua est, *Panormitanus communiter receptus S. Antonin. & Rosella,* pro affirmatiua vero *S. Aug. S. Ambros. S. Thom. quos sequitur Nauar. in man. c.* 24. *n.* 5.

27 Notandum tamen est hic, quod superfluum status non consistit in Indiuiduo, seu Indiuisibili, *Ita Nauar in Comment. de elemos. n.* 17. *vbi post Caietan in* 22. *q.* 32. *art.* 4. *& q.* 118. *art.* 2. non dici-

dicitur habere huiusmodi superfluum, qui congerit ad mutandum statum in altiorem, vt altioribus virtutibus inseruiat Deo.

28 Ampliatur 4 vt Diues teneatur, & compellatur ad Elemosinandum pauperi, licet is ex propria culpa in paupertatem inciderit, *Bald. in c. quæ in Ecclesiarum de Const.* licet ibi contrarium sentiant, *Io Andr. & Imol.* sed ad elucidandam veritatem, huius Articuli, vide, *quæ dixi latius in V. Priuilegia.*

29 Ampliatur 5. vt præceptum Elemosinandi pauperibus, obliget vniuersitatem, *ita probat Sãchez. de matrim. lib. 2. Disp. 3. n. 3.* Conferunt ad hanc Ampliationem, *quæ dixi in V. Ciuitas.*

30 Ampliatur 6. vt Diuites Abundantes, vt supra cogi possint, etiam per excommunicationem ad Elemosinam tribuendam pauperibus existentibus in extrema, saltem necessitate *Ab. in c. p. de empt. & vend. n. 8. Nattu cons. 500. n. 4. Surd. cons. 69. n. 9. Rim. Iun. Cons. 635. n. 31.*

31 Ampliatur 7. vt extra casum superfluitatis in Diuite, & necessitatis in paupere, & sic in casu, quo Diues non tenetur Elemosinam largiri, attamen pauperem, etiam importune petentem exasperare, peccatum sit, saltem veniale, *ad tex. in can. vnum sub finem 25. D. confert tex. Eccli. 4.* Congregationi pauperum affabilem te facito, & non est Benignitatis Euangelicæ, Immo nec humanitatis Etnicæ, pauperem petentem asperis verbis repellere, quamuis enim nõ semper debeatur ei Elemosina realis, debetur tamen semper Benigna Responsio, *Io. maior in 4. Dist. 15. q. 7. Nauar. in man. c. 24. n. 8 sub fin.*

32 Et si non possumus exaudire, possumus tamen & debemus audire, vnde & *Mart. lib. 6. Ep. 10.* Domitianum laudat, quod benigne negaret, & quasi vultu dantis ibi.

Si negat hoc vultu, quo solet ergo dare?

Econuerso autem multi corrumpunt Beneficia promittentes vultu negantium, *vt loquitur Sen. 2. de Benef.*

33 Sed ne te prædicta decipiant, scias quod quando adest possibilitas, & sic obligatio Dandi, verbis non satisfit, *ad tex. in l. an inutilis 8. §. acceptum, & l. nisi consensit 14. ff. de Acceptil.* vbi quod verba verbis resoluuntur, sed non potest verbis tolli, quod non verbis contractum est, vnde dicitur *pro. 21.* qui iustus est, tribuet, & non cessabit, *& Ps. 36.* Iustus autem miseretur, & tribuit, *licet Sen. lib. 2. de Clẽ.* non miserebitur inq. sapiens, sed succurret, *& Iac. 2.* si frater, & soror nudi sint, & indigeant victu, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in Pace, quid proderit, sic fides si non habeat opera, mortua est.

34 Et voluntas Bona non est, si nõ operatur, quod potest, vt dixit *D. Bern. de inter Dom. c. 8.* Immo nec est vera voluntas, sed velleitas quando est, abque opere, & adest facultas operandi, vt docet *Fumus in sua sum. Armill. in V. intentio.*

35 Limitatur pr. principalis Conclusio, quoniam Elemosina, etiam in casu necessitatis est de præcepto Charitatis, non autem de præcepto Iustitiæ, *Ita Lorcha Sanchez. Salonius, Bannez. Malderus, Azzor. Turrianus, Sotus, Bellarm. Lud. de Sunsuun. Conchin. Reginal. Gordonus, Molina, Vasq. Suarez. Villalob. quos sequitur Diana p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 2. vers. verum his non obstantibus,* licet referat contrarium sensientem *Spino. Nauar. Alex. de Ales. Caietan. Sarmient. Aragonium, & in vers. non desinam, referat etiam, Hurtadum,* distinguentem, vt prima opinio procedat, quo ad Bona, secunda vero, quo ad operam. Primam tamen vltra prædictos sequitur *Nauar. in man. c. 24. n. 7.* ad quam conferre potest etiam *tex. p. Io. 3. ibi,* qui habuerit substantiam huius Mundi, & viderit fratrem necessitatem habere, & clauserit viscera misericordiæ suæ, quomodo Charitas Dei manet in illo, & ratio deduci potest *ex eod. Io. ead. Ep. p. c. tamen 4. ibi,* qui non diligit fratrem, quem videt, Deum quem non videt, quomodo diligere potest.

36 Supposita ergo pro veriori prima opinione cõmuniori, sequitur ex ea, quod Diues deficiens in eroganda Elemosina pauperi, non tenetur ad damna, quæ ob dictam deficientiam proximus patitur, quoniam præcepta Charitatis non obligant ad restituendum *Nauarr. in man. d. c. 24. n. 7. Azzor. p. 2. lib. 12. c. 9 q. 3.*

37 Contrarium tamen quod videlicet Diues teneatur ad restituenda damna sequta ex omissione Elemosinæ, saltem consistente in Bonis, & non in sola opera, *Sensit Hurtado de Mẽdozza in 22. Disp. 159. sect. 3 §. 31. quem refert Diana, sed non sequitur d. p 5 tr. 8. Res. 2.*

38 Sed dici forte potest. saltem lato modo committere genus, quoddam Iniustitiæ Diuites denegantes Charitatem seu elemosinam, ad quam tenentur, ad quod probandum, confert *tex. in can. pasce 86. D. ibi,* si non pauisti, occidisti, *& tex. D. Hieron. in sum. 42. Dist. ibi,* Rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur, *& tex. D. Ambr. in can. sicut 47. Dist. ibi,* sed ais, quid Iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligentius seruo? O Impudens dictum, propriũ dicis, quod commune est, & quis tam Iniustus, quam qui multorum Alimenta, suum non vsum, sed Abundantiam, & Delitias facit, neque minus est Criminis habenti tollere, quam cum possis, indigentibus denegare: esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & si ad hoc plura desideras, *vide Tiraq. de pæn. temper. caus. 44. n. 9. & adde D. Greg. in pastor. c. 22. ibi,* dispersit dedit pauperibus, Iustitia eius manet in sæculum sęculi, Largitatem pauperibus impensam, non misericordiã, sed iustitiã vocat, quia quod à cõmuni Domino tribuitur, iustũ est, vt qui accipiunt, eo communiter vtantur.

Hinc Solomõ ait *pro. 21.* qui Iustus est tribuet,

&

& non cessabit.

39 Vltimo nota, quod licet quo ad obligationem restituendi, & reficiendi damna, sit Discrimen inter præcepta Charitatis, & præcepta iustitiæ, attamen quo ad Reatum, seu quo ad culpam parum, aut nihil interest, & vt in his terminis loquitur *Bellarm. lib. p. de Arte ben. morien. c. 9. in fine*, parum refert vtrum quis ex defectu iustitiæ, vel ex defectu Charitatis in Gehennam descendat.

40 Limitatur 2. quia ad effectum, vt quis in foro
conscientiæ teneatur Elemosinam largiri extreme Indigenti, non tenetur credere asserēti se esse
in tali extrema necessitate constitutum, nisi aliunde constet ex testibus de visu, vel appareant euidentia signa necessitatis extremæ, *Ita Nauarr. in*
41 *Comment. de elemos. n. 31. & 32.* vbi quod, nec
tenetur credere fidei Confessoris, nisi alia concur-
42 rant, vt supra, quia scilicet fides non facit fidem,
vt ostendi, *Dec. 43. n. 5.* & dictum vnius, licet quaqunq; dignitate præfulgeat, plene non probat *vt probaui Dec. 37. n. 16. & Dec. 63. n. 4.*

43 Ad effectum tamen licite elemosinam erogandi potest quis si velit credere asserenti propriam necessitatem, *Ita Nauar. in d. Comment. de elemos.*
44 *n. 31.* immo bene facit si facile in hoc credat, &
non admodum perscrutetur *iux. tex. D. Io. Crisost. in can quiescamus 42. Dist. ibi*, si pro nutrimento postulet, ne in his examines, si scrutator fuisset Abraam circa refugientes ad se, nusquam Angelos Hospitio recepisset) quod tamen intelligendum videtur quando quis potest pluribus subuenire *arg. tex. in d. c. quiescamus ibi* (Abraam quoniā omnes recipiebat, suscepit, & Angelos.

45 Limitatur 3. quoniam præcepto de Elemosinādo satisfit, non solum donando, sed etiam commodando, vel mutuando, vt dixi in V. mutuum. *& confert ps. 111.* Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, *& Deut. 15.* Commoda pauperi mutuum, quod postulat.

46 Immo, quod præcepto de pauperibus erogando superflua status, satisfieri possit proponendo erogare in vltima volūtate, *sensit Nauar. in Comment. de elemos. n. 47.* vbi inducit ad id exemplum Ioannis Patritij Romani, & vxoris eius.

47 Sed qui dat Elemosinam viuens, plus meretur, quam qui moriens *Fab. in §. peculium inst. tit. de Legat. Ouot. ibid. n. 3.* vbi adducitur ratio, quia qui viuens dat, dat quod retinere potest, sed qui moriens, dat quod retinere non potest.

48 Et magis est liberalis, qui donat in vita, quam qui legat, nam donans, in re donata magis diligit donatarium, quam se ipsum, At legans, magis diligit legatarium, quam hæredem, *ita Surd. de Alim. tit. 9. q. 41. n. 15. post Imolam, & Alex.* & tu dic, quod qui viuens, dat, sibi detrahit, qui vero moriens, quasi aliena largitur, nam hæredi detrahit magis, quam sibi, & Legatum est Donatio, quædam, a defuncto relicta, sed ab hærede præstanda *§. legatum inst. tit. de legat. confert Sen. p. de Clē ibi*, non est magni animi, qui de alieno liberalis exist(i)t, sed qui sibi detrahit, quod alteri donat

Adde *Ioan. Eudomen. lib. vnic. Epig. 180.*

Omnia pauperibus dicis post fata relinquam
Qui post fata sapit, pontice sero sapit.

Qui forte alludit ad illud, quod August. tribuitur.

Infirmi pænitentia, infirma est
Et pænitentia sera raro vera.

Sed tu illud tempera, & declara *ex Bellarm. de Ascens. ment. in Deum c. 14 ibi*, nulla est apud misericordiam patris pænitentia sera, dummodo seria, sed dic etiam, Raro seria si sera, ergo raro vera, & ita concordabit Bellarm. & August.

Adde *eund. Aug. in Can. si quis positus de pænit. Dist. 7.* Agens pænitentiam ad vltimum, si securus hinc exit, ego non sum securus, tene certū, & relinque incertum, si vis agere pænitentiam quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa, Age pænitentiam dum sanus es, & dico tibi securus es, in vltima ægritudine pænitentiam dare possumus, securitatem dare non possumus.

49 Limitatur 4. quia Diues ad erogandum superfluum non tenetur, quærere pauperem, sed solum tenetur, & obligatur occurrenti, *D. Thom. quolibet 8. ar. 13. & 22. q. 71. & ar. p. Azzor. mor. Instit. p. 2. lib. 12. c. 8. qu. 3. Diana p. 5. tr. 8. de elemos Res. 3 & prius Nauar. in Comment. de elemos n. 23. vers. 6. principale*, vbi tamen ait, quod
50 tenemur occurrenti in extrema, vel quasi extrema
necessitate constituto, quæ dici potest extrema moraliter, & sic æquiparari extremæ, *ad tradita per Couar. in Reg. peccatum p. p. n. 2. vers.* primum constat, vbi Regulam, Impossibilum nullam esse obligationem intelligit, etiam in eo, quod est impossibile moraliter, extreme namq; egere intelligitur, non solum qui iam animam agit, vel spirat, sed etiam qui ex apparentibus Indicijs probabilibus, eo deueniet, nisi subueniatur cum non se offert, vel expectatur probabiliter alius, qui subueniat *ad tradita per D. Thom. in 4. Dist. 15. q. 2. art. 4. quem sic declarat Caietan. & vtrumq; sequitur Nauarr. in man. c. 24. n. 5. vers. extreme.*

Obstare videtur prædictæ Limitationi *tex. Iob. c. 9. ibi*, Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam, quem sic allegat *Caroc. de Locato p. p. q. 8. n. 5. licet in meo C. sub d. tit. non inuenerim*, sed omni in casu respondetur ex dicto textu, non inferri præceptum necessitatis, sed colligi solum posse consilium perfectionis.

51 Limitatur 5. quia qui laborando, vel mendicando potest se liberare ab extrema necessitate, non dicitur in ea constitutus ad effectum, de quo hic scilicet obligandi Diuitem ad Elemosinam *ad gl. in sum. 82. Dist. quam singularem dixit Nauar. in Comment. de elemos. n. 34. confert tex. in l. vnic. C. de mendic. Val. lib. 11. de quo dixi latius in V. mendicare, & tex. in c. non omnis 5 q. 5. ibi*, Robusti, de cibo securi sine labore, frequenter Iustitiam negli-

negligunt, *& gl. ibi,* Iustius feceris, si Iniuste petentem correxeris, quam si ei dederis. *& tex. in cā. Episcopi 82. Dist. ibi,* Episcopi pauperibus, vel infirmis, qui suis manibus laborare non possunt victum, & vestitum in quantum sibi possibile fuerit largiantur.

52 Limitatur 6. quod licet Iudicijs officio compelli possint Diuites ad Elemosinam pauperibus præstandam, non tamen ad id pauperibus contra Diuites actio competit, *ita fere loquuntur omnes præallegati supra in princ.* ad firmandam principalem huius priuilegij Conclusionem, & in specie ita declarant *Abb. in d. c. si quis propter n. 7. de furt. Ant. Franc. ad Abb. in d. c. 4. nu. 12. de consuet. Tiraq. de nobilit. c. 29. n. 46. Nauar. in Comment. de elemos. n. 58. iterum Ant. Franc. ad Abb. in c. nouit de iudic. post n. 37.* vbi quod pauper non potest per actionem compellere Diuitem, sed potest eum Ecclesiæ denunciare, vt dare compellat *idemque dixit post gl. Tiraq. de pen. temper. caus. 44. n. 10.*

Confert ad hoc, quod supra firmatum est, scilicet quod Diuites ad Elemosinam teneantur magis ex præcepto Charitatis, quam ex præcepto Iustitiæ, & dici potest, quod hoc in casu, quamuis Diuites sint aliquo modo, & quasi debitores pauperum, quia compelluntur eis Elemosinari, pauperes tamen non sunt veri Creditores Diuitum, quoniam pauperibus non competit Actio ad Diuites compellendos.

53 Vnde colligere possunt pauperes morale monimentum humilitatis, ex quo discant esse rogantes, & non arrogantes, & cum gratiarum actione recipere, & pro Benefactoribus, Dominum exorare, eique primas agere gratias, de quo scriptū est *p. ad Tim. 6.* quod præstat nobis omnia abunde ad fruendum, *& Ps. 147.* qui dat Niuem sicut Lanam, *& Ps. 131.* pauperes eius saturabo panibus, *& ps. 106,* qui satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit Bonis, *et Luca 2.* esurientes impleuit Bonis, *& Ps. 67.* parasti in Dulcedine tua pauperi Deus, *& Ps. 10.* Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.

54 Limitatur 7. quia videtur peccatum, dare pauperi Cibos delicatos, *Ab. in c. & si quæstiones n. 7 de Simon.* vbi quod id agens peccat potius quam mereatur, & ibi Remissiue indicat modum Elemosinandi *sequitur post alios Boerius de Aut. magistrat. Consilij n. 30. confert tex. Aug. in can. non cognoutur 41. Dist. ibi,* Diuites vtantur superfluis dent inopibus necessaria, vtantur preciosis, dent pauperibus vilia, *& Ps. 131.* pauperes eius saturabo panibus.

55 Declara Limitationem, vt si prædictum, peccatum est, sit peccatum leue, & solum veniale, *vt probat tex. Aug. in c. Orarium 25. Dist.* vbi inter peccata minuta, idest venialia, quæ alij quotidiana vocant, numerat hoc ibi, si quis pauperibus esurientibus nimium deliciosa, vel sumptuosa conuiuia præparauerit, Sed tu dic, quod pauci in hoc peccant, & forte foret exoptabile, vt in hoc multi peccarent, sic in simili *dixit Seneca de Vita Beata* O vos felices cum primum vobis imitari vitia nostra contigerit.

56 Adde quod, pauperes defendere, magna est elemosina *Rolan. consi. 18. n. 27. lib. 3. allegat Bald. in l. illicitas §. ne potentiores in fine ff. de off. præs.* cuius hęc sunt verba (nota quod Iudex semper debet esse fauorabilis, & protector pauperum ne molestentur Iniuste, & erit sibi magna Elemosina coram Deo, *confert tex. Ps. 81.* eripite pauperum, & egenum de manu peccatoris liberate, *Confert Tullius 2. de off. ibi,* Aut opera benigne fit Indigantibus, aut pecunia, & quod sicut de pecunijs, ita de operis teneamur Elemosinam facere, *dixi in V. Aduocatus, Medicus, Procurator, & alibi.*

Adde *Sen. 3. de Benef. ibi,* Beneficium est vnus in fame panis, & in siti monstrare fontem, quod plus videtur, quam quod dicitur, qui dederit calicem aquæ frigidæ non amittet mercedem suam.

Immo generaliter omnia, quæ respiciunt vtilitatem proximi, spectant ad Elemosinā sicut quæcunq; latria exhibetur Deo, habet rationem orationis, *D. Thom. in suppl. q. 15. art. 3.*

57 Nota etiam hic, quod qui dat veniam peccanti, elemosinam dat, *inquit Aug. in Enchiridio ad Laurentium c. 72.* Ad quod confert, quod peccator dicitur pauper, & cæcus, *vt dixi p. p. q. 3. & confert idem Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 27.* vbi super illo *Eccli 30.* miserere Animæ tuæ, placens Deo, inquit, Hanc ergo Elemosinam, vt Deo placeat, non faciens animæ suæ, quomodo dignas animæ suæ Elemosinas facere dicendus est?

58 Ad Idem conferre potest, etiam Doctrina *D. Thom. 22 q. 32. art. p.* vbi quod Elemosina est actus elicitus a misericordia, & Imperatus à Charitate, quia motiuum est misericordia, quæ est effectus Charitatis.

59 Sed dic, quod aliquando Elemosina est, peccanti pœnam imponere, sicut & aliquando pietas est, impios punire pro Deo, *vt inquit Hieron. in can. legi 23. q. 8. & idem Hieron. in can. sed illud 45. Dist.* quæ est (inquit) ista misericordia, quæ ista Iustitiæ Inimica Bonitas, vni parcere, & multos in Discrimen adducere?

60 Possunt tamen hæc fortasse, ita conciliari, vt prima dicta procedant, quo ad partem, cuius pars videtur parcere, & cui semper conuenit, magis iniurias obliuisci, quam vlcisci, secunda vero dicta procedant, quo ad Iudicem, cuius munus est punire, & qui non debet esse Clementior lege, *§. oportet Auth. de iudic.*

61 Declaratur pr. principalis Conclusio, vt non solum tribuenda sit elemosina, sed tribuenda libenter, *Docet Bellarm. de Arte ben. morien. lib. p. c. 9. probat tex. Eccli. 35. ibi,* In omni dato hylarem fac vultum tuum, *& 2. ad Cor. 9.* non ex tristitia

stitia, aut ex necessitate, hylarem enim datorem diligit Deus, *& ad Rom. 12.* qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hylaritate, *& Ps. 111.* Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, *& Thob. 4.* si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum fuerit etiam exiguum libenter impartiri stude, vt legit etiã *D Greg. hom. 20. in Euang. & Sen. p. de Benef.* magis obligat, qui dedit parua magnifice, qui Regum opes æquauit animo, qui exiguum tribuit, sed libenter, *& gl. in l. p. ff. de Donat. quam refert Neuzzan. in Sylua lib. 4. n. 13* r Da facie læta; sine lætitia faciei perdes rem, meritumq; rei, *& D. Aug. in Ps. 42.* si panem dedisti tristis, & panem, & meritum perdidisti.

62 Aliqui vero tribuunt arroganter de quibus loquitur sapiens *pro. 22.* Diues pauperibus imperat, & qui accipit, mutuum seruus est fænerantis, & hos merito carpit *Sen. 2. de Benef. ibi,* Corrumpunt Beneficia promittentes vultu negantium, & hi sunt quos describit, etiam eleganter, *Petr. p. de Rem. D. 93. ibi,* quidam sunt Benefici, nec tamen Beneuoli.

63 Alij sunt nimis in tribuendo morosi, de quibus loquitur *Sen. 3. de Benef. ibi,* Tarde dare, nolentis est, qui tarde debit, diu noluit, tam tarde dedit, vt plus præstiturus fuerit, si cito negasset, cum quo consonat *Martialis lib. 7. Epig. 42.*

Diligo præstantem, non odi Cinna negantem.
Sed tu nec præstas, nec cito Cinna negas.

Et sane non semel quod differtur, aufertur, & sæpe contingit, vt erescente mora tribuentis, cesset grauis necessitas patientis, vnde, & Elemosinæ merito minuatur *iuxta illud Eccli. 35.* speciosæ misericordiæ Domini in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

64 Ad libenter autem tribuendam Elemosinam prodesse videtur, cogitare præmia Elemosinantium, de quibus dicam in sequenti priuilegio, *& p. 3. c. p. Rem. p.* Vnde, & dicitur quod Elemosina non est propria Donatio, sed Donatio ob causam, & tantam quæ omnes fortunas hominis superat, vt inquit *Nauar. in man. c. 26. n. 39 vers. ad quartum vbi citat Albertum* dicentem, quod dare Elemosinam non est donare, & ex hac ratione infert ibi Nauar. quod pater potest dum viuit largiri de suis bonis in veras elemosinas, & opera pia, ad cultum Dei, salutem animæ suæ. & redemptionem pænæ peccatorum pertinentia.

65 Et tu dic, quod Largitio Elemosinæ est titulus lucratiuus, eidem largienti *ex ijs, quæ tradidi p. 3. c. p. Rem p.* quibus adde, quod *D. Greg. in Ps. sept. penit.* sic ait, In Die tribulationis meæ, Deum exquisiui manibus meis, quid est manibus Deum exquirere, nisi operibus Sanctis Saluatorem inuocare, & tu adde, quod id speciali ratione contingit in opere Elemosinæ, præsertim pauperibus elargitæ, & Diuites illi nihil inuenerunt in manibus suis *iuxta ps.* quia nihil posuerunt in manibus pauperis.

Et Oh, quæ stultitia ibi Thesaurum tuũ relinquere, vnde exiturus es & eo non præmittere, quo iturus. *vt exclamat Auth. methodi confessionis.*

66 Declaratur 2. quod elemosina facienda est in occulto, *vnde Matt. 6.* Cum facis elemosinam noli tuba canere, nesciat sinistra tua, quid faciat Dextera tua.

Quod tamen nimium seruant, qui nec dextera, nec sinistra elemosinam largiuntur, *vnde Io. Eudomen. lib. p. Ep. 46.* sic cecinit.

Nescit ais mea læua manus quid dextera donet.
Credo quod omnino dat tua dextra nihil.
Ego autem sic aliquando canebam.
Dextera quid faciat præstat nescire sinistram
Muta placet pietas, non canat illa, sonet.
Tempus erit quo, pro te Res largita loquetur
Si tacitus fueris, tunc erit illa loquax.
Non Deo donauit, captator auarus amauit
Auram auri pretium, vendidit ergo magis.
Non explere famem miserandi pauperis optat
Sed famam implendo sic saturare suam.

Et Sen. 2. de Benef. quid opus arrogantia vultus in dando, & tumore verborum, res ipsa loquitur nobis tacentibus.

Et Mart. lib. 5. epig. 53.

Quæ mihi præstiteris, memini semperq; tenebo
Cur igitur taceo, posthume, ipse loqueris
Incipio quoties alicui tua facta referre
Protinus exclamat Dixerat ipse mihi.
Non belle quædam faciunt duo, sufficit vnus
Huc operi, si vis vt loquar, ipse tace.
Crede mihi quamuis ingentia posthume Dones
Authoris pereunt garrulitate sui.

Et iterum Sen. eod. lib. 2. de Benef. Recepisti Beneficium quoties, & vbiqumque narrasti. Interdum, & ipse qui narratur fallendus est, vt habeat, nec a quo acceperit sciat, sic ille Amico pauperi, puluino eius ignorantis sacculum subiecit, vt homo inutiliter verecundus quod desiderabat inueniret potius quam acciperet. Et tu dic quod qui sic daret, omnino daret Deo, & qui sic acciperet non posset nisi Deo gratias agere, & dicere quod dicitur *Eccli. 35.* speciosa misericordia Domini in tempore tribulationis, sicut pluuia in tẽpore siccitatis, *Adde Greg. hom. 4. in Euang. ibi,* Ipsum vestri operis testem quærite, quem Iudicem sustinetis, *& tex. Io. 6.* Cum Ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritæ tristes, qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, nolite Iustitiam vestram facere coram hominibus, vt videamini ab eis.

67 Neque obstat *tex. eiusd. Matt. c. 5. ibi,* sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra Bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est.

68 Respondetur enim *ex Io. Gerson. de Im. Christi, & de temperantia, & modestia Prælatorum, quem refert Barbos. de pot. Episc. tit. 2. gl. 9. n. 25. quod primus tex. Matt. 6. ibi,* nolite Iustitiam vestram facere

facere coram hominibus, &c. intelligitur de hominibus priuatis, propter periculum vanæ gloriæ *vnde Greg. hom. 12. in Euang.* inquit, sæpe vos fratres charissimos moneo praua opera fugere, mundi huius inquinamenta deuitare, nunc autem compellor dicere, vt & bona, quæ agitis, magna cum cautela teneatis, ne per hoc, quod à vobis rectè geritur, fauor, aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede vacuetur. *Secundus vero tex. Matt. 5.* sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. intelligitur de superioribus quos expedit subditis exempla bonorum operum exibere, *sic all. op. p.* Cœpit Iesus facere, & docere, & verbo, & exemplo proficere, cum id sit continuum prædicandi genus, *vt loquitur Trid. sess. 25. c. p. de Ref.* debent enim superiores, & præesse, & prodesse, & magis prosunt faciendo, quæ dicunt, quam dicendo, quæ non faciunt, *vt dixit Aug. lib. 4. de Doctr. Christ. c. 27.* & econuerso tot mortibus digni sunt, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt, *vt loquitur D. Greg.* & confert ad supradicta verbum, videamini, & verbum, videat.

Accedit, quod cessat, vel saltem nõ ita militat, Ratio illa ex aduerso in priuatis personis considerata, quia non est ita verisimile, quod superiores, & consequenter perfectiores homines, & qui cæteros sicut Dignitate, sic, & virtute præcedũt, vel præcedere debent, saltem tam facile capiantur inanis gloriæ cupiditate.

69 Quamuis id etiam periculosum sit, nam *vt inquit Tacit. 4. hist.* etiam sapientibus cupido gloriæ vltima exuitur *cui consonat Valer. Max. lib. 8. memorab. c. 15.* nulla est humilitas tanta, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Sed hi, vel gentiliter loquuntur, vel intelligi possunt, vt loquuntur de gloria, non autem de vana gloria. *Confert & D. Greg. lib. 19. mor. c. 14. ibi,* occultentur ad custodiam propriam; publicentur ad vtilitatem alienam.

70 Alia vero Conciliatio Amica litteræ dictorum textuum affertur *à Nauar. in Comment. de finib. human. act. n. 69.*

Et est, quod *Matt. 6.* prohibetur Palam bene operari ob solum finem humanæ gloriæ captandę ibi, vt videamini ab eis, sed non prohibetur, quãdo finis primarius, & vltimatus est, gloria Dei, licet secundarius sit gloria mundi ordinata ad gloriam Dei, vt indicant verba *Matt. 5. ibi,* videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in Cœlis est, *Confert ad hoc dictum D. Greg quod refert etiam Barbos. de potest. Episc. tit. 2. gl. 9. n. 26. ibi,* sic fiat opus in publico, vt tamen intentio maneat in occulto.

Adde ad Declarationem *D. Petr. Crisol. serm. 9. per tot.* vbi disserit de prædicto *tex. Matt. c. 5. & 6.* & post medium sic ait. Deus monendo sic vota culpat non loca, sensum non opera, studium non datorem, Arguit largientem ad suam famam non ad pauperis famem, iudicat non vbi facias, quando facias, sed qualiter facias, quia Deus de Cordibus, non de manibus facta metitur. Confert verbum, videamini, & verbum videant.

71 Adde quod non solum Bona opera occulta, sunt Bona maiora, vel saltem tutiora, sed & multo magis mala opera occulta, sunt mala minora cum cesset in ijs scandalum, quod est nouum peccatum, vel saltem qualitas, & circumstantia, vel speciem immutans, vel notabiliter aggrauans, Aliquando tamen potest expedire, peccatum alicui forsan innotescere, qui valeat hoc ipsum corrigere, nam quod nemo videt, nemo reprehendit, *vt dixit D. Bern.*

Et vt ex Epist. Sen. Ep. 11. magna pars peccatorum tollitur si testis assistat.

72 Descendamus nunc ad ordinem in elemosina tribuenda seruandum, in quo Prima Conclusio sit, vt quilibet primo sibi ipsi subuenire debeat, & qui vult ordinate dare Elemosinam à se ipso debet incipere, *vt inquit Aug. relatus in Can. qui vult de penit. D. 2. iuxta tex. Eccli. 30.* miserere animæ tuæ placens Deo.

73 Nam prima, & ordinata Charitas incipit à se ipso, *l. præses. 6. C. de seruit. & aqua ibi,* Durum, & crudelitati proximum est, ex tuis Agris Aquæ Agmen ortum sitientibus Agris tuis, ad aliorum vsum, vicinorum iniuria propagari *Afflict. D. 290 n. 8. adducens tex. Matt. 25.* non, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, Ite potius ad vendentes *Rom. cons. 364. n. 2. Mangrell. ad Bart. in d. l. præses. de seruit. & acqua* Inferens ad diuersa *Cephal. cons. 554. n. 66. lib. 6. Surd. dec. 236. n. 21. Gratian. discep. forens. lib. p. c. 176. n. 2.*

Confert *tex. act. Ap. c. 20. ibi,* Attendite vobis, & vniuerso Gregi, *& Sen. 2. de benef.* Dabo egenti, sed non vt ipse egeam, *& tex. in can. Admonere 33. q. 2.* miserere Animæ tuæ nefis ipse tibi met homicida.

74 Confert etiam, quod peccat contra præceptũ de diligendo proximum, qui se ipsum non diligit *Nauar. in Man. c. 14. n. 23.* sed in hoc rari peccant, quia sæpe nos ipsos nimium diligimus, ac prædiligimus, quamuis *vt inquit D. Greg. hom.*
75 *15. in Euang.* nemo proprie ad se ipsum habere Charitatem dicitur, sed Dilectio in alterum tendit, vt Charitas esse possit.

76 Confert ad Idem, quod se ipsum alere, quilibet tenetur, & comprobat *Surd. de Alim. tit. p. q. 91. n. p.*

77 Nec licet alijs Elemosinam facere de necessario naturæ fine quo vita propria sustentari non potest *D. Thom. 22. q. 32. art. 6. Armilla in sum. in V. Elemos. n. 4.* vbi tamen limitat, quando fieret personæ magnæ per cuius conseruationẽ Ecclesia, vel Resp. sustentaretur, tunc enim liceret subtrahere sibi pro sustentatione illius, laudabiliter tamen, & non necessario, vt ibi per eum.

78 Et quod peccaret, qui necessaria sibi, vel suis quos alere tenetur, tribueret extraneis, etiam in

æquali extrema necessitate cõstitutis, probat *Nauar. in Commen. de elemos. n. 15.* limitans quando id faceret causa Religionis, vel Reip. ad tradita, *& per Armillam, & per D. Thom. 22. q. 32. art. 6.*

79 Et non minus peccaret, quam qui se ipsum occideret, quod non licet, nam qui se ipsum occidit, cum hominem occidat, verus est Homicida, *vt probat tex. Aug. in Can. si non licet 23. q. 5.*

80 Et priuatur Ecclesiastica sepultura *Can. placuit 23. q. 5. Barbos. de offic. & post. Parochi c. 26. n. 49.* vbi limitat in eo qui se præcipitat, vt violationem, vel mortem effugeret.

81 Et eadem ratione dicti cap. si non licet, Clericus se ipsum percutiens, cum Clericum percutiat, incidit in sententiam, & verba *Canonis si quis suadente 17. q. 4.* & sic in excommunicationem, *vt post quadraginta Doctores ostendit Diana Res. mor. p. 3. tr. 5. Miscell. Res. 81.* licet referat pro contraria negatiua opinione *Turrianum, & Barbosam.*

82 Nota tamen pro Limitatione prædictorum, quod quo ad bonorum publicationem, & testamentorum nullitatem, est aliquod discrimen inter homicidium admissum in persona alterius, & inter admissum in persona propria, nam quo ad hoc fit distinxio, & inspicitur causa ex quaquis sibi mortem consciuit, *ita probat tex. in l. si quis falso 6. §. irritum ff. de iniust. rupt. & irrit. fac. test. ibi,* Irritum est testamentum eorum, qui mori magis, quã damnari voluerunt, secus si Thedio vitæ, Impatientia valetudinis aduersæ, vel ex iactantia, vt Phylosophi quidam, *& tex. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. ibi,* si quis futuræ pœnæ metu, voluntaria morte supplicium anteuertat, Ratam eius voluntatem esse non oportet, secus si doloris impatiens, vel furoris Rabie constrictus se præcipitem dedit, *& tex. in l. in fraudem. 45. §. p. ff. de iure fisci ibi,* Bona eius, qui pudore æris alieni sibi mortem consciuit, non inquietantur, sed suæ successioni relinquuntur.

83 Vltimo nota, quod regula illa, prima charitas incipit a se ipso, fallit in seruis, qui salutem, & vitam Dominorum, tenentur præferre saluti, & vitæ propriæ *Mangiella ad Bart. in d. l. prosec. C. de seruit. & Aqua, & probat tex. in l. p. §. hoc autem ff. ad Syllan. ibi,* nec ei parcit, qui timuit mori, sed hic est effectus seruitutis, qui naturę repugnat, pro ut repugnat ipsa seruitus, quæ dicitur esse Constitutio iuris gentium, qua quis Domino alieno contra naturam subicitur *§. p. inst. tit. de iure person. & tex. ille in d. l. p. §. hoc autem ff. ad Syllanianum* procedit vt loquitur quo ad pœnam Ciuilem infligendam, sed an procedat quo ad pænam æternam, & quo ad forum internũ, dubitari potest.

84 Secunda Conclusio, Elemosina si non potest omnibus fieri, debet prius erogari consanguineis pauperibus, quam extraneis, *c. cæterum c. non satis 86. Dist. c. peruenit p. q. 3. gl. in c. p. de Cobab. Cler. & mul. Card. Alex. in c. sicut col. 2. 47. Dist. Corn. cons. 314. col. p. lib. 3. Afflict. D. 290. n. 10. Benincas. de paupert. q. 7 spec. 5. in iud. n. 23. adde D. Thom. 22. q. 26. art. 7. & q. 31. art. 3.* qui declarat id procedere cæteris paribus, *& post multos Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. nu. 23. Azzor. p. 2. lib. 12. c. 13. q. 8. Barbos. de potest. Episc. tit. 2. gl. 9 n. 34. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 74. n. 6. & 7.* vbi quod ex duobus præsentatis, debet Episcopus præferre, cæteris Paribus, Consanguineum patroni.

Confert *tex. in l. vnic. C. de impos. lucrat. Descript. lib. 10. ibi,* in tam necessarijs coniunctisque personis subliberalitatis nomine, debitum naturale persoluitur.

85 Hinc sequitur, quod pauperes Consanguinei testatoris præferendi sunt extraneis in relictis distribuendis inter pauperes *Afflict. D. 290. n. 10. Cephal. cons 701. n. 10. lib. 6. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 5. n. 17.* vbi etiam loquitur de vicinis.

86 Hinc etiam executor testamẽtarius relictus ad distribuendum bona pauperibus, potest suis Consanguineis distribuere, si vere sint pauperes *Abb. in c. p. de Cobab. Cler. & mul. n. 4. & 5. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 5. n. 16.*

87 Declara quod in Elemosina distribuenda, Consanguineus præferendus est extraneo, sed non tam de necessitate, quã de honestate, ac magis de Consilio, quam de præcepto, & propterea Elemosina, etiam in concursu Consanguinei, extraneo facta valet, & tenet, nec est retractabilis, *ita probat fed. de sent. cons. 33. n. 3.*

88 Tertia Conclusio, Inter Consanguineos ordo Elemosinam tribuendi est, vt prius subueniatur parentibus, quam filijs, & prius Patri, quam Matri, & prius parentibus, & filijs, quam Vxori, & prius vxori, quã cæteris cõsanguineis, *ita D. Thõ. 22. q. 26. art. 9. & 10. & 11. Azzor. inst. mor. p. 2. lib. 12. c. 13. q. p. 2. 3. & 4. Surd. de Alim. tit. p. q. 94. n. 6. & 16. & q. 95. n. 2.* vbi limitando in fine dicit, Vxori magis, quam parentibus subueniendum ex fructibus Dotalibus, *& q. 99. post Bald.* sensit quod filius Patri, & Matri æqualiter subuenire teneatur.

89 Posset quidem pro Vxore aduersus parentes induci, *tex. gen. 2. ibi,* relinquet homo Patrem, & Matrem suam, & adhærebit Vxori suæ, & canonizatur *in c. gaudemus pen. de Diuort,* & confert etiam *Esdra lib. 3. c. 4. ibi,* diligit homo Vxorem magis, quam Patrem, & Matrem, & multi demẽtes facti sunt propter vxores.

Sed respondetur non obstare *textum. gen. 2.* quia intelligitur, non quo ad subuentionem, sed quo ad carnis coniunxionem, *vt declarat D. Thom. 22. q. 26. art. 11. & in tertio q. 29. Dist. 7. Garzia in l. veluti n. 36. ff. de iust. & iur. Surd. de Alim. tit. 7. q. 14. n. 23.*

90 Nota tamen, quod verbum illud Adhære re aliquãdo significat adhæsionen animi non corporis, *vt Ps. 72.* mihi autem adhærere Deo Bonum est, ponere in Domino meo spem meam, *& Ps. 61.*

Ad

Adhęsit Anima mea post te, suscepit me Dextera tua.

Neque etiam obstat Esdra in preallegato *lib. 3. c. 4.* quoniā ex quatuor eius libris, solum primi duo referuntur inter Canonicos in Conc. Trident. in Decreto de Canonicis scripturis, preterea licet Esdræ ibi dicat, quod diligit homo magis vxorē, quam Patrem, & Matrem, non tamen dicit, quod diligere debeat homo, magis Vxorem, quam Patrem, & Matrem.

91 Debemus autem inspicere, non quod factum est, sed quod fieri debuit, *ad tex. in l. sed licet 12. ff. de off. præs. ibi,* spectandum non est quid Romæ factum sit, sed quid fieri debuit, & pergere debemus qua eundum est, non qua itur, *ad Sen. in opus. de vita Beata.*

92 Adde hic quod magis quis subuenire tenetur Episcopo, quam Domino temporali; *Bellamer. in c. parsimoniam 41. de Præpos. in c. non satis n. 20. 86. Dist. Surd. de Alim. tit. p. q. 98. n. 5. qui ib. refert Bellameram, & præpositum sentire quod filius magis teneatur Patrem Spiritualem alere,* quam carnalem: sed hanc sententiam duram esse, *dicit ibid. Surd.* licet non inueniat contradicentē.

93 Nota etiam, quod vxor relicta vsufructuaria vniuersalis institutis filijs, vel Nepotibus, tenetur ex dicto vsufructu prius alere filios, & Nepotes, quam se ipsam *Barbat. cons. 83. col. 2. vol. 1. Picus in l. titia §. titia cum nuberet n. 158 sub finem ff. de leg. 2. Soc. iun. cons. 97. in fin. vol. p. Surd. de Alim. tit. p. q. 97. n. p. & seq.*

94 Et quando fructus Monasterij non sufficiunt prius ex eis alendus est Vicarius curam exercens quam Monachi *Fabric. Boich. in c. expositis de præb. Rebuff. in Tract. de Cognat. post. n. 101. Surd. de Alim. tit. p. q. centesima n. 2. & seq.* Vbi addit rationes.

95 Quarta Conclusio, elemosina si non potest omnibus fieri, prius, & potius danda est pauperibus loci, quam forensibus *Barbat. in l. 2. C. de Ann. Ciu. lib. 11. Dec. cons. 696. col. fin. Benintas. de pauper. q. 7. spec. 5. in add. n. 22. & post gl. Bart. Tiraq. Costam Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 5. & ide quæ dixi in V. Episcopus.*

Et quod Elemosina à Testatore relicta, distribuenda sit inter pauperes loci Domicilij Testatoris, sensit *Alciat. cons. 214. n. 12.* sed quod Elemosina inter pauperes distribuenda, debeatur pauperibus loci, in quo Dispositio facta est *post Bart. Bal. Brunum probat Cephal. cons. 309. n. 9. lib. 3.*

Et quod statutum de distribuenda pauperibus Elemosina, intelligatur de pauperibus loci statuti *dixerunt Bart. in l. 2. C. de Ann. Ciuil. lib. 11. Bal. in l. id, quod pauperibus C. de Epis. & Cler. col. 5. q. 13. Brun. in tract. de Reb. Dub. pag. 6. col. p. vers. quod si exprimatur Mascard. de interpr. stat. concl. 6. nu. 10.*

96 Adde etiam, quod erogatio vsurarum Damnorum, & aliorum incertorum fieri debet pauperibus illius loci, in quo datum est Damnum, Ita *sensit Hostiens. in summa de Vsur. quem refert Fed. de. Sen. cons. 33. sub. fin.* vbi tamen id intelligit esse de Consilio, vide quæ dixi in *Vsincerta.*

97 Limita, seu Declara supradictam quartā Conclusionem, vt si in loco illo pauperes non reperiētur (quod tamen raro continget) erogatio Elemosinę facienda esset in loco vicinori *ad tex. in l. Diui 24. ff. de tut. & Curat. ibi,* si desit oriundus ex loco, tutor Idoneus ex loco vicino petatur, *confert tex. ex Græco in l. fin. C. de Sac. Eccles. incipit quoniam in plerisque ibi,* si vero nullus talis locus est in illa Ciuitate vicinaque eius, tunc venerabilia loca, quæ in Metropoli eius sunt, videri instituta.

98 Quinta Conclusio, quando non potest Elemosina omnibus fieri, facienda est prius pauperibus bonis, quam malis *D. Thom. 22. q. 26. art. 7. Azor. p. 2. lib. 12. c. 13. q. 6. Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 3. probat tex. in c. Fratrem 86. Dist. desumptus ex D. Greg. Ep. 29. ad Secundinum ibi,* prius Iustis, quam peccatoribus *et tex. in c. fin. 16 q. p. desumptus ex D. Hieron. ad Damasum ibi,* nec tam in pauperibus paupertatem, quam Religionem attendere, *& tex. in c. non satis 86. Dist. desumptus ex D. Ambros. in lib. de offic. ibi,* & si omnibus debetur misericordia, iusto magis, *& S. Leo de Ieiunio sep. mens. serm. 4.* plus debemus nostris pro consortio Gratiæ, quam alienis pro communione naturæ.

99 Et tu dic, quod dans Elemosinam ei, qui magis meretur, magis etiam ipse meretur, multo autem magis si tribuat ei, qui de se bene meretur,

100 nam in concursu prius debetur Elemosina Benefactoribus, & alijs de nobis bene merentibus, *D. Thom. 22. q. 26. art. 12. Azor. p. 2. lib. 12. c. 13. q. 10.*

101 Erit ergo hic effectus obligationis Antidoralis, licet sit alias inefficax ad agendum, & excipiendum, ac etiam in foro poli regulariter non obliget, *dixi Dec. 37. n. 14.*

102 Simile est etiam quod elemosina in concursu prius debetur Amico, quam Inimico, *D. Thom. 22. q. 26. art. 6. & q. 27. art. 7. Azor. p. 2. lib. 12. c. 13. q. 5.*

103 Sed quando potest omnibus elemosina fieri, nō est curiose inquirendum, an pauper sit Bonus, vel ne, *vt docet Nauar. in Comment. de elemos. nu. 12. & probat tex. D. Io. Crisost. in c. quiescamus 42. Dist. ibi,* quia omnes refugientes recipiebat Abraham, suscepit, & Angelos, & ibi, non enim ex vita eorum, quos recipis mercedem tibi retributurus est Deus, *& S. Valer. Hom. 8. de misericordia ibi,* quisquis est, qui petat, Christus est, qui accipit, *vnde Thob. 4.* dicitur noli auertere faciem tuam ab omni paupere, ne a te auertatur facies Domini.

104 Adde hic, quod potest quis vni grauiter indigenti, & petenti Elemosinam denegare, & dare alteri constituto in simili indigentia, licet non petat, quoniam ex eo, quod quis petit, nullum Ius

maius acquisiuit *D. Thom. quolib. 8. q. 6. art. 12. Azzor p. 3 lib. 12. c. 8 q 4.* vbi limitat quando sumus inter plures extreme indigentes, inter quos ait præferendum esse, qui prius petit, & occurit ob periculum, ne fame pereat, secus ergo foret si plures, etiã extreme indigentes simul occurrerẽt, quia licet alter peteret, alter non peteret, posset tamen dans præferre, quem vellet, si non posset omnibus subuenire.

105 Confert ad Conclusionem prædictam, quod tradit *Plut. in opusc. de vitioso pudore ibi*, Archelaus Macedonum Rex in Cæna, aureum poculum poscente quodam cui nihil pulcrũ videbatur, nisi accipere, id Euripidi dari iussit & alteri dixit, Tu ad petendum idoneus es, non ad accipiendum, ille autem ad accipiendum, etiam non petens, & vt alijs verbis idem refert in *Apophteg. Regum, & Imperat.* Archelaus petenti dixit, Tu qui petas, hic qui accipiat, etiam non petens, Dignus.

Adde in fortioribus term. *Quid. lib. p. Amor, eleg. 10.*

Nec dare, sed pretium posci, dedignor, & odi
Quod nego poscenti, Desine velle, dabo.

106 Sexta Conclusio, Elemosina ceteris paribus dãda est prius nobilibus, quam Ignobilibus, & potius patritijs pauperibus, quam plebeis, *Rip. de Rem. ad conseru. vbertatem. n. 157. Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 30. Barbos. de potest. Ep. Alleg. 41. n. 24. confert tex. Ambros. de offic. relatus in can. 14. non satis 86. Dist. ibi*, qui præsertim egere erubescit, & de quo loquitur *tex. Luca 16 ibi*, fodere non valeo, mendicare erubesco, *& tex. eiusd. Ambros. de offic. relatus in can. considerandum 86. Dist. ibi*, si quis ex Diuitijs cecidit in egestatem.

107 Confert ad idem, quod inter omnes Aduersitates fortunæ, Infelicissimum genus Infortunij est fuisse felicem *vt ex Boetio refert gl. in d. can. considerandu in V. egestatem*, Vnde & Iob. suam præsentem infelicitatem amarius deplorabat, præteritam suam felicitatem commemorans, vt legitur *in eius lib. c. 16. ibi*, ego ille quondam opulentus, repente contritus sum, & tu dic quod non mirum si contritus est cum ex alto ceciderit, naturaliter enim eo quis durius cadit, quo altius, *iuxta illud Claudiani in Rufinum* tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

108 Sequitur ex prædictis, quod lautiora præstanda sunt Alimenta ei, qui fuit aliquando Diues, quam ei, qui fuit semper pauper *gl. fin. in c. quicunqu e 16. q. 7. Cord. in l. si quis a liberis §. solent n. 35. & seq. ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. 4. q. 18. n. 4.*

109 Sequitur etiam, quod Elemosina magis debetur verecundis, quam alijs, *vt probat D. Ambros lib. p. de offic. c. 30. relatus in can. non satis, & in can. est probanda 86. Dist. & docet Barbos. de pot. Epis. tit. 2. gl. 9. n. 9.* Confert *S. Leo de Collect. serm. 4. ibi*, sunt qui malunt miseria tacite egestatis affligi, quam publica petitione confundi, *& ibi* gaudeant cum eorum paupertati consultum fuerit, & pudori.

110 Septima Conclusio, In Concursu, magis debetur fœminis, quam masculis, & sic magis Monialibus, quam Monachis *ad tex. in c. p. de præs. lib. 4. prag. 125. n. 7. & 8. Surd. de Alim. tit. p. qu. 93. n. 25. confert. tex. in l. cum multa 20. C. de Sponsib. ibi*, Melius est ob sexus fragilitatem mulieribus, quam maribus subueniri.

111 Et potentius est priuilegium ratione sexus, & concessum fœminis, potius est, quam masculis concessum *præposit. in c. verũ col. 4. de cond. Appoßit Dec. in l. 2. n. 77. ff. de Reg. iur. Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 5. n. 47. Nouar. de elect. fori sect. 4. q. 61. n. 33.*

112 Et Mulieres reputantur, & sunt miserabiliores, quam viri *Bald. cons. 96. incipit factum tale est lib 2. Tiraq. de Legib. Connub. in leg. p. n. 75 in fine.* & ante finem colligitur ratio, quoniam sunt Imbecilliores, Adde aliam, quia sunt misericordiores, ergo facilius debent misericordiam consequi, Deus enim pius est pijs, & misericordibus est misericors, Vnde dicitur *Matt. 5.* Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam cõsequentur.

113 Infertur, quod Legatum Monasterio Relictum intelligitur potius de Monasterio Monialium, quam Monachorum *Bald. post Cyn. in l. cum multa n. 6. C. de Donat. ante nupt. Dec. in l. fœmina n. 84. ff de reg. iur. Sur. de Alim. tit. p. q. 95. n. 26.*

114 Confert ad prædicta, quod prius senibus, & debilioribus subueniendum est, *vt probat D. Ambros lib. p. de offic. c 80. relatus in can. non satis, et can. est probanda 86. Dist.*

115 Vltimo pro Coronide nota, quod differunt inter se, Charitas, & Elemosina, *vt indicat D. Greg. Homil. 5. in Euang. ibi*, Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem, nemo dicat non habeo, Charitas, non de Sacculo erogatur.

116 Proprie namq; Charitas est Animi affectio, qua Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum *Aug. lib. de Doctrin. Christ. c. 22. Magist. sent. in 3. D. 27. & ibid. D. Thom. Couar. in comment. c. Alma mater p. p. n. 2. vers. uerum illud est de sent. Excom. in sex.* & in hoc sensu sumitur, *ab Aug. de laudibus Charit. loc. A. ibi*, sicut Radix omnium malorum est Cupiditas, Ita Radix omnium Bonorum est Charitas, *& ab eod. lib. de Doctr Christ. c. 10. ibi*, Sacra Scriptura non præcipit, nisi Charitatem, non damnat, nisi Cupiditatem, *& pro. c. 10. ibi*, odium suscitat Iras, & vniuersa Delicta operit Charitas, cui consonat *Aug. lib. p. Retract. c. 7. ibi*, Ardor Charitatis, vitia cuncta consumit.

Et pro Amore sumitur Charitas, *apud Tacitum lib. 2. hist. c. 10. ibi*, quidam milites iuxta Rogum interfecere se Charitate Principis Othonis.

117 Elemosina vero est opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione, vnde est Actus Charitatis mediante misericordia *Magist. sent. in 4. Dist*

15. *quem ita refert Rim. Iun. conf. 635. n. 49.* vel est actus elicitus à misericordia, & Imperatus à Charitate *D. Thom. 22. q 33. art. p. quem sic refert P. Petrus Alagona in eius summula.*

118 Et secundum, quod diuersæ sunt pauperum necessitates, diuersa sunt etiam opera misericordiæ, & quædã corporalia contenta sub hoc versiculo. Visito cibo, poto, redimo, tego, colligo, condo. Quædam spiritualia contenta sub illo. Consule, Castiga, Remitte, solare, fer, ora. Quos versiculos explicat *D. Thom. 22. q. 32. art. 2. & Nauar. in man. c. 24. n. 4.*

119 Et videtur Elemosina à Charitate differre, tanquam effectus à Causa efficiente, vel finali, sine qua saltem meritoria non existit, *vnde D. Paul. p. ad Cor. 13.* si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, *& Aug. lib. p. de visit. Infirm. c. 3.* referens verba prædicta D. Pauli, ait, in pauperes largitio, non est totius operis exibitio, ergo totius Boni summa, est Charitas.

120 Et quod Elemosina extra Charitatem non valeat, *docet D. Thom. in supplem. q 14. art. 2.* de quo tamen vide, quæ dicam in priuilegio subsequenti, Interim prædicta temperat *Aug. relatus in c. fin. de pen. Dist. 3. ibi,* Illud Apostoli si tradidero corpus meum, ita vt ardeat, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, intellige ad Regnum Cœlorum obtinendum, non autem ad extremi Iudicij supplicium, tolerabilius subeundem.

Sed rigide admodũ in hoc loquitur *D. Hieron. in can. vide quantum p. q. p. ibi,* vide quantum bonum est Charitas, si ita martirium fecerimus, vt nostras velimus reliquias ab hominibus venerari, & si opinionem vulgi sectantes substantiam nostram, vsq; ad mendicitatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium, quã pœna debetur.

121 Et quod dans Elemosinam, immo & sustinens martyrium ad pompam, peccet *dixit. Abb. in c. p. n. 4. de Collus. deteg.*

122 Adde etiam, quod Charitas, & Misericordia in multis differunt, *vt docet Azzor. p. 2. lib. 12. c. 6. q. 2.* vbi plures prosequitur differentias, & inter alias, quod Charitas est erga omnes homines; misericordia vero est erga indigentes solos, & pauperes.

123 Elemosina vero Grece, Latine misericordiam sonat, vt docet sotus in Apologia, seu Deliberatione in causa pauperum *c. 10. sub initium.*

P R V I L. CXVI.

Elemosina II.

S V M M A R I V M.

1 *Elemosina est vnum de nouem Sacramentalibus, & quæ sint alia.*

2 *Ornatus Sacrorum, Redemptio captiuorum, Aurum Sacramenta non quærunt.*

3 *Elemosina est quodammodo Baptysmo potêtior, quia sępius peccata remittis.*

4 *Elemosina est Sacrificium Per opera misericordię à miseria liberamur.*

5 *Elemosina, & misericordia potior est Holocautomatibus, & Sacrificijs.*

6 *Per Elemosinam delentur peccata venialia, & an ex ipso opere, absq; alio voluntatis motu n. 7.*

7 *An per Sacramentalia deleantur venialia ex opere operato, an ex opere operantis.*

8 *Per Elemosinam omnia peccata delentur, Elemosina resistit peccato committendo, & extinguit cõmissũ, vt ignis aquam, ita vt nec fumus remaneat.*
Baptismus semel peccata dimittit, Elemosina toties quoties datur.

9 *Elemosinam dantes fabricę S. Petri, Plenariam Indulgentiam consequntur.*

10 *Per Elemosinas quomodo liberentur Animę Defunctorum.*

11 *Peccata etiam grauia per Elemosinam delentur.*
Qui omne dicit, nihil excludit.
Crimen intelligitur peccatum Criminali accusatione Dignum.
In Deo verbum, non potest, intelligitur pro non vult.

12 *Elemosina liberat à peccato, impediendo ne fiat, vel ad gratiam disponendo.*

13 *Elemosina delet peccata, sed eum pęnitentia, ad quã disponit.*

14 *Elemosina est spirituale medicamentum, & magna pars pęnitentię.*

15 *Hęreticũ est asserere Elemosinãtes non posse damnari.*

16 *Qui nimis credant Elemosinę. & qui nimis trinitati, & vnitati, & qui nimis gratię. & Arbitrio, & qui nimis morti, & qui nimis fidei.*

17 *Aliqui sunt nimis fideles, aliqui nimis grati.*

18 *Elemosina liberat à mala morte, & ab ęterna morte, & tribuit ęternam vitam n. 19.*

20 *Immisericordibus dicitur, Ite maledicti, misericordibus vero, venite Benedicti vide versus.*

21 *Elemosina quo modo liberet ab ęterna morte.*

22 *Elemosina est magis satisfactoria, quam Oratio, & Ieiunium. & peregrinatio. Alij orationis, Elemosina, & Ieiunium.*

23 *Elemosina largitur perfectionem.*

24 *Elemosina, & Sanctitatem, & aliquando sanitatem largitur.*

25 *Elemosina facta etiam extra gratiam, prodest ad mitigandum supplicium, & ad illustrandum cor, & ad gratiam n. 26. Ad Bona temporalia n. 27. & vide versus n. 28.*

29 *Bona opera extra gratiam facta prosunt, et iam ad asfuefactionem ad bonum, & prosunt Defunctis, & quando n. 30. & ad alia, vt n. 32.*

31 *An Defunctus detineatur in Purgatorio, donec tiue Debita soluantur.*

33 *An, & quando Deus peccatores exaudiat.*

34 *Elemosinam in pauperis persona, Christus accipit.*

Ε pro

Feneratur Domino, qui pauperis miseretur.
35 *Aliæ prærogatiuæ, Elemosinæ remissiuæ.*
36 *Possunt etiam pauperes Elemosinam facere, & ad quam, & quando teneantur. & n. 37.*
37 *Non minus regium est parua libenter accipere, quam magna liberaliter elargiri.*
38 *Modicũ, & nihilũ æquiparantur in vtroq; foro, & in omni prædicamento; fallit in Elemosina pauperis.*
39 *Pauper si nihil habet, si dare cupiat, nihil dando satisfacit.*
Deus coronat voluntatem non habentis facultatem.
40 *Elemosina laudabilior est in paupere, quã in Diuite.*
Perfectior est, qui nihil habens, nihil habere desiderat, & qui suæ paupertatis obliuiscitur, vt succurrat Alteri.
Exchines seipsum Socrati obtulit.
41 *Diues, Elemosina reali sine mentali non satisfacit, pauper mentali sine reali satisfacit.*

CVM propria Elemosina sit illa, quæ pauperibus datur. vt ostendi supra in antecedẽti priuilegio, sequitur, priuilegia Elemosinæ esse Priuilegia paupertatis, vnde referam ego hic virtutes aliquas, & prærogatiuas Elemosinæ, quæ mihi, libros reuoluenti, se se obtulerunt.

1 Prima sit, quod Elemosina est vnum de nouem Sacramentalibus *vt post gl. & Hostiens. probat Azzor. inst. mor. p. p. lib. 4. c. 11. q. 5.* vbi numerat inter Sacramẽtalia Orationem Dominicã: piam pectoris percussionem: Generalem Solemnem Pontificiam, vel Episcopalem Benedictionẽ: Religiosum Ieiunium: Eucharistiæ Susceptionem: Sacram Vnxionem: Aquam Lustralem, seu Benedictam: & Elemosinæ Largitionem.

2 Et si non est Elemosina, Sacramentũ, est omnium Sacramentorum, & Sacrorum Ornamentũ, *vt dixit D. Ambros. in Can. Aurum 12. q. 2. ibi;* Aurum Sacramenta non quærunt, ornatus Sacrorum, Redemptio captiuorum.

3 Immo cõparatur Elemosina Sacramento Baptysmi, & videtur quodammodo Baptysmo potentior, quia Baptysmus semel peccata remittit, Elemosina sæpius, *vt dixit D. Ambr. serm. 31.*

4 Et Elemosinam facere propter Deum, dicitur Sacrificium *D. Thom. 22 q. 85. ar. 3. & probat tex. Eccli. 35.* qui facit misericordiam offert sacrificium, *& D. Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei c. 7.* vera inquit Sacrificia sunt opera misericordiæ per quæ a miseria liberamur.

5 Immo videtur Elemosina Sacrificio præferenda, *vnde pro. 21.* dicitur, Facere misericordiam, & Iudicium magis placet Domino, quam victimæ, *& Osea 6.* misericordiam volo, & non sacrificium potior est misericordia Holocaustomatibus, & Sacrificijs, & rationem adducit, *Ambros. relatus in Can. libenter de pænit. Dist. p.* quia per Sacrificium. Iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur, *& Marci 2.* dicitur non veni vocare Iustos, sed peccatores ad pænitentiam.

6 Secunda est, quod delentur per Elemosinã peccata, & primo quidem venialia, *vt post Aug. Crisost. & Hieron. Azzor. p. p. lib. 4. c. 11. q. 5. vers. de Elemos.*

7 An autem per Elemosinam deleantur venialia peccata ex ipso opere absq; alio actu, saltem voluntatis ipsius operantis, pendet a resolutione quæstionis illius, an per Sacramentalia deleantur venialia ex ipso opere operato an vero ex opere operantis. In qua refert pro vtraq; parte Authores *Azzor. d. p. p. lib. 4. c. 11. qu. 4.* vbi sequitur Affirmatiuam, scilicet asserentem delere ex opere ipso tamquam pietati magis fauentem, quod si id est generaliter verum in alijs Sacramentalibus, magis recipiendum erit in elemosina, quæ non solum est Sacramentale, sed Sacrificium, vt supra dixi.

8 Sed quod in genere, & indistincte peccata per elemosinam deleantur *probat tex. Dan. 4* peccata tua Elemosinis redime, & Iniquitates tuas misericordijs pauperum, & confirmat, *Ambr. relatus in Can. medicina de pæn. D. p. ibi,* pecuniam habes, redime peccatum tuum, non venalis est Dominus, tu ipse venalis es, peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. *Et Eccli. 3.* Ignem ardentem extinguit Aqua, & elemosina resistit peccatis, idest committendis, vel vt legunt alij extinguit peccata, idest commissa, *& vt addit Bellarm. de Arte Ben. mor. c. 9.* penitus extinguit, sicut Aqua Ignem, itaut nec fumus quidem supersit.

Et Luca 11. quod superest, Date elemosinam, & omnia munda sunt vobis. *& referetur a Io. Crisost. in can. 77. medicamentum de pæn. D. p. & ab Ambr. serm. 31. ibi.* Elemosina quodammodo Animarum est Lauacrum sicut ait Dominus, & omnia munda sunt vobis, nisi quod (salua fide) dixerimus Indulgentior est Elemosina, quam Lauacrum, Lauacrum enim semel datur, & semel veniam pollicetur, elemosina vero quoties feceris, toties veniam promereris.

Et Io. Crisost. Hom. 36. in Euang. Elemosinæ tergunt maculas peccatorum, *& Hom. 57. ad populum* magna res est Elemosina, quæ peccata delere potest, & Iudicium propulsare, quamuis enim tu tacueris, infinita pro te ora pauperum patrocinabuntur, *& Hom. 37. ad pop.* poterat Deus nimbum aureum emittere, & ditare pauperes, sed maluit tibi dare solatium peccatorum *& serm. 37. ad pop. Antioch.* qui audiri volunt cum Deo dicunt Miserere mei Deus secundum magnam Misericordiam tuam, debent misereri pauperum, secundum magnam Elemosinam suam.

Et Aug. serm. 119. de tempore relatus in can. antepen. 16. q. 1. qui sibi, aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat Indulgentiam promereri, reddat Decimam, & de nouem partibus studeat elemosinam dare Pauperibus.

Et Ambr. serm. 30. de Elemos. quamuis pollutus sis,

fis, quamuis Criminibus circumseptus, si elemosinas feceris, Innocens esse cœpisti.

9 Et nota hic, quod Elemosinam largientibus fabricę S. Petri plenam peccatorum Remissionem indulsit, *Iulius II. in sua Const. 23. §. 7.*

10 Et quod non solum viuentium, sed etiam Defunctorum peccata per elemosinas deleantur, argui videtur ex eo, quod per Elemosinas, & erogationes in pauperes redimuntur, & liberantur Animæ Defunctorum, *Ancar. cons. 429. n. 5. Cagnol. in l. cum tempus 17. n. 6. ff. de Reg. Iur.* vbi quod per erogationes Bonorum in pauperes Christi, redimitur, & liberatur Anima Testatoris. *Adde tex. c. Anima Defunctorum 13. q. 2. ibi*, aut carorum Elemosinis soluuntur, *& tex. in c. in litteris 5. de Raptor. in fine ibi*, & sic à peccatis suis valeat liberari, vbi tamen apostilla legit, valeant liberari, idest Hæredes, & ita etiam intelligit, *Nauar. in Man. c. 17. n. 68. vers. quæsitum est*, cuius verba infra referam, interim dici potest, quod per Elemosinas si Defuncti non liberantur à culpa, saltem liberantur à pœna, & vide quæ dicam ad hoc infra.

11 Sed quod in specie etiam mortalia peccata, & grauia Elemosinantis per Elemosinam deleantur, probari videtur *ex tex. Lucæ 11.* Date Elemosinã, & omnia munda sunt vobis *Iuncto Ambr. serm. 30. de elemos. ibi*, vide ergo quæ sit Elemosinæ Gratia, quod vna & sola virtus, cunctorum est Remissio peccatorum.

Et Eccli. 29. Conclude Elemosinam in Corde Pauperis, & ipsa pro te exorabit ab omni malo intelligendo non solum de malo pœnæ, sed etiam de malo culpæ, nam qui omne dicit, nihil excludit *c. solitæ 6. de maior. & obed. l. 2. C. de hæred. Instit.*

Induci potest ad hoc Idem, *tex. Ambr. in can. 77. medicina de pæn. D. p in fin. ibi*, Crimina ergo Elemosinis redimuntur, & appellatione criminis intelligitur peccatum mortale, immo peccatum graue, & Criminale, seu Criminali accusatione dignum, vt in simili illud Apostoli ad Titum p. oportet Episcopum esse sine Crimine, *exponit D. Hieron. ad Oceanum relatus in can. vnum 25. Dist.*

Ad idem induci potest, *tex. Dan. 4. ibi*, Rex Consilium meum placeat tibi, peccata tua Elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, Daniel enim ibi, dirigebat verba prędicta ad Regem Nabuchodonosor, cuius peccata, quam grauia fuerint, Diuinæ Scripturæ pagina loquitur.

Et absq; Inductione vlla, *probat tex. Ambr. relatus in can. medicina de pæn. D. p. ibi*, Medicina misericordiæ, tollit peccata magna.

Accedat *idem Ambr. qui id expresse sensit in fortioribus terminis serm. 15. de Natiu. Dom. ibi*, nullum tam graue Delictum est, quod non elemosinis extinguatur, hæc obruit incendia delictorum, vt quamuis offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare elemosinis, quem dispo-fuerat punire peccatis.

Nec turberis ex verbo illo (cogatur) quod à intelligi potest impropriè, & quodãmodo, *prout etiam illud Hieron. relatum in can. importuna de pænit. D. p. ibi*, Deus, qui nullis superari viribus potest, publicari precibus vincitur, *& illud etiam gen. 19.* non subuertã vrbem, pro quã loqutus es, festina, & saluare ibi, quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc, & sane in Deo, verbum (non potest) intelligi potest pro (non vult) aptius quam in Principe, de quo tamen id asseruit glosa quędam Adulatrix forte potius, quam vera.

12 Declara, vt Elemosina liberet à peccato impediendo ne fiat, vel ad gratiam disponendo, *D. Thō. in 4. sent Dist. 13. q. 2. art. 2. Armilla in summa in V. Elemosina n. 15.*

13 Declara etiam, quod per solam Elemosinam non delentur peccata, sed ipsa est magna pars ad consequendam Remissionem per pænitentiam; vel ad pænitentiam ipsam valde disponit, *ad tex. in c. non sufficit 63. de pæn. D. p. ibi. Turrecrem. & Archid. D. Thom. in 4. sen. Dist. 15. q. 4. p. art. 4. Nauar. in c. medicamentum 77. eod. tit. de pæn. D. p. n. p. not. p. & 4. Azzor. p. 2. lib. 11. c. 13. q. 4.* vbi plura ex Sacris litteris in commendationem Elemosinę congerit *Cherubin. in Compen. Bullar. to. 2. ad Const. 84. Pij IV.*

14 Sed licet Elemosina dicatur spirituale medicamentum, *vt ex c. medicina, & d. c. medicamentum dixit Rim. sen. cons. 84. n. 24. lib. p.* attamen ad delenda peccata, non debet esse medicamentum simplex, sed compositum cum voluntatis actu cum pænitentiæ motu, medicamentum autem fortius, quod operatur in pænitentia est Elemosina, & ipsa est Dominantior herba, *vt dixit Io. Os aureū relatus in can. medicamentum 77. de pænit. D. p* Immo vniuersum ipsa efficit, vt ibid. subdit, *licet gl. in V. efficit*, declaret id esse verum solum, quãdo non adest oportunitas alia faciendi.

15 Et nota, quod fuit error Hæreticorum dicentium, eos solos perpetuo Igni damnãdos, qui Elemosinis peccata non redimunt, & Elemosinam dantes, quamuis peccantes, & in peccatis decedentes, aut non esse condemnandos, aut non in æternum puniendos *Aug. lib. 21. de Ciu. Dei c. 22 & 27. & in Enchyridio c. 60.* & hunc errorem cauendum esse *dixit Greg. lib. 12. mor. c. 14. & lib. 19. c. 20. & lib. 21. cap. 12. & refert Azzor. p. 2. lib. 12. c. 13. q. 4.*

16 Vnde dici potest, quod Hæretici prædicti, nimium Elemosinæ crediderunt, quemadmodum nimium Trinitati crediderunt, qui non solum in personis, sed etiam in substantia Trinum Deum asseruerunt, & nimium crediderunt vnitati, qui Deum dixerunt vnum in vtroq; scilicet in Essentia, & in personis, quos ambos duobus verbis Euãgelicis confundit, *Aug. lib. de 5. Hæredibus c. 7. ibi.* Ego, & Pater vnum sumus, dum dico, vnum, audiat *Arrianus dū dico, sumus, audiat Sabellianus,*

&

& alibi, accipe vtrumq; & Scyllam, & Charibdim euitabis.

Sic etiam Diuinæ gratiæ, nimis crediderunt, qui solam gratiam, absq; libero hominis Arbitrio salutem tribuere existimarunt, & nimis econtra crediderunt, & tribuerũt Arbitrio, qui hoc absq; gratia sufficere somniarunt.

Ita etiam mortem, seu mortis articulum, nimis crediderunt, qui non solum corporis, sed & animę mortalitatem, voluptatem magis, quam veritatẽ sequentes, Autumauere.

Et nimis quodammodo crediderunt fidei, qui Theologicas virtutes confundentes, & spem, totã in sola fide ponentes, eamque fine operibus mortuam, viuificãtes, solam ad salutem sufficere som-
17 niarunt, & hi profecto cum fidei nimiam fidem habeant, fortasse nimium fideles dici possent, prout in simili nimis grati dicuntur a *Sen. 6. de Benef.* qui aliquid incommodi præcantur jis, quibus obligati sunt, in quo effectum memorem accepti Beneficij approbent, quibus addere potes eos, qui quasi reicientes, cito nimis reddunt, quos carpit, *idem Sen. 4. de Benef. ibi*, quidam cum aliquod illis missum est munusculum, intempestiue remittunt, Reiciendi genus est.

18 Tertia, quarta, & quinta prærogatiua sint, quod Elemosina liberat à mala morte, & ab ęterna morte, & tribuit æternam vitam.

Quo ad tertiam *Aug. serm. 45. ad Fratres in Eremo, quem refert Nauar in man. c. 24. n. 8. & in comment. de Elemos. n. 26.* sic ait. Non memini me legisse aliquem male mortuum fuisse, qui viuens opera pietatis bene exercuerit. *Et Ambr. Ep. ad Nepotian.* numquam, inquit, legisse me memini mala morte Defunctum, qui Charitatis opera libenter exercuerit, *& iterum Aug. serm. 44. ad fratres*, nunquam, ait, vidi hominem pium, mala morte finiri.

19 Quo ad quartam, & quintam *tex. est Thob. 12. ibi;* Elemosina à morte liberat, Ipsa est, quæ facit inuenire misericordiam, & vitam æternam, *Vnde dixit Cor. in c. 26. Deut.* quod Elemosina est propria virtus Sanctorum Illustrium, & signum prædestinationis.

Et Crisost. hom. 42. in Act. non potest fieri, summam Animam non esse misericordem; & misericordem non esse summam.

Et Thob. 4. fiducia magna erit coram summo Deo, Elemosina, omnibus facientibus eam.

Et Apost. ad Heb. 10. vinctis compassi estis &c. nolite amittere confidentiam vestram.

Et Matt. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Et pro. 14. qui miseretur pauperis, Beatus erit.

Et Petr. Crisol serm. 14. non videbit diem malũ qui dies bonos habere fecerit pauperem, *& serm. 42.* misericordem nescit Diuinus ignis exurere, *& serm. 71.* Homo tu tibi misericordiæ factus es ipse mensura, quantum vis misericordiæ, tantum fac.

Confert *tex. Ps. 40.* Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Et clarius *Thob. 4.* Elemosina non patietur animam ire in tenebras.

20 Ecõtra vero Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam, *vt dicitur Iac. 2.*

Adde *Aug. serm. 44. ad fratres* sola misericordia hominem deducit ad Deum, sola Deum deducit ad hominem.

Et huius Theoricę praxis expressa est in Euãg. *Matt. 25.* dum solis Immisericordibus dicitur, ite maledicti, Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare &c. & solis misericordibus dicitur, venite Benedicti, &c. esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. qua in re ex verbis, & mente D. Bonauenturæ, Hos ego versiculos feci, quos mecum meditare si placet.

Nihil formidabilius est, quam, Ite.
Nihil delectabilius, quam, Venite.

21 Declara Conclusionem, vt fructus, & effectus elemosinæ sit, liberare à morte sempiterna, siue per modum satisfactionis, siue per modum Dispositionis ad gratiam, *vt explicat Bellarm. in opusc. de Arte ben. morien. c. 9. confert tex. Dan. 12. ibi*

Elemosina à morte liberat, ipsa est quę purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam.

22 Et quo ad satisfactionem, vide quæ dicta sunt supra de peccatis delendis, & nota quod Elemosina est magis satisfactoria, quam Oratio, & Ieiunium, *D. Thom. in 4. sent. Dist. 15. Armilla in sum. V. Elemosina n. 13.* vbi addit, & magis quam alia opera, & peregrinatio, & Ieiunium. *Aug. tamen in Ps. 42.* sic ait, vis Orationem tuam volare ad Deum, fac illi duas Alas Elemosinam, & Ieiunium

23 Quo vero ad dispositionem ad Gratiam, Elemosina largitur perfectionem, Elemosinam largienti *vnde dicitur Matt. 19.* si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus.

24 Adde, quod Elemosina non solum ad Sanctitatem, sed & ad Sanitatem, acquirendam, aliquando prodest, *vnde Hieron. quem refert Pater Binettus in opusc. cuius tit. est, Diues saluatus*, inquit si quod in Medicis expendisti, in pauperes effudisses iam pridem sanata esses, Vnde & dici potest, quod Elemosina non solum est Spirituale medicamentum, vt supra diximus, sed & aliquando temporale, vt hic.

25 Sexta prærogatiua sit, quod Elemosina etiam ab existente in mortali peccato facta, prodest ei tamen ad multa.

Et primo quidem prodest ad mitigandum supplicium *gl. in c. quod quidem 5. de pen. & Remiss. Abb. in Rub. de testam. n. 11.*

Confert *D. Aug. in can. fin. de pen. Dist. 3. ibi*, illud Apostoli, si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil

mihi

mihi prodest, intelligitur ad Regnum Cœlorum obtinendum, non ad extremi Iudicij tolerabilius supplicium subeundum.

26 Secundo prodest ad illustrandum Cor Elemosinantis, *vt post gl. in d. c.* quod quidam *dixit Abb. vbi supr. in Rub. de Testam. n. 11. probat tex. D. Greg. relat. in can. falsas in fine 5. Dist. ibi,* ne tamen desperet, interim quicquid Boni facere poterit, hortamur, vt faciat, vt Omnipotens Deus Cor illius illustret ad Pænitentiam.

Quod si directe, & immediate non prodest ad Gloriam; prodest tamen ad Gratiam, *Ant. Fran. in addit. ad Abb. in c. cum Marthæ de Celebr. Miss.*

27 Tertio prodest ad Bona temporalia consequenda *gl. in d. c. quod quidam 5. de pæn. & Remiss. probat tex. D. Greg. in can. cauendum de pæn. Dist. 3. ibi,* nisi Diues iste aliquod Bonum egisset, propter quod in præsenti sęculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraam dixisset, recepisti Bona in vita tua, *& tex. eiusdem Greg. in can. si quælibet culpa 11. q. 2. ibi,* Benignitatis merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, pro admissa culpa mendacij, in terrenam est recompensationem declinata, quod nota ad ampliationem eorum *quæ dixi p. 3. c. p. Rem. p.*

28 Tria vero prædicta, ad quæ prosunt opera mortua, continentur hisce versiculis:

Quæ cum mortali Bona fiunt, dant Bona Terræ
Cor faciunt humile; minuunt tormenta Gehēnę.

Quos refert gl. in d. C. quod quidam 5. De pænit. in V. pænitentia in fin. & Nauar. in man. de actibus humanis prælud. 7. n. 3.

29 Quartum videtur addere *D. Thom. in supplem. q. 14. ar. 4. & 5* vbi quod Bona opera extra Charitatem facta, non de condigno, sed de congruo prosunt ad dispositionem ad gratiam, ad consequtionem temporalium, ad mitigationem pœnarum, & ad assuefactionem ad Bonum, vt sic *eum refert P. Petr. Alagon. in sua summula.*

30 Quinto Bonum opus, & in specie Elemosina, etiam à non existente in gratia facta, prodest Defunctis *D. Thom. in quolib. qu. 6. & post eum Ant. Franc. in add. Abb. in c. cum multa de Celebr. miss. n. 9. in l. A.* vbi quod licet Elemosina existentis in mortali, non liberet à pœnis Inferni, eas tamen minuit, vt ibi per eum Ad materiam *vide Roman. cons. 364. n. 7.*

Et ad hæc nota verba *D. Aug. in Enchiridio relata in can. 23. incipit tempus 13 q. 2. ibi,* neque negandum est, Defunctorum Animas pietate suorum viuentium releuari cum pro illis Sacrificium offertur, vel Elemosinæ fiunt, sed hæc eis prosunt qui dum viuerent, hæc sibi, vt postea possent prodesse, meruerunt, est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem, nec tam malus, vt ei ista post mortem non prosint.

31 Nota etiam verba *Nauarr. in man. c. 17. n. 68. vers. quæsitum est ibi,* quæsitum est à multis, an Defunctus detineatur in Purgatorio, donec eius debita soluantur, resoluo negatiue iuxta S. Thom. & Hadrian. quia fieri potest, vt moriatur Martyr, vel statim post Baptismum, vel cum contritione ad omnem pœnam delendam sufficienti, vel absolutus ex Iubileo ad id efficaci, nō obstat quod *Aug. dixit contrarium per c. in litteris de Rapt.* in illis verbis (vt à peccatis suis valeat liberari) quia loco verbi (valeat) quod refertur ad Defunctum, debet legi (valeant) quod refertur ad hæredes, vt significet per Restitutionem Debitorum Defuncti, hęredes liberari à peccato suo negligentię, vel germanius intelligatur de ope tribuenda, mortuo accidentaliter per preces Creditorum, & pauperum benesatisfactorum, nam vt ait D. Thom. solutio Debiti parum prodest Defuncto, nisi accidentaliter modo prædicto, quare risu, vel potius commiseratione digni sunt filij, & alij hæredes, qui miserentes plurimum defunctis, quod propter debita teneantur in Purgatorio, non miserentur sibi quod teneneur in statu Infernali, notabiliter eorum solutionem negligentes, aut differentes, quod plus satis frequenter contingit.

32 Sexto Bonū opus, præsertim Elemosinæ, etiā extra Gratiam factum prodest, ad alia, quæ colliguntur ex *Nauar. in man. c. 27. n. 267.* qui sic ait. C. vltra illa, ad quæ diximus in præludijs, prodesse opera bona facta *in p. M.* prosunt etiam ad implenda præcepta, & excusandum à nouo peccato, & ad illustrandam mentem peccatoris, quo suum malum statum agnoscat, & eius peniteat, & ad quærendas virtutes morales, & ne peccatum nos suo pondere ad aliud trahat sec. Altisiodorum, & ad quærendam cordis lætitiam *iux. illud Pauli ad Rom. 12.* spe gaudentes, & ne Angelus Noster Tutelaris ob ingratitudinem, nos omnino deserat, & ne tam cito nos Deus puniat, tardius enim puniuit Acab, quia se humiliauit *3. Reg. 21.*

33 Ex prædictis Collige, quod non est simpliciter, & perpetuo verum, quod Deus peccatores non exaudiat, licet enim id legatur in *Euang. Io. 9.* nō est tamen Euangelicum verbum, hoc est à Christo Domino, vel Euangelista prolatum, sed relatum potius, *Vnde D. Aug. p. Retrac. c. 3.* inquit, quod Deus peccatores non exaudiat, quidam dixit in Euangelio, sed ille, qui non dum nouerat Christum, à quo fuerat illuminatus in corpore, & sic *ibid Aug.* retractat, quod scripserat *2. de ordine c. 20.* dicens, nec illud mihi placet, quod cum dixissem, summa opera danda est optimis moribus, mox addidi, Deus enim noster, aliter nos exaudire non poterit.

34 Septima prærogatiua, & vltima quo ad ordinē scripturæ, sed prima quo ad ordinem dignitatis sit, quod Elemosinam in pauperis persona Christus Dominus accipit, *vnde pro. 19.* Fęneratur Domino, qui pauperis miseretur, *& S. Valer. hom. 8. de misericordia* quisquis est, qui petat, Christus est, qui accipit, *& D. Petr. Chrysol. serm. 42. in fin.*

manducat Deus in Cœlo panem, quem perceperit pauper in Terra, *& S. Epiphan. serm. de Resur.* in Christi Domini persona loquens, ait, propter vos pauper factus sum, vt in pauperibus mihi ministraretis, & ipse met Christus Dominus, *Matt. 25.* dixit, quamdiu fęceritis vni de fratribus meis minimis, mihi fecistis, *vnde Nauar. in comment. de Elemos. n. 56.* Vtinam (inquit) prædicta verba Mattei, cordi affigientes, imaginemur Christum ipsum sub pauperis imagine latentem, & quod pauperi datur, sibi dari æstimantem, vt de S. Martino, qui vestem pauperi diuisit Angelis diceret, Martinus hac me veste contexuit.

35 Alias Elemosinę prerogatiuas, *vide apud Leon. in Thesaur. fori Ecclesiastici p. 4. c. 2. nu. 153. & Latius apud Fuscum in tract. seu Libello de fructibus Elemosinę, & apud p. Binettum in opusculo, cui titulus est, Diues saluatus.*

Nec dicatur, quod pauperes, quo ad Elemosinam tribuendam sint deterioris conditionis, quam Diuites, quia dicere cogantur cum *D. Petro act.*

36 *Ap. 3.* Argentum, & aurum non est mihi. Respondetur enim, quod immo etiam pauperes possunt, immo tenentur Elemosinam facere, si non realem, & corporalem, saltem mentalem, & spiritualem, *Nauar. in comment. de elem. n. 10. vnde & D. Petr. in preallegato c. 3. act. Ap.* subdit quod autem habeo, hoc tibi do.

Sic habebat, & Christus Dominus loculos à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat, *vt dixit Aug. relatus in can. habebat 12. q. p.*

Et debet pauper ex Elemosinis, quas colligit, elemosinam facere, *ad tex. in d. can. habebat 12. q. p. ibi,* indigentibus tribuebat, *& c. in singulis 40. Dist. ibi,* Diues, & pauper, & hoc ibi sensit gl. in V. pauper.

Sic, & seruolus ille paraliticus pauper, quicquid ex elemosinis accipiebat, pauperibus erogabat, vt narrat *D. Greg. hom. 15. in Euang.*

37 Et quicumque dederit vni ex istis minimis calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem suam, *Matt. 10. vnde Crisostom. hom. 37. ad populum,* pretium non appono, ne obijcias Inopiam, quanti potes, tanti eme, habes obolum, eme Cœlum, non habes obolum, Da Calicem Aquæ frigidæ, Da Panem, & accipe Paradisum. *Et Greg. hom. 5. in Euang.* Regnum Dei tantum valet, quantum habes,

Et Bellarm. de ætern. felic. Sanct. lib. 4. c. vlt. Emit Regnum Cœlorum Vidua duobus minutis emit Petrus relinquens Retia, *& Aug. lib. de visit. Infirm. c. 3.* Audi *Thobiam c. 4.* fili si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si autem exiguum, etiam illud exiguum impartiri stude, si dederis alicui Calicem Aquę saltem frigidę non perdes mercedem tuam, sed forsitan, & Aqua deest; habes, quod distribuas, habes te ipsum, da te ipsum Deo, & habebis ipsum Deum, quomodo te dabis Deo, Dispone Domui tuæ, quia morieris, *Is. 38.* forsitan Domum non habes, Dispone tibi.

Et D. Petr. Crisol. serm. 222. Homo si non habes nummum, Da pauperi manum, *& serm. vlt.* nec dicas manus mea, quid det pauperi, Det ipsā manum, & plus erit manū pauperi dedisse, quam nummum, *sic Iob. 29.* inquit. Ego fui oculus Cæcorum, & pes Claudorum.

Confert *Sen. 3. de Benef. ibi* Beneficiū est vnus in fame panis, Beneficium est in siti monstrare fontem.

Et Plut. ad Traian. in præfat. ad Apopthegmata Artaxerses persarum Rex, non minus regium, & humanum existimans parua pronte, ac libenter accipere, quam magna tribuere, cum sibi in via obequitanti, pauper quidam, & operarius homo, nihil aliud habens, ambabus Aquā mãibus, e proximo Flumine haustā obtulisset, iucunde suscepit.

38 Et Regula illa, quod modicum, & nihilum, æquiparentur, quæ in vtroque foro, & in omni prædicamento recipitur, *vt dixi Dec. 18. nu. 9.* apud Deum in hac materia non verificatur, sed fallit fauore pauperum, quia parum, quod illi tribuunt, æstimatur, & computatur, vt multum ex supradictis, & infradicendis, quibus adde *Greg. hom. 5. in Euang. ibi.* multum reliquit, qui quantum libet parum, totum deseruit; multū reliquit, qui sibi nihil retinuit, & qui etiam habendi desideria dereliquit, & Paulo post, Exteriora nostra quamuis pauca sufficiunt, Cor namq; & non substantiam pensat Deus, & sufficit Arca Cordis plena bona voluntate.

Adde *Io. Eudomen. ineticis, & politicis Ep. 8.*
Non quantum dederis, sed quanta mente dedisti
Pensandum; placat victima parua Deum.

39 Immo pauper inops, nihil habens, quod det, si dare cupiat, nihil etiam dando satisfacit, nam *vt inq. Greg. hom. 5. in Euang.* Coronat enim Deus voluntatem, vbi non inuenit facultatem, nemo dicat non habeo, Charitas nō de sacculo erogatur *& S. Cæs. Arelaten hom. p. de quadrages. to. 5. Bibliotecæ,* nec copia largitatis pascitur Deus, sed Beneuolentia largientis. *& Io. Gerson, & Corn. in 12. Leuit.* non quærit Dominus nomina, sed aduerbia, non attendit quod facias, sed quomodo, *& S. Leo de quadrag. serm. 2.* nulli paruus est census, cui magnus est Animus, nunquam merito caret, bonæ voluntatis opulentia, *& serm. 6.* omniū fidelium pares Animi esse possunt etiam inter impares facultates,

Et si *pro. 14.* dicitur, qui miseretur pauperis Beatus erit, potest etiam id pauper implere, potest enim semper misereri, cum id in animo, situm sit, & licet *Sen. 2. de Clem. dixerit* non miserebitur sapiens, sed succurret, attamen *Ps. 36.* dicitur, Iustus autem miseretur, & tribuit *& pro. 21.* qui iustus est, tribuet, & non cessabit, Hæc autem sunt intelligenda de Diuite habente, quod tribuat, pauper autem misericordiam tribuet, nam

vt

vt inquit Bern. ad sororem de modo ben. viu. serm. 8. de contemptu Mundi Deus à te non requirit, quod tibi non dedit.

40 Amplia quæ supra dicta sunt, quia licet vna sit misericordia in Diuite, & in paupere, attamen aliter imputatur Diuiti, aliter pauperi, & plus laudanda est in paupere, quã in Diuite, *Ita D. Aug. in q. vet. & nou. Testam. q. 124.*

Vnde, *& Marci 12.* dicitur, Vidua Hæc pauper, quæ misit duo minuta, quod est quadrans, plus misit in Gazzofilacio, misit enim totã vitam suã.

Et D. Ambros. in lib. de viduis ne sibi Diuites blandiantur, quod plus videantur conferre, quam pauperes, vberior est enim nũmus à paruo, quam Thesaurus à maximo.

Confert *tex. in c. si quis propter p. q. 2. ibi,* perfectior est, qui nihil habet, nec habere desiderat, quam qui ex multis, quæ possidet, aliquid Ecclesię præstat, *& tex. in c. parsimonium 41. Dist.* opera, quæ supra vires in fratres pauperes exercentur, Beatificamus. *Et Sen. p. de Benef.* magis obligat, qui dedit parua magnifice, qui Regum opes ęquauit animo, qui exiguum tribuit, sed libenter, qui paupertatis suæ oblitus est, dum meam respicit.

Et idem *Sen. eod. lib. p. de Benef.* eschines pauper Socratis Auditor, ait illi, Dono tibi, quod habeo, me ipsum, vicit eschines, hoc munere parem Diuitijs Alcibiadis Animum, Inuenit Animus, liberalitatis materiem, etiam inter Angustias paupertatis.

41 Amplia etiam, vt pauperes videantur esse melioris conditionis, quam Diuites, etiam in hac materia Elemosinæ tribuendę, nam Diuites, reali Elemosina sine mentali non satisfaciunt, *vt probat Nauar. in Comment. de elemos. n. 9. vnde Aug. lib. p. de visitat. Infirmorum c. 3.* in pauperes largitio non est totius boni exhibitio, *dixit enim Apost. p. ad cor. 13.* si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Pauperes vero, sola Elemosina mẽtali sine reali satisfaciunt, *vt docet idem Nauar. in p. Comment. de elemos. n. 9. & 10. & comprobat D. Aug. relatus in can. dua sunt 45. dist. ibi,* Elemosina Cordis multo maior est, quam Elemosina corporis Charitatis Elemosina sine substantia terrena sufficit (intellige deficiente substantia, vt dixi supra) illa vero quę corporaliter datur, si sine benigno corde tribuitur, omnino non sufficit.

PRIVIL. CXVII.

Elemosina III.

SVMMARIVM.

1 Diuturna præstatio ex liberalitate facta non obligat in futurum.

2 Nudo pacto promissum, etiam certis annis pręstitum, non obligat ad futurum.

3 Laici non possunt reuocare statutum, quod detur Annua Elemosina pauperibus, sed vide contra in fine, & n. 4. & saltem sine causa non possunt n. 14.

4 An & quando Laici possint abrogare legem conditã in fauorem Clericorum.

5 Statutum in fauorem non subditi, non potest reuocari.

Sic, & priuilegium non subdito concessum, reuocari saltem sine causa non potest.

6 Quod semel placuit, amplius displicere non potest, vide versus.

Quę ab initio sunt voluntatis, ex post facto fiunt necessitatis.

Etiam in continenti, non licet à contractu recedere, ac etiam si duplum pretij offerat venditor.

7 Princeps non potest rescindere contractum, nec alienum, nec proprium n. 8.

9 Deus promissione ligatur. & fit nobis, vel sibiipsi debitor.

10 Laici non possunt auferre ius Ecclesiæ, vel pio loco quęsitum.

11 Ad Secularem Principem de Rebus Ecclesiasticis, non nisi Reuerentia pertinet.

12 Pauperes gaudent priuilegijs Ecclesiarum.

13 Amittere lucrum iam quæsitum, dicitur esse damnũ.

15 Statutum est irreuocabile, quando transiuit in contractum etiam cum subdito.

16 Consuetudo tribuendi annuam Elemosinam, tanquam laudabilis est seruanda.

17 Consuetudo decennio pręscribitur.

18 Actus facultatiui non constituunt quasi possessionem.

19 Diuturna Elemosinę præstatio an obligat in futurum.

20 Fauore pauperum fallit regula, quod in facultatiuis non currat pręscriptio.

21 Tempus non est modus inducendę obligationis, fallit fauore pię causæ n. 22. & 23.

22 Triennalis pręstatio Alimentorum quando obliget in futurum.

24 Consuetudo, & statutum ęquiparantur, & dicitur esse fortior statuto n. 25.

26 Consuetudo obligat quando habuit initium voluntarium secus si violentum.

27 Votum annuum solutum in diuersis mensuris, solui potest in minori.

Vota sunt benignius exigenda.

1 Regula est, quod Diuturna præstatio ex liberalitate facta, non obligat in futurum, *ad not. in c. peruenit de Censib. Innoc. in c. cum Ecclesia de caus. poss. & propr. Bart. in l. cum de in rem verso ff. de vsur. Aug. in l. si certis annis C. de pact.*

2 Immo, & nudo pacto promissum licet præstitũ certis annis, non tamen obligat in futurum, *l. si certis 28. C. de pact.*

3 Attamen Laici non possunt reuocare statutum quod singulis annis detur Elemosina pauperibus,

vel fratribus mendicantibus, *ad tex. in c. ad Apostolicam 42. de Simon. et in l. priuilegia 12. vbi Bart. C. de Sac. Eccles. Dominic. de S. Gemin. in c. p. de Const. in sex. Corsett. in suis singularibus in V. pia causa Rom. in Auth. similiter in 4. col. vers. 9. C. ad leg. Falc. Abb. in c. pen. de sepult.* vbi consuluit contra Laicos volentes desistere à quadam oblatione consueta *Aretin. in l. non amplius §. si certum ff. de leg. p. n. 8. & seq. vbi adducit hinc inde Iura, & n. 15.* distinguit, *& post alios Tiraq. de pia causa priuil. 59.* licet referat contrarium sentientes, nisi quando pro tali Elemosina aliquid reciprocum esset factum *Osasch. Dec. 99. n. 20 & 21.*

4 Contrarium senserunt *Cyn. & Imol. in d. l. non amplius in princ. ff. de leg. p. Raphael. Fulgos. et Castrens. in d. l. priuilegia. C. de Sac. Eccles. Iaticet in Auth. Cassa. q. 5. C. eod. tit. de Sac. Eccles. Alex. cons. 109. n. 11.*

Conferre potest huic parti *tex. in l. si quis curialis 12. c. de Episc. & Cler. ibi,* Clericis legem vlterius prodesse non patimur, *ex quo tex. dixit Bart.* quod possunt Laici tollere legem, quam in fauorem Clericorum fecerant, *& eum sequitur Iaj. in d. l. non amplius §. si certum ff. de leg. p. nu. 11. qui tamen n. 14. in fine,* limitat quando Lex vel statutum respicit fauorem piæ causæ, vel concernit Elemosinam.

Sustinendo igitur negatiuam, tamquam communiorem, & veriorem, possumus eam rationibus confirmare.

5 Prima Ratio sit, quod statutum fauens non subdito transit in contractum, vel saltem in priuilegium, & priuilegiū concessum non subdito, reuocari non potest, sine causa. *Innoc. in c. nouit de Iudici Bart. in l. qui se patris C. de Iudic. Card. in c. perpendimus in princ. de sent. excom. Archid. in c. quicunque 11. q 3 Felin. in c. ad Apostolicam n. 3. de Simon. Iaj. in l. non amplius §. si certum n. 13. ff. de leg. p. & post alios Ant. Gabr. in suis commun. Conclus. Conclus. 7. n. 10. de lure quæsito non tollen. Peregrin. de Iurib. fisci lib. p. tit. 3 n. 30.*

6 Multo autem minus reuocari potest contractus in quo, quod semel placuit, amplius displicere non potest, *c. quod semel 21. de Reg. Iur. in sex.* & quæ ab initio sunt voluntatis, fiunt ex post facto necessitatis, *l. sicut 5. C. de act. & oblig.* & semel emissum volat irreuocabile verbum, & nescit vox missa reuerti, vt Horat. cecinit.

Vnde pro. 6. dicitur Illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus.

Nec licet etiam in continenti contractum distrahere *tex. est elegans in l. quamuis 39. C. de transf. ibi,* quamuis enim, qui pactus est, statim pæniteat, transactio rescindi, & lis instaurari non potest, & qui tibi suasit, intra certum tempus licere à transactione recedere, falsum asseuerauit, & plus dicitur *in l. non est probabilis 6. C. de Rescind. vēd.* quod videlicet quamuis duplum offerat pretium venditor emptori, non tamen hic cogitur ad rescindendum.

7 Neque etiam Princeps potest reuocare contractum alienum, licet gratuitum, & lucratiuum *tex. est in l. si Donationem 5. C. de Donat. ibi,* si Donationem rite fecisti, Rescripti nostri Authoritate rescindi non oportet.

8 Nec etiam potest rescindere Princeps contractum proprium *ad tex. cum ibi not. in c. p. de pact. Felin. in d. c. ad Apostolicam n. 2. de Simon.*

9 Immo Deus ipse ex pacto, seu promissione ligatur, *vt post Magist. Sent. Cyn. & Bald. probat Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. p. nu. 6. & Ceuall. in Thesaur. Commun. con. comm. q. 283. n. 6. & probatur Ps. 88. & gen. 22.* quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita, *& Matt. 24.* Cœlum, & Terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

Vnde, & Iustitiæ Coronam appellat *Paulus 2. ad Tim. 4.* tanquam promissam, & consequenter debitam, *& Aug. lib. 5. confess. c. 9* Dignaris (inquit) Domine quibus omnia debita dimittis, etiā promissionibus tuis Debitor fieri, quod si Deus ipse non sit, ex hoc nobis simpliciter Debitor, sit tamen saltem sibi ipsi Debitor, quia sic ordinauit, *vt declarat D. Thom. p. 2. q. 114. qua est vltima art. p.*

10 Secunda ratio esse potest, quia cum per statutum quæsitum sit Ius Ecclesiæ, vel loco Pio, & pauperi, Laici non possunt illud auferre, & disponere de Rebus Ecclesiæ, *ad tex. in c. bene quidem 96. Dist. & in c. Ecclesia S. Mariæ de Const. & in Auth. Cassa C. de Sac. Eccles. Iaf. in l. non amplius §. si certum n. 9. ff. de leg. p. Azzor. p p. lib. 7. ca. 27. q. 12. in fine.*

11 Confert *tex. elegans in can. Conciliū 17. Dist. ibi,* Serenissimus Rex Theodoricus Respondit, non aliquid ad se præter Reuerentiam de Ecclesiasticis negotijs pertinere.

12 Quod autem pauperes gaudeant priuilegijs Ecclesiarum, ostendimus *in V. Ecclesia.*

13 Confirmatur Ratio prædicta, quoniam si auferretur lucrum iam statutum pio loco, videretur tractari de eius damno, & locus ipse diceretur ex hoc effici deterior, *ad tex. in d. l. non amplius 26. §. si certum in V. Deterior ff. de leg. pr. Iaf. ibid. n. 8 Peregrin. de Iur. Fisci lib. p. tit. 3. n. 35.* vbi quod damnum est, amittere lucrum, iam quæsitum.

14 Ampliatur pr. Conclusio, vt omnino procedat absq; dubio, vt scilicet statutum prædictum reuocari non possit, saltem absq; causa, *Iaf. in l. non amplius §. si certum n. 15. ff. de leg. p. arg. tex. in c. ad Apostolicam de Simon. in V. malitiosa.*

15 Ampliatur 2. vt magis procedat Conclusio, quando Fratres, quibus statutū fauet, fecissent aliquid reciprocum, & correspectiuum Elemosinæ statutæ, vt quia venissent ad habitandum in loco statuti, tunc enim statutum ipsum, non solum in priuilegium gratiosum, sed in contractum onerosum transisset, vnde foret omnino Irreuocabile,

ad tex. in l. quod semel 5. & ibi Bart. ff de Decret. ab ord. facien. Felin. in d. c. ad Apostolicam n. 2. de Simon. Ias. in d. l. non amplius §. si certum n. 10. & 14. vbi post Bald. ampliat etiam si agatur cum subdito, *& post Cyn. Imo l. & Alex. Tiraq. de pia causa priu. 159. post medium.*

16 Ampliatur 3. vt Conclusio, quæ loquitur in statuto, procedat, etiam in Consuetudine, quoniam si pia consuetudo Elemosinas tribuendi Pio alicui pauperum loco introducta est, non poterit reuocari, seu dimitti *Abb. in c. pen. de sepult.* vbi quod consuluit contra Laicos volentes desistere, à quadam oblatione consueta, *et post alios Azzor. p. p. lib. 7. c. 27. q. 12. vers. ex quo fit. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. nu. 6.* vbi quod Iudicis officio cogitur populus in dicta consuetudine, tamquam laudabili perseuerare, quia laudabilis consuetudo seruanda est *d. c. ad Apostolicam de Simon.*

17 Et dicetur introducta, & præscripta huiusmodi Consuetudo per Decennium, *Felin. in d. c. ad Apostolicā Sim. Barbos. de off. & post Parochi c. 24. n. 10. & seq.* prout generale videtur, vt per decennium Consuetudo dicatur præscribi, *vt probat Mascard. de Interpret. statut. Conclu. 2. n. 165. post Butrium, & Communem.*

18 Et quamuis quod, qui quotannis consueuit certam Elemosinam facere, cogi non possit, si desistat, senserit *Dec. cons. 215. col. 2. quem refert Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 160. n. 9.* quoniam actus facultatiui non constituunt quasi possessionem, *vt ibi.*

19 Attamen verius videtur, quod fauor piæ causæ, & pauperum præsertim, operetur, vt Diuturna præstatio, facta, etiam ex mera liberalitate obliget in futurum *ad tex. in d. c. ad Apostolicam 42. de Simon. & in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccl. & ibi Bart. & in c. veniens p. vbi Ab. in 4. not. de testib. & videtur de mente D. Thom. 22. q. 86. art. p.* sentientis oblationes, ex voluntarijs fieri necessarias, stante consuetudine, *& sensit Paul. de Leaz. in c. in literis col. 10. vers. modo quaritur de Rest. spol. Roman. cons. 144. n. 2. & 5. Marsil. sing. 192. incipit Diuturna præstatio Felin. in d. c. ad Apostolicam n. 3. de Sim. Rim. Iunior. Cons. 264. n. 18. & seq. lib. 3. & cons. 265. n. 18. eod. lib. late Osasch. D. 99. n. 17. & seq. Caualcan. D. 27. nu. 33. p. p. Sur. de Alim. tit. p. q. 60. n. 9. Barbos. de offic. & pot. Parochi c. 24. n. 10. & seq. Nouar. in praxi pri-*
20 *uil. miserab. priu. 24. n. 3. & 4.* vbi quod fauore miserabilium fallit regula, quod in facultatiuis non currat præscriptio.

21 Et quamuis tempus non sit modus inducendæ obligationis *l. obligationum 43. §. placet ff. de act. & oblig. c. placuit 16. q. 7. ibi,* sola temporis longinquitate, libertatis humanæ Iura minime mutilantur.

22 Attamen id fallit fauore piæ causæ *l. p. C. de fideicom.* vbi triennalis etiam præstatio Alimentorum obligat in futurum, si facta sit ex vltima voluntate, etiam minus solemni, *Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 10. & tit. 8. priu. 22. nu. 8. & 21.* vbi quod saltem procedit, quando agitur de Alimentis pauperi debitis, licet Salicetus aduersus Angelum sensiat hoc priuilegium competere, etiā Alimentis Diuiti debitis, *vt ibi per Surd.*

23 Et quod hoc procedat in omni pia causa *probat Tiraq. de priu. piæ caus. priu. 60.*

Confirmatur hæc ampliatio, quoniam si verum est, vt supra probauimus, quod statutum de Ele-
24 mosina facienda non potest reuocari, Ergo nec consuetudo, quoniam Consuetudo, & statutum æquiparantur *l. de quibus 31. ff. de leg. Mascard. de*
25 *Interp. sta. concl. 8. n. 11.* Immo Consuetudo dicitur esse fortior statuto *Crauett. de Antiq. temp. p. p. in princ. n. 42. Menoch. de arbit. Iud. lib. p. q. 71. n. 4. & 9. Mascard. de interpr. stat. concl. 6. n. 89.*

26 Limita, vt ad prædictam Consuetudinem seruandam cogi quis possit, quando illa habuit initiū voluntarium, secus si violentum, vel coactum. *Abb. in c. ad Apostolicam de Simon. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 8.*

27 Vltimo ad declarationem omnium prædictorū nota, quod si diuersis mensuris solutum sit annuum votum, potest Debitor soluere in minori mensura, quia cum vota fuerint ab initio gratuita, sunt benignius exigenda, *ita tex. in c. ex parte 18. de Censib. & exact.*

PRIVIL. CXVIII.

Elemosina IV.

SVMMARIVM.

1 *DE Iure can. Clericus de bonis ex Ecclesia quæsitis non potest, nec in vltima voluntate, nec inter viuos disponere. potest tamen Elemosinam facere n. 2. ac etiam infirmus moderatam n. 3.*

4 *Potest Clericus ex quæsitis intuitu Ecclesiæ elemosinam facere etiam filijs suis illegitimis, & Sororem etiam dotare n. 5.*

6 *Non potest Clericus ex quæsitis intuitu Ecclesiæ relinquere elemosinam distribuendam post obitum.*

7 *Clericus habens à pont. specialem facultatem testandi, vel generalem ex Cleri compositione potest libere testari de licite quæsitis intuitu Ecclesiæ.*

1 QVamuis Clericus de Iure com. Canonico, de Bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, non solum testari non possit, *c. cum in officijs 7. c. quia nos. 9. de testam.* Sed nec etiam inter viuos regulariter donare transferre, vel aliter disponere, *d. c. cum in officijs vbi Ab. n. 4. de testam.*

2 Potest tamen ex huiusmodi Bonis Clericus Elemosinam facere ad tex. qui probat ad id Clericum teneri *in can. fin. 16. q. p. Abb. in c. ad hæc 8. in fine de testam. dixi latius in V. Beneficiatus.*

Amplia-

3 Ampliatur pr. vt non solum inter viuos, & sanus, sed etiam in ægritudine constitutus Clericus possit de huiusmodi Bonis moderatam Elemosinam facere pauperibus *c. ad hac 8. de testam. Ab. ibid. n. p. 2. & 3.*

4 Ampliatur 2. vt Clericus possit ex quæsitis intuitu Ecclesiæ, etiam Elemosinam facere Consanguineis, & filijs suis pauperibus, non solum legitimis, sed etiam ex damnato coitu procreatis, *ad tex. cum ibi not. in c. cum haberet 5. de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adult. & probat Abb. in c. 9. de Cohab. Cler. & mul. n. 4.* vbi quod licet Clericus male fecerit, ex quo tamen sunt geniti, non sunt perdendi, sed eis tanquam pauperibus subueniendum est.

5 Et potest Clericus pauperes Consanguineos alere, & Sororem Inopem dotare de redditibus Ecclesiæ *Ab in c. peruenit in 2. not. de Arbitr. & in c. inquirendum in vlt. not. de pecul. Cler. Notta cons. 211. nu. 21. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 52. n. 4. & 5.*

6 Limitatur pr. vt non possit Clericus ex redditibus quæsitis intuitu Ecclesiæ relinquere Elemosinam faciendam post mortem pauperibus, vel cõuertendam in aliud opus pium post eius obitum implendum, *ad tex. in c. quia Ioannes 12. q. 5* vbi Gregorius Archiepiscopo Rauennati Rescribẽs, ait quod cum Archiepiscopus prædecessor Bona Monasterio reliquisset, non ideo Pont. fex id confirmabat, quia eius supremam sequeretur voluntatem, sed quod id ei viuenti promiserat, *DD. in c. Apostolica de Donat, Abb. in c. ad hac 8. de testam. n. 2. post. med.*

7 Limitatur 2. quando Clericus haberet specialem à Pontifice facultatem testandi, vel Clerus haberet generalem compositionem super Spolijs cum R. C. A. tunc enim potest Clericus libere testari, etiam de Bonis quæsitis licite ex Bonis Ecclesiæ, non autem de quæsitis ex illicitis negociationibus, quæ consueuerunt, etiam in ipsa compositione reseruari, & excipi.

PRIVIL. CXIX.

Elemosina V.

SVMMARIVM.

1 *Pauper in necessitate recipere potest elemosinam ab excommunicato, & ab alijs, qui prohibentur in Ecclesijs oblationes facere & n. 2.*

3 *Clerici non possunt ab Hæreticis elemosinas accipere, nisi in necessitate.*

4 *Ab vsurario manifesto, recipere non possunt elemosinas, nisi pauperes, qui nec pro tali dante coguntur orare n. 5.*

6 *A manifesto raptore, vel Ecclesię violatore Clerici recipere non possunt elemosinam, nisi forte paupe-res in necessitate.*

7 *Oblationes ab excommunicato recipere non licet, & quare.*

8 *Oblationes diffidentium, vel opprimentium pauperes refutentur.*

9 *Potest pauper accipere Elemosinam ab vsurario, sed non de vsuris.*

10 *Fieri potest Elemosina, etiam de illicite quæsitis quando Dominium irreuocabiliter transiuit in dantem. alias non.*

11 *Elemosina pauperis est magis Priuilegiata, quam De cima Clerici.*

12 *Meretrix histrio, & similes possunt elemosinam facere de illicite quæsitis, & hi faciunt sibi Amicos de Mammona Iniquitatis.*

13 *Decima ex illicite quæsitis non debetur, nec recipi debet, nisi ab eo qui iam pœnitentiam egerit n. 14.*

14 *Non debet inspici, quod fuit, in eo, qui incipit esse, quod non fuit.*

15 *Ex maleficio quæsita, extra causam peculij sunt, & Domino non acquiruntur.*

1 Pauper in necessitate constitutus recipere potest Elemosinam, etiam ab excommunicato *Innoc. in c. cum voluntate 54. de Sẽt. excom. Abb. ibid. n. 5. & 7. Felin. ibid. n. 2. vers. item nota.*

2 Amplia, vt recipere possit ab alijs omnibus, qui alias prohibentur in Ecclesia oblationes facere, *ad trad. post Soar. & alios per Barboj. de offic. Paroch. c. 24. n. 21.*

3 Infertur pr. quod licet Clerici ab Hæreticis Elemosinas recipere non debeant *ex const. 8. Innoc. IV. quam refert Barbos. in Collectan. Bullarij V. Elemosina.* Attamen ex prædictis id limitari poterit in Clerico paupere in necessitate constituto.

4 Infertur 2. quod licet ab vsurario manifesto, recipi non possint oblationes *c. quia in omnibus 3. de vsur. tradit Abb. in Rub. de testamen. nu. 11,* vbi intelligit in vsurario publico, & qui non dedit Cautionem.

Confert *tex. Eccli. 34.* Dona Iniquorum non probat Altissimus, nec respicit oblationes Iniquorum, *et refertur ab Aug. in c. Immolans 14. q. 5.*

5 possunt tamen à prædictis, pauperes Elemosinam recipere *ad trad. per Io. Andr. qui generaliter loquitur in d. c. cum voluntate de sent. excom.* dicens quod prohibitus facere oblationem, non prohibetur pauperibus Elemosinam facere, etiam de illicite quæsitis, *Confert gl. in c. ex transmissa de Decim. & in summa 14. q. 5. Ab. in Rub. de testamen. n. 11.* quod non debent pauperes obligari ad orandum pro talibus, & in hac specie dixit, *idem Abb. in c. quia in omnibus 3. de vsur. nu. 5. & 6.* vbi adducit rationem, quia oblatio fit publice, Elemosina vero in occulto.

6 Limita pr. quoniam à manifesto raptore, vel Ecclesiarum violatore, qui non satisfecerit, vel satisdederit, non possunt Clerici Elemosinam recipere, *c. 2. de Rapt. ibi,* nullus Clericorum eius

Elemo-

Elemosinam præsumat accipere, & si accipere tētauerit, Ecclesiastico careat Beneficio, *Abb. in d. c. 2. n. p. de Raptor.* vbi licet primo loquatur generaliter, in quouis publico peccatore, postea tamen se restringit ad dispositionem tex. prædicti, sed forte hoc etiam restringi posset, & limitari stante paupertate, saltem graui ipsius Clerici ex ijs, quæ dixi *supr. hic n. 2.*

7 Limita 2. nam oblationes ab excommunicato recipere non licet *c. quia in omnibus 3. de vsur. Innoc. in c. cum voluntate de sent. excom. Abb. ibid. n. 7.* vbi rationem diuersitatis adducit inter oblationem, & Elemosinam, quoniam hæc recipitur in secreto, illa vero datur in publico, vnde ne Ecclesia fauere videatur excommunicatis, & fouere detentores alienorum, non debet ab eis oblationes recipere, *iterum Ab. in Rub. de Testam. n. 11. Felin in d. c. cum voluntate 54. de sent. excom. n. 2. vers. item nota.*

8 Sic etiam oblationes dissidentium, vel opprimentium pauperes refutentur, *inquit tex. in can. oblationes 90. dist.*

9 Declara, quod licet liceat ab vsurario accipere Elemosinam, non tamen licet eam accipere de vsuris, *tex. est. in can. p. 14. q. 5. qui est Aug. serm. 15. de verbis Dom. ibi* nolite velle Elemosinam facere de fænore, & vsuris, *Ad idem est tex. in can. non est putanda p. q. p. qui est D. Greg. ibi,* non est putanda Elemosina si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, *tradit gl. in c. ex transmissa 23. de Decim. in V. Licite Abb. ibid. n. 3.* vbi reddit rationem, quia licet in vsurarium transeat vsuræ Dominium, competit, tamē repetitio.

10 Vnde Declara hanc declarationem, *vt tex. in d. c. non est putanda p. q. p.* procedat quando illicite acquisita non transeunt in Dominium acquirentis, vel si transeunt, transeunt reuocabiliter, quia competit eorum repetitio, secus si irreuocabiliter transeat, *Ita declarat, & probat gl. in d. c. non est putanda in V. ex illicitis.* vbi propterea docet, quod de male quæsitis, potest meretrix Elemosinam facere, non autem Latro, *Idem docet gl. in c, ex transmissa 23. de Decim. in V. Licite Abb. in c. Innouamus 10. de Censib. n. 2.* vbi quod de subiectis restitutioni non potest Elemosina fieri, *& in c. ex transmissa n. 3. de decim.* nec enim de alieno, licet Elemosinam facere, *vt ostendi in V. vxor.*

11 Infero Ego ex prædictis, quod Elemosina pauperis est magis priuilegiata, quam Decima Cleri-
12 ci, quoniam elemosina solui potest, & recipi etiā
de illicite quesitis, quando Dominium transiuit in
Dantem, & ab eo non competit repetitio, vt in
Meretrice histrione, & similibus exemplificat, *gl.*
& Abb. iuxta supradicta *& iuxta tex. Euang. Luca 16.* facite vobis Amicos de mammona iniqui-
tatis, quem tex. refert ad hoc ipsum *gl. in d. c. ex*
13 *transmissa de Decim. in V. licite.* Et tamen Deci-
ma indistinctè solui, ac recipi prohibetur ex illi-
cite quæsitis, *tex. est in c. ex transmissa 23. de Decim. ibi,* fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere, Decimas erogare tenetur, *& tradit ibi gl. in V. licite.* vbi quod licet posset solūi,
non tamen debet recipi, ne videatur Sacerdos im-
pietatem, & improbitatem approbare, *& sequi-*
14 *tur Abb. ibid. n. 3.* vbi limitat quando huiusmo-
di illicite acquirentes pænitentiam egissent, quia tunc non debent respui, neq; debet inspici, quod fuerint, *iuxta tex in c. ferrum 50. Dist. qui est Greg. ibi,* non ergo debet inspici, quod fuit, quia iam incipit esse, quod non fuit.

15 Ad id autem, quod hic de Decima dicitur, confert in simili, *tex. in l. quod seruus 24. ff de Acq. poss.* vbi extra causam peculij esse dicitur, quod ex maleficijs apprehenditur, Ideo per seruum Domino non acquiritur.

PRIVIL. CXX.

Emphyteota I.

SVMMARIVM.

1 E*mphyteota alienare non potest irrequisito Domino directo, fallit tamen in paupere ex necessitate Alienante n. 2.*

1 QVamuis Emphyteota non possit extra titulum Donationis, in alium transferre, & alienare fundum Emphyteoticum, nisi requisito prius Domino directo, quem tenetur in emptione, & alienatione præferre cæteris paribus, idque sub pœna Caducitatis, *vt disponit tex. in l. fin. C. de Iur. Emphyt.*

2 Pauper tamen alienans fundum Emphyteoticum ex causa necessitatis irrequisito Domino directo, non incurrit Caducitatem. *Bart in l. Pater filium ff de leg. 3. & in l. p. C. de præd. minor Bald. in l. voluntas, & in l. quoties C. de fideicom. Afflict. D. 191. n. p. 3. & 4.* qui loquitur in paupere Carcerato, qui dedit in solutum Creditori rem Emphyteoticam, *Benincas. de paupert. q. 8. spec. 10. in cōtrall. n. 19. Vide quæ dixi in V. Alienatio p. et 2.*

PRIVIL. CXXI.

Emphyteota II.

SVMMARIVM.

1 E*mphyteota non soluens canonem intra legitima tempora incidit in caducitatem, si tamen paupertate impeditus cessauerit, excusatur n. 2.*

3 *Quando agitur de damno vitando, difficultas excusat a mora.*

4 *Paupertas excusat non soluentem Canonem, etiam à periurio.*

Inter

Iuramentum intelligitur si potuero, si Deus voluerit, si Principi placuerit.

4 *Nemo tenetur seruare Iuramentum cum periculo vitæ, vel famis.*

5 *Ad excusandum Emphyteotam non soluentem Canonem, requiritur magna paupertas.*

6 *Pauper Emphyteota si propria culpa incidit in paupertatem, non excusatur, Canonem non soluens.*

1 QVamuis Emphyteota priuati, si non soluat Canonem per Triennium cadat à Iure suo, & amittat vtile Dominium fundi Emphyteotici *l. 2. C. de Iur. Emphyt.* Emphyteota vero Ecclesiæ Caducitatem incurrat, si per solum Bienniū soluere cessauerit *Auth. qui rem C. de Sac. Eccl.*

2 Attamen pauper Emphyteota, qui paupertate impeditus cessauit soluere per Biennium Ecclesiæ, vel per Triennium priuato, debitum Canonē, excusatur à Caducitate *Spec. in tit de Locato §. nūc aliqua. vers. 29. Ioan. de Anan. not. 62. Bald. in c. quarellam de Iureiur. Foller. in praxi Crimin. in sec. sec. partis vers. Deatur Capitula, quod suffocauit vxorem n. 45. Beneincas. de paupert q. 8. spec. 9. in cōtr. n. 9. & 34. & 38. Adde Ias. in l. 2. n. 53. in fin. C. de Iur. Emphyt. Rip. in l. quod te nu. 39. ff. si cert. pet. Gigas. de pens. qu. 80. n. p. Cerbol. de Emphyt. tit vlt. limit. 29. Bursatt. cons. 440. nu. 20. lib. 4.* vbi assert se consuluisse, & obtinuisse, Emphyteotam ob paupertatem, & impotentiam excusari à Caducitate, ob non solutionem Canonis *Vrsinus D. 268. n. 4. Surd. de Alim. tit. p. q. 48. nu. 37. Costa de Rem. subsid. Remed. 25. n. 20* vbi intelligit ope restitutionis in integrum *Medices de Casib. fortuit. p. 9. q. 4. n. 19.*

3 Confert ratio, quoniam quando agitur de damno vitando, etiam difficultas excusat à mora *l. si Vehenda qua est decima, & finalis §. si cum ea ff. ad leg. Rhod. de iact. l. sciendum 21. cum seq. ff. de vsur. l. Celsus 28. §. p. ff. de Arbitr. Tiraq. de Retract. Consang. §. p. gl. 10. n. 120.*

4 Ampliatur Conclusio, vt procedat etiam si Emphyteota Iuramento promiserit Canonem soluere, adhuc enim si ob paupertatem non soluerit, excusatur à Caducitate, & à periurio *Fulgos. cons. 7. col. 4. incip. Iam pluribus annis, quem sic adducit, & sequitur Ripa in leg. quod te n. 39. ff. si cert. pet. & Benincas. de paupert. q. 8. spec. 9. in cōtr. nn. 13. & 14.* vbi addit rationem, quoniam Iuramentum intelligitur sub his tacitis conditionibus, scilicet si potuero, si Deus voluerit, si Principi placuerit, *Adde gl. in c. Beatus Paulus 22. q. 2. & in c. venientes de Iureiur. & in c. p. eod. tit. in sex. Archid. in c. Authoritatem 15. q. 6. Bart. in l. fin. in princ. ff. ad municip. Bald. in c. iurauit n. 18. de prob. Dec. in c. cum parati n. 26. de Appell. Ias. in l. fin. col. p. ff. qui satisd. cog. Surd. de Alim. tit. p. q. 48. n. 37. & post alios attestans de communi. Caroc. de locat. p. 2. q. 6. n. 38.*

Et in specie sicut quis non tenetur seruare iuramentum, quod seruando incideret in periculum mortis, ita non tenetur quando incideret in exterminium famis *Bald. in l. pactum in vlt. qu. C. de Collat. dec. cons. 345. col. p. incip. visis Benincas. de paupert. q. 8. spec. 9. in contractu n. 15.*

5 Limitatur pr. vt non omnis paupertas, sed magna mendicitas probata excuset Emphyteotam non soluentem Canonem a Caducitate *ad tradita per specul. in tit. de Locato §. nunc aliqua vers. 29. Bald. in c. quarelam in fine de Iureiur. Foller. in praxi Crim. p. 2. n. 45. Rodoan. de Reb. Eccles. non alien. p. 435. n. 5. quē sic adducit Bursatt. Cons. 140 n. 22. lib. 4.* vbi quod ita intelligitur *Beaincas. de paupert. q. 8. spec. 9. in contr. n. 9. immo Bursattus ibi,* requirit maximam, ac nimiam mendicitatem, vt ipse loquitur. An autem nimiam requirat, & aduersus pauperes nimium dure loquatur, Iudicet Lector. & quod Arcta necessitas, ob quam Creditor opulentus cogitur pecunias debitori mutuare, ne fame pereat, illa sola dicatur excusare à pœna, & mora *tradunt Corrad. de Contr. q. 29. Rebuff. in l. vnic. n. 594. & 608. C. de sent. quę pro eo, quod interest Bursatt. d. cons. 140. n. 23 lib. 4.*

6 Limitatur 2. quando paupertas prouenit ex facto, & culpa debitoris morosi, tunc enim non videtur excusare *Berous cons. 193. n. 28. lib. p. Bursatt. d. cons. 140. n. 23. lib. 4. de quo tamen vide, quæ dixi latius infra in V. Priuilegia p.*

PRIVIL. CXXII.

Emptio I.

SVMMARIVM.

1 *NEmo prohibetur emere, vel vendere.*

2 *Nemo cogitur inuitus emere, vel vendere.*

3 *Ciues coguntur emere frumentum emptum pro publica necessitate si conseruari non potest.*

4 *Fauore paupertatis cogitur quis vendere, mutuare, donare.*

5 *Ad collectam impositam pro emendo frumento tempore penuriæ, tenentur etiam Diuites licet frumento non egeant, & hoc est onus patrimoniale.*

1 SIcut regulariter Emptio, & Venditio, prohiberi non debet, nec liberum commercium impediri *l. 2. C. de præd. naucul. lib. 19. ibi,* intercipere contractum emendi, vendendique, fas non est.

2 Ita nec regulariter præcipi debet Emptio, vel Venditio, adeo vt inuitus, vel emere, vel vendere, regulariter nemo cogatur. *l. nec emere 16. C. de Iur Delib.*

3 Attamen Ciues iuxta facultates Patrimonij cogi possunt ad emendum frumentum emptum pro publica, præsertim pauperum necessitate, si conseruari vlterius non potest *ad tex. in l. vnic. C. vt nemini*

nemini liceat ab emption. specier. se excus. vbi gl. c. p. de empt. & vend. vbi Barbat. & Ant. de Burgos. n. 19. Io de Plat. in d. l. vnic. C. vt nem. liceat, &c. referens Bartolum ita consuluisse, & practicasse Perusiæ *Felin in c. p. de Iudic. col. 2. Aufert ad Dec. Cap. Tolos.* 446. *Natta cons.* 500. *n.* 3. *Surd. de Alim. tit. p. q.* 77. *n.* 8.

4 Sic, & fauore paupertatis cogitur quis vendere, vt ostendi in V. Venditio, & cogitur mutuare, vt dixi in V. mutuum, Immo & aliquando Donare, vt comprobaui, *in V. Elemosina p.*

5 Adde hic, quod ad Collectam, quæ imponitur tempore penuriæ pro emendo frumento, tenentur etiam Diuites, licet frumento non indigeant *l. vnica C. vt nemin. liceat in empt. lib.* 10. *vbi Bart. n.* 3. *&* 4. inquit onus huiusmodi collectæ esse patrimoniale, & non personale, adeo vt qui plus habet, plus soluat *Chernbin. in compen. Bullar. to.* 2. *ad Const.* 35. *Gregorij XIII. schol.* 2.

PRIVIL. CXXIII.

Emptio II.

SVMMARIVM.

1 *Res empta ex pecunia mea, etiam ab Administratore meo, nō sit mea, nisi sit empta nomine meo.*
2 *Res empta nomine proprio ex pretio Rei hæreditariæ, non sit hæreditaria, etiam in vniuersalibus.*
3 *Res empta ab Administratore ex pecunia Ecclesiæ, vel piæ causæ sit Ecclesiæ, vel piæ causæ, & in specie pauperis, hic, & n.* 6.
4 *Res empta ex pecunia militari, efficitur militis.*
5 *Res empta ex pecunia pupilli, vel minoris à tutore, vel Curatore, sit pupilli, vel minoris.*
6 *Pauperi competunt priuilegia piæ causæ, Ecclesiarum, Militum, Pupillorum, & minorum.*
7 *Res empta ab extraneo, licet ex pecunia piæ causæ, sit ementis.*

1 QVamuis res empta ex pecunia mea, etiam ab Administratore meo, non sit mea, nisi sit empta nomine meo *l. si ea* 6. *C. de Rei vendic. l. si patruus.* 4. *C. Com. vtriusq; Iudic. l. p. C. si quis alteri, vel sibi l. & si de tua* 9. *C. de Don. int. vir. & vx.*

2 Immo licet res empta nomine proprio ex pretio Rei hæreditariæ, etiam in vniuersalibus non efficiatur hæreditaria *l. sed si lege §. p. ff. de pet. hæred. Buratt. in Anconitana Censuum D.* 685. *n. p.*

3 Attamen res empta ab Administratore ex pecunia Ecclesiæ, vel alterius piæ causæ, & sic pauperis, ex pecunia illius, illius efficitur propria, *ad tex. in c. p. & seq.* 14. *q.* 4. *c. sixum* 12. *q.* 5. *gl. in l. sicut proponis C. de Rei vendic. Innoc. hostiens. Io. Andr. Abb. in c. imprimendum de pecul. Cler. spec. in tit de empt. & vend. §. tertio loco vers. hoc autem scias Roman in Auth. similiter in* 10. *spec. C. ad leg. falc. Tiraq. de pia causa priu.* 120.

4 Sic res empta ex pecunia militari, efficitur militis, *Bellon. p.* 7. *tit.* 3. *n.* 29. *Crispold. in Epilogo priuil. Milit. impresso post eius casus Militares in tit. E.*

5 Sic res empta ex pecunia pupilli, vel minoris per tutorem, vel Curatorem, efficitur pupilli, vel minoris *ad tex. in l.* 3. *C. Arbitr. tut. & in l.* 2. *C. quand. ex facto tut. & post alios tradit Buratt. in d. Anconitana Censuum D.* 685. *n.* 3.

6 Ergo idem obtinebit in re empta ex pecunia pauperis, vt eius fiat, cum pauperi, competant priuilegia piæ causæ, Ecclesiarum, Militum, Pupillorum, & minorum, *vt dixi in V. miles, in V. minor, in V. Ecclesia.*

7 Limitatur, seu declaratur Conclusio, vt procedat, prout loquitur quando res empta est ab Administratore, sed si empta esset ab extraneo, efficeretur ementis, licet ex pecunia piæ causæ, res empta foret *Aretin. Bart. Bal. Castrens. in d. l. si vt proponis C. de rei vendic. Tiraq. de pia caus. priuil.* 120. *vers. quod tamen intellige.*

PRIVIL. CXXIV.

Episcopus I.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus pauper, potest à Clericis Diuitibus exigere quartam partem Decimarum.*

1 EPiscopus si attenta eius qualitate sit pauper cogere potest Clericos Diuites ad soluendum sibi pro suis necessitatibus, quartam partem Decimarum *c. fin. in. fin.* 25. *q. p. Beniucas. de. paupere q.* 7. *spec.* 6. *in Iudic. n.* 32. Ad materiam *vide*, *quæ dixi Plenius in V. Charitatiuum subsidium.*

PRIVIL. CXXV.

Episcopus II.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus tenetur pœnas applicare pauperibus, & locis pijs. nec potest eas applicare pro manutenendis exquutioribus, vel restaurandis carceribus, vel vestiendis Apostolis n.* 2. *fallit. vt n.* 6.
3 *Episcopi Hybernenses non possunt in proprios vsus cōuertere mulctas, quas imponunt ob dispensationes in impedimentis Canonicis.*
4 *Episcopi non ad Diuitias, sed ad sollicitudines sunt vocati, & ad Bonum opus non ad Bonas opes.*
5 *Episcopus vnde sic dicatur, debet non solum præesse, sed prodesse.*
6 *Episcopus pauper potest sibi retinere pœnas pecuniarias*

rias, si tamen vere indiget, vt n. 8.

7 *Qui tenetur Elemosinam facere, etiam pro alio, potest sibi eam facere, si pauper est.*

9 *Pœna pro damno dato, debetur damnificato, quatenus damno commensuratur, reliquum vero pauperibus.*

1 Regula est, quod pœnas pecuniarias Episcopus teneatur applicare pauperibus, seu locis pijs *Conc. Trid. sess. 25. c. 3. & 14 de Reform. Abb. in c. de Causis n. 13. de offic. Deleg.* vbi tamen id intelligit de honestate, & consilio, vt cesset Auaritiæ suspicio in pœnis impositis per sententiam *Diaz. in praxi Crim. Can. c. 134.* licet dicat, quod etiam Episcopi de Consuetudine fiscum habent *Felin. in c. irrefragabili §. caterum n. 9. de offic. ordin.* dicens id honestius esse pro euitanda suspicione cupiditatis, quamuis ibid. subdat, quod Prælati male hoc seruant, qui omnia sibi imbursant, Ego tamen non facile credo, quod omnes omnia imburient.

2 Ampliatur, vt pœnæ fori Ecclesiastici conuerti non possint ab Episcopo, nec pro manutentione exequtorum, nec pro carceribus restaurandis, nec pro Apostolis vestiendis, nec pro musicis Ecclesiæ, vt declarasse fertur *Sacra Congr. Concilij in vna firmana 16. Aprilis 1633.* Immo Episcopi Hyber-

3 nenses licet non habeant, nisi subsidia, quæ a Parochis recipiunt, eaque tere tamen non possunt in proprios vsus mulctas, quas imponunt ob dispẽsationes concessas in impedimẽtis Canonicis iuxta facultatem sanctissimi, vt pariter declarasse fertur, *Sacra Congr. die 30. Iulij 1634.* & ego hanc, & supradictam Declarationem reperi in Annotationibus glor. mem. Eminentiss. Card. Bentiuoli.

4 Confert ad Conclusionem idem *Conc. Trident. sess. 25. c. p. de reform. ibi,* optandum est, vt Episcopi intelligant, se non ad Diuitias, sed ad sollicitudines esse vocatos, & tu adde, vt, qui Episcopatum desiderat Bonum opus, & non bonas opes desideret, *& consonat Aug. in can. qui Episcopatum*

5 *8. q. p. ibi,* Episcopatus, nomen est operis, non honoris, dicitur enim Episcopus Græce ab Epi, quod est supra, & scopos, quod est Intentio, quasi Latine superintendens, vt intelligat se non esse Episcopum, qui præesse dilexerit, & non prodesse, *& d. Hieron. in can. illud ead. caus. 8. q. p. ibi,* retrahit se ab hoc non tam honore, quam onere.

6 Limitatur pr. nam si Episcopus ipse sit pauper, potest sibi pœnas prædictas retinere *Diaz. in praxi can. c. 134. & post Hostiens. lo. Andr. Butrium Imolens. Dominic. & alios tradit Felin. in c. Irrefragabili §. caterum n. 9. de offic. ord. n. vers. Limita dupliciter,* & primo, nisi Episcopus indigeret euidenter *Malfesius relatus à Riccio resol. 300. n. 3. vers. limita Gauaat. in man. Episc. in V. forum Episcopale n. 55.* vbi quod si Episcopus est pauper, potest sumere sibi pœnas pecuniarias.

Confert ad Limitationem *tex. D. Greg. ad August. Anglorum Episcopum in can. quia tua fraternitas 12. q. p. ibi,* omne quod superest necessitatibus, in causis pijs, & Religiosis erogandum est Domino, Magistro omnibus dicente, quod superest, date Elemosinam, & omnia munda sunt vobis (ergo præferenda est necessitas Episcopi pijs locis, quibus dare non cogitur, nisi quod superest, quod si ipse pauper sit, & Indigens, necessario non supererit superfluum, quod erogari præcipitur.

7 Accedit, quod obligatus ad faciendam Elemosinam, etiam nomine alterius, potest eam sibi ipsi facere si sit in euidenti necessitate, *vt post D. Thõ. Abb. Calderin. & alios, probat Felin. in d. c. irrefragabili §. cęterum n. 9. de offic. ord.*

8 Declara, & restringe hanc Limitationem, vt tunc solum procedat, quando Episcopus vere indiget, sic vt supra Felin. loquitur quando Episcopus indiget euidenter, & comprobat *tex. in can. ex his autem 12. q. p. desumptus ex c. 41. canonum Apostolorum ibi,* ex his autem quibus Episcopus indiget, si tamen indiget) in suas necessitates, & peregrinorum fratrum ipse percipiat, *& tex. in c. sub. equenti incipit Episcopus desumptus ex Concilio Antiocheno c. 35. ibi,* Episcopus Ecclesiasticarũ rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, participet autem, & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quã in fratrum necessarijs vsibus.

Confert in fin li *Apost. p. ad Tim. 5. ibi* Viduas honora, quæ vere Viduæ sunt.

9 Limitatur 2. quando pœna imponitur pro dãno dato, tunc enim, nec Iudici, nec pauperibus, sed damnificato erit applicanda *ad tex. in c. Praslbiteri 2. de pen. Roman. sing 454. & post hostiens. & Archid. tradit Felin. in d. c. irrefragabili § caeterum n. 10. de offic. ordin.* vbi tamen declarat, vt damnificato debeatur pœna, quatenus commensuratur damno, quod autem excedit, pauperibus distribuatur.

PRIVIL. CXXVI.

Episcopus III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus promouens pauperem Clericum sine sufficienti patrimonio, vel Beneficio, tenetur eum alere de proprio, si non habet aliunde.*

2 *Non decet ordinatos cum ordinis dedecore mẽdicare.*

3 *Ad dimitte ndum Beneficium incompatibile dantur duo menses, & quare, & non currunt durantibus molestijs Iudicialibus, vel extraiudicialibus.*

4 *Episcopus admittens resignationem Beneficij, ad cuius titulum fuerat, quis ordinatus tenetur eum alere, si aliunde non habet.*

5 *Episcopus ordinans, etiam de mandato alterius pauperem*

perem aliunde non habentem, tenetur eum alere, si mandatum non exprimebat certas personas.

6 *Episcopus tenetur alere pauperem, à se ordinatum in Domo ipsius ordinati.*

7 *An, qui instigauit pauperem ad suscipiendos Sacros Ordines, teneatur eum alere.*

8 *Episcopus tenetur alere pauperem à se ordinatum, donec ipse, vel alius eum de sufficienti Beneficio prouiderit.*

9 *Episcopus tenetur alere pauperem à se ordinatũ iuxta facultates Ecclesię, & qualitatem ordinati.*

10 *Episcopus non tenetur alere pauperem à se ordinatum, si habet Patrem Diuitem.*

11 *Non potest quis ordinari ad titulum paternę hereditatis, licet Pater sit Diues.*

12 *Episcopus non tenetur prouidere ordinato sub mentito titulo patrimonij, & sic ordinatus, incurrit suspensionem.*

1 EPiscopus promouens ad Sacros Ordines aliquem pauperem non habentem vnde se alat, tenetur ei Alimenta necessaria ministrare *c. Episcopus 4. de præb. ibi,* tamdiu necessaria subministret, donec conuenientia stipendia militiæ Clericalis assignet, nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere *c. non liceat 2. eod. tit. de pręb. ibi,* vel non faciat Clericos, vel det illis, vnde viuere possint *Concil. Trid. sess. 21. c. 2. Mascard. de prob. Conclus. 1140. n. 9. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 13. & tit. 4. q. 18. n. 33. Costa de Rem. subsid. Remed. 126. Illat. p. n. p. & 2. Cenall. in Thesaur. com. con. com. q 527. & q. 565.*

2 Ratio Conclusionis est, quia non decet eos, qui Diuino Ministerio sunt ascripti cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum, aliquem quæstum exercere *Conc. Trid. sess. 21. c. p. de reform.* vbi ideo statuitur, vt nullus ordinetur in Sacris, nisi Beneficium pacifice possideat, quod sibi ad victũ honeste sufficiat, vel aliunde commode viuere valeat.

3 Hucspectat, quod ad dimittendum Beneficia incompatibilia dantur duo menses, qui non currunt durantibus molestijs Iudicialibus, vel extraiudicialibus, & hoc ea ratione constitutum dicitur, ne Clericus dimittẽdo prius obtentum, careat vtroq; Beneficio, & mendicare cogatur, *vt post Gemin. Cassad Rebuff. tradit Seraphin. in Toletana Archidiaconatus D. 997. n. 2. & 5. & 10. & 11.*

4 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam in Episcopo, qui admittit Resignationem Beneficij, ad cuius titulum quis fuerat ad Sacros Ordines promotus, *vt constituit Pius V. anno 1568. allegatus à Barbos. de potest. Episcop. alleg. 19. n. 47. Gauant. in man. Ep. V. ordines maiores n. 4.*

5 Ampliatur 2. vt Conclusio procedat, etiam in Episcopo ordinante de mandato alterius, quando mandatum non exprimit certas personas *tex. est in c. si Episcopus 37. de præb. in sex. tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 57.*

6 Ampliatur 3. vt Episcopus teneatur pauperem sic ordinatum alere, etiam extra Domum Episcopatus, & in Domo propria ipsius ordinati *Bertran. cons. 55. col. 2. vol. 2. Rebuff. de port. Canonic. n. 98. Surd. de Alim tit. 4. q. 14. n. 22.*

7 Ampliatur 4. vt idem sit in eo, qui aliquem instigauit ad ita suscipiendos Sacros ordines, quoniam cogi poterit ad subministrandũ eidem pauperi promoto, omnia necessaria *Bertran. cons. 151. n. p. & seq. vol. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 14. & tit. 7. q. 37. n. 61. & 62.* vbi tamen id esse dubitabile ostendit.

8 Declaratur pr. vt Episcopus teneatur, vt supra promoto, donec conuenientia stipendia militiæ Clericalis assignet, vt loquitur *tex. in d. c. Episcop. 4. de præben. & tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 65.* vbi quod sufficit, quod etiam ab alio Episcopo prouisus fuerit.

9 Declaratur 2. vt Episcopus in casibus prędictis teneatur iuxta qualitatem, & facultates Ecclesię, & Dignitatem ordinati *gl. in d. c. Episcop. 4. de præb. & ibid. Abb. Rip. lib. p. respons. c. 14. n. 7. Surd. post alios de Alim. tit. 4. q. 18. n. 32. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 169. n. 14.* vbi quod id totum procedit à Iudicis Arbitrio, intellige quo ad quantitatem.

10 Declaratur 3. vt ordinatus, ad effectum de quo hic, dicatur habere aliunde, quando habet Patrẽ Diuitem *ad tex. in c. p. de Magist. ibi,* ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt subtrahatur &c. *Imola in d. c. Episcop. 4. de præben. vbi etiã Dec. n. 3. Surd de Alim. tit. 7. q. 37. n. 3.*

11 Limita hanc Declarationem, vt tamen non possit quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, licet habeat Patrem Diuitem, *vt post alios docet Garzia de Benef. d. p. 2. c. 5. n. 127. & seq.*

12 Et nota, quod ordinatus ementito patrimonij, vel Beneficij titulo incurrit suspensionem, neque ei tenetur Episcopus Alimenta præbere *Comitolus lib. 6. q. 38. Eman. Sa. in Aphorysm. in V. suspensi n. vlt.* Intelligo quando Episcopus non fuit in dolo, vel lata culpa.

PRIVIL. CXXVII.

Episcopus IV.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus consecrans Ecclesiam indotatam, tenetur eam dotare de proprio.*

2 *Ecclesia, nec etiam fundari debet sine Dote congrua.*

3 *Dos Ecclesię dicitur congrua iuxta qualitatem Ecclesię, sic Dos mulieris, congrua dicitur habito respectu ad qualitatem Uxoris, & viri.*

4 *Non debet Ecclesia dedicari, nisi habeat redditus, duorum victui, sufficientes.*

5 *Dos Parochialis Ecclesię debet ad minus esse ducatorum centum auri.*

6 *Pręsumitur Dotem assignatam à principio Ecclesię fuisse congruam.*

7 *Qui cępit ędificare Ecclesiam, vel Altare, tenetur perficere.*

1 ANtecedenti proximum est, quod Episcopus, qui consecrat Ecclesiam indotatam, & non habentem aliunde, tenetur eam ipse congruenter dotare, *c. cum sicut 8. vbi gl. & Abb. de Cons. Eccles. vel Altar. gl. in c. nemo huius nominis p. de cons. Dist. p. Enriquez. cons. 48 Costa de Rem. subsid. Rem. 106. illation. p. n. 8.*

2 Immo Ecclesia non solum consecrari, sed nec fundari debet sine Dote congrua, *vt in Auth. vt nullus fabricet Oratorij Domos gl. in d. c. cum sicut 8. de cons. Eccles. vel Alt.*

3 Declara, vt in hac materia Dos dicatur congrua, *iuxta qualitatem Ecclesiæ, Costa de Rem. subsid. Rem. 106. Illat. p. n. 8 & 9. Confert tex. in l. quæro 61. ff de Iur. Dot.* vbi Dos, quo ad matrimonium dicitur congrua iuxta qualitatem coniugum, & colligitur ex tex. ibi, modus ex facultatibus, Dignitateq; mulieris maritiq; statuendus est.

4 Nota hic, quod Ecclesia dedicari non debet, nisi ei tantum assignetur, quantum sufficiat, saltem duobus, non enim solus Præsbiter Missarum solemnia, vel alia Diuina officia, potest sine Ministri suffragio celebrare. *vt loquitur tex. in c. fin. in fin. de Fil. præsb. & ibi gl. in V. solus.*

5 Et Dos Parochialis Ecclesiæ esse debet, saltem centum ducatorum auri, *Conc Trid. sess. 24. c 13. de Reform. Thesaur for. Eccles. p. p. c. 5. n. 5. Costa de Rem subsid. Rem. 106 Illat. p. n. 9.*

6 Nota etiam, quod Dos à principio assignata Ecclesiæ præsumitur congrua, & sufficiens *iuxta tex. in c. nemo de Cons. Dist p. Vivall. Decis. 62. p. p. Ludouis. in Burgen. Dedicationis Beneficiorum Dec. 483. n. 5.*

7 Ad materiem adde *notabilem textum in §. si quis autem Auth. de Eccles. tit. ibi,* si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut Monasterium, præcipimus non aliter incoandam fabricam, nisi locorum Sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem, si vero semel cæperit, aut nouam ędificare Basilicam, aut veterem renouare, modis omnibus compellatur à Sanctissimo locorum Episcopo, & economis eius, & Ciuili Iudice, eam explere, & si is distulerit, hoc moriente, hæredes eius opus incoatum adimpleant, ex quo textu dicebam in Ciuitate Ferrarię posse compelli hæredes, quosdam recusantes perficere, & consumare fabricam Capellæ à Defuncto initiatam.

PRIVIL. CXXVIII.

Episcopus V.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus dicitur Pater pauperum, etiam Infideliũ.*

2 *Episcopus erga pauperem, largam manum habere debet, & alienam inopiam, suam credere.*

3 *Et Papa, & Imperator dicitur Pater, & Protector Pauperum.*

4 *Deus est Pater Pauperum, & Christus pauper esse voluit.*

5 *Loca Pia subsunt Episcopo.*

6 *Episcopus etiam tanquam Sed. Ap. Deleg. est. visitator omnium Locorum Piorum, et Exequtor omnium Piarum Dispositionum non obstan. exemptionibus, & consuetudinibus.*

7 *Cura hospitalis spectat ad Episcopum, licet non sit erectum authoritate Episcopali, non tamen tenetur ad procurationem Episcopi visitantis.*

1 EPiscopus dicitur pater pauperum, *Auth. de Sanct. Episcop. in princ. Bald. in l. precibus C. de Impub. & alijs subst. Nonar. in praxi priu. miserab. pers. priu. 48. n. 2. Costa de Rem. subsid. Rem. 114. n. 16. Dian. Res mor. p. 4. tr. 4. Miscellã Res. 214. & p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 17. Ladercbia Cons. 128. n. 3.* vbi quod est vniuersalis pater omnium pauperum, etiam Infidelium, ac Hebreorum, vt ibi.

2 Ad Conclusionem confert *tex. in can. Episcop. 82. Dist. ibi,* Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui suis manibus laborare non possunt, victum, & vestimentum in quantum sibi possibile fuerit largiatur, *& tex. D. Greg. ad secundinum in can. Fratrum 86. Dist. ibi,* largam manum habeat, alienam Inopiam, suam credat, quia si hoc non habet, vaquum nomen Episcopi tenet, *& tex. Hieron. ad Nepotian in can. Gloria 12. q. 2. ibi,* Gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere, *& tex. in can Episcop. 12. q. p. ex Conc. Antiochensi ibi,* Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, *& tex Aug. in can. fin. 12. q. p. ibi,* quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vindicemus, *& tex. in can. in Canonibus ex Con. Granatensi ibi,* si quis oblata Deo, dederit alteri. vel acceperit præter Episcopi, vel eius contensum, qui ab eo institutus est ad dispensandam misericordiam pauperib⁹, & qui dat, & qui accipit. Anathema sit.

Confert ad idem *tex. Trid. Conc. sess. 23. c. p. de Reform.* vbi dicitur. quod præcepto Diuino mandatum est omnibus, quibus animarum cura commissa est, pauperum, curam paternam gerere, *& vide, quæ dixi in V. Beneficiatus p. prim. 37. in prima Ampliatione.*

Et

3 Et non solum Episcopus, sed etiam Imperator, & Papa dicitur Protector, & Pater pauperum *vt dixi in V. Appellatio 6. priu. 30. sub finem.*

4 Immo, & Deus ipse se patrem pauperum perpetuo profitetur *vnde, & Ps. 67.* dicitur turbabuntur à facie eius Patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum, & ipse met. Christus Dominus, non solum pater pauperum, sed pauper esse voluit, *vt dixi in V. Deus p priu. 80.*

5 Sed redeamus ad Episcopũ addendo, quod generaliter Loca Pia subsunt Episcopo, *vt est tex. in c. 3. de Religiosis Domibus, vt Episcopo sint subiecta.*

6 Et Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, sunt visitatores omnium Piorum locorum, & executores omnium Piarum Dispositionum, & præsertim omnium relictorũ ad pauperes sustentandos. non obstantibus exemptionibus, & contrarijs consuetudinibus, etiam Immemorabilibus, *Ita disponit Trid. Conc. sess. 22. c. 8. de Reform.*

7 Et Hospitalis etiam sine authoritate Episcopi erecti Cura, ad Episcopum pertinet, tanquam Patrem pauperum *Em. Sa. in Aphorim. V. Xenodochium n. 4.* licet non teneatur ad procurationẽ Episcopi visitantis, *vt ibi per eum.*

PRIVIL. CXXIX.

Episcopus VI.

SVMMARIVM.

1 *Quando pauperes scripti sunt hęredes, consequitur hęreditatem Episcopus loci in quo testator oritur, vel moritur quando de patria dubitatur.*

2 *Vicarius potest immittere in possessionem Episcopum nomine pauperum.*

3 *Episcopus potest conuertere in maiorem necessitatem, quod in minorem relictum est, & quod non potest commode fieri, potest in aliud commutare.*

1 Sequitur ex præcedenti, quod si pauperes scripti sint hæredes (non scriptis certis executoribus) Episcopus tanquam pauperum Pater, procurator, executor, hęreditatem consequitur *Bald. in l. si quis ad Declinandam in fin. 3. col. C. de Ep. & Cler. Ias. in l. Hac verba n. 13 ff de vulg.* vbi quod licet Episcopus non sit scriptus, habebitur pro scripto *Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 5. probat tex. in l. nulli 28. C. de Ep. & Cler.* vbi disponitur, quod si testator Piorum relictorum, executorem non designauit, Episcopus loci ex quo testator oritur, facultatem habet exigendi, & si de patria dubitetur, Episcopus loci in quo testator Defunctus est, *vt ibid. in §. quod si testator* ex quo quidem vltimo cessare videtur interpretatio *gl. ibi in V. oritur,* vbi exponit, idest moritur, licet ad illam conferre videatur *Petrarc. lib. 2. de Rem. Dial. 125.* in illis verbis, vbi moreris, illa verior patria tua est, illa te diutius possidebit.

2 Amplia pr. vt Vicarius Episcopi sit Iudex cõmpetens ad mittendum in possessionem procuratorem Episcopi, nomine pauperum *Bald. in l. si quis ad declinandam n. 6. C. de Sacr. Eccles. Gemin. con. 114. n. 5. Sbrozz. de offic. Vicarij lib. 2. c. 137. n. 3. & 4.* vbi quod Episcopus dicitur pater, & procurator pauperum, & quod ideo potest petere missionem in possessionem nomine pauperum institutorum, & probat *Menoch. de Adipiscen. poss. Rem. 4. n 256.*

3 Amplia 2. vt Episcopus cum consensu Executorum, conuertere possit in maiorem publicam necessitatem, quod in minorem fuerat relictum, & quod non potest commode fieri, in aliud conuertere *Couar. in c. cum tua n. 9. de Testam. Em. Sa. in Aphorism. V. Testamentum n. 33.*

PRIVIL. CXXX.

Episcopus VII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, vel alter Executor in distributione elemosinarum non habet Arbitrium liberum, sed regulatum.*

2 *In Principe, an detur absoluta potestas.*

3 *In Iudice non videtur dari Arbitrium Liberum.*

4 *Etiam Executor cui data est facultas distribuendi, prout ei videbitur, & placuerit, debet vti Arbitrio boni viri, idemq; est si distributio cõmissa est misericordię, vel Discretioni, vel Conscientiæ alicuius.*

5 *Legatum præstari solitum certo pauperum generi, non potest ad alios transferri.*

6 *Executor variare non potest, nisi in Elemosina dotali, consanguineã prætulisset extraneam, & non dum dos esset tradita viro.*

7 *Executor dans pecuniam alicui, tanquam pauperi, qui non sit talis, potest veniendo contra factum proprium, ab eo pecuniam repetere.*

8 *Legatum Pium implendum est in loco, in quo testator habitat, vel quem magis frequentabat, sed contra n. seq.*

9 *Legatum relictum pauperibus, dari potest etiam pauperibus extra locum Domicilij testatoris.*

10 *Hęres grauatus nominare pauperes, vel scholares, potest etiam exteros nominare.*

11 *Si in loco Domicilij testatoris, pauperes non adsunt, vocãtur ex loco viciniori.*

12 *Consanguineus præferri debet in Elemosina, sed extra eã data sustinetur.*

13 *Executor non potest in Elemosina eligere inimicum Testatoris.*

14 *Legatum per superuenientem Inimicitiam reuocatur.*

Sed

Sed per reconciliationem reintegratur nu. 15. & confessus, & contritus præsumitur odium remisisse ibidem.

1 PRO moderatione eorum, quæ in præcedenti priuilegio diximus, & ad pauperum fauorem sciendum est, quod Episcopus, vel alius Executor piæ dispositionis, non habet Arbitrium liberum, & absolutũ distribuendi, sed regulatum *Bart. cons. 194. n. 3. in fin. lib. p. Paris cons. 45. in fin. lib. 3. Menoch. de præs. lib. 4. pręs. 125. n. 4. & seq.* vbi explicat, quo nam ordine sit facienda distributio, & qui nam pauperes veniant præferendi, & quod debent præferri pauperes Ciuitatis ipsius testatoris, & maxime pauperes familiæ eiusdem testatoris, & postea exequtoris, & magis fæminæ, quam masculi, & semper pauperiores, *& vide, quæ dixi in V. Elemosina p.*

2 Immo generalius adde, quod sicut in Principe non dari potestatem absolutam senserunt aliqui, 3 quos retuli in V. æquitas. Ita in Iudice, vel legitimo exequtore dici magis posse videtur, non dari Arbitrium liberum à vinculo rationis, licet forte detur liberum à vinculo legum, quo ad forum fori & vim coactiuam *ad ea quæ dixi Decis. 69. n. 5. Confert tex. in l. p. §. si ęs alienum ff. de Bon. eorum ibi,* prætor liberum non habet Arbitrium, & casus, qui dicuntur pro amico, dixit esse casus pro Diabolo *Thesaur. Decis. 89. n. 3.* vnde, & tu dicas, quod non sunt pro amico, sed pro Inimico.

4 Amplia, vt Idem, quod in Episcopo procedat in alio, quolibet executore, cui etiam relicta sint bona cum facultate distribuendi, prout ei videbitur, & placuerit, non enim potest is abuti potestate sibi concessa, & debet vti regulato arbitrio Boni viri, *ad tex. in l. fideicommissa 1 . §. fideicommissum vers. quamquam ff. de leg. 3. l. Thais. §. sorore ff. de leg. p. Bart. cons. 194. n. 3. in fin. Paris. cons. 45. n. 16. lib. 3. Mantica de Coniec. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 8.* vbi quod idem est, quando Distributio in pauperes committitur Conscientiæ, & Discretioni alicuius, Idemq; dicas si misericordiæ committatur, *ex ijsque dixi in V. misericordia.*

5 Huc spectat, quod Legatum præstari solitum certo pauperum generi, non potest ad alios pauperes transferri, *ad tex. in c. ad Apostolicam 42. de Simon. Seraphyn. in Bergomen. Legati Dec. 1149. n. 9.*

6 Ad Idem est, quod exequtores post electionem variare non possunt, *Costa de re. integr. Dist. 4. n. 7.* vbi tamen limitat, quando prætulissent extraneam consanguineæ in elemosina Dotali, & non esset tradita viro, *& allegat Bal. Ang. Imol. in l. illa Institutio ff. de Hęred. instit. & Decianum cons. seu Resp. p. n. 51 & seq. lib. 3.*

7 Tu adde aliam limitationem, quia si Exequtor dedit pecuniam alicui, tanquam pauperi, qui non sit talis, potest veniendo contra factum proprium ab eo pecuniam repetere, *spec. in tit. de Instr. adition. §. nunc aliqua in 10. col. Ias. in l. cum quid in fin. primę lecturę ff. si cert. pet. Marsil. sing. 641. incipit receptus non tenetur.*

8 Adde, quod si sine loci expressione fiat aliquod Legatum Pium, impleri debet in loco, in quo testator habitabat, vel quem magis frequentabat, *Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc vere n. 64. ibi, Io. Andr. Guid. Pap. de præsump. Iur. & de Iure n. 69. Seraphyn. in Bergomen. Legati D. 1149. nu. 8. Nouar. in praxi priuil. miserab. person. priu. 74. n. 8.* vbi quod si testator non declarat, inter quos pauperes diuidenda sit Elemosina, diuidi debet inter pauperes eius loci, in quo testator habitabat, & Domicilium habebat.

Confert ad hoc *tex. in §. si quis in Nomine Magni Dei in Aut. de Eccles. tit. ibi,* Ecclesiam loci in quo testator Domicilium habuerit, *& tex. in l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. ibi,* Xenonem eius Ciuitatis, omnino hæreditatem Nancisci, & ibi, pauperibus, qui in Ciuitate sunt pecuniæ ab Episcopo vel economo distribuantur.

9 Sed licet Legatum relictum pauperibus, dandum sit pauperibus loci testatoris, vt supra, nisi testator reliquerit hæredi, vel Exequtori facultatem eligendi pauperes, quos voluerit, probabile tamen est, posse, etiam dari pauperibus, extra patriam, seu locum testatoris, *Homobon. in consult. moral. vol. 2. p. 5. Resp. 29.* vbi adducit Tuscum, & alios, & sequitur Benignus Author, & mihi Colendissimus Pater Antoninus *Diana Res. mor. p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 140. vers. nota 6.*

10 Quod hæres grauatus nominare pauperes, non teneatur nominare illos, qui sunt de Domicilio testatoris, sed possit etiam exteros nominare, *sensit Io. Andr. in c. si pater n. 16. de testam. in sex. quem sequitur Gemin. & Franchus, & hos omnes sequitur Rota coram Seraphyn. in Papien. Iuris nominandi D. 1492. n. 2. & prius in princ.* Idem deciditur in facultate nominandi Scholares, *& n. p.* adducitur ratio, quia priuilegium illud concessum ad adiuuandos pauperes Clericos, tanquam fauorabile, non est restringendum, sed late interpretandũ.

11 Sed supposita, etiam prima Sententia, vt præferendi sint pauperes loci, attamen si in eo loco non extant pauperes, legatum erit erogandum pauperibus loci vicinioris *DD. in l. si quis ad declinandam C. de Ep. & Cler. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 222. n. 4. Conferunt ad hoc, quę dixi Decis. 163. in fine.*

12 Adde, etiam ad Declarationem eorum, quæ supra tetigi ex *Menoch.* quod Consanguineus extraneo in distributione Elemosinæ præferendus est, saltem de Consilio, sed si extraneum dispensator in erogatione prætulerit, sustinetur, & valet erogatio *Fed. de sen. cons. 33. n. 3.* vbi rationem adducit, quia non habet Consanguineus actionẽ, per quã præferatur extraneo *Bald. Ang. Imol. in l. Illa institutio ff. de hered. instit. Decian. Resp. p. n. 51. Costa de Re integra Dist. 4. n. 7.* vbi si exequtor præ-

prætulerit extraneam Consanguineæ, & Dotalē Elemosinam Marito tradiderit, ab eo non erit auferenda, sed Executoris, ita scienter eligentis erit omne periculum.

13 Ad materiam accedit, quod Executor electus à testatore ad Bona pauperibus distribuenda, non potest eligere inimicum ipsius Testatoris, *Bald. in l. id, quod pauperibus n. 34. C. de Ep. & Cler. quem refert Surd. de Alim. tit. 9. q. 25. n. 54.* vbi rationem adducit, quia sub generali dispositione testatoris, nunquam veniunt ei odiosi, *Bald. tamen vbi supra* loquitur de eo, qui sit simul odiosus, & indignus.

14 Amplia, quia etiam Legatum expresse, & nominatim alicui factum, tacite reuocatur, vel adēptum intelligitur ob superuenientem inimicitiam *l. si inimicitia 9. ff. de ijs, quib. vt indig. l. 3. §. fin. ff. de Adim. legat Mant. de Coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. n. p. & seq.* vbi affert vndecim Ampliationes, siue extentiones, & tres Limitationes, siue Restrictinnes.

15 Signanter autem tu limita quando sequta esset Reconciliatio, quia tunc Legatum licet ademptū tacite, per Inimicitiam, tacite restauratur, seu reintegratur per reconciliationem, *l. 4. ff. de Adim. leg. Mant. de coniect. lib. 12. tit. 5. n. 18.* vbi quod Confessus, & contritus, præsumitur, odium remisisse, quod dixit etiam *Bald. in terminis quæstionis,* supradictæ de paupere Inimico.

PRIVIL. CXXXI.

Episcopus VIII.

SVMMARIVM.

1 *Exequtore testamentario non exequente infra annū legata pauperibus, vel alias pia, Ius exequendi spectat ad Episcopum, vt ibi non obstante prohibitione testatoris, ne se Episcopus intromittat, vt n. 2.*

3 *Exequtor bis monitus ab Episcopo, etiam infra annū priuari potest Iure exequendi, præsertim relicta ad pias causas n. 4.*

5 *Si Exequtor ad distribuendum pauperibus, det Diuitibus, etiam pro Anima, potest Episcopus ab eis auferre, & veris pauperibus dare.*

6 *Capitulum sede vacante potest sicut Episcopus compellere Exequtores ad exequendum pia relicta, & illis negligentibus, exequi.*

7 *Administrator loci Pij, quolibet anno rationem reddere tenetur Episcopo, & si ex institutione, debeat eam alijs reddere, adhuc adhibendus est Episcopus.*

8 *Potestas exequendi deuoluitur ad Episcopum cum suis qualitatibus, vt ibi.*

9 *Exequtoris officium non finitur anno, quando testatoris voluntas anno expleri non potest.*

10 *Si testator loco primi exequtoris negligentis, alium subrogauit, ad illum deuolutum Ius exequendi, & non ad Episcopum.*

11 *Annus exequtori non currit, nisi à die monitionis, ac etiam post annum Episcopus potest, vel eum cogere censuris Ecclesiasticis ad exequendum, vel exequi.*

12 *Episcopus est Exequtor omnium vltimarum voluntatum ad pias causas, & an Episcopus originis, vel Domicilij, vel rei sitæ.*

13 *Episcopus supplet defectum Administrantium Hospitalia.*

14 *Episcopus cogit, etiam Religiosos exemptos ad reddendam rationem exequutionis testamentariæ, & si in hoc deliquerint, eos punit.*

15 *Episcopus, an sit Exequtor cuius libet vltimę voluntatis, etiam non pię.*

16 *Exequtio Legati Pij. est mixti fori, sed quando est mere Spirituale, vt pro male ablatis, vel alias male quęsitis, spectat ad solum Episcopum.*

17 *Episcopus est Exequtor omnium piarum voluntatum, & morientium, & viuentium.*

18 *Si Hospitalia sint erecta ad certum genus personarum recipiendum, & in loco, huiusmodi personę non adsint, conuertentur redditus in alium pium vsum arbitrio Episcopi, & duorum de Capitulo, nisi aliud in fundatione caueatur.*

19 *Administratio Hospitalium vltra Triennium eidem non committatur, non obstātibus consuetudinibus, & priuilegijs.*

1 SI hæres, vel alius Exequtor testamentarius, relicta pauperibus, vel alias pia non impleat infra annum à die monitionis, Ius exequendi deuoluitur ad Episcopum *l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. Auth. licet C. eod. c. nos quidem 3. in fin. de testam.* vbi adduntur hæc verba (sic enim secundum pijssimas Leges, dilatatas Defunctorum pias voluntates Episcopali decens est studio adimpleri) agebatur autem in illo tex. de constructione Monasterij, Adde *tex. in c. si haredes 6. eod. tit. de testam. & tex. in § si hoc fere Auth. de Eccles. tit. ibi* si qui facere iussi sunt, semel, & secundo à Beatissimo locorum Episcopo moniti distulerint adimplere, Iubemus omne lucrum eis relictum ab eo, qui hoc præceperit, amittere, & locorum Episcopos, omnes res cunctis pijs causis distribuere, *& tex. in §. si quis autem pro Redemptione Auth. de Eccles. tit.* in specie loquitur de Hæreditatibus, vel Legatis relictis pro Redemptione captiuorū, vel pro Alimentis pauperum, & ibi disponitur, quod si pauperibus sit relictū, Episcopus distribuet pauperibus loci, in quo testator Domicilium habebat, & Conclusionem prædictam iuribus prædictis, & alijs firmat *Bartolom. de vulpijs Brixien. cons. 103. n. 7. lib. p. inter Consilia diuersorum de vlt. volunt. Cepoll. Caut. 209. n. p. Corsett. in suis singularibus in V. Consilium Surd. de Alim. tit. 8. priu. 32. n. 7. Barbos. de pot. Episc. Alleg. 82. n. 15* vbi quod id spectat ad Episcopum, in cuius Iurisdictione sita sunt Bona distribuenda.

Amplia-

2 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam si Testator Episcopo, ne se in huiusmodi relictis intromittat, interdixerit *tex. est in Auth. licet C. de Ep. & Cler. ibi*, licet Testator, vel Donator interdixerit ei aliquod in re habere participium, & concordat *tex. in §. si quis autem pro Redemptione in fine Auth. de Eccles. tit. ibi*, licet à Testatore, aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium, & firmat *Seraphyn. in Salamantina Cappellaniæ, siue Legati pij Dec. 611. n. 6.*

3 Ampliatur 2. vt etiam infra annum Exequtor priuari possit Iure exequendi, si bis monitus ab Episcopo non paruerit *§. sin autem qui hoc facere Auth. de Eccles. tit. falicet in Auten. Hoc amplius col. 2. C. de fideicom. & post ipse, & Imol. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 32. n. 9.*

4 Et quod hoc indubitanter procedat in relictis ad pias causas tradit *Syluest. in sum. V. Testamentum q. 8. & Gauant. in man. Episcop. V. Testamentum. n. 20.*

5 Ampliatur 3. vt si Exequtor, vel alius relictus ad eligendos pauperes, elegit Diuites, & eis distribuit, etiam pro Anima, possit Episcopus ab eis auferre, & veris pauperibus dare, & in pios vsus conuertere *Mattesillã. sing. 181. incipit nota quodsi quis.*

6 Ampliatur 4. vt etiam Capitulum sede vacante compellere possit Exequtores vltimarum voluntatum ad exequendum, & Capitulum ipsum exequi poterit sicut Episcopus *Conar. in c. Ioannes n. 2. de testam. Victorell. in Addit. ad Eman. Sa. in Aphorism. V. Capitulum, & ipse Eman. Sa. post Conar. & alios in eisdem Aphorism. in V. testam. n. 42.*

7 Accedat, quod ex *Conc. Trid. sess. 22. c. 9. de Reforam.* Administratores locorum Piorum si ex Constitutione debent aliquibus reddere rationem debet cum illis, etiam ordinarius adhiberi, alias nulla est Liberatio, quod si non adsit ordinatio, vel consuetudo, vt alicui particulariter ratio reddi debeat, tunc reddenda est, quot annis Episcopo non obstantibus consuetudinibus, & priuilegijs, quibusqunq; vt ibi disponitur.

8 Declaratur pr. vt si quis reliquerit Titium Exequtorem ad distribuendum in pauperes cum Consilio alterius puta Guardiani S. Francisci, si Exequtor exequi negligat in fra annum, deuoluitur quidem ad Episcopum potestas exequendi, sed tamen cum Consilio eiusdem Guardiani, quia licet recedatur à persona, non tamen receditur à forma, & potestas exequendi transit cum suis qualitatibus *ad tex. in c. dura 4. de Crim. fals. & in Clem. vnic. de supplen. neglig. pralat. Bald. in l. si pupillam C. si mancip. ita fuer. alien. Barbat. in d. c. dura de Crim. fals. dicens ibi esse casum in V. iuxta præscriptã formam Ant. Corsett. in singul. in V. Consilium. alias est sing. 71. Euerard. in locoã vi subrogationis vers. 10. facit*, & potest addi alia ratio, quoniam negligentia Exequtoris non debet obesse consultori, nisi ipse quoq; fuerit negligens.

9 Declaratur 2. vt licet Exequtoris officium anno finiatur, id tamen fallit quando Testatoris voluntas anno expleri non potest *ad trad. per Fed. de Sen. cons. 124. alias 129. & Abb. cons. 59. col. fin. lib. p. Ias. in Auth. Hoc amplius n. 6. C. de fideicom. Seraphyn. in Roman. Montium Dec. 1949. n. 4.*

10 Declaratur 3. vt quando Testator loco primi Exequtoris negligentis, alium subrogauit, si primus infra annum non exequatur, deuoluatur Ius exequendi non ad Episcopum, sed ad secundum Exequtorem à Testatore nominatum *ad tex. in l. si fundum sub conditione 83. §. Item ff. de leg. p. Bald. ibid. & in l. p. ff de Proc. quem sequitur Cepol. Caut. 109. n. 2.*

11 Declaratur 4. vt etiam post annum possint hæredes, vel Exequtores exequi, quando non præcessit monitio, ea enim non præcedente, annus non currit, & sic ad Episcopum non deuoluitur Ius exequendi, *ad tex. in §. si quis autem Auth. de Hered. & falcid. & in §. si quis autem pro redemptione Auth. de Eccles. tit. & in c. tua nobis 17. & in c. nos quidem 3. & in c. si hæredes 6. de testam. Bartolom. de vulp. in præalleg. cons. 103. n. 7. & incertus author adeeus eidem consilio n. 9. et 10.* vbi plus probare contendit, quod videlicet nunquam ad Episcopum deuoluatur Ius exequendi ex negligentia hæredũ, vel Exequtorum, sed solum quod ille possit negligentes cogere ad exequendum per censuras Ecclesiasticas, *ad tex. in §. si quis Auth. de Eccles. tit. & in c. Ioannes pen. de testament.* sed tu dic, quod Episcopus post annum negligentiæ potest, vel exequi, vel cogere vt supra, adeo vt eius sit Electio.

12 Vltimo ad materiam adde, quod Episcopus est Exequtor omnium vltimarum voluntatum ad pias causas *Clem. p. de testam. c. tua nobis 17. vbi late Conat. de testam. Conc. Trid. sess. 22. c. 8. de Reform. Seraphyn. in Salamantina Cappellania siue Legati pij D. 611. n. 7. Nouarius in praxi priuil. miserab. priu. 47. n. 5. Adde Merthem de Iurisd. p. 2. c. 10.* vbi etiam tradit, quis Episcopus debeat esse Exequtor, an originis, vel Domicilij, vel rei si-

13 tæ. Et Episcopus supplet defectum Administrantium Hospitalia *Clem. 2. de Relig. Domib.*

14 Et Episcopus, Religiosos etiam, Exequtores testamentarios, licet alias exemptos cogit ad rationem reddendam *Clem. vnic. de testam.* vbi etiã dicitur, quod potest eos si in hoc deliquerint, etiã punire.

15 Nota etiam, quod per lapsum anni non succedit Episcopus exequtioni, seu declarationi, vel electioni extra pias causas, *ad tex. in l. fin. §. sed, & si quis C. Com. de legat. & per illum tex. ita dixit ibi Bald. n. 13.* quamuis contrarium argui posse videatur ex *Clem. vnic. de testam. ibi*, Cuiuslibet vltimæ voluntatis. Et quamuis exequtio Legati Pij sit mixti fori, Attamen quando Legatum est mere Spirituale, vt pro male ablatis, vel alias male quæsitis, tunc ad solum Episcopum spectat *Marta de Iurisd. p. 2. c. 10.*

17 Et quod Episcopus Indistinctè sit Executor omnium piarum dispositionum, non solum morientium, sed etiam viuentium probant *tex. in Clē. p. de testam. ibi cuiuslibet vltimę voluntatis, & tex. in §. si quis autem pro redemptione Auth. de Eccles. tit. Seraphyn. in Salamantina Cappellaniæ siue Legati pij Dec. 611. n. 7. Barbos. de pot. Episcop. Alleg. 82. n. 2.*

18 Adde hic, quod si Hospitalia ad certum peregrinorum, vel aliarum personarum vsum constituta sint, & in loco, nullæ, vel paucæ huiusmodi personæ reperiantur (nisi aliud in Institutione caueatur expresse) conuertendi sunt Introitus in alium proximum pium vsum Arbitrio Episcopi, cum duobus de Capitulo per ipsum eligendis, *ita*

19 *Conc. Trid. sess. 25. c. 8. de reform.* vbi sub finem disponitur etiam, vt Administratio, & Gubernatio huiusmodi locorum, vni, & eidem personę vltra Triennium non committatur non obstantibus Immemorabilibus, Consuetudinibus, & priuilegijs, nisi aliud in fundatione cautum reperiatur.

PRIVIL. CXXXII.

Exceptio I.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Dilatoria non potest opponi post litem contextatam, fallit tamen fauore pauperis, vel mulieris, vel minoris, vel Ecclesię. n. 2.*

1 Exceptio Dilatoria regulariter opponi non potest, post litem contextatam *l. Pomponius 40. §. rati. ff. de proc. l. ita demum 13. vbi DD. C. eod. Marant. de ord. Iudic. tit. de except. n. 10.*

2 Fauore tamen pauperis prædicta regula fallit, potest enim pauper, etiam post contextatam litem opponere Exceptionem, etiam dilatoriam *ad tex.* qui loquitur in muliere, & in minore *in l. de die 8. §. si seruus ff. qui sat. cog. & per illum tex. senserunt Bat. Castr. Ias. Soc. quos sequitur Nouarius in praxi priuil. miserab. priu. 9. n. 2. & 3.* vbi addit, idemq; in Ecclesia *firmat Genuensis in practicab. Ecclesiast. q. 404.*

PRIVIL. CXXXIII.

Exceptio II.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratę pecuniæ, etiam in mutuo, & Dote non durat post Biennium, & extra mutuum, & Dotē non durat, nisi per triginta dies n. 2.*

3 *Ecclesia potest exceptionem non numeratę pecunię semper opponere, quando de actuali numeratione non constat, sic & alia pia causa.*

4 *Pauper gaudet priuilegijs Ecclesię, & pię causę, etiam in hoc.*

5 *Quare in mutuo, & in Dote detur Exceptio non numerata pecunia, & Dotis.*

6 *Confessio tutoris de recepto, etiam iurata non nocēt pupillo, si de actuali numeratione non constet.*

7 *Pauper gaudet priuilegio pupilli, quando ei congruit.*

1 Exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam in Dote, & mutuo opponi non potest post Biennium *tex. est insti. tit. de litt. oblig. in fin. & in l. in contractibus 14. et in l. si ex cautione 3. de non num. pec.* Immò extra Dotem, & mutuum post triginta

2 dies cessat huiusmodi Exceptio transferens videlicet in aduersarium onus probandi *d. l. in contractibus 14. §. super cateris C. de non num. pec. Ceuall. in Thesaur. com. con. com. q. 699. n. 8. Amat. Dec. Fer. 54. n. p. dixi ego Dec. 63. n. 8.*

3 Attamen Ecclesia, & pia causa potest dictam Exceptionem semper opponere, nisi constet de actuali numeratione *ad tex. in Auth. Hoc Ius porrectum C. de Sac. Eccles. Roman. in Auth. similiter in 7. prec. C. ad leg. Falcid. Calcan. cons. 13. col. 3. vers. 9. idem in exceptione Tiraquell. de pia causa priuil. 154*

4 Ergo idem erit in paupere, qui gaudet priuilegijs Ecclesiæ, & piæ causæ, vt diximus in *V.* Ecclesia, & in *V.* pia causa, & eo magis quo in paupere videtur in his terminis maior ratio militare, quoniam ratione pauperta tis & Indigentię ipsius pecuniæ, verisimiliter credi potest, quod sub spe, & desiderio consequendi pecuniam, anticipate

5 fateatur, vt in simili dicimus de mutuatario, & de viro, cui etiam competit Exceptio non numeratæ dotis, cuius receptionem præsumitur, anticipate confessus esse, vt citius vxorem reciperet, *ad trad. magistraliter ab Otnot. insti. tit. de litt. oblig. n. 15.*

6 Accedat, quod tutoris Confessio de recepto, etiam iurata non nocet pupillo, nisi constet de actuali numeratione *ad tex in l. certum 6. §. fin. ff. de Confess. Tiraq. de Retract. Conuent. §. 4. gl. 6. n. 12. & seq. Mascard. de prob. Conclus. 361. n. 55. Rota in Romana Tutella D. 177. nn. p. & 3. p. 2. Diuers. dixi ego Dec. 63. n. 9.*

7 Ergo idē dicēdum in paupere, qui gaudet priuilegijs pupillaribus in ijs, quæ possunt ei congrue, & commode adaptari, absque vlla repugnātia, *dixi in V. Minor.*

PRIVIL. CXXXIV.

Excommunicatio I.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat ab excommunicatione incurrēda, etiam si pręcesserit condemnatio, nisi infra*

mensem soluerit, & infra mensem potuerit pauper, sed sub finem mensis sine dolo posse desierit. n. 2. Ac etiam si pauper excommunicationi consenserit n. 3. & non obstante obligatione Camerali n. 4.

1 PAupertas excusat, non soluentem ab excōmunicatione incurrenda, *Innoc. in c. p. de off Deleg. Castrens. in l. si Reus paratus n. 9. ff. de proc. Archid. in c. Decimas 6. q. p. quem refert Corsett. ad Abbat. in Repert. in V. Pauper,* vbi infert, quod si Synodali constitutione caueatur, vt qui Decimam non soluerit sit excommunicatus, pauper non includitur.

2 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam si præcesserit Condemnatio, nisi infra mensem soluerit, & infra mensem potuerit, dummodo circa finem mensis non possit citra malitiam, tunc enim adhuc pauper excusatur ab incursu excommunicationis, *ita loquitur Innoc. in d. c. p. de off. deleg. quē sequitur Castrens. in d. l. si Reus n. 9. ff. de proc.*

3 Ampliatur 2. etiam si pauper consenserit excommunicationi, quoniam excommunicatio non debet infligi ex pacto, sed ex delicto *ad tex. in l. si vnus 28. §. pactus ff. de pact. vers. sed & si pactum Innoc. in d. c. p. de off. deleg. Castrens. in d. l. si Reus n. 9. in fine ff. de proc.*

4 Ampliatur 3. etiam stante obligatione Camerali *Rota in Salamantina Censurarum coram Corduba 14. Ian. 1594. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 66. n. 9. Gratian. Discept. Forens. lib. 4. cap. 660. n. 10.* vbi quod facultas A. C. cessat hoc in casu, cum in paupere cesset contumacia cuius occasione, & causa deuenitur ad Censuras, Vnde Declaratoria ab eo contra pauperem lata non subsisteret, vt ibi per eum.

PRIVIL. CXXXV.

Excommunicatio II.

SVMMARIVM.

1 *COnstito de paupertate, pauper absoluitur ab excommunicatione incursa ob non solutionem, etiā non facta satisfactione, si paupertas durat n. 2.*

3 *Stante facultate absoluendi cum Clausula, satisfacta parte, adhuc pauper absolui potest cum cautione Iuratoria de satisfaciendo.*

4 *Absolutus cum Reincidentia si non soluerit in termino, adhuc si intermino non potuerit, non reincidit.*

1 PAupertas non solum est Remedium præseruatiuum excommunicationis, vt supra, sed etiam curatiuum, quoniam Constito de paupertate Debitor absoluitur ab excommunicatione, in quam forsan incidisset, vel condemnatus esset ob non solutionem *ad tex. in c. cum tu 5. de vsur. Ant. de Butr. in c. Odoardus q. p. de solut. Galles de oblig. Camer. tit. de praeambulis processus vers. Reliqua de processu n. 24. & in nona editione q. 36. Rota coram Corduba in Salamantina Censurarum 14. Ian. 1594. post medium vers. quinto etiam facit, quam adducit Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 660. nu. 9. Rota Dec. 31. n. 4 de Sent. & Re Iud. in antiq. & coaā Caualler. in Elnen. pensionis D. 120. n. 3.*

2 Ampliatur pr. vt excommunicatus, etiam non facta satisfactione, si paupertate impediatur, absolui possit, & debeat *ad not. in c. peccatum de Reg Iur. in sex. & in c. à nobis de sent. excom. Card. in Clem. 2 §. p. vbi etiam gl. de Haret. Ant. Franc. ad Abb. in c. olim. 16. n. 6. de Rest. spol. Gigas. de pens. q. 80. n. 5. in fine Medices in memorabili tract. siue opusc. Mori omnia soluit p. p. n. 103.*

3 Ampliatur 2. vt cum datur conditionalis facultas absoluendi cum Clausula satisfacta parte, adhuc sufficiat si absoluendus faciat, quod potest, adeo vt si aliud præ paupertate non possit, possit etiam absolui præstita saltem Cautione Iuratoria de satisfaciendo, *Nauar. in man. c. 27. nu. 47. Suarez 10. 5. de Censur. Disput. 7. sect. 5. nu. 42. Eman. Sa. in Aphorism. V. Absolutio ab excommunicatione n. 3.*

4 Ampliatur 3. vt absolutus cum Reincidentia, si in termino certo non soluat, si in illo non possit soluere, non reincidat, Ita prudens Author, & eruditus, *Emanuel. Sa in Aphoris. V. excommunicationis absolutio n. 11.*

PRIVIL. CXXXVI.

Excommunicatus I.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus ob Clerici percussionem, accedere tenetur ad Papam pro Absolutione, sed si paupertate grauetur, absolui potest ab Episcopo.*

2 *Monachus Clericum percutiens, si & ipse, & Monasterium paupertate laboret, absoluitur ab Episcopo.*

3 *Requiritur paupertas extrema, vt percutiens Clericum, absoluatur ab Episcopo.*

4 *Pauper mendicare consuetus percutiens Clericum nō absoluitur ab Episcopo, absoluitur autem pauper, qui viuat ex artificio, quod in itinere non valeat exercere.*

1 EXcommunicatus ob violentas manus iniectas in Clericum, tenetur pro Absolutione petere Romanam Curiam, nisi paupertas ei impedimento sit, tunc enim potest ab Episcopo absolui, *cap. quod de his 26. de sent. excom. ibi,* paupertate tanta grauetur, *& in c. quamuis 58. eod. tit. ibi Aut. Inopia, & c. Beneucas. de paupert. q. 7. spec. 3. in Iud. n. 15. Adde tex. in c. eos qui 22. de sen. excomm. in sex. ibi,* Aut aliud impedimentum legitimum, *una cū gl. ibid. & gl. in antecedenti cap. incipit Religioso 21. eod.* 2

21. *eod. tit. in V. exhiberi sub fin. Syluest. in summa in V. Absolutio 4. n. 3. Nauar. conf. 14. nu. 3. de sent. excom. Barbos. de pot. Episc. alleg. 41. nu. 23. Gauant. in Enchyrid. sen man. ep. V. Absolutio n. 18.*

2 Ampliatur, vt procedat etiam in Monacho, qui Clericum percusserit, nam si non habet vnde vadat, & Monasterium, etiam pauperimum illi prouidere non potest, absoluet illum Episcopus eo Iure, quo absoluit Inopes. *Ita loquitur gl. in c. Religioso 21. de sen. excom. in sex. in V. exhiberi in fine.*

3 Declaratur, vt ad effectum prædictum requiratur extrema paupertas, & talis quæ causet impotentiam eundi ad Sedem Apostolicam *ad tex. in d. c. quamuis 58. de sent. excom. ibi*, nisi Infirmitate, aut Inopia, vel alia corporis impotentia retrahatur, quo minus Summum Pontificem possit adire, & in *c. quod de his 26. eod. tit. ibi*, nisi paupertate, aut infirmitate, vel senectute tanta grauetur, quod ad Ecclesiam Romanam laborem subire nō valeat veniendi, & ita saluatur, *tex. in c. ea noscitur 13. eod. tit. ibi*, Alios autem, siue pauperes, siue Diuites Sedi Apostolicæ, vel eius Legato, vt Beneficium Absolutionis obtineant, necesse est præsentari) intelligitur enim de pauperibus, non ita grauatis, & laborantibus, quidem paupertate cōmuni, sed non extrema, ac omnino impotenti, & ita interpretatur, & conciliat *gl. in d. c. ea noscitur de sen. excom. in V. pauperes, & Nauar. conf. 14. n. 3. de sen. excom. Barbosa vero de pot. Ep. d. Alleg. 41. n. 23.* dixit, quod ab Episcopo potest absolui, qui est Inops, & tanta paupertate grauatus, vt Romā pro Absolutione accedere nō possit.

4 Limitatur Conclusio, vt non procedat in paupere mendicare consueto, quoniam is potest sibi etiam in itinere mendicando prouidere, *ad tex. in d. c. ea noscitur 13. de sen excom. & post Hostiens. Abb. Carol. de Grass. tradit Barbos. de pot. Ep. d. Alleg. 41. n. 23. Adde Nauar. d. conf. 14. n. 3 de sent. excom. qui ita itelligit tex. illum in d. c. ea noscitur 13. de sent. excom.* & quod non procedat in paupere, qui viuat ex sua opera, vel ex suo artificio, quod itinerando non possit exerceri.

PRIVIL. CXXXVII.

Excommunicatus II.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus potest excipere sed non agere, vel reconuenire nisi sit extreme pauper n. 2. tunc enim potest, saltem per procuratorem n. 3.*

1 Licet Excommunicatus, In Iudicio possit excipere, sed non agere *c. intelleximus 7. de Iudic. c. cum inter 5. de except. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 83. n. p. & 6.* & non possit reconuenire *d. c. cum inter 5. de except. vbi Ab. & Dec. n. 10. Surd. de Alim. d. tit. 8. priu. 83. n. 2.*

2 Attamen etiam Excommunicatus admittitur ad agendum, quando extrema laborat Inopia, & in extrema famis, necessitate ei succurritur, *Ab. in c. pastoralis §. verum n. 16. De App. Dec. ibid. n. 9. Felin. in c. Apostolicę col. 5. de except. Franc. March D. 880. nu. 28. Couar. lib. 3. var. Resol. c. 13. vers. 12. Sur. de Alim. tit. 8. priu. 83. n. 15.*

3 Declara, vt quando excommunicatus admittitur ad agendum, non tamen admittatur per se ipsum, sed per procuratorem *Calderin. Imol. Barbat. Felin in d. c. intelleximus de Iudic. vbi Dec. n. 7.* testatur de communi, *& post Lupum tradit Surd. de Alim. tit. 8 priu. 83. n. 20.* qui tamen generaliter loquitur, sed si in casu extremę Inopiæ excommunicatus pateretur, etiam procuratoris Inopiā, quia scilicet eum non haberet, nec reperiret in promptu, videretur admittendus, etiam per se ipsum.

PRIVIL. CXXXVIII.

Excommunicatus III.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non amittit Beneficium, sed fructus.*
2 *Excommunicato debentur fructus si extrema paupertate laboret. Excommunicatio nulla, non ligat.*
3 *Pauper familia Excommunicati, alenda est ex fructibus Beneficij.*
4 *Excommunicatus ob contumaciam licet pauper, non est alendus ex fructibus Beneficij, nisi sit in periculo fame pereundi n. 5.*
6 *Excommunicato extreme Indigenti, ac etiam Infideli, Elemosina debetur.*

1 Excommunicatus, ob Excommunicationem non priuatur Beneficio, sed fructibus *gl. in c. pastoralis §. verum de App. Rip. & alij in c. p. de Iudic. Costa de Rem. subsid. Rem. 106. Illat. 3. in prin.*

2 Et Excommunicato, ex redditibus suæ Ecclesiæ, nihil debetur, nisi tamen sit adeo pauper, vt aliunde non habeat, & sit in periculo fame pereundi *gl. fin in fin. in d. c. pastoralis §. verum de Ap. & ibi Abb. & Dec. vterque n. 16. Franc. March. D. 881. n. 6. p. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 82. n. 8. 14. & 15. & tit. 7. q. 14. n. 26. & eod. tit. 7. q. 36. n. 7. Seraphyn. in Salamantina Censurarum D. 1098 n. 3. & 4.* vbi tamen limitat quando Excommunicatio est nulla, quia tunc non ligat, *& post Card. prabos. & alios Costa de Rem. subsid. Rem. 106. illat. 3. n. p. Garzia de Benef. p. 7. c. 13. n. 98. qui, & n. 99.* refert indistinctè dicentes Excommunicatum, fructus suæ sustentationi necessarios retinere posse.

3 Amplia, vt etiā familia Excomunicati, suspensi,

rias, si tamen vere indiget, vt n. 8.

7 *Qui tenetur Eleemosinam facere, etiam pro alio, potest sibi tam facere, si pauper est.*

9 *Pœna pro damno dato, debetur damnificato, quatenus damno commeasuratur, reliquum vero pauperibus.*

1 Regula est, quod pœnas pecuniarias Episcopus teneatur applicare pauperibus, seu locis pijs *Conc. Trid. sess. 25. c. 3. & 14 de Reform. Abb. in c. de Causis n. 13. de offic. Deleg.* vbi tamen id intelligit de honestate, & consilio, vt cesset Auaritiæ suspicio in pœnis impositis per sententiam *Diaz. in praxi Crim. Can. c. 134.* licet dicat, quod etiam Episcopi de Consuetudine fiscum habent *Felin. in c. irrefragabili §. cæterum n. 9. de offic. ordin.* dicens id honestius esse pro euitanda suspicione cupiditatis, quamuis ibid. subdat, quod Prælati male hoc seruant, qui omnia sibi imbursant, Ego tamen non facile credo, quod omnes omnia imburſent.

2 Ampliatur, vt pœnæ fori Ecclesiastici conuerti non possint ab Episcopo, nec pro manutentione executorum, nec pro carceribus restaurandis, nec pro Apostolis vestiendis, nec pro musicis Ecclesiæ, vt declarasse fertur *Sacra Congr. Concilij in vna firmana 26. Aprilis 1633.* Immo Episcopi Hyber-

3 nenses licet non habeant, nisi subsidia, quæ à Parochis recipiunt, conuertere tamen non possunt in proprios vsus mulctas, quas imponunt ob dispẽsationes concessas in impedimẽtis Canonicis iuxta facultatem sanctissimi, vt pariter declarasse fertur, *Sacra Congr. die 30. Iulij 1634.* & ego hanc, & supradictam Declarationem reperi in Annotationibus glor. mem. Eminentiss. Card. Bentiuoli.

4 Confert ad Conclusionem idem *Conc. Trident. sess. 25. c. 1. de reform. ibi,* optandum est, vt Episcopi intelligant, se non ad Diuitias, sed ad sollicitudines esse vocatos, & tu adde, vt qui Episcopatum desiderat Bonum opus, & non bonas opes desideret, *& consonat Aug. in can. qui Episcopatum*

5 *8. q. 1. ibi,* Episcopatus, nomen est operis, non honoris, dicitur enim Episcopus Græce ab Epi, quod est supra, & scopos, quod est Intentio, quasi Latine superintendens, vt intelligat se non esse Episcopum, qui præesse dilexerit, & non prodesse, *& d. Hieron. in can. illud ead. caus. 8. q. 1. ibi,* retrahit se ab hoc non tam honore, quam onere.

6 Limitatur primam si Episcopus ipse sit pauper, potest sibi pœnas prædictas retinere *Diaz. in praxi can. c. 134. & post Hostiens. Io. Andr. Butrium Imolens. Dominic. & alios tradit Felin. in c. Irrefragabili §. cæterum n. 9. de offic. ord. n. vers. Limita dupliciter,* & primo, nisi Episcopus indigeret euidenter *Malfesius relatus à Riccio resol. 300. n. 3. vers. limita Genuens. in man. Episc. in V. forum Episcopale n. 55.* vbi quod si Episcopus est pauper, potest sumere sibi pœnas pecuniarias.

Confert ad Limitationem *tex. D. Greg. ad Augast. Anglorum Episcopum in can. quia tua fraternitas 12. q. 2. ibi,* omne quod superest necessitatibus, in causis pijs, & Religiosis erogandum est Domino, Magistro omnibus dicente, quod superest, date Eleemosinam, & omnia munda sunt vobis (ergo præferenda est necessitas Episcopi pijs locis, quibus dare non cogitur, nisi quod superest, quod si ipse pauper sit, & Indigens, necessario non supererit superfluum, quod erogari præcipitur.

7 Accedit, quod obligatus ad faciendam Eleemosinam, etiam nomine alterius, potest eam sibi ipsi facere si sit in euidenti necessitate, *vt post D. Thõ. Abb Calderin. & alios. probat Felin. in d. c. irrefragabili §. cæterum n. 9. de offic. ord.*

8 Declara, & restringe hanc Limitationem, vt tunc solum procedat, quando Episcopus vere indiget, sic vt supra Felin. loquitur quando Episcopus indiget euidenter, & comprobat *tex. in can. ex his autem 12. q. 1. desumptus ex c. 41. canonum Apostolorum ibi,* ex his autem quibus Episcopus indiget, si tamen indiget) in suas necessitates, & peregrinorum fratrum ipse percipiat, *& tex. in c. subsequenti incipit Episcopus desumptus ex Concilio Antiocheno c. 25. ibi,* Episcopus Ecclesiasticarũ rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, participet autem, & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quã in fratrum necessarijs vsibus.

Confert in sim li *Apost. p. ad Tim. 5. ibi* Viduas honora, quæ vere Viduæ sunt.

9 Limitatur 2. quando pœna imponitur pro dãno dato, tunc enim, nec Iudici, nec pauperibus, sed damnificato erit applicanda *ad tex. in c. Præsbiteri 2. de pæn. Roman. sing 454. & post Hostiens. & Archid. tradit Felin. in d. c. irrefragabili § cæterum n. 10. de offic. ordin.* vbi tamen declarat, vt damnificato debeatur pœna, quatenus commensuratur damno, quod autem excedit, pauperibus distribuatur.

PRIVIL. CXXVI.

Episcopus III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus promouens pauperem Clericum sine sufficienti patrimonio, vel Beneficio, tenetur eum alere de proprio, si non habet aliunde.*

2 *Non decet ordinatos eam ordinis dedecore mẽdicare.*

3 *Ad dimittendum Beneficium incompatibile dantur duo menses, & quare, & non currunt durantibus molestijs Iudicialibus, vel extraiudicialibus.*

4 *Episcopus admittens resignationem Beneficij, ad cuius titulum fuerat, quis ordinatus tenetur eum alere, si aliunde non habet.*

5 *Episcopus ordinans, etiam de mandato alterius pauperem*

perem aliunde non habentem, tenetur eum alere, si mandatum non exprimebat certas personas.

6 *Episcopus tenetur alere pauperem, à se ordinatum in Domo ipsius ordinati.*

7 *An, qui instigauit pauperem ad suscipiendos Sacros Ordines, teneatur eum alere.*

8 *Episcopus tenetur alere pauperem à se ordinatum, donec ipse, vel alius eum de sufficienti Beneficio prouiderit.*

9 *Episcopus tenetur alere pauperem à se ordinatũ iuxta facultates Ecclesię, & qualitatem ordinati.*

10 *Episcopus non tenetur alere pauperem à se ordinatum, si habet Patrem Diuitem.*

11 *Non potest quis ordinari ad titulum paternę hereditatis, licet Pater sit Diues.*

12 *Episcopus non tenetur prouidere ordinato sub mentito titulo patrimonij, & sic ordinatus, incurrit suspensionem.*

1 EPiscopus promouens ad Sacros Ordines aliquem pauperem non habentem vnde se alat, tenetur ei Alimenta necessaria ministrare *c. Episcopus 4. de præb. ibi*, tamdiu necessaria subministret, donec conuenientia stipendia militiæ Clericalis assignet, nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere *c. non liceat 2. eod. tit. de pręb. ibi*, vel non faciat Clericos, vel det illis, vnde viuere possint *Concil. Trid. sess. 21. c. 2. Mascard. de prob. Conclus. 1140. n. 9. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 13. & tit. 4. q. 18. n. 33. Costa de Rem. subsid. Remed. 126. Illat. p. n. p. & 2. Ceuall. in Thesaur. tom. con. com. q 527. & q. 565.*

2 Ratio Conclusionis est, quia non decet eos, qui Diuino Ministerio sunt ascripti cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum, aliquem quæstum exercere *Conc. Trid. sess. 21. c. p. de reform.* vbi ideo statuitur, vt nullus ordinetur in Sacris, nisi Beneficium pacifice possideat, quod sibi ad victũ honeste sufficiat, vel aliunde commode viuere valeat.

3 Huc spectat, quod ad dimittendum Beneficia incompatibilia dantur duo menses, qui non currunt durantibus molestijs Iudicialibus, vel extraiudicialibus, & hoc ea ratione constitutum dicitur, ne Clericus dimittẽdo prius obtentum, careat vtroq; Beneficio, & mendicare cogatur, *vt post Gemin. Cassad Rebuff. tradit Seraphin. in Toletana Archidiaconatus D. 997. n. 2. & 5. & 10. & 11.*

4 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam in Episcopo, qui admittit Resignationem Beneficij, ad cuius titulum quis fuerat ad Sacros Ordines promotus, *vt constituit Pius V. anno 1568. allegatus à Barbos. de potest. Episcop. alleg. 19. n. 47. Gauant. in man. Ep. V. ordines maiores n. 4.*

5 Ampliatur 2. vt Conclusio procedat, etiam in Episcopo ordinante de mandato alterius, quando mandatum non exprimit certas personas *tex. est in c. si Episcopus 37. de præb. in sex. tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 57.*

6 Ampliatur 3. vt Episcopus teneatur pauperem sic ordinatum alere, etiam extra Domum Episcopatus, & in Domo propria ipsius ordinati *Bertran. consil. 55. col. 2. vol. 2. Rebuff. de port. Canonic. n. 98. Surd. de Alim tit. 4. q. 14. n. 22.*

7 Ampliatur 4. vt idem sit in eo, qui aliquem instigauit ad ita suscipiendos Sacros ordines, quoniam cogi poterit ad subministrandũ eidem pauperi promoto, omnia necessaria *Bertrau. cons. 151. n. p. & seq. vol. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 14. & tit. 7. q. 37. n. 61. & 62.* vbi tamen id esse dubitabile ostendit.

8 Declaratur pr. vt Episcopus teneatur, vt supra promoto, donec conuenientia stipendia militiæ Clericalis assignet, vt loquitur *tex. in d. c. Episcop. 4. de praben. & tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 37. n. 65.* vbi quod sufficit, quod etiam ab alio Episcopo prouisus fuerit.

9 Declaratur 2. vt Episcopus in casibus prędictis teneatur iuxta qualitatem, & facultates Ecclesię, & Dignitatem ordinati *gl. in d. c. Episcop. 4. de prab. & ibid. Abb. Rip. lib. p. respons. c. 14. n. 7. Surd. post alios de Alim. tit. 4. q. 18. n. 32. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 169. n. 14.* vbi quod id totum procedit à Iudicis Arbitrio, intellige quo ad quantitatem.

10 Declaratur 3. vt ordinatus, ad effectum de quo hic, dicatur habere aliunde, quando habet Patrẽ Diuitem *ad tex. in c. p. de Magist. ibi*, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt subtrahatur &c. *Imola in d. c. Episcop. 4. de praben. vbi etiã Dec. n. 3. Surd de Alim. tit. 7. q. 37. n. 3.*

11 Limita hanc Declarationem, vt tamen non possit quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, licet habeat Patrem Diuitem, *vt post alios docet Garzia de Benef. d. p. 2. c. 5. n. 127. & seq.*

12 Et nota, quod ordinatus ementito titulo patrimonij, vel Beneficij titulo incurrit suspensionem, neque ei tenetur Episcopus Alimenta præbere *Comitolus lib. 6. q. 38. Eman. Sa. in Aphorysm. in V. suspensi n. vlt.* Intelligo quando Episcopus non fuit in dolo, vel lata culpa.

PRIVIL. CXXVII.

Episcopus IV.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus consecrans Ecclesiam indotatam, tenetur eam dotare de proprio.*

2 *Ecclesia, nec etiam fundari debet sine Dote congrua.*

3 *Dos Ecclesię dicitur congrua iuxta qualitatem Ecclesię, sic Dos mulieris, congrua dicitur habito respectu ad qualitatem Vxoris, & viri.*

4 *Non debet Ecclesia dedicari, nisi habeat reddicus, duorum victus, sufficientes.*

5 *Dos Parochialis Ecclesiæ debet ad minus esse ducatorum centum auri.*
6 *Præsumitur Dotem assignatam à principio Ecclesiæ fuisse congruam.*
7 *Qui cœpit ædificare Ecclesiam, vel Altare, tenetur perficere.*

1 ANtecedenti proximum est, quod Episcopus, qui consecrat Ecclesiam indotatam, & non habentem aliunde, tenetur eam ipse congruenter dotare, *c. cum sicut 8. vbi gl. & Abb. de Consf. ecclef. vel Altar. gl. in c. nemo huiut nominis p. de consf. Dist. p. Euriquez. conf. 48 Costa de Rem. subsid. Rem. 106. illation. p. n. 8.*

2 Immo Ecclesia non solum consecrari, sed nec fundari debet sine Dote congrua, *vt in Auth. vt nullus fabricet Oratorij Domos gl. in d. c. cum sicut 8. de consf. Ecclef. vel Alt.*

3 Declara, vt in hac materia Dos dicatur congrua, *iuxta qualitatem Ecclesiæ, Costa de Rem. subsid. Rem. 106. Illat. p. n. 8 & 9. Confert tex. in l. quæro 61. ff de Iur. Dot.* vbi Dos, quo ad matrimonium dicitur congrua iuxta qualitatem coniugum, & colligitur ex tex. ibi, modus ex facultatibus, Dignitateq; mulieris maritiq; statuendus est.

4 Nota hic, quod Ecclesia dedicari non debet, nisi ei tantum assignetur, quantum sufficiat, taltem duobus, non enim solus Præsbyter Missarum solemnia, vel alia Diuina officia, potest sine Ministri suffragio celebrare, *vt loquitur tex. in c. fin. in fin. de Fil. presb. & ibi gl. in V. solus.*

5 Et Dos Parochialis Ecclesiæ esse debet, saltem centum ducatorum auri, *Conc. Trid. sess. 24. c. 13. de Reform. Thesaur for. Ecclef. p. p. c. 5. n. 5. Costa de Rem subsid. Rem. 106 Illat. p. n. 9.*

6 Nota etiam, quod Dos à principio assignata Ecclesiæ præsumitur congrua, & sufficiens *iuxta tex. in c. nemo de Consf. Dist p. Verall. Decis. 62. p. p. Ludouis. in Burgen. Dedicationis Beneficiorum Dec. 483. n. 5.*

7 Ad materiem adde *notabilem textum in §. si quis autem Auth. de Ecclef. tit ibi.* si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut Monasterium, præcipimus non aliter incoandam fabricam, nisi locorum Sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem, si vero semel cæperit, aut nouam ædificare Basilicam, aut veterem renouare, modis omnibus compellatur à Sanctissimo locorum Episcopo, & economis eius, & Ciuili Iudice, eam explere, & si is distulerit, hoc moriente, hæredes eius opus incoatum adimpleant, ex quo textu dicebam in Ciuitate Ferrariæ posse compelli hæredes, quosdam recusantes perficere, & consumare fabricam Capellæ à Defuncto initiatam.

PRIVIL. CXXVIII.

Episcopus V.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dicitur Pater pauperum, etiam Infideliũ.*
2 *Episcopus erga pauperem, largam manum habere debet, & alienam inopiam, suam credere.*
3 *Et Papa, & Imperator dicitur Pater, & Protector Pauperum.*
4 *Deus est Pater Pauperum, & Christus pauper esse voluit.*
5 *Loca Pia subsunt Episcopo.*
6 *Episcopus etiam tanquam Sed. Ap. Deleg. est. visitator omnium Locorum Piorum, et Executor omnium Piarum Dispositionum non obstan. exemptionibus, & consuetudinibus.*
7 *Cura hospitalis spectat ad Episcopum, licet non sit erectum authoritate Episcopali, non tamen tenetur ad procurationem Episcopi visitantis.*

1 EPiscopus dicitur pater pauperum, *Auth. de Sanct. Episcop. in princ. Bald. in l. precibus C. de Impub. & alijs subst. Nonar. in praxi priu. miserab. pers. priu. 48. n. 2. Costa de Rem. subsid. Rem. 114. n. 16. Dian. Res mor. p. 4. tr. 4. Miscellã Res. 214. & p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 17. Laderebia Cons. 128. n. 3.* vbi quod est vniuersalis pater omnium pauperum, etiam Infidelium, ac Hebreorum, vt ibi.

2 Ad Conclusionem confert *tex. in can. Episcop. 82. Dist. ibi,* Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui suis manibus laborare non possunt, victum, & vestimentum in quantum sibi possibile fuerit largiatur, *& tex. D. Greg. ad fecundinum in can. Fratrem 86. Dist. ibi,* largam manum habeat, alienam Inopiam, suam credat, quia si hoc non habet, vaquum nomen Episcopi tenet, *& tex. Hieron. ad Nepotian in can. Gloria 12. q. 2. ibi,* Gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere, *& tex. in can Episcop. 12. q p. ex Conc. Antiochensi ibi,* Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, *& tex Aug. in can. fin. 12. q. p. ibi,* quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vindicemus, *& tex. in can. in Canonibus ex Con. Granatensi ibi,* si quis oblata Deo, dederit alteri, vel acceperit præter Episcopi, vel eius consensum, qui ab eo institutus est ad dispensandam misericordiam pauperib⁹, & qui dat, & qui accipit, Anathema sit.

Confert ad idem *tex. Trid. Conc. sess. 23. c. p. de Reform.* vbi dicitur, quod præcepto Diuino mandatum est omnibus, quibus animarum cura commissa est, pauperum, curam paternam gerere, *& vide, quæ dixi in V. Beneficiat us p. prim. 37. in prima Ampliatione.*

Et

3 Et non solum Episcopus, sed etiam Imperator, & Papa dicitur Protector, & Pater pauperum *vt dixi in V. Appellatio 6. priu. 30. sub finem.*

4 Immo, & Deus ipse se patrem pauperum perpetuo profitetur *vnde, & Ps. 67.* dicitur turbabuntur à facie eius Patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum, & ipse met. Christus Dominus, non solum pater pauperum, sed pauper esse voluit, *vt dixi in V. Deus p priu. 80.*

5 Sed redeamus ad Episcopũ addendo, quod generaliter Loca Pia subsunt Episcopo, *vt est tex. in c. 3. de Religiosis Domibus, vt Episcopo sint subiecta.*

6 Et Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, sunt visitatores omnium Piorum locorum, & executores omnium Piarum Dispositionum, & præsertim omnium relictorũ ad pauperes sustentandos. non obstantibus exemptionibus, & contrarijs consuetudinibus, etiam Immemorabilibus, *Ita disponit Trid. Conc. sess. 22. c. 8. de Reform.*

7 Et Hospitalis etiam sine authoritate Episcopi erecti Cura, ad Episcopum pertinet, tanquam Patrem pauperum *Em. Sa. in Aphorism. V. Xenodochium n. 4.* licet non teneatur ad procurationẽ Episcopi visitantis, *vt ibi per eum.*

PRIVIL. CXXIX.

Episcopus VI.

SVMMARIVM.

1 *QVando pauperes scripti sunt hæredes, consequitur hæreditatem Episcopus loci in quo testator oritur, vel moritur quando de patria dubitatur.*

2 *Vicarius potest immittere in possessionem Episcopum nomine pauperum.*

3 *Episcopus potest conuertere in maiorem necessitatem, quod in minorem relictum est, & quod non potest commode fieri, potest in aliud commutare.*

1 SEquitur ex præcedenti, quod si pauperes scripti sint hæredes (non scriptis certis executoribus) Episcopus tanquam pauperum Pater, procurator, executor, hęreditatem consequitur *Bald. in l. si quis ad Declinandam in fin. 3. col, C. de Ep. & Cler. Ias. in l, Hac verba, 13 ff de vulg.* vbi quod licet Episcopus non sit scriptus, habebitur pro scripto *Menoch. de præs. lib. 4. præs. 125. n. 7. probat tex. in l. nulli 28. C. de Ep. & Cler.* vbi disponitur, quod si testator Piorum relictorum, executorem non designauit, Episcopus loci ex quo testator oritur, facultatem habet exigendi, & si de patria dubitetur, Episcopus loci in quo testator Defunctus est, *vt ibid. in §. quod si testator* ex quo quidem vltimo cessare videtur interpretatio *gl. ibi in V. oritur,* vbi exponit, idest moritur, licet ad illam conferre videatur *Petrarc. lib. 2. de Rem. Dial. 125.* in illis verbis, vbi moreris, illa verior patria tua est, illa te diutius possidebit.

2 Amplia pr. vt Vicarius Episcopi sit Iudex cõmpetens ad mittendum in possessionem procuratorem Episcopi, nomine pauperum *Bald. in l. si quis ad declinandam n. 6. C. de Sacr. Eccles. Gemm. con. 114. n. 5. Sbrozz. de offic. Vicarij lib. 2. c. 137. n. 3. & 4.* vbi quod Episcopus dicitur pater, & procurator pauperum, & quod ideo potest petere missionem in possessionem nomine pauperum institutorum, & probat *Menoch. de Adipiscen. poss. Rem. 4. n 256.*

3 Amplia 2. vt Episcopus cum consensu Executorum, conuertere possit in maiorem publicam necessitatem, quod in minorem fuerat relictum, & quod non potest commode fieri, in aliud conuertere *Couar. in c. cum tua n. 9. de Testam. Em. Sa. in Aphorism. V. Testamentum n. 33.*

PRIVIL. CXXX.

Episcopus VII.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus vel alter Executor in distributione elemosinarum non habet Arbitrium liberum, sed regulatum.*

2 *In Principe, an detur absoluta potestas.*

3 *In Iudice non videtur dari Arbitrium Liberum.*

4 *Etiam Executor cui data est facultas distribuendi, prout ei videbitur, & placuerit, debet vti Arbitrio boni viri, idemq; est si distributio cõmissa est misericordię, vel Discretioni, vel Conscientia alicuius.*

5 *Legatum pręstari solitum certo pauperum generi, non potest ad alios transferri.*

6 *Executor variare non potest, nisi in Elemosina dotali, consanguinea prętulisset extraneam, & non dum dos esset tradita viro.*

7 *Executor dans pecuniam alicui, tanquam pauperi, qui non sit talis, potest veniendo contra factum proprium, ab eo pecuniam repetere.*

8 *Legatum Pium implendum est in loco, in quo testator habitat, vel quem magis frequentabat, sed contra n. seq.*

9 *Legatum relictum pauperibus, dari potest etiam pauperibus extra locum Domicilij testatoris.*

10 *Hęres grauatus nominare pauperes, vel scholares, potest etiam exteros nominare.*

11 *Si in loco Domicilij testatoris, pauperes non adsunt, vocãtur ex loco viciniori.*

12 *Consanguineus pręferri debet in Elemosina, sed extra eos data sustinetur.*

13 *Executor non potest in Elemosina eligere inimicum Testatoris.*

14 *Legatum per superuenientem Inimicitiam reuocatur.*

Sed

Sed per reconciliationem reintegratur nu. 15. & confessus, & contritus præsumitur odium remisisse ibidem.

1 PRO moderatione eorum, quæ in præcedenti priuilegio diximus, & ad pauperum fauorem sciendum est, quod Episcopus, vel alius Exequtor piæ dispositionis, non habet Arbitrium liberum, & absolutū distribuendi, sed regulatum *Bart. cons. 194. n. 3. in fin. lib. p. Paris cons. 45. in fin. lib. 3. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 115. n. 4. & seq.* vbi explicat, quonam ordine sit facienda distributio, & qui nam pauperes veniant præferendi, & quod debent præferri pauperes Ciuitatis ipsius testatoris, & maxime pauperes familiæ eiusdem testatoris, & postea exequtoris, & magis fœminæ, quam masculi, & semper pauperiores, *& vide, quæ dixi in V. Elemosina p.*

2 Immo generalius adde, quod sicut in Principe non dari potestatem absolutam senserunt aliqui, 3 quos retuli in V. æquitas. Ita in Iudice, vel legitimo exequtore dici magis posse videtur, non dari Arbitrium liberum à vinculo rationis, licet forte detur liberum à vinculo legum, quo ad forum fori & vim coactiuam *ad ea quæ dixi Decis. 69. n. 5. Conferet tex. in l. p. §. si es alienum ff. de Bonis eorum ibi*, prætor liberum non habet Arbitrium, & casus, qui dicuntur pro amico, dixit esse casus pro Diabolo *Thesaur. Decis. 89. n. 3.* vnde, & tu dicas, quod non sunt pro amico, sed pro Inimico.

4 Amplia, vt Idem, quod in Episcopo procedat in alio, quolibet executore, cui etiam relicta sint bona cum facultate distribuendi, prout ei videbitur, & placuerit, non enim potest is abuti potestate sibi concessa, & debet vti regulato arbitrio Boni viri, *ad tex. in l. fideicommissa* t. *§ fideicommissum vers. quamquam ff. de leg. 3. l. Thais. §. sorore ff. de leg. p. Bart. cons. 194. n. 3. in fin. Paris. cons. 45. n. 16. lib. 3. Mantica de Coniec. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 8.* vbi quod idem est, quando Distributio in pauperes committitur Conscientiæ, & Discretioni alicuius, Idemq; dicas si misericordiæ committatur, *ex ijs quæ dixi in V. misericordia.*

5 Huc spectat, quod Legatum præstari solitum certo pauperum generi, non potest ad alios pauperes transferri, *ad tex. in c. ad Apostolicam 42. de Simon. Seraphyn. in Bergomen. Legati Dec. 1149. n. 9.*

6 Ad Idem est, quod exequtores post electionem variare non possunt, *Costa de re. integr. Dist. 4. n. 7.* vbi tamen limitat, quando prætulissent extraneam consanguineæ in elemosina Dotali, & non esset tradita viro, *& allegat Bal. Ang. Imol. in l. illa Institutio ff. de Hered. instit. & Decianum cons. seu Resp. p. n. 51 & seq. lib. 3.*

7 Tu adde aliam limitationem, quia si Exequtor dedit pecuniam alicui, tanquam pauperi, qui non sit talis, potest veniendo contra factum proprium ab eo pecuniam repetere, *spec. in tit. de Instru. adition. §. nunc aliqua in 10. col. Ias. in l. cum quid in fin. princ. lectura ff. si cert. pet. Marsil. sing. 641. incipit receptus non tenetur.*

8 Adde, quod si sine loci expressione fiat aliquod Legatum Pium, impleri debet in loco, in quo testator habitabat, vel quem magis frequentabat, *Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc vero n. 64. ibi, Io. Andr. Guid. Pap. de præsump. Iur. & de Iure n. 69. Seraphyn. in Bergomen. Legati D. 1149. nu. 8. Nouar. in praxi priuil. miserab. person. prim. 74. n. 8.* vbi quod si testator non declarat, inter quos pauperes diuidenda sit Elemosina, diuidi debet inter pauperes eius loci, in quo testator habitabat, & Domicilium habebat.

Confert ad hoc tex. *in §. si quis in Nomine Magni Dei in Aut. de Eccles. tit. ibi*, Ecclesiam loci in quo testator Domicilium habuerit, *& tex. in l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. ibi*, Xenonem eius Ciuitatis, omnino hæreditatem Nancisci, & ibi, pauperibus, qui in Ciuitate sunt pecuniæ ab Episcopo vel economo distribuantur.

9 Sed licet Legatum relictum pauperibus, dandum sit pauperibus loci testatoris, vt supra, nisi testator reliquerit hæredi, vel Exequtori facultatem eligendi pauperes, quos voluerit, probabile tamen est, posse, etiam dari pauperibus, extra patriam, seu locum testatoris, *Homobon. in consult. moral. vol. 2. p. 5. Resp. 29.* vbi adducit Tuscum, & alios, & sequitur Benignus Author, & mihi Colendissimus Pater Antoninus *Diana Res. mor. p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 140. vers. nota 6.*

10 Quod hæres grauatus nominare pauperes, non teneatur nominare illos, qui sunt de Domicilio testatoris, sed possit etiam exteros nominare. *sensit Io. Andr. in c. si pater n. 16. de testam. in sex. quem sequitur Gemin. & Franchus, & hos omnes sequitur Rota coram Seraphyn. in Papien. Iuris nominandi D. 1492. n. 2. & prius in princ.* Idem deciditur in facultate nominandi Scholares, *& n. p.* adducitur ratio, quia priuilegium illud concessum ad ad iuuandos pauperes Clericos, tanquam fauorabile, non est restringendum, sed late interpretandū.

11 Sed supposita, etiam prima Sententia, vt præferendi sint pauperes loci, attamen si in eo loco non extant pauperes, legatum erit erogandum pauperibus loci vicinioris *DD. in l. si quis ad declinandam C. de Ep. & Cler. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 222. n. 4. Conferunt ad hoc, quæ dixi Decis. 163. in fine.*

12 Adde, etiam ad Declarationem eorum, quæ supra tetigi ex *Menoch.* quod Consanguineus extraneo in distributione Elemosinæ præferendus est, saltem de Consilio, sed si extraneum dispensator in erogatione prætulerit, sustinetur, & valet erogatio *Fed. de sen. cons. 33. n. 3.* vbi rationem adducit, quia non habet Consanguineus actionē, per quā præferatur extraneo *Bald. Ang. Imol. in l. Illa institutio ff. de hered. instit. Decian. Resp. p. n. 51. Costa de Re integra Dist. 4. n. 7.* vbi si exequtor præ-

prætulerit extraneam Consanguineæ, & Dotalē Elemosinam Marito tradiderit, ab eo non erit auferenda, sed Exequtoris, ita scienter eligentis erit omne periculum.

13 Ad materiam accedit, quod Exequtor electus à testatore ad Bona pauperibus distribuenda, non potest eligere inimicum ipsius Testatoris, *Bald. in l. id, quod pauperibus n. 34. C. de Ep. & Cler. quem refert Surd. de Alim. tit. 9. q. 25. n. 54.* vbi rationem adducit, quia sub generali dispositione testatoris, nunquam veniunt ei odiosi, *Bald. tamen vbi supra* loquitur de eo, qui sit simul odiosus, & indignus.

14 Amplia, quia etiam Legatum expresse, & nominatim alicui factum, tacite reuocatur, vel adēptum intelligitur ob superuenientem inimicitiam *l. si inimicitia 9. ff. de ijs, quib. vt indig. l. 3. §. fin. ff. de Adim. legat Mant. de Coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. n. p. & seq.* vbi affert vndecim Ampliationes, siue extentiones, & tres Limitationes, siue Restrictinnes.

15 Signanter autem tu limita quando sequta esset Reconciliatio, quia tunc Legatum licet ademptū tacite, per Inimicitiam, tacite restauratur, seu reintegratur per reconciliationem, *l. 4. ff. de Adim. leg. Mant. de coniect. lib. 12. tit. 5. n. 18.* vbi quod Confessus, & contritus, præsumitur, odium remisisse, quod dixit etiam *Bald. in terminis quæstionis*, supradictæ de paupere Inimico.

PRIVIL. CXXXI.

Episcopus VIII.

SVMMARIVM.

1 *EXequtore testamentario non exequente infra annū legata pauperibus, vel alias pia, Ius exequendi spectat ad Episcopum, vt ibi non obstante prohibitione testatoris, ne se Episcopus intromittat, vt n. 2.*

3 *Exequtor bis monitus ab Episcopo, etiam infra annū priuari potest Iure exequendi, præsertim relicta ad pias causas n. 4.*

5 *Si Exequtor ad distribuendum pauperibus, det Diuitibus, etiam pro Anima, potest Episcopus ab eis auferre, & veris pauperibus dare.*

6 *Capitulum sede vacante potest sicut Episcopus compellere Exequtores ad exequendum pia relicta, & illis negligentibus, exequi.*

7 *Administrator loci Pij, quolibet anno rationem reddere tenetur Episcopo, & si ex institutione, debeat eam alijs reddere, adhuc adhibendus est Episcopus.*

8 *Potestas exequendi deuoluitur ad Episcopum cum suis qualitatibus, vt ibi.*

9 *Exequtoris officium non finitur anno, quando testatoris voluntas anno expleri non potest.*

10 *Si testator loco primi exequtoris negligentis, alium subrogauit, ad illum deuoluitur Ius exequendi, & non ad Episcopum.*

11 *Annus exequtori non currit, nisi à die monitionis, ac etiam post annum Episcopus potest, vel eum cogere censuris Ecclesiasticis ad exequendum, vel exequi.*

12 *Episcopus est Exequtor omnium vltimarum voluntatum ad pias causas, & an Episcopus originis, vel Domicilij, vel rei sitæ.*

13 *Episcopus supplet defectum Administrantium Hospitalia.*

14 *Episcopus cogit, etiam Religiosos exemptos ad reddendam rationem exequutionis testamentariæ, & si in hoc deliquerint, eos punit.*

15 *Episcopus, an sit Exequtor cuius libet vltimæ voluntatis, etiam non piæ.*

16 *Exequtio Legati Pij. est mixti fori, sed quando est mere Spirituale, vt pro male ablatis, vel alias male quæsitis, spectat ad solum Episcopum.*

17 *Episcopus est Exequtor omnium piarum voluntatum, & morientium, & viuentium.*

18 *Si Hospitalia sint erecta ad certum genus personarum recipiendum, & in loco, huiusmodi personæ non adsint, conuertentur redditus in alium pium vsum arbitrio Episcopi, & duorum de Capitulo, nisi aliud in fundatione caueatur.*

19 *Administratio Hospitalium vltra Triennium eidem non committatur, non obstātibus consuetudinibus, & priuilegijs.*

1 SI hæres, vel alius Exequtor testamentarius, relicta pauperibus, vel alias pia non impleat infra annum à die monitionis, Ius exequendi deuoluitur ad Episcopum *l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. Auth. licet C. eod. c. nos quidem 3. in fin. de testam.* vbi adduntur hæc verba (sic enim secundum pijssimas Leges, dilatatas Defunctorum pias voluntates Episcopali decens est studio adimpleri) agebatur autem in illo tex. de constructione Monasterij, Adde *tex. in c. si hæredes 6. eod. tit. de testam. & tex. in §. si hoc fere Auth. de Eccles. tit. ibi* si qui facere iussi sunt, semel, & secundo à Beatissimo locorum Episcopo moniti distulerint adimplere, Iubemus omne lucrum eis relictum ab eo, qui hoc præceperit, amittere, & locorum Episcopos, omnes res cunctis pijs causis distribuere, *& tex. in §. si quis autem pro Redemptione Auth. de Eccles. tit.* in specie loquitur de Hæreditatibus, vel Legatis relictis pro Redemptione captiuorū, vel pro Alimentis pauperum, & ibi disponitur, quod si pauperibus sit relictū, Episcopus distribuet pauperibus loci, in quo testator Domicilium habebat, & Conclusionem prædictam iuribus prædictis, & alijs firmat *Bartolom. de vulpijs Brixien. cons. 103. n. 7. lib. p. inter Consilia diuersorum de vlt. volunt. Cepoll. Caut. 209. n. p. Corsett. in suis singularibus in V. Consilium Surd. de Alim. tit. 8. priu. 32. n. 7. Barbos. de pot. Episc. Alleg. 82. n. 15* vbi quod id spectat ad Episcopum, in cuius Iurisdictione sita sunt Bona distribuenda.

Amplia-

2 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam si Testator Episcopo, ne se in huiusmodi relictis intromittat, interdixerit *tex. est in Auth. licet C. de Ep. & Cler. ibi,* licet Testator, vel Donator interdixerit ei aliquod in re habere participium, & concordat *tex. in §. si quis autem pro Redemptione in fine Auth. de Eccles. tit. ibi,* licet à Testatore, aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium, & firmat *Seraphyn. in Salamantina Cappellaniæ, siue Legati pij Dec. 611. n. 6.*

3 Ampliatur 2. vt etiam intra annum Executor priuari possit Iure exequendi, si bis monitus ab Episcopo non paruerit *§. sin autem qui hoc facere Auth. de Eccles. tit. scilicet in Auten. Hoc amplius col. 2. C. de fideicom. & post spec. & Imol. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 32. n. 9.*

4 Et quod hoc indubitanter procedat in relictis ad pias causas tradit *Syluest. in sum. V. Testamentum q. 8. & Gauant. in man. Episcop. V. Testamentum. n. 20.*

5 Ampliatur 3. vt si Executor, vel alius relictus ad eligendos pauperes, elegit Diuites, & eis distribuit, etiam pro Anima, possit Episcopus ab eis auferre, & veris pauperib⁹ dare, & in pios vsus cõuertere *Mattesillã. sing. 181. incipit nota quod si quis.*

6 Ampliatur 4. vt etiam Capitulum sede vacante compellere possit Executores vltimarum voluntatum ad exequendum, & Capitulum ipsum exequi poterit sicut Episcopus *Couar. in c. Ioannes n. 2. de testam. Victorell. in Addit. ad Eman. Sa. in Aphorism. V. Capitulum, & ipse Eman. Sa. post Couar. & alios in eisdem Aphorism. in V. testam. n. 42.*

7 Accedat, quod ex *Conc. Trid. sess. 22. c. 9. de Reforam.* Administratores locorum Piorum si ex Constitutione debent aliquibus reddere rationem debet cum illis, etiam ordinarius adhiberi, alias nulla est Liberatio, quod si non adsit ordinatio, vel consuetudo, vt alicui particulariter ratio reddi debeat, tunc reddenda est, quot annis Episcopo non obstantibus consuetudinibus, & priuilegijs, quibusquinq; vt ibi disponitur.

8 Declaratur pr. vt si quis reliquerit Titium Executorem ad distribuendum in pauperes cum Consilio alterius puta Guardiani S. Francisci, si Executor exequi negligat in fra annum, deuoluitur quidem ad Episcopum potestas exequendi, sed tamen cum Consilio eiusdem Guardiani, quia licet recedatur à persona, non tamen receditur à forma, & potestas exequendi transit cum suis qualitatibus *ad tex. in c. dura 4. de Crim. fals. & in Clem. vnic. de supplen. neglig. prælat. Bald. in l. si pupillam C. si mancip. ita fuer. alien. Barbat. in d. c. dura de Crim. fals. dicens ibi esse casum in V. iuxta præscriptã formam Ant. Corsett. in singul. in V. Consilium. alias est sing. 71. Euerard. in loco à vi subrogationis vers. 10. facit,* & potest addi alia ratio, quoniam negligentia Executoris non debet obesse consultori, nisi ipse quoq; fuerit negligens.

9 Declaratur 2. vt licet Executoris officium anno finiatur, id tamen fallit quando Testatoris voluntas anno expleri non potest *ad trad. per Fed. de Sen. cons. 124. alias 129. Abb. cons. 59. col. fin. lib. p. Ias. in Auth. Hoc amplius n. 6. C. de fideicom. Seraphyn. in Roman. Montium Dec. 1949. n. 4.*

10 Declaratur 3. vt quando Testator loco primi Executoris negligentis, alium subrogauit, si primus infra annum non exequatur, deuoluatur Ius exequendi non ad Episcopum, sed ad secundum Executorem à Testatore nominatum *ad tex. in l. si fundum sub conditione 83. §. si cum ff. de leg. p. Bald. ibid. & in l. p. ff de Prec. quem sequitur Cepol. Caut. 109. n. 2.*

11 Declaratur 4. vt etiam post annum possint hæredes, vel Executores exequi, quando non præcessit monicio, ea enim non præcedente, annus non currit, & sic ad Episcopum non deuoluitur Ius exequendi, *ad tex. in §. si quis autem Auth. de Hered. & falcid. & in §. si quis autem pro redemptione Auth. de Eccles. tit. & in c. tua nobis 17. & in c. nos quidem 3. & in c. si hæredes 6. de testam. Bartolom. de vulp. in præleg. cons. 103. n. 7. & incertus author addens eidem consilio n. 9. et 10.* vbi plus probare contendit, quod videlicet nunquam ad Episcopum deuoluatur Ius exequendi ex negligentia hæredũ, vel Executorum, sed solum quod ille possit negligentes cogere ad exequendum per censuras Ecclesiasticas, *ad tex. in §. si quis Auth. de Eccles. tit. & in c. Ioannes pen. de testament.* sed tu dic, quod Episcopus post annum negligentiæ potest, vel exequi, vel cogere vt supra, adeo vt eius sit Electio.

12 Vltimo ad materiam adde, quod Episcopus est Executor omnium vltimarum voluntatum ad pias causas *Clem. p. de testam. c. tua nobis 17. vbi late Couar. de testam. Conc. Trid. sess. 22. c. 8. de Reform. Seraphyn. in Salamantina Cappellaniæ siue Legati pij D. 611. n. 7. Nouarius in praxi priuil. miserab. priu. 47. n. 5. Adde Martham de Iurisd. p. 2. c. 10.* vbi etiam tradit, quis Episcopus debeat esse Executor, an originis, vel Domicilij, vel rei si-
13 tæ. Et Episcopus supplet defectum Administrantium Hospitalia *Clem. 2. de Relig. Domib.*

14 Et Episcopus, Religiosos etiam, Executores testamentarios, licet alias exemptos cogit ad rationem reddendam *Clem. vnic. de testam.* vbi etiã dicitur, quod potest eos si in hoc deliquerint, etiã punire.

15 Nota etiam, quod per lapsum anni non succedit Episcopus exequtioni, seu declarationi, vel electioni extra pias causas, *ad tex. in l. fin. §. sed, & si quis C. Com. de legat. & per illum tex. ita dixit ibi Bald. n. 13.* quamuis contrarium argui posse videatur ex *Clem. vnic. de testam. ibi,* Cuiuslibet vltimæ voluntatis. Et quamuis exequtio Legati Pij sit mixti fori, Attamen quando Legatum est mere Spirituale, vt pro male ablatis, vel alias male quæsitis, tunc ad solum Episcopum spectat *Marta de Iurisd. p. 2. c. 10.*

Et

17 Et quod Episcopus Indistinctè sit Exequutor omnium piarum dispositionum, non solum morientium, sed etiam viuentium probant *tex. in Clē. p. de testam. ibi cuiuslibet vltimę voluntatis, & tex. in §. si quis autem pro redemptione Auth. de Ecclesi. tit. Seraphyn. in Salamantina Cappellaniæ siue Legati pij Dec. 611. n. 7. Barbos. de pot. Episcop. Alleg. 82. n. 2.*

18 Adde hic, quod si Hospitalia ad certum peregrinorum, vel aliarum personarum vsum constituta sint, & in loco, nullæ, vel paucæ huiusmodi personæ reperiantur (nisi aliud in Institutione caueatur expresse) conuertendi sunt Introitus in alium proximum pium vsum Arbitrio Episcopi, cum duobus de Capitulo per ipsum eligendis, *ita*

19 *Conc. Trid. sess. 25. c. 8. de reform.* vbi sub finem disponitur etiam, vt Administratio, & Gubernatio huiusmodi locorum, vni, & eidem personę vltra Triennium non committatur non obstantibus Immemorabilibus, Consuetudinibus, & priuilegijs, nisi aliud in fundatione cautum reperiatur.

PRIVIL. CXXXII.

Exceptio I.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Dilatoria non potest opponi post litem contextatam, fallit tamen fauore pauperis, vel mulieris, vel minoris, vel Ecclesię. n. 2.*

1 Exceptio Dilatoria regulariter opponi non potest, post litem contextatam *l. Pomponius 40. §. ratī. ff. de proc. l. tū demum 13. vbi DD. C. eod. Maraut. de ord. Iudic. tit. de except. n. 10.*

2 Fauore tamen pauperis prædicta regula fallit, potest enim pauper, etiam post contextatam litē opponere Exceptionem, etiam dilatoriam *ad tex.* qui loquitur in muliere, & in minore *in l. de die 8. §. si seruus ff. qui sat. cog. & per illum tex. seruant Bat. Castr. Ias. Soc. quos sequitur Nouarius in praxi priuil. miserab. prim. 9. n. 2. & 3.* vbi addit, idemq; in Ecclesia *firmat Genuensis in practicab. Ecclesiasti. q. 404.*

PRIVIL. CXXXIII.

Exceptio II.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratę pecuniæ, etiam in mutuo, & Dote non durat post Bienuium, & extra mutuum, & Dotē non durat, nisi per triginta dies n. 2.*

3 *Ecclesia potest exceptionem non numeratę pecunię semper opponere, quando de actuali numeratione non constat, sic & alia pia causa.*

4 *Pauper gaudet priuilegijs Ecclesię, & pię causę, etiam in hoc.*

5 *Quare in mutuo, & in Dote detur Exceptio non numerata pecuniæ, & Dotis.*

6 *Confessio tutoris de recepto, etiam iurata non nocet pupillo, si de actuali numeratione non constet.*

7 *Pauper gaudet priuilegio pupilli, quando ei congruit.*

1 Exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam in Dote, & mutuo opponi non potest post Biennium *tex. est inst. tit. de litt. oblig. in fin. & in l. in contractibus 14. et in l. si ex cautione 3. de non num. pec.* Immò extra Dotem, & mutuum post triginta

2 dies cessat huiusmodi Exceptio transferens videlicet in aduersarium onus probandi *d. l. in contractibus 14. §. super cæteris C. de non num. pec. Ceuall. in Thesaur. com. con. com. q. 699. n. 8. Amat. Dec. Fer. 54. n. p. dixi ego Dec. 63. n. 8.*

3 Attamen Ecclesia, & pia causa potest dictam Exceptionem semper opponere, nisi constet de actuali numeratione *ad tex. in Auth. Hoc Ius porrectum C. de Sac. Eccles. Roman. in Auth. similiter in 7. spec. C. ad leg Falcid. Calcan. cons. 13. col. 3. vers. 9. idem in exceptione Tiraquell. de pia causa priuil. 154.*

4 Ergo idem erit in paupere, qui gaudet priuilegijs Ecclesiæ, & piæ causæ, vt diximus in *V.* Ecclesia, & in *V.* pia causa, & eo magis quo in paupere videtur in his terminis maior ratio militare, quoniam ratione paupertatis & Indigentię ipsius pecuniæ, verisimiliter credi potest, quod sub spe, & desiderio consequendi pecuniam, anticipate

5 fateatur, vt in simili dicimus de mutuatario, & de viro, cui etiam competit Exceptio non numeratæ dotis, cuius receptionem præsumitur, anticipate confessus esse, vt citius vxorem reciperet, *ad trad. magistraliter ab Otner. inst. tit. de litt. oblig. n. 15.*

6 Accedat, quod tutoris Confessio de recepto, etiam iurata non nocet pupillo, nisi constet de actuali numeratione *ad tex in l. certum 6. §. fin. ff. de Confess Tiraq. de Retract. Conuent. §. 4. gl. 6. n. 12. & seq. Mascard. de prob. Conclus. 361. n. 55. Rota in Romana Tutella D. 177. nu. p. & 3. p. 2. Diuers. dixi ego Dec. 63. n. 9.*

7 Ergo idē dicēdum in paupere, qui gaudet priuilegijs pupillaribus in ijs, quæ possunt ei congrue, & commode adaptari, absque vlla repugnātia, *dixi in V. Minor.*

PRIVIL. CXXXIV.

Excommunicatio I.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat ab excommunicatione incurrēda, etiam si prętesierit condemnatio, nisi infra men-*

mensem soluerit, & infra mensem potuerit pauper, sed sub finem mensis sine dolo posse desierit. a. 2. Ac etiam si pauper excommunicationi consenserit n. 3. & non obstante obligatione Camerali n. 4.

1 PAupertas excusat, non soluentem ab excómunicatione incurrenda, *Innoc. in c. p. de off. Deleg. Castrens. in l. si Reus paratus n. 9. ff. de proc. Archid. in c. Decimas 6. q. p. quem refert Corsett. ad Abbat. in Repert. in V. Pauper,* vbi infert, quod si Synodali constitutione caueatur, vt qui Decimam non soluerit sit excommunicatus, pauper non includitur.

2 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam si præcesserit Condemnatio, nisi infra mensem soluerit, & infra mensem potuerit, dummodo circa finem mensis non possit citra malitiam, tunc enim adhuc pauper excusatur ab incursu excommunicationis, *ita loquitur Innoc. in d. c. p. de off. deleg. quē sequitur Castrens. in d. l. si Reus n. 9. ff. de proc.*

3 Ampliatur 2. etiam si pauper consenserit excommunicationi, quoniam excommunicatio non debet infligi ex pacto, sed ex delicto *ad tex. in l. si vnus 28. §. pactus ff. de pact. vers. sed & si pactum Innoc. in d. c. p. de off. deleg. Castrens. in d. l. si Reus n. 9. in fine ff. de proc.*

4 Ampliatur 3. etiam stante obligatione Camerali *Rota in Salamantina Censurarum coram Corduba 14. Ian. 1594. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 66. n. 9. Gratian. Discept. Forens. lib. 4. cap. 660. n. 10.* vbi quod facultas A. C. cessat hoc in casu, cum in paupere cesset contumacia cuius occasione, & causa deuenitur ad Censuras, Vnde Declaratoria ab eo contra pauperem lata non subsisteret, vt ibi per eum.

PRIVIL. CXXXV.

Excommunicatio II.

SVMMARIVM.

1 *COnstito de paupertate, pauper absoluitur ab excommunicatione incursa ob non solutionem, etiā non facta satisfactione, si paupertas durat a. 2.*

3 *Stante facultate absoluendi cum Clausula, satisfacta parte, adhuc pauper absolui potest cum cautione Iuratoria de satisfaciendo.*

4 *Absolutus cum Reincidentia si non soluerit in termine, adhuc si in termino non potuerit, non reincidit.*

1 PAupertas non solum est Remedium præseruatiuum excommunicationis, vt supra, sed etiam curatiuum, quoniam Constito de paupertate Debitor absoluitur ab excommunicatione, in quam forsan incidisset, vel condemnatus esset ob non solutionem *ad tex. in c. cum tu 5. de vsur. Ant. de Butr. in c. Odoardus q. p. de solut. Galles de oblig. Camer. tit. de praeambulis processus vers. Reliqua de processu a. 24. & in noua editione q. 36. Rota coram Corduba in Salamantina Censurarum 14. Ian. 1594. post medium vers. quinto etiam facit, quam adducit Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 660. nu. 9. Rota Dec. 31. n. 4 de Sent. & Re Iud. in antiq. & corā Caualler. in Elnen. pensionis D. 120. n. 3.*

2 Ampliatur pr. vt excommunicatus, et iam non facta satisfactione, si paupertate impediatur, absolui possit, & debeat *ad not. in c. peccatum de Reg. Iur. in sex. & in c. à nobis de sent. excom. Card. in Clem. 2 §. p. vbi etiam gl. de Haret. Ant. Franc. ad Abb. in c. olim. 16. a. 6. de Rest. spol. Gigas. de pens. q. 80. n. 5. in fine Medices in memorabili tract. siue opusc. Mors omnia soluit p. p. n. 103.*

3 Ampliatur 2. vt cum datur conditionalis facultas absoluendi cum Clausula satisfacta parte, adhuc sufficiat si absoluendus faciat, quod potest, adeo vt si aliud præ paupertate non possit, possit etiam absolui præstita saltem Cautione Iuratoria de satisfaciendo, *Nauar. in man. c. 27. nu. 47. Suarez to. 5. de Censur. Disput. 7. sect. 5. nu. 42. Eman. Sa. in Aphorism. V. Absolutio ab excommunicatione n. 3.*

4 Ampliatur 3. vt absolutus cum Reincidentia, si in termino certo non soluat, si in illo non possit soluere, non reincidat, Ita prudens Author, & eruditus, *Emanuel. Sa in Aphoris. V. excommunicationis absolutio n. 11.*

PRIVIL. CXXXVI.

Excommunicatus I.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus ob Clerici percussionem, accedere tenetur ad Papam pro Absolutione, sed si paupertate grauetur, absolui potest ab Episcopo.*

2 *Monachus Clericum percutiens, si & ipse, & Monasterium paupertate laboret, absoluitur ab Episcopo.*

3 *Requiritur paupertas extrema, vt percutiens Clericum, absoluatur ab Episcopo.*

4 *Pauper mendicare consuetus percutiens Clericum nō absoluitur ab Episcopo, absoluitur autem pauper, qui viuat ex artificio, quod in itinere non valeat exercere.*

1 EXcommunicatus ob violentas manus iniectas in Clericum, tenetur pro Absolutione petere Romanam Curiam, nisi paupertas ei impedimento sit, tunc enim potest ab Episcopo absolui, *cap. quod de his 26. de sent. excom. ibi,* paupertate tanta grauetur, *& in c. quamuis 58. eod. tit. ibi Aut. Inopia, &c. Beatacas. de paupert. q. 7. spec. 3. in Ind. n. 15. Adde tex. in c. eos qui 22. de sen. excomm. in sex. ibi,* Aut aliud impedimentum legitimum, *cuncta gl. ibid. & gl. in antecedenti cap. incipit Religioso 21. eod.*

21. eod. tit. in V. exhiberi sub fin. Syluest. in summa in V. Absolutio 4. n. 3. Nauar. consil. 14. nu. 3. de sent. excom. Barbos. de pot. Episc. alleg. 41. nu. 23. Gauant. in Enchyrid. seu man. ep. V. Absolutio n. 18.

2 Ampliatur, vt procedat etiam in Monacho, qui Clericum percusserit, nam si non habet vnde vadat, & Monasterium, etiam pauperimum illi prouidere non potest, absoluet illum Episcopus eo Iure, quo absoluit Inopes. *Ita loquitur gl. in c. Religioso 21. de sen. excom. in sex. in V. exhiberi in fine.*

3 Declaratur, vt ad effectum prædictum requiratur extrema paupertas, & talis quæ causet impotentiam eundi ad Sedem Apostolicam *ad tex. in d. c. quamuis 58. de sent. excom. ibi*, nisi Infirmitate, aut Inopia, vel alia corporis impotentia retrahatur, quo minus Summum Pontificem possit adire, & in *c. quod de his 26. eod. tit. ibi*, nisi paupertate, aut infirmitate, vel senectute tanta grauetur, quod ad Ecclesiam Romanam laborem subire nō valeat veniendi, & ita saluatur, *tex. in c. ea noscitur 13. eod. tit. ibi*, Alios autem, siue pauperes, siue Diuites Sedi Apostolicæ, vel eius Legato, vt Beneficium Absolutionis obtineant, necesse est præsentari) intelligitur enim de pauperibus, non ita grauatis, & laborantibus, quidem paupertate cōmuni, sed non extrema, ac omnino impotenti, & ita interpretatur, & conciliat *gl. in d. c. ea noscitur de sen. excom. in V. pauperes, & Nauar. cons. 14. n. 3. de sen. excom. Barbosa vero de pot. Ep. d. Alleg. 41. n. 23.* dixit, quod ab Episcopo potest absolui, qui est Inops, & tanta paupertate grauatus, vt Romā pro Absolutione accedere nō possit.

4 Limitatur Conclusio, vt non procedat in paupere mendicare consueto, quoniam is potest sibi etiam in itinere mendicando prouidere, *ad tex. in d. c. ea noscitur 13. de sen. excom. & post Hostiēs. Abb. Carol. de Graff. tradit Barbos. de pot. Ep. d. Alleg. 41. n. 23. Adde Nauar. d. cons. 14. n. 3. de sent. excom. qui ita itelligit tex. illum in d. c. ea noscitur 13. de sent. excom.* & quod non procedat in paupere, qui viuat ex sua opera, vel ex suo artificio, quod itinerando non possit exerceri.

PRIVIL. CXXXVII.

Excommunicatus II.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus potest excipere sed non agere, vel reconuenire nisi sit extreme pauper n. 2. tunc enim potest, saltem per procuratorem n. 3.*

1 Licet Excommunicatus, In Iudicio possit excipere, sed non agere *c. intelleximus 7. de Iudic. c. cum inter 5. de except. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 83. n. p. & 6.* & non possit reconuenire *d. c. cum inter 5. de except. vbi Ab. & Dec. n. 10. Surd. de Alim. d. tit. 8. priu. 83. n. 2.*

2 Attamen etiam Excommunicatus admittitur ad agendum, quando extrema laborat Inopia, & in extrema famis, necessitate ei succurritur, *Ab. in c. pastoralis §. verum n. 16. De App. Dec. ibid. n. 9. Felin. in c. Apostolicę col. 5. de except. Franc. March D. 880. nu. 28. Couar. lib. 3. var. Resol. c. 13. vers. 12. Sur. de Alim. tit. 8. priu. 83. n. 15.*

3 Declara, vt quando excommunicatus admittitur ad agendum, non tamen admittatur per se ipsum, sed per procuratorem *Calderin. Imol. Barbat. Felin in d. c. intelleximus de Iudic. vbi Dec. n. 7.* testatur de communi, *& post Lupum tradit Surd. de Alim. tit. 8 priu. 83. n. 20.* qui tamen generaliter loquitur, sed si in casu extremę Inopiæ excommunicatus pateretur, etiam procuratoris Inopiā, quia scilicet eum non haberet, nec reperiret in promptu, videretur admittendus, etiam per seipsum.

PRIVIL. CXXXVIII.

Excommunicatus III.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non amittit Beneficium, sed fructus.*

2 *Excommunicato debentur fructus si extrema paupertate laboret. Excommunicatio nulla, non ligat.*

3 *Pauper familia Excommunicati, alenda est ex fructibus Beneficij.*

4 *Excommunicatus ob contumaciam, licet pauper, non est alendus ex fructibus Beneficij, nisi sit in periculo fame pereundi n. 5.*

6 *Excommunicato extreme Indigenti, ac etiam Infideli, Elemosina debetur.*

1 Excommunicatus, ob Excommunicationem non priuatur Beneficio, sed fructibus *gl. in c. pastoralis §. verum de App. Rip. & alij in c. p. de Iudic. Costa de Rem. subsid. Rem. 106. Illat. 3. in prin.*

2 Et Excommunicato, ex redditibus suæ Ecclesiæ, nihil debetur, nisi tamen sit adeo pauper, vt aliunde non habeat, & sit in periculo fame pereundi *gl. fin. in fin. in d. c. pastoralis §. verum de Ap. & ibi Abb. & Dec. vterque n. 16. Franc. March. D. 881. n. 6. p. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 82. n. 8. 14. & 15. & t. F. 7. q. 14. n. 26. & eod. tit. 7. q. 36. n. 7. Seraphyn. in Salamantina Censurarum D. 1098 n. 3. & 4.* vbi tamen limitat quando Excommunicatio est nulla, quia tunc non ligat, *& post Card. prabos. & alios Costa de Rem. subsid. Rem. 106. illat. 3. n. p. Garzia de Benef. p. 7. c. 13. n. 98. qui, & n. 99.* refert indistinctè dicentes Excommunicatum, fructus suæ sustentationi necessarios retinere posse.

3 Amplia, vt etiā familia Excommunicati, suspensi,

vel depositi, si aliunde non habeat, alenda sit ex fructibus Beneficij *Archid. in c. pen. de Cler. non residen. Costa de Rem. subsid. Rem. 106. ilat. 3. n. 3*

4 Declara, vt suspensus, vel Excommunicatus ob contumaciam, cum possit satisfaciendo, vel obediendo sibi prouidere, non sit alendus ex fructibus Beneficij, quia tunc esset alere eius Contumaciam, secus si ob pœnam, seu in pœnam. *Diaz. in praxi Crim. Canon. c. 122. Surd. de Alim. tit. 8. q. 19. n. 15.*

5 Subdeclara, vt Clericus etiam suspensus, vel Excõmunicatus ob Contumaciam, licet sit in eius facultate Absolutionem impetrare, si tamen constitutus sit in articulo egestatis extremæ, & in manifesto periculo, ne fame pereat, adhuc ei succurri debeat, & subueniri ex fructibus Beneficij. *Abb. in c. pastoralis §. fin. n. 16. Dec. n. 19. de Appel. Franc. Marcb. D. 880. n. 23. & seq. Surd. de Alim tit. 7. q. 36. n. 6. & 7.*

6 Sed etiam Excommunicato extreme Indigenti tenemur necessaria ministrare, & Elemosinam elargiri, sicut & Infideli tenemur *Nauar. in man. c. 24. n. 25. & dixi latius in V. Elemosina*, & ad materiam huius priuilegij vide *quæ dixi in V. Beneficiatus.*

PRIVIL. CXXXVIIII.

Exequtor I.

SVMMARIVM.

1 *Exequtor testamentarius non potest legata sine hærede præstare, nisi ad pias causas n. 2.*

3 *Pauper gaudet priuilegijs piæ causæ.*

4 *Exequtor testamentarius potest alienare Bona hæreditaria, absq; hærede pro satisfactione pauperum, & miserabilium personarum.*

1 QVamuis Exequtor testamentarius non possit absq; hærede præstare Legata *l. Lucius 78 §. p. ff. ad Trebell. l. Filio 31 §. matri sua ff. de Adim.*

2 *Leg. id tamen fallit in Legatis ad pias causas l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. & ibi Bald. in p. not. l. Alio hærede 9. ff. de Alim. & cib. leg. vbi gl. & Bart. & post Castrens. Alex. Abb. & alios tradit Tiraq. de pia caus. priu. 81.* vbi quod Exequtores ad pias causas obtinent vices hæredum.

3 Ergo idem erit in legato facto pauperi, qui gaudet abundanter priuilegijs piæ causæ, *vt dixi in V. pia causa.*

4 Et in specie, quod Exequtor testamentarius possit fauore pauperum, & pro satisfactione miserabilium personarum, irrequisito hærede, bona hæreditaria alienare, *firmat Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 116. n. 8.*

PRIVIL. CXL.

Exequtor II.

SVMMARIVM.

1 *Commissum pluribus simul, non potest nisi ab omnibus simul adimpleri.*

2 *Fauore animæ, & pauperum, potest commissum pluribus, vnus implere.*

1 COmmissum pluribus simul, non potest nisi simul ab omnibus impleri, *l. pedius 7. §. p. ff. de Recep. arbitr.*

2 At quando tractatur de animæ fauore, prout est etiam quando agitur de Relictis pauperum) potest etiam vnus implere, quod pluribus est commissum, *arg. tex. in c. Religiosus 2. §. Sane de testam. in sex. Bald. cons. 229. col. p. lib. 2. incipit verba dicunt Tiraq. de pia caus. priu. 166. quod est penultim.*

PRIVIL. CXLI.

Exequtor III.

SVMMARIVM.

1 *Exequtor testamentarius non substituit, fallit ad pias causas n. 2. & fauore pauperum n. 3.*

1 QVamuis Exequtor testamentarius non possit substituere, cum eius personæ Industria censeatur electa *ad tex. in c. fin. de off. deleg. & in l. inter Artifices 31. ff. de solut. & in l. nulli 28. vbi Bald n. 4. C. de Ep. & Cler. Menoch. lib. 2. de Arbitr. cas. 51. n. 4.*

2 Attamen fauore piæ causæ potest Exequtor substituere *Tiraq. de pia caus. priu. 37. Sbrozz. de offic. Vicarij q. 89. n. 4.*

3 Et ita etiam potest fauore pauperum, ac miserabilium, *vt firmat Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 123. n. 3.*

PRIVIL. CXLII.

Exequtor IV.

SVMMARIVM.

1 *NEmo tenetur Inuitus acceptare Commissariam, vel Officium Exequtoris testamentarij, fallit ad pias causas, & pauperum fauore, & peccat recusans n. 2. & Episcopus compellit, & sede vacante capitulum n. 3.*

1 Licet nemo teneatur inuitus acceptare officiũ Exequtoris testamentarij *c. peu. & ibi gl. Io. Andr. de testam. vers. post mandatum susceptum c. Ioannes, & ibi Couar. n. 3. de testam. Gratian. Discept. forens. lib. 1. c. 329. n. 11.* Et quod Commissarius non teneatur acceptare Commissariam *est tex. in l. fin. §. sed, & si quis in V. voluerit C. Com. de legat. & dixit ibi, Bald. n. 12.*

2 Attamen ad pias causas, & præsertim pauperum fauore potest, quis compelli ad suscipiendum officium Exequtoris testamentarij *ad tex. in l. p. C. qui pro sua Iurisd. & in c. pastoralis de off. deleg. Abb. in d. c. pen. col. 2. de testam. spec. in tit. de Instrum. Edit. §. nunc vero aliqua vers. hic, etiam quaeritur Tiraq. de pia caus. priu. 87. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 113. n 4.* vbi quod peccat mortaliter, qui recusat, intellige cessante legitimo impedimento.

3 Et quod Episcopus compellere possit Exequtorem ad pias causas, ad acceptandum *tradit Sylu. in sum. V. testamentum 2. q. 3. primum Gauant. in man. Ep. V. testamentum n. 15. & 16.* vbi quod etiam sede vacante, idem potest capitulum.

PRIVIL. CXLIII.

Exequtor V.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non possunt esse Exequtores testamentarij, fallit fauore pauperum n. 2.*

1 Quamuis Regulares, seu Religiosi Claustrales non possint esse Exequtores testamentarij *Rolan. cons. 24. n. 82. lib. p. Simon. de pret. de interpr. vlt. vol. lib. 5. dub. 2. n. 25.* possint
2 tamen cum licentia Superioris ad fauorem pauperum, & miserabilium personarũ accipere, & exercere munus Exequtoris testamentarij *l. 2. de testam. in sex. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 112. n. 3.* vbi quod ita vidit practicari.

PRIVIL. CXLIV.

Exequtor VI.

SVMMARIVM.

1 *Exequtor ad distribuendum bona pauperibus, debet statim sequta morte testantis eligere, declara vt ibi, & n. 3.*
2 *Si Testator, Piorum legatorum Exequtorem non designauit, Episcopus statim sequta morte testatoris exequitur.*

1 Exequtor cui commissa est à testatore Distributio Bonorum in pauperes, debet statim sequta morte testatoris eligere *ad tex. in l. cum quidam ita 24. ff. de leg. 2. ibi,* statim offerat sine aliquo scilicet interuallo, & sic textus ipse glosat se ipsum, *& tradit Bart. in ead. lege n. 8.* vbi ait esse notandum, & loquitur generaliter in Electione personarum, sentiens in electione rerum, annum dari, *& cum tex in d. l. cum quidam, concordare videtur tex. in l. nulli 28. C. de Ep. & Cler.*
2 vbi disponitur, quod si testator, Piorum relictorũ Exequtorem non designauit; Episcopus loci ex quo testatur oritur, facultatem habet exigendi, Pium Defuncti propositum fine vlla cunctatione, vt conuenit impleturus.

3 Declaratur, vt procedat Conclusio, quando debet eligi persona incerta de certis, secus quando incerta de incertis, & sic quando relictum est pauperibus in genere eligendis ab Exequtore, tunc Exequtor videtur habere annum *ad tex. in l. fin. §. sed & si quis ad declarandam C. de Ep. & Cler. Bald. & post eum Alex. in Addit. ad Bart. in d. l. cũ quidam ita n. 8. ff. de leg. 2.*

PRIVIL. CXLV.

Exequtor VII.

SVMMARIVM.

1 *Exequtori legitime impedito non currit annus ad exequendum.*
2 *Exequtori ad pias causas, & pauperũ præsertim, currit annus, etiam impedito personaliter, secus si realiter.*
3 *Exequtor etiam post annum, potest moram purgare.*

1 Quamuis Exequtori testamentario legitime impedito, non currat Annus ad exequendũ datus ad tradita per *Bart. in l. Generaliter ff. de ijs qua.*
2 *vt indign.* Attamen ei, qui datus est Exequtor ad pias causas, licet impedito currit Annus, quia nõ debet eius impedimentum, pias causas, præsertim pauperum, quorum venter Dilationem non patitur, retardare *ad tex. in l. si quando 15. C. de testib. Bal in l. fin. §. sed, & si quis col. 4. n. 14. vers. pone. quod infra annum C. com. de leg.* dicens, quod ita de facto seruatur, licet *Bart. contrarium senseat Tiraq. de pia caus. priu. 97.* vbi limitat quãdo impedimentum non esset personale, sed reale, hoc est proueniens ex qualitate rei exequendæ, vt si construendum erat Monasterium, vel quid simile peragendum.

3 Declaratur, vt Exequtor, etiam post annum possit moram purgare, licet adsit Constitutio, vt post annum Exequtore nõ implente, Ius transeat ad Episcopum, *ita Bart. in l. cum quidam, ita 24. n. 8. & 9. ff. de leg. 2.*

PRI-

PRIVIL. CXLV.

Exequtor VIII.

SVMMARIVM.

1 *EXequtor deputatus ad distribuendam limitatam elemosinam non potest plus dare viro, & minus puero.*

2 *Quarta vxori debita in bonis viri non augetur, licet ad alimenta non sufficiat, nec minuitur licet superet alimenta.*

1 EXequtor Deputatus ad distribuendam limita-
tam Elemosinam pauperibus, puta ad dandũ
vnicuiq; duas buccellas, non potest plus dare viro,
& minus puero, *ad tex. in l. si partem 25. ff. de ser-*
uit. Rust. præd. vbi Bald. & Ang. notant Surd. de
Alim. tit. 9. q. 29. n. 4. Gratian. Discep. Forens.
2 *lib. p. c. 120. n. 66. vbi prius n. 65.* probat quar-
tam debitam Vxori pauperi in Bonis Mariti non
augeri, licet non sufficiat ad Alimenta sicut, nec
minuitur ex contrario, de quo *vide quæ dixi in V.*
Coniux.

PRIVIL. CXLVI.

Exequtor IX.

SVMMARIVM.

1 *EXequtori asserenti se bona distribuisse pauperibus, non creditur.*

2 *Verba Conscientiæ, & discretioni committimus, importane Arbitrium boni viri.*

1 ELectus ad distribuendum Bona pauperibus si
asserat se distribuisse, ei non creditur in præ-
iudicium pauperum, *ad tex. in l. exemplo 7. & l.*
rationes 6. C. de prob. & in nostris terminis tradit
Paris cons. 55. n. 23. & 24. lib. 3. vbi loquitur in
2 casu, quo testator commiserat Conscientiæ, &
Discretioni vxoris, & addit aliam rationem, quo-
niam verba illa important Arbitrium boni viri
vt traditur in c. non solum de Regular. in sex. & per
Ancaran. cons. 371. cum alijs adductis à Iasone in
leg. si sic legatum n. 12. & seq. ff. de leg. p. vbi quod
quando distributio committitur Conscientiæ ali-
cuius, talis Exequtor debet rationem reddere de
distributis, vt appareat, an eam fecerit secundum
Conscientiam boni viri, *ad tradita per Gemin. in*
c. statutum §. assessorem de Rescript. in sex. cum alijs
de quibus ibi per Iason. quem sequitur Paris. d. cons.
55. n. 24. lib. 3.

PRIVIL. CXLVII.

Expeditio.

SVMMARIVM.

1 *PAuperis causa prius, quam causa Diuitis est expedienda, non seruato ordine Tabulæ Regiæ, vel Constitutionis, vt causæ, prius conclusa, prius terminentur n. 2.*

2 *Prætor peregrinus, olim creabatur, qui peregrinorum causas agebat.*

3 *Pauperes habent electionem fori, & trahunt coram Ecclesiastico, & coram Principe n. 5.*

6 *Iudex non debet, vt Medicus, pauperes expedire.*

1 CAusa pauperis prius est tractanda, & expe-
dienda quam causa Diuitis, *can. de lapsis 16.*
q. 6. l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler.
gl. in c. in primis 2. q. p. Neuizzan. in Sylua nupt.
lib. 6. n. 31. Rom. in Rep. L. si vero §. de viro ff. sol.
matr. col. 19. Fallent. 25. Caranit. in Rit. mag. Cur.
Vic. Rit. 19. n. 18. Rebuff. in Cost. Gallia Art. 3.
gl. fin. tit. de sent prouis. Nouar. in prati priuil. mi-
serab. priu. p. n. 2. Couar. pract. q. c. 7. n. 3. sub fin.
vbi ampliat etiam non seruato ordine Tabulæ
Regiæ, & subdit in fine vsu obtentum esse, vt
quolibet die Sabbati causæ pauperum, & Mona-
steriorum, quæ pauperibus æquiparantur, exa-
minentur ad expeditionem, & ita etiam seruatur
Ferrariæ, vbi quolibet die Sabbati fit particula-
ris, Audientia pauperum coram Eminentissimo
Legato, vel eo impedito coram D. eius Auditore.
2 Ampliatur, vt procedat Conclusio, etiam si
simus in loco, vbi vigeat constitutio, vt causæ
prius conclusæ debeant prius terminari, & expe-
diri, adhuc enim ea non obstante, causæ pauperum
in expeditione præferuntur; *ita Nouar. in d. prati*
priuil miserab. priu. p. n. p. & seq. idemque videtur
sensisse Couar. pract. q. c. 7. n. 3. sub fin. quatenus
ampliat, etiam non seruato ordine Tabulæ Regiæ.
3 Sed dices quemadmodum olim creabatur Præ-
tor peregrinus, qui peregrinorum causas iudica-
bat, *vt dicitur in l. 2. §. cumque Consules ff. de orig.*
Iur. Cur non sic hodie Iudex pauperum specialis
4 assignatur eisdem? At responderi fortasse potest,
quod pauperes habent electionem fori, & pos-
sunt etiam coram Ecclesiastico trahere, vt dixi in
5 V. forus & eorum Iudex est ipse, etiam Princeps *l.*
vnic. C. quan. Imperat. inter pup. & vid. ibi, fortunæ
Iniuria miserabiles, *& confert tex. in l. priuilegia*
12. C. de Sac. Eccles. ibi, Humanitatis nostræ est
Egenis prospicere.
6 Vltimo in hac expeditionis materia, moneo, ne
semper Iudices, ita pauperes expediant, sicut Me-
dici expediunt Infirmos, eorum enim expeditio,
Desperatio est, nam cum vernacula lingua dicunt
est expeditus, intelligunt Desperatus est, *vt lo-*

quutur

quitur Hypocrates sect. 7. Aphor. 47. vel in propinquo Mors est, *vt loquitur idem Hypocrates sect. 4. Aphor. 49.*

PRIVIL. CXLVIII.

Expensæ.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat à solutione, & aliquando a condemnatione expensarum.*
2 *Non damnatur in expensis minor, sed tutor.*
3 *Pauperes, minorum, & pupillorum priuilegijs perfruuntur.*
4 *Paupertas excusat à satisdatione expensarum.*
5 *Paupertas est iusta causa reseruandi expensas, & fructus in fine litis, & n. 7.*
6 *Rota solet audire pauperes in causa nullitatis, & restitutionis in integrum etiam aduersus rem iudicatam, reseruatis fructibus, & expensis, in fine litis etiam sine cautione.*
8 *Sanctissimus rescribit cum Clausula, reseruatis expensis in fine litis constito de paupertate.*
9 *Non obstan. pragmatic. quod victus in prima instantia ex quo nil probauit, non audiatur, nisi solutis expensis, pauper tamen auditur.*
10 *Vt expensæ reseruentur in fine, paupertas est concludenter probanda præsertim quando adest Clausula Parito iudicato, vel quando agitur de modica summa.*
11 *Ad reseruandas expensas, probanda est paupertas talis quæ illarum solutioni non sufficiat.*
12 *Stante Clausula Constito de paupertate, Arbitrio Rotæ, rigor probationis temperatur præsertim si de modicis expensis agitur.*
13 *Quando expensæ sunt modicæ, stat simul aliquem esse pauperem, & eas posse soluere.*
14 *Causæ modicæ sunt sine sumptu terminandæ.*

1 PAupertas excusat à solutione, Immo eximit, etiam à Condemnatione expensarum *c. Reprehensibilis 26. & ibi gl Bald. & DD. de Ap. confert tex. in l. Illicitas 6. §. fin. ff. de offic. præsid. l. si Procuratorem 8. §. Ignorantes ff. mand. & l. impossibilium 145. ff de Reg. Iur. Bellam. Conclus. seu Dec. 44. Gigas. de pens q. 80. n. 6.*

2 Confert, quod minor non condemnatur in expensis, sed tutor *l. non est ignotum 6. C. de Admin. tut. Bart. in l. edita sub fin. C. de eden. & in l. p. §. si procurator n. 6. ff. si quis Ius dicent non obtemper. Cephal. cons. 116. n. 14. Surd. de Alim tit. p. q. 48*
3 *n. 32.* pauperes autem minorum, & pupillorum priuilegijs potiuntur, *dixi in V. Minor, & in V. Orphanus.*

4 Et omnino Paupertas excusat à satisdatione expensarum *Ang. in l. cum non facile 6. ff. si cui plus quam per leg. Falc. Mangrell. in Addition. ad Bart. in l. paupertas ff. de excus. tut. in princ. Buratt. in Lucana Bonorum D. 320. n. p. 2. & 3.*

5 Et saltem paupertas est Iusta causa reseruandi expensas, & fructus in fine litis, absq; alia cautione *Cassad. D. 11. per tot. de Rescript. vestr. in praxi lib. 8. c. 3. n. 12. Buratt. in d. Lucana Bonorum*
6 *D. 320. n. 3.* vbi quod Rota, etiam de Stylo consueuit audire pauperes in causa nullitatis, & restitutionis in integrum, etiam aduersus rem iudicatam, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis, absq; cautione.

7 Et quod pauper audiatur non refectis expensis, sed reseruentur in fine litis, *dixit Marchesan. de commiss. p. p. tit. de Commiss. Appellat. super Diuers. Capit. n. 21.*

8 Et quod quando paupertas adest, Sanctissimus rescribat cum Clausula reseruatis expensis in fine litis constito de paupertate, *dixit idem Marchesan. de Commiss. p. 2. c. p. n. 14.* vbi etiam quomodo paupertas probetur.

9 Ampliatur, vt procedat Conclusio non obstante pragmatica, quod condemnatus in prima instātia, quia nihil probauit, non audiatur in secunda, nisi solutis expensis, pauper enim, vel alias miserabilis, ad huc auditur non obstante dicta pragmatica *Carauit. in Rit. Mag. Cur. Vicar. Rit. 19. n. 18. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 14. n. 4.*

10 Declaratur, vt ad effectū prædictum, & signanter quando in Commissione adest Clausula, parito iudicato, & adest Condemnatio in expensis, ad hoc vt earum solutio retardetur, paupertas sit concludenter probanda, cum agatur de paupertate ad certum, & determinatum effectum, *Ad tradita per Bald. & Salic. in Auth. præterea C. vnde Vir, & vxor, & in his terminis post alias Rotæ Decisiones firmat Rota in Perusina Dotis D. 250. nu. 5. p. 4. Diuers. & prius D. 249. nu. p.* vbi quod id magis procedit, quando agitur de modica summa, *ad Bald. in Auth. præterea C. vnde vir. & vxor n. 4.*

11 Et requiritur probatio paupertatis in specie habito respectu, ad restitutionem expensarum *Ferentill. de Buratt. in d. Lucana Bonorum D. 320. in Litt. A.* & debet talis esse paupertas, quæ solutioni expensarum non sufficiat *Buratt. in Roman. Grani D. 41. n. 3. quæ est D. 573. p. p. Recens.*

12 Limitatur hæc Declaratio, quando in Commissione adest Clausula, Constito de paupertate, Arbitrio Rotæ, nam ex his verbis solet Iuris rigor temperari *Crescent D. 287. alias 4. de testam. Rota in d. Perusina Dotis D. 250. nu. 2. & 6. & 7.* vbi quod id præsertim procedit, quando agitur de differenda modicarum expensarnm solutione, in qua Decisione receditur in hac parte à Decisis in antecedenti *Decis. 248.*

13 Sed quod quando expensę sunt modicæ, stet aliquando simul aliquem esse pauperem, & tamen expensas posse soluere *Dixit Buratt. in d. Romana Grani D. 41. n. 6. & 7.*

14 Adde hic, etiam quod causæ modicæ debent absq;

absq; sumptu terminari, *vt disponit tex. in Auth. de Incestis Nupt.*

PRIVIL. CXLIX.

Falcidia.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum pauperi factum præsertim pro Alimentis non subiacet Falcidiæ, est enim pium. n. 2.*

3 *Ex Legatis pijs falcidia non detrahitur; licet solum mediate, piæ causæ relicta sint, dummodo ad eam certe debeant peruenire n. 4.*

5 *An pia causa gaudeat exemptione Falcidiæ contra aliam piam causam & n. 7.*

6 *Priuilegiatus in genere non vtitur priuilegio contra priuilegiatum in specie, species derogat generi.*

8 *Hospitalia priuata non gaudent priuilegijs Hospitalium, sed quo ad Legata, gaudent exemptione falcidiæ n. 9.*

10 *Si cui relictum est legatum ad Alimenta, relinquatur aliud non pium, ex hoc detrahitur vtriusque falcidia.*

11 *Legatum factum non pauperi, etiam ad Alimenta subiacet falcidiæ.*

12 *Ex fideicommisso pio, an Trebellianica detrahatur.*

1 LEgatum pauperi, præsertim pro Alimentis relictum, soluendum est sine detractione falcidiæ *leg. si quis ad declinandũ 37. C. de Ep. & Cler. ibi* sine falcidiæ ratione pauperibus, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione egentibus pecuniæ distribuantur *c. p. sub fin. de priuil. in extrau. comm. confert tex. in §. aliud quoq; Capitulum Auth. vt cum de App. cognos. Bart. in l. Alio. n. 4. ff. de Alim. & cib. legat. & in l. Diuus in p. opp. ff. ad leg. Falc. vbi etiam Alex. Bal. in l. si quis ad declinandam in fine princ. per illum tex. C. de Ep. & Cler. Beniucas. de paupert. q. 9. spec. 6. in vlt. vol. n. 16. Adde Bart. in tract. Alim. n. 23. & gl. in c. 2. de sepultur. in V. Decreuerit, & ibi Addit. Ioan. Andr. Caualcan. de vsufruct. mulier n. 226. fol. 758 Cephal. cons. 568. n. 11. & post alios Sard. de Alim. tit. 8. priuil. 18. n. 2. & 4. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 46. n. 2.* vbi generaliter firmat ad fauorem miserabilium personarum.

2 Confert ratio, quoniam legatum factum pauperi, dicitur esse pium, & magis quando pro Alimentis, *vt dixi in V. Pia Causa, & in V. Alimenta.*

3 At ex Legatis pijs falcidia non detrahitur, *Auth. similiter C. ad l. Falc. §. si autem hæres Auth. de Eccles. tit. l. Decem 6. ff. de fid. libert. Tiraq. de pia caus. priuil. 26. Gabriel. conclus. 11. ad Treb. n. p. Nouar. in praxi priu. miser. d. priu. 46. n. 2.*

4 Quod procedit, etiam quando legatum mediate relinquitur piæ causæ, dummodo certum sit illud esse perventurum ad piam causam *Tiraq. de pia caus. d. priu. 26. vers. sed hoc vltimum Surd. de Alim. tit. 8 priu. 18. n. 3. Nouar. in praxi priuil. miser. priu. 46 n. 3.*

5 Ampliatur pr. etiam si in testamento scripta sit hæres pia causa, & colligitur ex generalitate, *tex. in Auth. similiter C. ad leg. Falcidiam, & sensit Corneus cons. 140. lib. p. incipit circa confert Rota D. 10. de Testam. in Antiq. tradit Beuicas. de paupert. q. 9. spec. 6. in vlt. vol. n. 7. Surd. de Alim.*

6 *tit. 8. pr. 18. n. 6. & 7.* vbi adducit rationem, quia priuilegiatus in genere non vtitur priuilegio aduersus priuilegiatum in specie *iuxta tex. in l. fin. ff. ex quibus caus. maior.*

Et tu adde, quod tunc non videntur pariter priuilegiati, cum priuilegia generalia, & specialia non videantur paria, species enim derogat generi *l. in toto iure 8 1 ff de Reg. Iur.*

7 Sed pro negatiua, quod scilicet pia causa non gaudeat hoc priuilegio cõtra aliam piam causam *plures adducit Nouarius in praxi priu. miserab. priu. 40. n 4.* & in hoc Articulo Authores pro vtraque parte *refert Ant. Gabr. Conclus. 11. ad Trebell. n. 8.*

8 Ampliatur 2. vt licet Hospitalia priuata, regulariter non gaudeant priuilegijs Hospitalium *vt in l. Orphanotrophos, vbi Bald. C. de Ep. & Cler. Corsett. in suis singular. in V. Hospitale Felin. in c. de quarta n. 9. de præscript.*

9 Attamen Falcidia, vel Trebellianica non detrahitur ex legato relicto, huiuscemodi Hospitalibus *Io. Andr. in c. Raynaldus de testam. Corsett. d. sing. in V. Hospitale Alex. cons. 9. n. p. & 2. Castrens. cons. 95. in fine, vt eũ allegat. Felin. in c. de quarta n. 2. de præscript.*

10 Limitatur, seu Declaratur pr. vt si ei, cui relictum est aliquid ad Alimenta, relictum sit etiam aliud legatum, quod non sit pium, tunc de legato non pio detrahitur quantum sufficit ad falcidiam, vt. sui; legati *ad tex. in l. si seruus cum d. ab. seq. de Hæred. Instit. post alios Tiraq. de pia caus. priu. 26. vers. Limita 3. & post alios Gabriel. Conclus. 11. ad Trebell. n. 9. vers. 2. Limita.*

11 Limitatur, seu Declaratur secundo, vt de legato Alimentorum detrahatur Falcidia, quando factum est non pauperi *Bart. in tract. Alimentorum n. 23.* ratio sit, quia tunc non dicitur proprie piũ, vt ostendi in V. Alimenta, *& vide supra hic n. p.*

12 An vero de fideicommisso pio detrahatur Trebellianica, quæstio est, in qua refert Authores hinc inde *Tiraq de pia caus. priuil. 27.* vbi negatiuam asserit, & ostendit esse communiorem.

PRIVIL. CL.

Fæmina.

SVMMARIVM.

1 *FÆmina non potest esse Procuratrix, & quare, pro pauperibus tamen potest n. 2.*

Quam-

1 QVamuis Fæmina non possit esse procuratrix *l. neque Famina 54. ff. de proc. l. quia absente 4. l. alienam 18. C. eod. l. p. ff. de postul.* vbi quod Fæmina inuerecunde postulans, & Magistratum inquietans, dedit causam edicto.

2 Pro pauperibus tamen, & miserabilibus personis potest Fæmina esse procuratrix, & Aduocata, *ad tex. in c. sunt. autem 3. q. 7. cum alijs per Bart. adducit is in tract. seu Iudicio inter Demonem, & B. Mariam n. 6. Genuens. in practicab. Ecclef. q. 346. & 436. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 41. n. 2.*

PRIVIL. CLI.

Feria.

SVMMARIVM.

1 *IN Causis pauperum proceditur non obstantibus Ferijs.*
2 *In causis pijs proceditur etiam diebus feriatis; sic fauore Alimentorum, vel fisci, & quid in ferijs in honorem Dei.*
3 *Per Clausulam summarie, & de plano non intelligitur derogatum Ferijs inductis in honorem Dei.*
4 *Alimenta pauperi decerni possunt, etiam die feriata in honorem Dei.*
5 *Causę Alimentorum tractari possunt, etiam die festo coram Episcopo, dummodo non agatur de Alimētis prateritis. n. 6.*

1 IN Causis pauperum proceditur non obstantibus ferijs *ad tex. in l. 2. ff. de ferijs spec. in tit. de ferijs vers. sequitur. videte n. p. Bald. in l. eadem col. 2. de fer. Guglielm. de Cun in l. p. §. sed excipiuntur ff. de ferijs, & ibi Alex. n. 5. Bonacoss. de ferijs, & famulis q. 22. Benincas de paupert. q. 7. spec. 2. n. 19. Simon. de pret. de interpret. vlt. vol. Dub. 11. n. 96. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2. n. 7. sub finem, & n. 15. in fine cum seq. & post alios Nauar. in praxi priu. miserab. priu. 52. n. 5.*

2 Et generaliter in pijs causis procedi potest, etiam feriatis diebus *ad tex. in c. vtinam 77. Dist. & in c. nunquam de Consec. D. p. & in d. l. 2. ff. de* Ferijs, quæ loquitur in Alimentis *& in l. publicas 5. C. de ferijs,* quæ loquitur in fisco, *& post spec. Bar. Castrens. & alios tradit Tiraq. de pia caus. priu. 156.* vbi etiam tangit quid in Ferijs in honorem Dei adducens hinc inde Doctores, sed pro negatiua cui videtur adhærere *adducit tex. in Clem. sæpe de verb. sign.* vbi per illa verba summarie, & de plano non intelligitur derogatum Ferijs inductis in honorem Dei.

3

4 Sed quod Alimenta pauperi decerni possint etiā Die Feriata in honorem Dei *tradunt gl. in c. fin. de ferijs Bartl. in l. Melu n. 6. ff. de Alim. & Cib. legat. Bald. in l. p. n. p. ff. de testam. milit. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum n. 2. de Constit. & post alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2. nu. 12.* vbi ita conciliat pugnantes opiniones.

5 Et quod causę Alimentorum tractari possint in Die Festo coram Episcopo, *tradit Eman. Sa. in Aphorism. V. Alimenta n. 8. Gauant. in man. Episc. V. Festidies n. 38.*

6 Fallit autem quando agitur de Alimentis præteritis, quoniam in illis non militat ratio necessitatis, vnde seruandæ sunt Feriæ *Bart. in l. de Alimentis in 2. lect. C. de transf. Iaf. ibid. n. 5. Dec. n. 10. Alberic. in l. cum hi in princ. ff. de transf. & post alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2. n. 14.*

PRIVIL. CLII.

Festa.

SVMMARIVM.

1 *DIebus Festis opus seruile prohibetur Iure Ciuili Canonico, & Diuino.*
2 *Pauper potest pro suis necessitatibus operari diebus Festis.*
Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum.
3 *Si Episcopus, etiam sub excommunicatione iubeat obseruantiam Festi, adhuc pauper excusatur.*
4 *Pauper excusatur ab obseruantia Festi, etiam sine licentia Episcopi, quando est clara necessitas, sic & à Ieiunio, saltem quando facilis non est Recursus.*
5 *Etiā nō pauper licite operatur pro paupere subueniēdo.*
6 *Pauper in die Festo debet sine scandalo operari; & Missam audire n. 7. nisi vestibus careat, vt ibi.*
8 *Qui dispensatur, vt diebus Festis operetur, debet Eleemosinam facere.*

1 QVamuis diebus Festis opus omne seruile prohibeatur exerceri *l. 2. & 3. l. omnes 3. C. de Fer. c. p. & fin. de ferijs Boer. qu. 259. n. 8.* & non solum de Iure Ciuili, & Canonico, vt supra, sed prius etiam de Iure Diuino, *vt per gl. in c. quod in omnibus 32. q. 7. & est tex. exod. c. 20.* Sex Diebus operaberis, septimo autem die non facies omne opus, & tu, & seruus, & Iumentum tuum.

2 Permittitur tamen pauperi, vt pro suis necessitatibus possit, etiam in diebus Festis opera seruilia exercere, *c. licet 3. de ferijs vbi Abb. not. Felin in c. fin. n. 7. de mai. & obed. Paul. Orlan in Rep. l. p. in princ. n. 23. ff. de offic. eius Benincas. de paupert. q. 4. n. 28. Confert tex. in c. nunquam de Cons. Dist. 5. gl. in c. fin. de Fer. & in c. vtinam 76. Dist. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2. n. 13.*

Confert etiam *tex. in c. quod non est licitum 4. de Reg. Iur.* vbi dicitur, quod necessitas facit licitum, quod in lege non est licitum, & subditur, nam & Sabbatum custodiri præceptum est, Macchabei tamen sine culpa sua in Sabbato pugnabant,

& in his terminis magis conferre potest *tex. Marci c. 2. ibi,* Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum, cui simile est illud *2. Macchab. 4. ibi,* non propter locum gentem, sed propter gentem Deus locum elegit.

3 Ampliatur pr. vt etiam si Episcopus sub Excommunicatione mandasset obseruantiam alicuius Festi, adhuc pauper, qui paupertate compulsus laboraret, excusaretur ab obseruantia, & ab Excõmunicatione, & sic ab omni culpa, & pœna *Nauar. in man. ad 3. prac. Decal. c. 13. n. 15.*

4 Ampliatur 2. vt id procedat, etiam non præcedente licentia Episcopi, quando necessitas est clara. *Nauar. in man. d. c. 13. n. 16.* vbi idem asserit in Ieiunio, à quo qui iustam, & claram habet Causam non ieiunandi, excusatur, etiam absq; licentia Episcopi, *vt per D. Thom. 22. q. 147. art. 4.* vbi tamen loqui videtur quando facilis non est Recursus ad Superiorem.

5 Ampliatur 3. vt etiam non pauper licite laborare possit in die Festo pro paupere subueniendo, *Nauar. in man. d. c. 13. n. 10.* quod forte videtur intelligendum, quando alio pacto subueniri non posset.

6 Limitatur pr. dummodo sine scandalo pauper operetur *Nauar. in man. d. c. 13. n. 16.*

7 Limitatur 2. dummodo Diuina officia non dimittat *Aug. de Claua. in sum. in V. feria n. 35. Beneincas. de paupert. q. 4. n. 28. in fine.* intellige tu, dummodo saltem Missam, Missam non faciat, nisi tamen vestibus careat, *vt dixi in V. missa, & V. vestis,* vbi vide si placet.

8 Limitatur 3. vt qui ob necessitatem dispensatur, vt diebus Festis exerceat opera seruilia, teneatur tamen in recompensationem, aliquam Elemosinam facere, *probat tex. in c. licet 3. de ferijs ibi,* liceat eorum captioni ingruente necessitate intendere, Ita tamen vt post capturam Ecclesijs circumpositis, & pauperibus congruam faciant portionem, *& docet Abb. ibid. n. 4. verf. nota vlt,* vbi ampliat, etiam ad eum, qui dispensatur à Ieiunio, *Sanchez, de matrim. lib. 3. Disp. 10. n. 8. & 11.* vbi tamen sensit verius esse huiuscemodi Elemosinam non imponi de præcepto, *& allegat Sylvestr. Tabienam, Armillam, Lopez.* licet, quod sit de præcepto *senserint Ang. Caietan. & Nauar. quos adducit, idem Sanchez, n. 8. & ad hoc vide quæ dixi in V. Ieiunium.*

PRIVIL. CLIII.

Feudatarius.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius pauper seruitia non præstans excusatur à Caducitate.*

2 *Valet argumentũ ab Emphyteosi ad feudũ, & ecõtra.*

1 Feudatarius excusatur à Caducitate si ob paupertatem non præstiterit seruitia, alias. Debita Domino, *Schander. de feudis p. 6. c. 6. n. 28. & p. 9. secund. part. princ. sect. 5. n. 30. quem sequitur Costa de Rem. subsid. Rem. 25. n. 22.*

2 Conferunt ad hoc, quę dicta sunt in V. Emphyteota, & Ampliationes, & Limitationes ibi, traditæ possunt huc transferri, valet enim regulariter Argum. ab Emphyteosi ad feudum, & econtra, *vt probat Euerard. in Topica loco 29. & 30.*

PRIVIL. CLIV.

Feudum.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus non potest feudum alienare in præiuditium Agnatorum etiam pro Anima.*

2 *Feudum potest alienari pro necessitate.*

Vassallus, & subditus inuitus potest pro necessitate alienari.

3 *Dominus tenetur Vassallo in necessitate succurrere & econtra.*

4 *Feudum stante necessitate alienari potest sine consensu vocatorum ad feudum.*

5 *Feudum etiam ex necessitate non potest alienari non petita licentia Domini directi, sed si sine causa cõsentire recuset, poterit sine illorum consensu alienari n. 6.*

7 *Mulier contrahere prohibita sine consensu propinquorum, si requisiti, sine causa consentire recusent, potest, absque illorum consensu contrahere.*

8 *Si Dominus interpellatus vt inuestiat, non inuestiuerit, inuestitura habetur pro facta.*

9 *Quando necessitas est talis, quæ non permittit requisitionem consensus, potest eo non requisito feudum Alienari.*

Si Res moram non recipit, punire Iudici permittitur, deinde scribere.

10 *Alienatio ex causa necessitatis permittitur solum ad limites necessitatis, & non vltra.*

11 *Sola necessitas naturalis, vel fatalis permittit feudi, & fideicommissi Alienationem.*

12 *Necessitas in quam quis sua culpa incidit non est iusta causa Alienandi alias inalienabilia.*

13 *Potest de iure Canonico feudum alienari in piã causam*

1 Qvamuis Feudum Vassallus alienare non possit in præiuditium Agnatorum etiam pro Anima, *vt in tit. de probib. feudi Alien. per Latter. & per Fed. & in cap. p. §. Donare tit. qualiter olim feudum alien. pot. Bald. in c. p. n. 18. de probib. feud. Alien. per Federic, Ias. in l. de quibus n. 65. ff. de Legib. Surd. de Alim. tit. 9. q. 9. n. 5.*

2 Potest tamen alienari feudum causa necessitatis *Tiraq. de Retract. §. 26. gl. p. n. 19. Cephal. cõ. 451. n. 284. lib. 4.* vbi etiam quod licet Vassallus

vel,

vel subditus inuitus non possit alienari, potest tamen ex causa necessitatis, vt ibi, *& tradit hoc etiam Gabr. Conclus. 8. de Iure quęsito non tollēdo n. 12.*

3 Confert ratio à fortiori, nam Dominus tenetur Vassallo in necessitate succurrere, cum eum loco
2 filij habere debeat *c. p. in fin. de form. fidel. Affl:ct. c. p. §. si Iudex n. 3. de pace tenenda Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 182. n. 7. & 8.* vbi rationem huius rationis adducit, quoniam etiā Vassallus tenetur Domino in necessitate succurrere.

4 Ampliatur Conclusio, vt stante necessitate non requiratur ad Alienationem consensus vocatorū ad feudum, vt in facti contingentia se respondisse *testatur Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 182. n. 15. & seq.* vbi id comprobat, quod tamen declara, vt statim infra subiciam.

5 Limitatur ergo pr. vt non valeat Alienatio nō petita licentia; & consensu Domini directi, etiam stante necessitate ipsius Vassalli *c. p. §. necessitate qualit. feud. olim. pot. alien. c. Imperialem §. p. de probib. feud. Alien. per fed. probat. Rolan à Valle. cons 56. n. 14. lib. 4.* vbi de com. testatur *Clar. in §. feudum q. 31. vers. pone,* qui expresse loquitur de necessitate famis *post Bald. & Curt. Iuniorem,* & testatur de communi, quam licet rigorosam esse fateatur, asserit tamen esse seruandam *Menoch. post Bald. Aluarott. Isern. Dec. Curt. Iacobin. Zaziū Molineum Paris Crauett. de Arbitr. Iud. lib 2 cas. 182. n. p. & 2.* vbi rationes adducit *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 43. n. 7. & ad materiam vide Osasch. Dec. 165. n. 171.*

6 Temperatur hæc Limitatio, vt si Dominus de Consensu requisitus recuset absq; Causa legitima illum præstare, possit Alienatio fieri, absque dicto consensu stante necessitate Vassalli *Afflict. in c. p. col. 2. in princ. qualit. olim. feud. pot. alien.* subdens etiam Doctores, ita communiter tenere, *Rolan. post alios d. cons. 56. n. 16. lib. 4. Clar. in d. §. feudum q. 31. vers.* pone sub finem, qui tamen solum ait, quod Dominus nolens emere, nec consentire, cogi posset ad consensum pręstandum, *& post alios Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 282. n. 6. in fine, & seq. & n. 9. & 10.* vbi quod tenetur, tunc Dominus consentire, & si recuset, poterit sine consensu alienari instante necessitate, *&*
7 *n. 11.* adducit simile de Muliere prohibita statuto contrahere sine consensu Consanguineorum, vt si sine causa consentire recusent, possit Mulier sine illorum consensu contrahere.

8 Sic in simili, quando Vassallus, sæpius Dominū interpellauit, vt inuestiret de feudo, & Dominus fuit in mora, Inuestitura habetur pro facta *post Isern. Afflic. Beronm Clar. Iac. d. S. Georg. & communem feudistarum tradit Rolandus cons. 56. n. 18. lib. p Surd. de Alim. tit. 8. priu. 43. n. 8.*

9 Videtur etiam, quod si necessitas esset talis, quæ non permitteret requisitionem consensus, posset Alienatio fieri, etiam consensu non requisito, & potest ad hoc conferre, *tex. in l. si quis filio 6. §. quid tamen. ff. de iniust. rupt. & irrit. fac. testam. ibi,* sed si res moram non recipiat, punire Iudici permittitur, deinde scribere, & vide *quæ dixi Dec. 48. n. 8.*

10 Limitatur 2. principalis Conclusio, vt ex necessitate, licita sit Alienatio solum ad limites necessitatis, & non vltra *ad tex. in l. fin. ff. de exerc. action. Bald. cons. 332. lib. p. & cons. 20. in fin. lib. 2. Ias. in l. Creditor nu. 3. ff. si cert. pet. & in l. qui Romæ §. duo fratres n. 37. ff. de verb. oblig. Dec. in l. si Donatione n. 17. C. de Collat. & cons. 403. n. 18 Crauett. in Responso pro Genero n. 194. Menocch. de Arbit. Iud. d. l. 2. c. 182. n. 32.*

11 Limitatur 3. vt Conclusio procedat solum in necessitate naturali, idest à natura causata, vt est necessitas edendi, & bibendi, alias enim non permittitur Alienatio. *Ita Rolan. cons. 59. nu. 19. lib. 4. Menocch. de Arbit. lib. 2. Cas. 182. nu. 24. & 25. & 26.* vbi quod necessitas naturalis, vel fatalis tantum, permittit Alienationem feudi, vel fideicommissi.

12 Limitatur 4. vt Conclusio procedat quando quis sine culpa in necessitatem incidit, secus si cum culpa, tunc enim imputandum est ei, qui se in necessitatem coniecit, *ad tex in l. si fideiussor 7. §. si necessaria ff. qui sat. cog. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum n. 40. in fine de Const. Rolan. cons. 56. n. 19. lib. 4. Menocch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 182. n. 38.* quem tamen vide in sequentibus numeris magistraliter distinguentem, *& n. 58.* vbi refert sensientes contrarium, & vide quæ latius nos infra dicemus *in V. priuilegia.*

13 Vltimo ad id, quod in principio dixi, adde quod de Iure Canonico, potest feudum alienari in piam causam *Hostiens. qui id* comprobat quindecim argumentis *in sum de Immunit. Eccles. §. 14 quantum vers sed nec illa Roman. sing. 529. & post spec. Car. Felin. Tiraq. de pia caus. priu. 104.*

PRIVIL. CLV.

Fideicommissum I.

SVMMARIVM

1 *PRęlegata non veniunt sub generali fideicommisso restituenda nisi aliud ex cōiecturis appareat.*

2 *Pręlegata veniunt sub generali fideicommisso facto ad fauorem pauperum.*

3 *Pręlegata relicta miserabilibus, vel Ecclesię non veniunt sub generali fideicommisso.*

4 *Relicta pauperibus, vel Ecclesia censentur relicta pro soluendis debitis peccatorum.*

1 REgulariter prælegata facta, videlicet hæredi grauato, non veniunt sub generali fideicommisso *Socin. Reg. 372. Pereg. de fideic. art. 7. n. 16. Nouar. in praxi priuil. miserab. priuil. 104.*

n. 2. & 3. vbi tamen, quod fallit quando contrarium apparet ex Coniecturis.

2 Fallit etiam (quod ad nos pertinet) quando fideicommissum est ad fauorem pauperum, vel alias miserabilium, tunc enim prælegata veniunt sub generali fidei commisso restituenda *ad tex. in l. 2. ff. de manumis. testam. Roman. in Auth. similiter n. 88. C. ad leg. Falcid. & tradit post alios Nouar. in praxi priu. miserab. priu.* 104. *n.* 8.

3 Econtra vero (& hoc erit aliud priuilegium prælegata relicta miserabilibus personis non veniunt in restitutione Generalis fideicommissi, prout neq; prælegata relicta Ecclesiæ *Genuens. in practicabilib. Ecclesiasticis q.* 558. *Nouar. in praxi priu. miserab. person. priu.* 104. *n.* 12. *&* 13. vbi rationem adducit, quoniam quod Ecclesiæ, & miserabilibus relinquitur, censetur relictum pro soluendis Debitis Peccatorum *ad tex. in can. Pontifices 12. q. 3.*

4

PRIVIL. CLVI.

Fideicommißum II.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommißum expirat per mortem hæredis grauati decedentis viuente, & sciente testatore, & testamentum non reuocante, fallit si fideicōmissum est ad fauorem piæ causæ, & signanter pauperum. n.* 2

1 Expirat fideicommissum per mortem Hæredis grauati decedentis viuente, ac sciente testatore, & non reuocante testamentum *l. tractabatur* 15 *ff de milit. testam. Bart. in l. si pater in* 3. *opp. ff. eod. t it.*

2 Attamen fauore piæ causæ, & præsertim pauperum, fideicommissum per mortem, vt supra non expirat *Bald. in l. eam quam in 7. q. in antiq. lectura C. de fideicom. firmian. in Lexico in V. fideicōmissum pium vers. 2. Tiraq. de pia caus. priu. 76.*

PRIVIL. CLVII.

Fideicommissum III.

SVMMARIVM.

1 *Filius auocans à Patre dissipante Bona fideicommissaria, tenetur ei alimenta reseruare ex dictis Bonis, si pauper est, licet excommunicatus sit, vel Bannitus.*

2 *Pater licet Criminosus sit, pater tamen est.*

1 Filius auocare potest à patre viuente, & dissipante Bona fideicommissaria, cui tamen, si pauper sit, debentur ex eisdem Bonis Alimenta, *l. Imperator* 50. *in fin. ff. ad Trebell. ibi,* Congruum est egenti patri emolumentum præstari *Costa de Rem. subsid. Rem.* 4. *n.* 5. vbi ampliat, etiam si excommunicatus sit, vel Bānitus, Confert ad hoc vltimum *tex. in §. si vero contigerit Auth. de Incestis*

2 *nupt. ibi*, quamuis enim Criminosus, pater tamen est.

PRIVIL. CLVIII.

Fideiussor p.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non obligatur, nisi ex stipulatione.*

2 *Fideiussio non vestitur Coherentia contractus absq; stipulatione.*

3 *Fideiussio est stricti Iuris in fieri, & facto esse, & nō extenditur.*

4 *Fideiussor obligatur, etiam sine stipulatione fauore Dotis, & piæ causæ, & pauperum signanter.*

1 Qvamuis Fideiussor non obligetur, nisi ex stipulatione *l. stipulationum aliæ* 5. *§. satis acceptio vbi Dec. ff. de verb. oblig.* Adeo, vt fideiussio

2 non vestiatur cohærentia contractus absq; stipulatione *Bal. in l. ex placito col.* 17. *C. de Rerum permut.* & confert ad id, quod fideiussio est stricti Iu-

3 ris non solum in fieri, sed etiam in facto esse, vnde non extenditur *l. Blanditus* 12. *C. de fideiuß. Gratian. Discept. forens. lib. p. c.* 130. *n.* 30. *Rot. Rom. Dec.* 55. *n.* 6. *p. p. Recentissimarum, dixi Dec. Fer.* 29. *n.* 5.

4 Attamen fauore piæ causæ, & pauperum præsertim, fideiussor obligatur etiam absque stipulatione *ad tex.* loquentem in Dote *in l. fin. in V. pollicitatione C. ad leg. Falc. Ias.* trahens ad omnem piam causam *in d. l. stipulationum §. satis acceptio ff. de verb. oblig Roman. in Auth. similiter in* 4. *spec. contractuum C. ad l. Falcid. Costa in memor. incipit fideiussor non obligatur Tiraq. de pia causa priu.* 110.

PRIVIL. CLIX.

Fideiussor II.

SVMMARIVM.

1 *Mulier fideiubens habet exceptionem velleiani, fallit si pro pia causa fideiusserit n.* 2. *& signanter pro pauperibus n.* 5.

3 *Contractus quo quis tribuit piæ causæ non potest dici lęsiuus, & tribuens pauperi dicitur lucratiuus tribuenti, & fęneratitius n.* 4.

6 *Causa Dotis dicitur proprie pia, quādo est pro paupere.*

Quam-

1 QVamuis Mulieris Fideiussio regulariter non
sit efficax cum habeat exceptionem *Senat.*
cons. Velleiani, tot. tit. ff. & Cod. ad sen. Vellean.
2 Attamen si fideiubeat Mulier pro pia causa, ef-
ficaciter obligatur, nec gaudet exceptione Velle-
ani *l. pen. & fin. C. ad sen. Vellean. Rom in Auth.*
similiter in 3. spte. cōtr. C. ad l. Falc. Socin Reg. 310
priu. 30. Calean. cons. 13. col. 2. vers. p. quia vide-
tur Tiraq. de pia causa. priu. 113.
3 Potest esse ratio, quoniam contractus quo quis
tribuit piæ causæ, non potest dici læsiuus tribuen-
ti cum magnam illam expectare possit retributio-
nem promissam ab eo, qui non mentitur.
4 Et quo ad contractus celebratos in pauperum
fauorem, semper dici poterunt lucratiui, Immo fę-
neratitij *ad tex. pro. 19.* fæneratur Domino, qui
pauperis miseretur.
5 Et in specie, quod Mulier possit pro pauperi-
bus, & miserabilibus valde fideiubere, *tradit No-*
nar. in praxi priu. miserab. prim. 110. n. 4. & seq.
vbi quod etiam potest pro Dote, non solum filiæ,
sed extraneæ, sed quo ad extraneam forte restrin-
6 gi potest, vt procedat solum quando dotanda esset
pauper, tunc enim vere pia dicitur causa Dotis,
vt dixi in V. Dos.

P R I V I L. CLX.

Filia.

S V M M A R I V M.

1 P*Ater non tenetur alere filiam ante 25. ãnos nu-*
bentem indigno absq; eius consensu.
2 *Si filia innupta post 25. an. peccet in corpus suũ, ma-*
gis culpa patris, quam filię est imputandum.
3 *Pater tenetur alere filiam, etiam Indigno nubentem,*
absque illius consensu, si & filia, & Maritus sint
pauperes.

1 QVamuis Pater non teneatur alere filiam, quę
absq; eius consensu nupsit. Indigno, vt post
communem *ostendit Sur. de Alim. tit. p. q. 6. n.*
17. quod intellige quando sic nupsit ante vigesi-
mum quintum annum, secus si post *Auth. sed si*
post. C. de Inoff. testam. §. aliud quoque capitulum
Auth. vt cum de App. cognos. vbi in fine plus di-
2 citur, quod si filia innupta post. 25. annos in suũ
corpus peccauerit; id ad ingratitudinem filiæ, nõ
est imputandum, quia non ipsius culpa, sed paren-
tis id cõmisisse cognoscitur, vt ibi expresse dicitur.
3 Tenetur tamen Pater filiam alere, etiam indi-
gno nubentem, vt supra quando, & filia, & Ma-
ritus sunt pauperes *ad rationem tex. in c. cum babe-*
ret 5. in fin. de eo, qui dux in matrim. quam polluit
per Adult. Conar. de spos. p. 2. c. 2. §. 8. n. 7. Surd.
de Alim. tit. p. q. 6. n. 26.

P R I V I L. CLXI.

Filius.

S V M M A R I V M.

1 P*Ater tenetur alere filium, etiam naturalem, ac*
incestuosum, ac etiam vxorem filij, & nepotis
ex filio.
2 *Alimenta filio negare est illum necare.*
3 *Pater tenetur alere filium de iure natura, nec potest*
ad hoc alienare Aduentitia.
4 *Pater tenetur alere filium, licet ei Alimenta, vel le-*
gitimam assignasset, & ille dissipasset.
5 *Hęreticus Pater tenetur alere Catholicos filios, nisi*
quid habeat legitimum contra eos.
6 *Filio etiam nasciture debentur Alimenta in Bonis*
Patris.
7 *Prætor, Beniguior esse debet cum nasciture ne moria-*
tur antequam nascatur.
8 *Curator ventris, mulierem Alit, id enim pręstatur ei,*
qui in vtero est,
9 *Pater denegans alimenta filio pauperi, amittit patriã*
potestatem.
10 *Filius debitor patris non tenetur, nisi deductis Ali-*
mentis.
11 *Hæredes patris tenentur alere pauperem filium, &*
econtra.
12 *Monasterium tenetur alere pauperes filios professi.*
13 *Habens patrem, & filium Diuites, alendus est à patre.*
14 *Pater Adoptiuus tenetur alere filium Adoptiuum*
præsertim si naturalis est pauper n. 15.
16 *Pater non potest ingredi Religionem, si filij in seculo*
eius opera indigent.
17 *Pater spiritualis tenetur in subsidium alere filium spi-*
ritualem.
18 *Pater non tenetur alere filium habentem aliunde,*
vel ex bonis, vel ex Artificio.
19 *Tenetur autem pater probare filium habere aliunde.*
20 *Pater pauper non tenetur alere filium, & ad hoc in-*
spicitur redditus, & non patrimonium.
21 *Filio denegantur Alimenta ex omnibus causis ex qui-*
bus potest exhæredari.
22 *Filius agens pęnitentiam ingratitudinis reintegra-*
tur ad Alimenta à die peractę pęnitentię condignę
vt. n. 23.
23 *Peccator tanto à se licita debet abscindere, quanto se*
nouerit illicita perpetrasse.
Facilius est innocentiam seruare, quam rite pæniten-
tiam agere.
24 *Pęnitens videtur nouus homo.*
25 *Deus in pręteritis habet Ius abolitionis, vel obliuionis*
D. Petrus flendo maiorem gratiam reperit, quã amisit.
Ecclesia, quę doluit de Auerso, atq; peruerso, gaudet
de Reuerso, atque conuerso.
26 *An, & quando quo ad exhęredationem prosit filio pæ-*
nitentia.
27 *Sententia super Alimentis filio pręstandis, non facit*
Ius

Ius quo ad filiationem.

28 *Filius, qui alitur à Patre tenetur in Domo Patris, & ad eius commodum operari prout quilibet qui alitur ex sola dispositione legis.*

1 PAter tenetur alere pauperem filium, scilicet aliunde non habentem *l. si quis a liberis 5. ff. de lib. Agnos. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in Ind. n. p. 2. 7. & 9.* vbi ampliat, etiam ad filium naturalem, & incestuosum de Iure Canonico, ac etiam ad Vxorem filij, & Nepotis ex filio.

2 Ampliatur pr. vt filio Alimenta negare sit eum necare *l. necare 4. ff. de lib. Agnosc. ibi*, necare videtur, & qui negat Alimoniam, & exponit filium Causa misericordiæ, quam ipse non habet.

3 Ampliatur 2. vt pater ad id teneatur de iure naturæ, nequæ ad effectum prædictum alienare possit Aduentitia filij *l. cum non solum 8. §. ipsum autem C. de Bon. quæ lib.*

4 Ampliatur 3. etiam si pater filio assignasset alimenta, & illa ludendo, vel alio modo simili luxuriando dissipasset, adhuc enim pater eum alere teneretur, *vt post alios tradit Marsilius sing. 104. Mattesilan. sing. 148. incipit nota, quod illud. onus* vbi loquitur, etiam quando filius legitimam dissipauit.

5 Ampliatur 4. vt Catolici filij ali debeant ab hæretico patre, nisi quid habeat legitimum contra eos, *l. Haretici ex Græco C. de Hæretic.*

6 Ampliatur 5. vt etiam filio nasciturо, & ventri debeantur Alimenta à Patre, & in Bonis Patris *l. sed, & si is 5. §. an autem ff de Carbon. Edict. leg. p. l. extranco 6. ff. de ventr. in poss. mitten. tradit Oldrad. cons. 27. n. 2. adde tex. in l. p. §. sed &*

7 *si quis ff. de ventr. in poss. mitten. ibi*, Benigniorem esse prætorem oportet, ne qui speratur, ante mortem necetur, & tu dic ne moriatur, ante quam nascatur *iuxta illud Iob cap. 3.* quare non in vulua mortuus sum, *& illud Esdra lib. 4. c. 5.* quare non fuit mihi Matrix Matris meæ mihi sepulcrum, Adde etiam, *tex. in l. Curator 5. ff. eod. tit. de vētr.*

8 *inspic. ibi*, Curator ventris, Mulierem alet, id enim præstari videtur ei, qui in vtero est.

9 Ampliatur 6. vt Pater denegans Alimenta filio, pauperi amittat patriam potestatem, *gl. in l. nec filium C. de patr. pot. Ab. in c. fin. n. 5. de Conuers. Infidel. Surd. de Alim. d. tit. 8. prin. 63. n. 2.*

10 Ampliatur 7. vt Pater Creditor filij, non possit illum conuenire, nisi in quantum facere potest, & sic deducto ne filius egeat Alimentis *Io. Fab. Io. de Pla Ang. Ias. in §. sunt præterea vers. sed & si quis inst. tit. de Action Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 5.* vbi rationem adducit, quia militat Regula Dolo Petis, quod statim restituturus es, cū Pater teneatur alere filium.

11 Ampliatur 8. vt hæredes patris teneantur alere filium inopem, sicut econtra hæredes filij tenentur alere Patrem Inopem, quando videlicet summa laborat egestate, *vt loquitur tex. in l. si quis à liberis 5. §. item rescriptum ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. p. q. 24. n. p. Adde Mattesilan. sing. 148. incipit nota quod illud onus*, vbi loquitur etiam quando filius habuit legitimam, & postea deuenit in paupertatem.

12 Amplia hanc Ampliationem, quia etiam Monasterium tenetur alere pauperes filios professi, *dixi in V. Pater 1 priu. 308. in fine.*

13 Ampliatur 9. vt si quis pauper habeat Patrem, & filium Diuites, Alimenta præstanda sint ei à Patre potius, quam à filio *Bart. in l. non quemadmodum ff. de lib. Agnoscen. præposit. in c. cum haberet de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Surd. de Alim. tit. p. q. 94. n. 12.*

14 Ampliatur 10. vt etiam Pater Adoptiuus teneatur alere filium Adoptiuum pauperem *ad tex. in l. onera pen. ff. de Adopt. gl. placent Azzo. spec. Io. Andr. Bald. Lambertin. Barbat. quos sequitur Surd. de Alim. tit. p. q. 21 n. 6. & seq.* licet prius referat alios contrarium sentientes, *& vt patet n. 3. & 6* loquitur etiam si filius habeat Patrem naturalē, quia onera filij transeunt in adoptantem *d. l. onera pen. ff. de Adopt.* & quia adoptans subrogatur loco naturalis Patris cum Adoptio naturam imitetur *§. minorem 4. inst. tit. de Adopt. & tradit Surd.*

15 *d. tit. p. q. 2. n. 11.* quod sine difficultate, saltem procedit quando Pater naturalis est pauper, *Io. Fab. in §. sed ea omnia inst tit. de Hæred. qualit. & differ. Ang. ibi n. 3. sub fin. quos refert Surd. de Alim. tit. 9. q. 27. n. 24.*

16 Ampliatur 11. vt non possit pauper Religionē ingredi, si filij eius opera indigent, *Eman. Sa. in Aphor. V. Parentes n. 2.*

17 Ampliatur 12. vt etiam Pater Spiritualis teneatur in subsidium alere filium Spiritualem, quem ex Sac. Fonte leuauit si non habeat aliunde, *Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Don. in V. suscepertt liberos n. 31. vbi post Budeum*, ait traditam esse honorariam actionem ad nutricationem filij Spiritualis si egeat *Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in Iudic. n. 10.* vbi asserit idem in eo, qui tenuit ad Sacrum Chrisma, vel ad Cathechismum, *& sequitur Surd. de Alim. tit. p. q. 11. n. 5. & 6. Mascard. de prob. Conclus. 332. n. 10. Carpan. ad statutū Mediolan. p. p. c. 314. n. 31. Costa de Remed. subsid. Rem. 106. n. 6. Adde Eman. Sa. in Aphorism. V. Alimenta n. 6. ibi*, (Patrinus, & Parochus secundum quosdam tenētur alere filios Spirituales) post alia tamen sic subdit (quæ mihi omnia, vt parum in more hominum sunt, ita multum videntur naturali iuri consentanea, quantum vero peccent, qui non faciunt, non ausim dicere, illud tamen opulentos moneo, vt cogitent quod D. Paulus ait, qui suorum curam non habet esse Infideli deteriorem *Hæc Emanuel Sa. prudens, & eruditus Author.*

18 Conclusio sic ampliata, Limitatur pr. vt Pater non teneatur alere filium non pauperem, habentem videlicet aliunde, vnde se alat siue ex bonis, siue

siue ex honesto Artificio *ad tex. in l. si quis à liberis 5. §. idem rescripsit ff. de lib. Agnos. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 31. & seq.*

19 Declara tamen, vt Pater probare teneatur filium habere aliunde, *vt contra Castrensem* dicentem, quod filius teneatur probare se pauperem, *firmat Rota in Colonien. Alimentorum D. 499. p. p. diuers. coram Orabino, & in Romana Hæreditatis de Cusidis D. 756. n. 7. coram Buratto.*

20 Limitatur 2. vt Pater pauper non teneatur alere filium *l. pen. in fin. ff. de lib. Agnosc. Bart. in Auth. resque n. 2. C. com. de Legat. Alciat. de Præs. Reg. p. præs. 52. n. 4. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in Iudic. n. 22. saliect. in l. præses C. de seruit. & Aqua Maugrella ad Bart. ibid. Surd. de Alim tit. 7. q. 8. n. p. & 9.* vbi plus dixit, quod nemo tenetur sibi cohartare victum, vt alium alat, *& n. 12.* vbi quod ad hunc effectum inspicitur redditus, & non patrimonium.

21 Limitatur 3. vt filius priuari possit Alimentis ex omnibus causis, ex quib⁹ potest exhæredari, quę numerantur *in §. aliud quoq; capitulum Auth. vt cum de Ap. cogn. Ita gl. in l. si quis à liberis §. idem Iudex vers. retulerit ff. de lib. Agnosc. Bart. in trac. Alimētorum n. 11 & post alios plurimos tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. p. n. p.*

22 Limita hanc Limitationem, quādo Filius egisset pænitentiam Ingratitudinis admissę, vel male actæ vitæ, tunc enim indistinctè reintegraretur, vt petere posset, & consequi Alimenta non quidem præterita durante nequitia, & contumacia, sed à die peractæ pænitentiæ *Costa in l. Gallus §. & quid si tantum n. 189. ff. de lib. & posthum. & post spec. Alex. & alios tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. p. n. 37.*

23 Intellige saltem, quando pænitentia est condigna *iuxta tex. Matt. 3.* facite fructus dignos pænitentiæ, & nolite dicere Patrem habemus Abraam, qui autem hoc agere vult; lapsus, tanto à se illicita debet abscindere, quanto se nouerit illicita perpetrasse, *vt docet D. Greg. hom. 20. in Euang.* & rigide sane, ac formidabiliter in hoc loquitur *D. Ambros. in cau. sicut, qui arbitrantur de pænit. Dist. p. ibi*, facilius inuenitur, qui Innocentiam seruauerit, quam qui rite Pænitentiam egerit.

24 Confert ad prædictam Limitationem Limitationis, quod qui per pænitentiam, prauam vitam deseruit, videtur nouus homo *ad tex. Greg. in c. ferrum 50. Dist. ibi*, non ergo in eo debet despici, quod fuit, quia iam incipit esse, quod non fuit, & confert ad hoc etiam, quod Fæminę peccatrici dicenti, non ne me nosti, illa ego sum, &c. Respondit Pænitens, At ego non sum ego, *ad idem est tex. in l. quod ita 16. ff. de Edil. edict.* vbi quod liberatus à morbo perinde habetur, ac si nunquam

25 morbosus extitisset, *Adde Petr. 2. de Rem. D. 136. ibi*, & si in præter tis nullum Ius, nisi obliuionis habere Deum Plinius secundus existimet, habet tamen, quod virille Curiosissimus non vidit, Ius, etiam Abolitionis, Itaq; facta, licet infecta esse non possint, ex facto tamen oriens peccatum, sic deleri potest, vt iam amplius non sit, ita vt sicut scriptum est quæratur peccatum, & non inueniatur, Immo plus dici potest, quo ad Deum *ad tex. in c. fideliter 50. Dist. ibi*, Petrus post lapsum maiorem Gratiam reperit, quam amisit, *Vnde, & merito dicitur Luc. 15.* Ita gaudium erit in Cœlo super vno peccatore pænitentiam agente, quam super nonaginta nouem Iustis, qui non indigent pænitentia, quod eleganter expressit *Petr. sonett. 21.* Che più gloria è nel Regno de gl' Eletti, d' vn' Spirito conuerso, & più si stima, che di nouitanoue altri Perfetti. Et confert ad idem, quod dicitur *in cau. Ego Berengarius de Cons. Dist. 2. ibi*, Ecclesia, quæ doluit de auerso, atque peruerso, gaudet de reuerso, atq; conuerso.

26 An autem, quo ad exhæredationem pænitentia prosit, quæstio est, quæ suos hinc inde habet Authores, *quos refert Surd. de Alim. tit. 7. q. p. n. 28. & seq. vbi n. 36. refert communem approbatam Bartoli Distinxionem;* quod videlicet, aut causa Ingratitudinis respicit ipsum filium, vt est Ars Arenaria, & tunc pænitentia prosit, aut respicit Patrem, vt est percussio, vel Iniuria, vel concubitus cum eius Vxore, & tunc sola pænitentia sine Patris remissione non prosit.

27 Vltimo ad materiam adde hic, quod sententia super Alimentis filio præstandis, non facit Ius, quo ad filiationem *ad tex. in l. Iudex 10. ff. de stat. hom. & in l. si quis à liberis 5. §. si vel parens ff. de lib. Agnosc. ibi*, meminisse oportet, etiam si pronunciauerit Ali oportere, attamen eam rem præiudicium non facere veritati, nec enim hoc pronunciatur filium esse, sed Ali debere.

28 Conclusio sic, vt supra ampliata, & limitata, Declaratur, vt Pater teneatur alere filium, ita tamen vt filius teneatur operari in Domo, & ad cōmodum Patris *ad tex. in l. fin. §. sane, sic in fine ff. de ijs, qui ad Eccles. Confug. & in c. de lapsis in fine 16 q. 6. et in c. qua ratione in princ. ff. ad leg. Aquil. & post glos. luc. de pen. Abb. & alios tradit Surd. de Alim. tit. 4 q. 29. qua est finalis illius tit. n. p. & seq. & n. 45.* vbi quod id generale est in omni casu, quo Alimenta præstantur ex sola Dispositione, & obligatione Legali.

PRIVIL. CLXII.

Filius fam.

SVMMARIVM.

1 *Filius fam. efficaciter non obligatur ex mutuo; fallit quando est pauper, & mutuum accipit pro necessitate n. 2.*

2 *Filius fam. quando præsumatur pauper.*

Quam-

1 Quamuis filius fam. efficaciter non obligetur ex mutuo, vel saltem habeat aduersus obligationem, exceptionem *S.C. Macedon. vt tot.*
2 *tit. ff. & Cod. Ad sen. Maced.* Attamen quando est pauper, & mutuum accipit ad subueniendum suae necessitati, obligatur efficaciter, & non habet exceptionem *Abb. post Innocen. in c. plerique, sub fin. de Immun. Eccles. Dec. in c. nouit. n. 21. de Iudic. Marsil. sing. 670. incipit necessitas est magna.* Hoc autem respicit fauorem pauperis. vt videlicet facilius inueniat mutuum, vt in simili dixi de milite, & alijs *in V. Accusatio.*

3 Adde hic, quod Filius fam. praesumitur pauper, *vt dixi p. p. q. 3.* & quod Filius fam. accipiens mutuum semper praesumatur in necessitate constitutus, *tradunt Abb. in c. plerique de Immun. Eccles. et Marsilius eum referens sing. 670. incipit necessitas,* quod omnino verum videtur, saltem quando non habet à Patre, vel non apparet, quod habeat aliunde.

PRIVIL. CLXIII

Fiscus.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus, & Ecclesia quo ad priuilegia videntur aequiparari.*
2 *Sed aliquando Ecclesia, & minor magis priuilegiantur. quam fiscus.*
3 *Priuilegia Fisci videntur competere pauperi.*

1 Fiscus, & Ecclesia quoad priuilegia, videntur pari passu procedere *l. fin. C. de Sac. Eccles. §. sancimus cum gl. Auth. de non alienan. Euerard. in loco à Fisco ad Eccles. vel piam caus.* & argumentum à Fisco ad Ecclesiam, vel causam piam firmum esse dicitur *gl. in l. si procurator §. fin. ff. de iure fisci, & in l. vnic. C. de sent. adu. fisc. lat. retract. lib. 10. Tirhq. de pia caus. priu. 89. & priu. 143.*

Et pia causa, & Fiscus aequiparantur *d. l. fin. C. de Sac. Eccles. §. si minus Auth. de non alien. Tiraq. de pia caus. pr. 126. peregrin. di Iur. Fisci lib. 6.*
2 *tit. 2. n. 5. vbi tamen n. 11. & 12.* probat Ecclesias, & minores esse magis priuilegiatos.
3 Ergo multo magis priuilegia Fisci competent pauperi, cuius causa est pia, & magis pia, & praesertim quia Fiscus, est, vel praesumitur Diues, *ad tradita in V. pia causa, & in V. Dubium.*

PRIVIL. CLXIV.

Forensis.

SVMMARIVM.

1 *Valet statutum incapacitans forensem ad acquirendum, sed eo non obstante potest Forensis acquirere ex causa Alimentorum n. 2. quando est pauper n. 3.*

1 Quamuis valeat statutum, ne possit aliquid forensi donari cedi, vel relinqui, *ad tex. in l. Dudum pen. vbi Bart. C. de contr. empt. Bart. in l. fin. n. 20. C. de Sac. Eccles. Bal. & Ang. in l. ea lege C. de Condic. ob caus. & post Alex. & Tiraq. tradit Sard. de Alim. tit. 8. priu. 41. n. p.*
2 Attamen ex causa Alimentorum potest forensi relinqui, non obstante statuto *Zabarell. Cons. 66. sub finem Plot. cons. 19. nu. 84. & post Gemin. & Abbat. tradit Sard. de Alim. tit. 8. prim. 41. nu 3. & tit. 6. q. 9. n. 7.*
3 Sed hoc procedit solum quando is cui relinquitur Alimenta est, pauper, non habens aliunde, vnde se alat, *Lancellott Gall. in Consuet. Alexand. in vers. soldos n. 25. & seq. & n. 73. Sard. de Alim. tit. 8. priu. 41. n. 5. Ad quod vide si placet, quae dixi in V. Alimenta.*

PRIVIL. CLXV.

Forus I.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum Rei, etiam si Actor sit Senator, & Reus seruus n. 2. etiam si actor sit Clericus, & Reus Laicus n. 3.*
4 *Pauper conueniri potest, & trahere laicum coram Ecclesiastico, contra n. 5. sed respondetur n. 6. & seq etiam in causa prophana n. 11. etiam non data negligentia secularis n. 12.*
6 *Ad soluendum Legatum Pium, etiam Laicus conueniri potest coram Ecclesiastico.*
Causa pia tractanda est secundum Canones.
7 *Relicta Ecclesiae, & relicta pauperibus aequiparantur.*
8 *Causa pia tractanda est coram Ecclesiastico.*
9 *Pauperes, et miserabiles sunt sub Ecclesiae protectione.*
10 *Potest Vidua, Laicum conuenire coram Ecclesiastico.*
13 *Pauper, etiam non oppressus trahit coram Ecclesiastico, sed miserabilis, & non pauper non trahit, nisi oppressus, vel post negligentiam sui Iudicis n. 14.*
15 *Pauper renunciare non potest priuilegio fori.*
16 *Pauper in causa Alimentorum, multo magis trahit coram Ecclesiastico.*
17 *Episcopus habet potestatem in Laicos in Causis Piis non obstante Constitutione contraria.*
18 *Propterea ad pias causas potest adiri Iudex Ecclesiasticus contra quoscunque, & huiusmodi causae sunt mixti fori.*
19 *In causis mercedum, & miserabilium procedit Episcopus non obstantibus exemptionibus.*

1 Quamuis Actor sequatur forum Rei *c. cum sit generale 8. de Fori. comp. l. 2. C. de Iurisd. omn. Iud. dixi D. 86. n. 7.* quod ampliatur etiam

2 si Actor sit senator, & Reus sit seruus, l. 3. C. *vbi*
3 *caus. status*, & locum habet, etiam si Actor sit Clericus, & Reus sit Laicus *c. si Clericus Laicum 5. de for. complet.*

4 Attamen pauperes, etiam agendo conuenire possunt, & trahere Laicos coram Ecclesiastico, *ad tex. in c. super quibusdam 27. sub finem de verb. sign. ibi*, Pupillis Orphanis, & personis Miserabilibus tenearis in Iudicio Ecclesiastico respondere *c. significantibus 33. vbi Abb. de off. deleg. c. ex parte B. 15. de for. com. c. p. ne Cler. vel Monach. c. sicut Episcopum p. q. 2. Auth. vt 11. qui obligat. §. fin. in fin Ab. in c. super quibusdam n. 4. de verb. sign. & in c. caeterum 5. de Iudic. n. 16.* licet ibi, loquatur in miserabili oppresso *Castrens. post Archidiac. & alios in l. vnic. n. 4. in fin. Quan. Imper. int. pup. & vid.* vbi generaliter loquitur de miserabilibus oppressis, *Paris ad Bart. in d. l. vnic. C. quand. Imper. n 4.* vbi quod *ex. in d. c. super quibusdam licet generaliter loquatur, per Canonistas tamen in d. c. significantibus de off. deleg.* restringitur ad pauperes *Marant. de ord. Iudic. Dist. 78. Felin. in c. significantibus n. 4. de off. deleg. & in c. si diligenti de for. comp. nu. 16. Peregrin. de iur. fisci lib. 3. tit. 18. n. 58. Diana qui allegat Angian. & Tanner. & reprobat Couar. p. p. to. 2. de Immunit. Eccles. Res. 90.* vbi asserit hanc affirmatiuam sententiam esse omnino tenendam, eamq; comprobat authoritate Doctorum, & textuum.

5 Contrarium sensisse videtur *Couar. pract. q. c. 6. n. p.* vbi fatetur quidem affirmatiuam sententiam esse Canonistarum communem in paupere oppresso, etiam non data negligentia seculari, sed eam non admittit, & in Tribunalibus Regijs Hyspaniarum, & Galliae risui fore ait, & non posse dictam communem Iuridice procedere, *videtur sensisse post Martam Nouar. in praxi priu. miser. priu. 91. n. 5.*

Sed Couarruuias confundi posse videtur ex ijs, quae ipse met docuit *in c Relatũ p. de testã. n. 13.* vbi habet haec formalia verba (Glosa vltima
6 egregie, probat legata pia posse etiam coram Iudice Ecclesiastico peti ab ipso haerede Laico, ex verbis huius capituli, quod notant *Abb. Imol. & Barbat. hic in sec. col. aduersus Ancaran.* in qua controuersia non oportet immorari, cum causa pia sit tractanda iuxta Iuris Pontificij Constitutiones, & ideo nil mirum si eius Cognitio, & diffinitio, Ecclesiasticis Iudicibus Iure competit) *hęc Couar. ibi.*

At ego sic arguo, si Legata pia coram Ecclesiastico peti possunt, ergo etiam Legata relicta pauperibus, poterunt coram Ecclesiastico peti,
7 quia reputantur, & sunt vere Legata pia, & pari Iure censentur relicta Ecclesiae, & relicta pauperibus, *vt dixit idem Couar. in c. quamuis pactum de*
8 *pact. in sex. p. 2. §. 2. n. 2. sub finem*, & si causa pia tractanda est coram Ecclesiastico, *vt firmat idem Couar. vbi supra in d. c. relatum de testam. in verbis supra n. 6. relatis*, ergo etiam causa pauperis coram eod. tractari poterit, & debebit cum sit eminenter pia, *vt probaui in V. pia causa.*

9 Accedit ratio, quia pauperes, & miserabiles personae sunt sub Ecclesiae protectione, *c. significantibus 33. de off. deleg. & probant. Canones fere omnes 84. & 87. Dist. & per tot. Abb. in d. c. significantibus de off. deleg. & in c. super quibusdam n. 4. de verb. sign.* vbi hanc rationem adducit.

De hac tamen ratione dubitari fortasse potest, quia etiam Clerici sunt sub protectione Ecclesiae, & tamen sequuntur forũ Rei, vt dixi supra in princ. nisi dicas, quod pauperes magis indigent protectione praedicta *Confert tex. in c. ex parte 15. de*
10 *for. comp.* vbi dicitur, quod potest Vidua Laicum conuenire coram Ecclesiastico, cuius interest Viduas defensare.

11 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam in causa prophana *Abb. in c. super quibusdam nu. 4. de verb sign.*

12 Ampliatur 2. vt procedat etiam non data negligentia Iudicis secularis, *vt probat Diana p. p. tr. 2. de immunit. Eccles. Res. 117.*

13 Ampliatur 3. vt procedat etiam in paupere non oppresso *ad tex. in c. significantibus 33. de off. Deleg & in c. super quibusdam in fin. de verb. sign. & ibi Innocent. Abb. in c. licet ex suscepto n. 7 de for. comp. vbi post Innoc.* rationem adducit, quia paupertatis dicitur oppressus paupertate, *& comprobat etiam Dian. d. p. p. tr. 2. de Immun. Eccles. Res. 117.*

14 Declara hanc Ampliationem, vt in alijs personis miserabilibus, non tamen pauperibus requiratur oppressio ad hoc, vt possint adire Iudicem Ecclesiasticum contra Laicos, alias non possunt, nisi ex dicta negligentia sui Iudicis, *vt in c. ex parte B. 15. de for. comp. & in can. si quis de potentiqui 24. q. 3. Ita distinguendo docet Abb. in d. c. licet ex suscepto n. 7. de for comp.*

15 Ampliatur 4. vt pauperes huic priuilegio renunciare non possint *Felin. in c. si diligenti de for. comp. n. 16.*

16 Ampliatur 5. vt multo magis, & indubitanter possit pauper pro Alimentis conuenire Laicum, & coram Ecclesiastico *ad tex. in c. significantibus 33. de off. deleg. Bart. in l. solent n. 13. ff. de Alim. & cib. legat. Cordub. in l. si quis à liberis n. 39. ff. de lib. Agnosc. Imol. in c. Relatum de testam. Lupus in c per vestras n. 19. in 2. not. de donat. int. vir. & vxor. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 9. n. 5. Barbos. de pot. Ep. Alleg. 82. n. 9. & conferunt tradita per Cenall in Thesaur. cõmun. con. cõmun q.* an non miserabilis possit agere pro dote corã Ecclesiastico.

17 Et generaliter Episcopus dicitur habere Iurisdictionem in Laicos in causis pijs *leg. p. & ibi Bald C. de Ep. Aud. cap. p. de emp. & vend.* vbi dicitur non valere contrariam Constitutionem *Abb. ibi in vlt. not. & in c. cum sit generale de for. comp. in 2. not. & post alios tradit Tiraq. de pia caus. pr. 149.*

18 Et pro relictis ad pias causas, potest adiri Iudex Ecclesiasticus contra quoscunq; *ad tex. in l. hereditas 53. vbi gl. ff de pet. heredit. & in §. si quis autem ædificationem Auth. de Eccles. tit. l. nulli 28. l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. gl. in c. relatum huius nominis p. de testam. & ibi Abb. in fine. & post Bal, Ang. Innoc. & alios tradit Tiraq. de pia caus. d. priu. 149.* vbi in fine ait, quod omnes fatentur hæc esse mixti fori.

19 Adde, quod in causis mercedum, & miserabilium personarum, Clerici, etiam exempti coram Episcopo conueniuntur, & ad debitum soluendum compelluntur ab eo, non obstantibus exemptionibus, *vt disponit Trid. Conc. sess. 7. cap. 14. de Ref* vbi etiam dicitur, quod huiusmodi causæ ab Episcopo, etiam tamquam, sed Ap. Delegato terminantur, etiam contra Regularem si extra Monasterium degat nulla habita ratione conseruatorum.

PRIVIL. CLXVI.

Forus II.

SVMMARIVM.

1 *PAuper in quauis instantia non trahitur extra prouinciam, nisi subministratis Alimentis, & sumptibus litis,*

2 *Pauper etiã in prima instãtia trahit extra Domiciliũ.*

3 *Pauper, fori electione, & variatione gaudet, vt ibi, etiam vbi Princeps residet n. 4.*

4 *Perhorrescentia non requiritur de Iure communi, sed in Regno exigitur Iuramentum.*

1 PAuperes probata paupertate non trahuntur extra Prouinciam, etiam in 2. vel alia Instãtia, nisi pars, Alimenta, & litis expensas subministret *Conc. Trid. quod loquitur in causis matrim. sess. 24. c. 20. sub med. de reform. & tradit Medices de casib. fortuit. p. 2 q. 4. n. 44.*

2 Immo, & quod etiam in prima Instantia possit miserabilis persona trahere aduersariũ extra proprium Domicilium non obstante *l. nemo C. de Iurisd, omn. Iudic. post Caroccium Borellum, & Castileum probat Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 95 n 6.*

3 Et generaliter, quod pauper, & miserabilis persona trahat, & non trahatur, & fori electione, & variatione gaudeat, *docet Afflict. D. 157. n p. & seq.* dummodo non eligat incompetentem, & non habentẽ Iurisdictionem, vt ibi, *Amat. Dec. March. 105. Medices de Casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 24. Nouar. in praxi priu. miserab priu. 96. n. 5. & seq.* vbi probat hoc procedere, etiam in Ciuitate,
4 in qua residet Princeps, quoniam nõ exigitur perhorrescentia de Iure communi, quicquid sit in Regno, vbi ex Constitutione requiritur Iuramentum perhorrescentiæ.

PRIVIL. CLXVII.

Frater I.

SVMMARIVM.

1 *DEficientibus Descendentibus, & Ascendentibus frater tenetur alere fratrem, & sororem aliunde nõ habentes, etiam naturales, prius tenetur frater, quam haredes filij n. 2.*

3 *Tenetur Frater alere fratrem, etiam consanguineũ, vel vterinam tantum.*

4 *Frater tenetur alere fratrem, etiam male meritum de patre secus si de fratre n. 5. nisi extreme indigeat nu. 6.*

7 *Et omnes homines sunt inter se fratres, vel saltem Cognati.*

8 *Mulier persica Fratrem filio prætulit, & quare. Fratres in eodem Habitaculo antequam nascerentur, habitarunt.*

9 *Rara concordia Fratrum, immo frequens Discordia, & fere plures hostes Fratres, quam Amici, Iacob, & Esau in vtero Rebecca Bella gesserunt.*

1 DEficientibus Ascendentibus, & descendentibus, frater tenetur alere fratrem, vel sororem pauperes non habentes aliunde *gl. in l. qui filium in fin. ff. vbi pup. educ. deb. Cyn. in l. 2. nu. 2. C. de Alen. liberis Bart. in l si quis à liberis §. virũ n. 5. ff. de lib. Agnosc. Bald. cons. 103. n. 3. vol 5. Surd. de Alim tit. p. q. 25. n. p.* Adde, quod Frater Diues tenetur alere fratrem pauperum, etiam naturalem, ac spurium *Cord. in Rep. l. si quis à liberis §. idem Rescripsit n. 89. vers. sed hanc sententiam Surd. de Alim. tit. p. q. 25. n. 33. Duran. in Rom. Alimentorum D. 95. nu. 3. & n. 12.* vbi quod taxantur Iudicis Arbitrio regularendo ex qualitate Patris, & Fratris, *& ibi fuerunt taxata en rationem scut. 20. pro quol. mense, ad fauorem fratris naturalis Marchionis Castani.*

2 Ampliatur pr. vt Frater prius teneatur alere fratrem, quam ad id teneatur hæredes filij, *Bart. in l. si quis à liberis §. idẽ rescriptum ff de lib. Agnos. Berons. cons. 186. col. p. in fin. vol. p & q. Fam. 18 n. 4. Rum. cons. 94. n. 17. in fin. vol. 5. Cordub. in d. l. si quis a liberis §. idem rescriptum n. 4. ff de lib. Agnos. Surd. de Alim. tit. p. q. 108. n. p. vbi reprobat Cyn. contrarium sentientem*, & adducit rationem, quia obligatio hæredum est omnino subsidiaria, & qui habet Fratrem Diuitem non dicitur esse in extrema Inopia.

3 Ampliatur 2. vt Conclusio procedat, etiam in Fratre, non solum vtrinq; coniuncto, sed etiam in Consanguineo tantum vel vterino tantum, *ad tex. in l. qui filium sub finem ff. vbi pub. educ. deb. Bald. cons. 103, n. 3. vol. 5. & alij relati per Cord. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit n. 86. ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim tit. p. q. 25. n. 6. & 17.*

Amplia-

4 Ampliatur 3. vt procedat, etiam in fratre, de Patre male merito, ac ab eodem etiam exhæredato, quoniam adhuc is alendus est à Fratre, non quidem Iure hæreditario, sed Iure Sanguinis, *ad tex. in leg. cum plures 13. §. cum tutor ff. de tut. Rat. Distraben. Bald. conf. 103. n. 3. vol. 5. Bald. Nouell. de Dote p. 6. spec. 16. Io. Lup. in c. per vestras in 3. not. §. 24. n. 4. de Donat. inter vir, & vxor, Sard. de Alim. tit. p. q. 25. n. 7.*

5 Limitatur pri. vt non procedat in fratre male merito de ipso fratre; quoniam ex Ingratitudine possunt Alimenta denegari *Cordub. in l. si quis à liberis §. idem Iudex n. 37. ff. de lib. Agnosc. Sard. de Alim. tit. 5. q. 15. n. 2.* vbi arguit à maiori, nam si Filio Ingrato denegantur Alimenta, multo magis Ingrato Fratri cui sunt minus debita, vt ibi per eum.

6 Quod tamen poterit forte sublimitari quando Frater, ita male meritus, reperiretur in extrema egestate constitutus, & in periculo fame pereundi, tunc enim Frater teneretur eum alere, si non Iure Sanguinis, saltem Iure Cognationis humanæ, & ex præcepto Charitatis, *de quo dixi in V.*

7 *Elemosina*, & quo quilibet extraneus obligatur. Immo nemo tunc extraneus dicendus est, sed tunc maxime omnes Fratres videmur iuxta *tex. Ioan. c. 3.* qui viderit Fratrem suum necessitatem habentem, & clauserit viscera misericordiæ suæ, quomodo Charitas Dei est in illo? & sane Fratres sumus, non solum carnaliter in Adam, sed etiam spiritualiter in Christo, & cognationem quandã inter homines natura constituit, *l. vt vim 3. ff. de Iust. & Iur. et vt cecinit D. Seu. Boet. de consl. Phylos. lib. 6. metro. 3.* omne hominum genus in ternis simili surgit ab ortu, Vnus omniũ Pater est, Vnus cuncta ministrat, mortales cunctos edit nobile germen.

8 Vltimo pro Coronide ad Amorem Fraternum excitandum, lege si placet, quę satis eleganter, ac moraliter scripsit *Plutarch. in opusc. de fraterno Amore*, vbi inter cætera sic habet (Frater recuperari non magis potest, quam manus abscissa, aut erutus oculus, vnde præclare mulier illa persica dixit cum fratris salutem saluti liberum antetulisset, posse aliam se prolem nancisci, fratrem vero parentibus amissis non posse. *Adde Petr. lib. p. de Rem. vtriusq; Fort. Dial. 84.* Fratres in eodem habitaculo, ante quam nascerentur habitarunt, *& Ps. 132.* quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum; *& Eccl. 25.* in tribus placitum est spiritui meo Concordia fratrum, Amor proximorum, vir, & Mulier bene sibi consentientes.

9 Sed tamen huiusmodi concordiam desiderare magis possumus, quam sperare, est enim omnino magis exoptabilis, quam impetrabilis, *vnde cecinit Ouid. p. met.* Fratrum quoq; Gratia rara est, & *eod. lib.* sed prius, tanta est discordia fratrũ, Idq; non solum Romulus, & Remus testantur, sed primi omnium fratres Cayn, & Abel, *gen. c. 4.* & Esau, & Iacob in vtero Rebeccæ Bella gesserunt *vt dixit D. Hieron. ad Rusticum in c. in Apibus 7. q p. & Plut. de fraterno Amore* Ego (inquit nostra ętate, non minus raram Fratrum Amicitiam, video esse, quam fuerint quondam odia Fratrum, *et Petr. lib. p. de Rem. D. 52.* pene laboriosius est exquirere, qui amici fratres fuerint, quã qui hostes, *& eod. lib. p. Dial. 84.* nescio an Fraterno vllus Amor maior esse debeat, an vllum odiũ maius sit an indignatio vlla profundior.

PRIVIL. CLXVIII.

Frater II.

SVMMARIVM.

1 *AN Frater à fratre possit in solidum exigi.*
2 *Frater pro debito ciuili non potest ad instantiã Fratris carcerari.*

1 AN Frater vtrinq; coniunctus pauper debitor Fratris, possit ab eo in solidum exigi vltra, quam facere potest, non deducto, ne egeat, quæstio est, in qua, affirmatiuam *post gl. & Bart. secuti Bal. in l. verum in princ. in V. fraternitatis ff. pro Soc. & post Iacob. de Rauen. & Nicol. de Neap. Beat. de Inop. Debit. c. 17. nu. 80.* sed negatiuam videlicet, quod Frater pauper non teneatur, nisi deducto ne egeat *secuti sunt Io. Fab. & Aug. in §. sunt præterea vers. sed & si quis, & Ias. ibid. nu. 4. insti. tit. de action. & probat. Surd. de Alim. tit. p q. 78. n. 6 & Dec. 119. per tot,* dicens contrariam sententiam duraiß imis, & surdum *sequitur Pescbal. de patr. pot. p. 2. c. 9. n. 29. & Mausonius de Causis exequtiuis limit. 16. nu. 1. & seq. Senatus tamen Mantuanus coram Surdo d. Dec. 119. mediam sententiam secutus,* firmauit posse quidem Fratrem in solidum conueniri, sed non carcerari, & Ego ipse

2 in facti contingentia dum loco Illustrissimi V. Legati Ferrariæ, ex causa Belli impediti Audientias expediebam, ita iudicaui pro Hebreo, per duos menses in Carceribus detento ad instantiam Fratris pro summa librarum quinquaginta sex, Mandaui, enim illum excarcerari, talibus Iuribus realiter exequendis.

PRIVIL. CLXVIII.

Fructus.

SVMMARIVM.

1 *PAuper appellans, etiam à tribus, obtinet commissionem cum Clausula Reseruatis fructibus, & expensis in fine litis.*
2 *Paupertas est iusta causa reseruandi fructus, & expẽsas in fine litis, etiam in re iudicata.*
3 *Ad effectum Reseruationis prędictę, paupertas qui modo*

modo probetur.

4 *Æquitas suggerit, vt pauper audiatur reseruatis fructibus.*

1 APpellans a sententia, etiam lata vigore Breuis, vel a tribus, allegans paupertatem obtinet commissionem cum Clausula Reseruatis fructibus, & expensis in fine litis *vestr. in praxi lib. 8. Cap. de Restitut. in integ. vers. quod si is qui restitutionem petetet Garzia de Benef. p. 6. c. 3. n. 106.*

2 Et quod paupertas sit Iusta causa reseruandi fructus. & expensas in fine litis, & quod stante paupertate, etiam in re Iudicata, Signatura rescribat dimissa possessione, & reseruatis fructibus, & expensis in fine litis *docet Cassad. qui disputat hinc inde, & in fine ceteri ita conclusum Dec. 11. de Rescript per tot.* & loquitur in tribus conformibus, *Rota in Perusina Dotis D. 249. n. p. & in ead. D. 250. n. 2. p. 4. Diuers. Beltram. ad Ludouis. in Anconitana Bonorum D. 361 n. 3. & 5. Buratt in Lucana Bonorum D. 330. per tot.*

3 Declaratur, vt ad effectum Reseruationis prædictæ paupertas sit plene probanda, *Rot. in d. Perusina Bonorum D. 249. n. p. & D. seq 250. nu. 5. p. 3. Diuers.* sed stante Clausula Constito de paupertate Arbitrio Rotæ, rigor probationis temperatur *Crescent. D. 287 de testam. Rot. in d. Perusina Bonorum D. 250. n. 2. p. 4 diuers.* vbi etiam n. p. videtur sensisse, quod etiam extra Clausulam Arbitrio Rotæ, paupertatis probatio Iudicis Arbitrio relinquatur.

4 Et cum Arbitrium regulandum sit ab æquitate, omnis æquitas suggerit, vt stante paupertate, quis audiatur reseruatis fructibus *Rota in Cesenaten. de Aldinis coram Coccino 9. Nouembris 1609. quam refert Beltram. de Ludouis. in d. Anconitana Bonorum D. 361. n. 5.* vbi addit alias Authoritates, & rationes, & subdit, quod præceptum impossibile non ligat, & quod alias pauper si bonum Ius foueret cogeretur causam deserere, & quod in hac materia, paupertas est maxime considerabilis ad effectum, vt fructus stante Clausula Arbitrio debeant reseruari in fine litis, & quod sit maxime considerabilis ad effectum, vt fructus (stante Clausula) Arbitrio, debeãt reseruari in fine litis, *suadent. notata in c. olim vbi gl. & Abb. in princ. Io. Andr. in fine. Butr. n. 2. de Rest. Spol. cum alijs adductis à Lancellotto de Attentatis p. 3. c. 31. n 146. dixit Rota in Cesar Augustana Dismembrationis D. 363. n. 3.*

Vltimo ad materiam *vide quæ dixi in V. expēs.*

PRIVIL. CLXIX.

Furiosus.

SVMMARIVM

1 *DIfferunt Furiosi, mentecapti Dementes, Stulti lunatici, fatui, Sunt tamen omnes miserabiles si patiuntur mentis alienationem n. 2 & aliquando dicta nomina confunduntur n. 3.*

4 *Stultitia, et fatuitas æquiparantur. sic et furiosus, & lunaticus.*

6 *Furor, et stultitia aliquando æquiparantur.*

7 *Stultitia sumitur aliquando pro simplicitate negligentia, et ignorantia magis voluntaria, quã intellectuali, cui lex non succurrit.*

8 *Stultis non succurritur. sed errantibus.*

Stultorum infinitus est numerus: stultorum exaltatio ignominia: Stultus tacens, Sapiens reputatur.

9 *Paupertas aliquãdo prouenit ex stultitia inexcusabili.*

10 *Priuilegia Furiosorum, ac Dementium, pauperibus communicantur.*

11 *Actus pro Furioso, gratis celebrantur, sic & pro paupere n. 12.*

13 *In aliquibus, miserabilior est Demens, quam pauper, & quare.*

14 *Mente captus miserabilior videtur, quam mortuus. Sed & pauper n. 15.*

1 QVamuis differant inter se. Furiosi, mẽtecapti Dementes, Stulti, Lunatici, Fatui, *vt docet*
2 *Nouar. de elect. fori sect. 2 q. 42. et seq.* hi tamen õnes vidẽtur miserabiles personæ *Franch. D. 008. Nouar. de elect. for. sect. 2. q 44. et seq.* vbi infert ad multa, quod intelligo, quando patiuntur omnimodam mentis Alienationem, tunc enim æquiparantur, *ad tex. in l. si furiosi 25. C. de nupt. iuncta leg. tam dementis 28. C. de Ep. Aud.* vbi pro
3 eodem sumuntur Furiosi, & Dementes, & mente capti. Adde si placet Amentes *iuxta tex. Deut. c. 28.* percutiat te Dominus Amentia. *idemq; probat tex. in l. obseruare 6. ff. de Bon. eorum ibi,* ne temere Curator detur, pleriq; enim furorem, vel Dementiã fingunt, vt Curatore recepto Ciuilia onera detrectent, vbi furor, & Dementia confunduntur.

4 Sic & fatuitas, & Stultitia exequantur, *ad tex. in c. legimus 93. Dist. ibi,* Legimus in Isaia, fatuus, fatua loquitur, in meo autem Cod. qui est vltimæ impressionis Vaticanæ *Isaias c. 33.* sic ait, Stultus fatua loquitur. *Adde tex. in l. 4. ff. de aedilit. Edict. ibi,* licet Dominus sapientem seruum præstare non debeat, si tamen ita fatuum. & morionem vendidit, vt nullus eius vsus sit, tenetur.

5 Sic, & Furiosus, & Lunaticus æquiparantur *in l. Bouem. 43. §. aliquando ff. de adil. Edict. ibi,* non expedit Domino seruum habere, si Furiosus, aut Lunaticus sit *Adde tex. Matt. 17. ibi.* Domine miserere filio meo, quia Lunaticus est.

6 Nota etiam, quod licet Stultitia, & Furor, seu Stultus, & Furiosus aliquando æquiparentur sumendo Stultitiam pro omnimoda mentis alienatione prout forte sumi potest. *in l. fin. C. Arbitr. tut. ibi,* Creditur Inuentario, non enim sic homo simplex, immo magis Stultus inuenitur, vt in eo scribi contra se aliquid patiatur, *& Eccles. 10.* Stultus, omnes Stultos æstimat. *& Iud. 19.* Cessate

ab

ab hac Stultitia, *& 2. Reg.* noli Frater mi, noli facere hanc Stultitiam.

7 Attamen aliquando Stultitia sumitur pro simplicitate, negligentia, Ignorantia quadam fortasse magis voluntaria, quam intellectuali, quam Lex adiuuare, vel fouere non solet, Immo potius eam excutere consueuit, *ita probat tex. in l. si hæres 3. ff. ad leg. Falc. ibi,* si vendat hæres hereditatem, quæ soluendo non est, id quod consequitur, non ex hæreditate habet, sed ex Stultitia Emptoris, *& tex. satis expressus in l. Regula 9. §. p. in fin. ff. de Iur. & Fac. ignor. ibi,* Stultis non solet succurri, sed errantibus, *& in l. seruus 4. ff. quod vi, aut Clam. ibi,* ne melioris conditionis sint Stulti, quam periti.

8 Et fortasse in sensu simili, stultitia sumitur apud sapientem *Eccles. p. ibi,* Stultorum infinitus est numerus, *& pro. p.* prosperitas Stultorum perdet eos, *& pro. 3.* Stultorum exaltatio Ignominia, *& pro. 30.* est qui Stultus apparuit, postquam eleuatus est in sublime, vbi sumitur Stultus pro Insipiente, *vt declarat alius tex. pro. 26. ibi,* sicut qui mittit Lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit Insipienti honorem, *idemque probat tex. Eccles. 10. ibi,* Cor Sapientis in dextera eius, Cor Stulti in sinistra eius, *& pro. 17.* Stultus quoq; si tacuerit, Sapiens reputabitur.

9 Et quam uis negari non possit quin ex hac postrema specie Stultitiæ non excusabilis, aliquando paupertas proueniat, vt experientia docet, *& diximus V. priuilegia.*

10 Attamen priuilegia Furiosorum, Dementium, & similium, pauperibus communicantur, *Rom. in l. si vero §. de viro in 56. Fallen. ff. sol. matr. Addēs ad Ias. in l. ne quicquam §. vbi Decretum ff. de off. proc. & leg. n. 2.* dicens extentionem Ludouici fieri ab Afflictione Animi, quam patiuntur Dementes ad Afflictionem facultatum, qua præmuntur pauperes, *post Barbat. tradit Rota Marchiæ Dec. 105. n. 4. quæ est Dec. 33. in impressis post Nonar. de elect. fori.*

11 Infertur, quod sicut in Actibus pro Furioso, Demente, mentecapto celebrandis, gratis cuncta procedunt, ne tale hominum Infortunium, expensarum quoq; detrimento prægrauetur, *vt disponit tex. in l. tam dementis 28. C. de Ep. Aud. & in l. si*

12 *furiosi 26. C. de nupt.* Idem dicendum erit in actibus pro paupere celebrandis, vt in his terminis, *docet Roman. in d. l. si vero §. de viro in 46. Fallens ff. sol. matrim. et sequitur Iason l. nequicquā §. vbi decretum n. 2. ff. de off. proc.*

13 In aliquibus tamen miserabilior videtur esse Demens quam pauper, nam pauper facilius, saltem inuenire pecuniam potest, quam Demens sapientiam *vnde pro. 17.* dicitur quid prodest Stulto habere Diuitias, cum Sapientiam emere non possit, Ad quod vide, quæ copiosius *dixi p. 3. c. p. Rem. 13.*

14 Immo mente captus miserabilior videtur, quā mortuus, *vnde Eccli. 22.* dicitur, supra mortuum plora, defecit enim Lux eius, supra fatuum plora, deficit enim sensus eius, Luctus mortui septē Dies, fatui, & Impij omnes dies, ad quod vide, quæ *dixi plenius p. p. q. 3.*

15 Non tamen omittas hic, quod etiam paupertas videtur aliquando miserabilior morte, *vnde Eccli. 40.* fili noli indigere, melius est enim mori, quam indigere, Ad quod vide *quæ dixi latius in V. misericordia.*

PRIVIL. CLXX.

Furtum.

SVMMARIVM.

1 Pauper potest pro necessitate furari.

2 Quod quis ad tutelam corporis facit, iure facit.

3 Ab omni lege, extrema necessitas est exempta, & facit licitum, quod erat illicitum etiam in Vigilijs, & Festis.

4 Paupertas est species necessitatis, & nulla sanior miseriorq; necessitas, quam fames.

5 Tempore necessitatis omnia sunt communia, vel saltem communicanda.

6 Furtum proprie est contrectatio Rei alienę inuito Domino, vel late, qualibet Illicita vsurpatio, vt mechia quilibet Illicitus concubitus n. 7.

8 Quod mihi commune est, meum est, quo ad partē saltē.

9 Quod commune est, non potest proprie dici proprium. Ab Initio erant omnia omnibus communia.

10 Socius auferens rem communem, admittit furtum.

11 Pauper in necessitate surripiens, vtitur re ad vsum destinatum.

12 Ad excusandum à furto, an requiratur extrema, vel sufficiat grauis necessitas, & n. 13.

13 Ex necessitate famis, Matres, proprios filios comederunt. Alij carnes proprias comederunt, minuendo corpus alentes, alij sitim sua, & Iumentorū vrina torserunt.

14 In paupere, qui ex necessitate graui, licet non extrema furatur, culpa, & pœna minoratur.

15 Extra necessitatem furari non licet etiam ad Sanctos pauperes alendos sicut nec Adulterari ad filios procreandos.

16 Propter peccata, Elemosinas facere oportet, non propter Elemosinas, peccata perpetrare.

17 Pro necessitate famis proximi cui non possit alio modo subuenire, licet furari.

18 Potest Monachus Elemosinari extreme indigenti, de bonis Monasterijs.

19 Tempore necessitatis potest quis, se, & Animal suum saturare de fructibus fundi alieni, præcipitur Ieiunium, etiam pecoribus, & prohibetur etiam Iumēto operari in die festo.

20 Licet in necessitate furari, non solum comestibilia, sed etiam alia.

Mili-

21 *Milites tempore necessitatis, possunt victualia deprædari.*

22 *Milites caueant, ne militiam in lasciuiam, & malitiam vertant, contenti debent esse stipendijs suis. Miles vnde dicatur, & quid de militibus Lucanus canat.*

23 *Famulus potest Domino salarium surripere, quando non potest illud aliter consequi.*

24 *Paupertas regulariter non excusat à peccato, Debemus quælibet mala pœnæ pati potius, quàm malo culpæ consentire.*

25 *Pauper, qui furatur ob extremam necessitatem, excusatur a culpa, & pœna in vtroq; foro.*

26 *Non est grandis culpa furari, quando grandis est paupertas, At quando est extrema paupertas, tunc furari, nulla est culpa, immo culpa foret, non furari.*

27 *Alimoniam necessariam negare, est necare.*

28 *Qui se ipsum occidit, homicida est, quia hominē occidit.*

29 *Apud lacedemones licebat impune furari, & quare.*

30 *De Iure Ciuili pro furto, nec seruus moritur, & quare consuetudo auxerit pœnam furtis, & minuerit pœnam Adulterij.*

31 *Pauper indigens extreme, potest occidere impedientem ei furtum.*

32 *Quare liceat ad vitam tuendam occidere, & non mœchari, & n. 33.*

Præceptum affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper, negatiuum ad vtrumque.

33 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, & non alijs imputare.*

34 *An liceat mulieri fornicari pro extrema famis necessitate, hic, et vsq; ad n. 47.*

35 *Mulier violenter cognita non peccat, quando vis est præcisa, secus si conditionalis n. 36.*

36 *Agens ex vi præcisa magis pati, quam agere dicitur.*

37 *Voluntas conditionaliter coacta, voluntas est saltem secundum quid, et facit de nolente volentem, quæ vult magis fornicari, quam mori, illa vult.*

38 *Non parcitur ei, quæ paupertatis obtentu, turpissimā vitam egit.*

39 *Non potest Mulier se occidere, ne vi violetur etiam si timeat consentire.*

40 *An liceat hominem occidere pro castitate tuenda.*

41 *Seipsum occidere numquam licet, licet tamen aliquando permittere se occidi.*

42 *Vxor, corpus suum Marito dedit, non concumbere, sed viuere cupienti.*

43 *Fornicari non licet etiam ex famis necessitate.*

44 *Cum moderamine inculpatæ tutela, licet aliū occidere, sed non fornicari.*

45 *Ad vitam tuendam licet abscindere membrum, sed non emittere semen, vt ibi.*

46 *Seruitutis, & stupri, Iustus est metus.*

47 *Quare liceat ob necessitatem furari, et occidere, at nō mœchari.*

48 *Qui ob paupertatem fornicatur, leuius punitur.*

49 *Qui potest mendicando quærere, licet nobilis, furari non potest.*

50 *Dicens, fodere non valeo mendicare erubesco, non audītur quo ad secundum; est enim hic vitiosus pudor.*

51 *Aliqui debent pænitentiæ pœnitentiam agere: Alij pudoris pudorem habere.*

52 *Qui potest laborando victum quærere, furando non excusatur.*

53 *Pauper etiam extremus, non potest auferre ab æque paupere.*

54 *An in necessitate surripiens, teneatur restituere deueniens ad pinguiorem fortunam.*

55 *Absolutus ab Excommunicatione in mortis articulo à non habente potestatem, conualescens tenetur accedere ad habentem potestatem sub pœna Reincidentiæ.*

56 *Absolutus in mortis articulo à reseruatis à non habente potestatem, semper manet absolutus.*

57 *Absolutio à peccatis non recipit Conditionem suspensiuam.*

58 *Ei, qui vult surripere pauperi, an consulere liceat vt surripiat Diuiti.*

59 *Pauper non industrius, breui factus Diues, an præsumatur ex alieno acquisiuisse.*

60 *Acquisita à tutore non præsumuntur acquisita ex Bonis pupilli, et quare.*

61 *Quæ dicatur quantitas notabilis in furto.*

62 *Furtum à paupere factum leuius est, pauperi autem factum, grauius.*

1 PAuper surripiens pro necessitate famis, vel nuditatis, excusatur, *c. Discipulos de Cons. D. 5. c. fin. 25. q. p. c. si quis propter necessitatem 3. de furtis, & ibid. gl. Archid. in c. pœnale 14. q. 5. Cagnol. qui de communi testatur in l. quæ propter necessitatem n. 4. ff. de Reg. Iur. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 10. Abb. in c. 3. de furtis in c. quoniam de Simon. et c. cum homines 7. de Decim. nu. 5. D. Thom. 22. qu 66. art. 7. Nauar. in man. c. 17. n. 118.*

2 Prima ratio huius conclusionis, tam naturalis, quam Ciuilis sit, quoniam quod quisq; ob tutelam sui corporis fecerit, Iure fecisse existimatur, *l. vt vim 3. ff. de Iust. & Iur.* intelligo non solum Iure Ciuili, sed etiam naturali.

3 Secunda sit ratio, quoniam necessitas non habet legem, nulli subiacet legi, & omne illicitum facit licitum, *c. quando 4. de Consuet. ibi,* ex necessitate, quæ legem non habet. *c. quod non est licitum 4. de Reg. Iur. ibi,* quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, & exemplificat in Sabbato, & ieiunio, & sic in Vigilijs, & Festis *c. 2. de obseru. Ieiun. ibi,* cum non subiaceat legi necessitas, *c. exit. 3. de verb. sign. in sex. ibi,* ab omni lege extrema, necessitas est exempta *Dec. & Cagnol. in l. quæ propter ff. de Reg. Iur. late Ant. Franch. ad Abb. in c. quanto n. 12. de consuet. latius Cepoll. de vsucap. pro empt. in l. si contra n. 21. latissime Tiraq. de pœn. tem. peran. caus. 33. n. 3. & 4.* vbi quod paupertas est species necessitatis, *& n. 7. in fine,* vbi

4 quod inter cæteras necessitates nulla est sæuior, miseriorq; quam fames.

Tertia

5 Tertia ratio esse potest, quoniam tempore necessitatis omnia sunt communia, vel saltem communicanda, *l. 2. §. cum in eadem ff. ad leg. Rhod. de iactu. can. sicut 47. Dist. & vtrobique glosa,* intelligunt communia, idest communicanda, *gl. & Abb. in c. si quis propter necessitatẽ de furt. & in c. cum homines n. 5. de Decim. et in c. quoniam 40. de Simon. n. 5.* vbi magistraliter loquitur, *Dec. cons. 697. n. 16. D. Thom. 22. q. 66. art. 7. Couar. in Reg. pec catum p. p. §. p. n. 3. vers. ex furti definitione Nauar. in man. c. 17. n. 61. in fine, et in Comment. de Elemos. n. 27.* vbi quod dictus §. cum in eadem dicit communicandas.

6 Vnde colligitur, quod supposita vera necessitate, vere non committitur furtum, quod proprie est Contrectatio Rei alienæ inuito Domino, *§. furtum inst. tit. de furt.* & late sumpto vocabulo,
7 est quælibet illicita vsurpatio, sicut mechia quilibet illicitus concubitus, *vt est tex. in c. meretrices 32. q. 4. desumptus ex Aug. lib. 5. quæst. Deut. q. 37. ad c. 23. Deut.*

8 Quod autem mihi commune est, dici potest aliquo modo meum, saltem quo ad partem, *l. serui electione 5. §. p. ff. de leg. p. l. in re communi 25. ff. de seruit. Vrban. præd. gl. in l. si cum vno 4. ff. si ex nox. caus. agatur in V necessitas vbi Additio ex Bald* dicit verum in Indiuiduis *Bart. ibid. n. p.* vbi se remittit *ad latius tradita in d. l. serui electione.*

9 Vel saltem, cũ quod commune est, non dicatur proprie proprium, non poterit Diues, quod commune sit à necessitate, proprium, vel proprie suum appellare *ad tex. D. Ambr. in his terminis in can. sicut 47. Dist. ibi*, proprium nemo dicat, quod commune, & in fine ibid. esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, *et tex. in can. dilectissimis 12. q. p. ibi*, communis vsus omnium, quæ sunt in mundo, omnibus esse debuit, sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, alius istud, & sic facta est Diuisio, *et tex. act. Ap. c. 4* nec quisquam eorum, quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Non est tamen omittendum, quod ratio illa, quod scilicet tempore necessitatis omnia sint communia, aliquibus, & præsertim Surdo mox allegando non videtur concludens ad excusandum à furto, quoniam Socius auferens rem communem
10 committit furtum *l. Rei communis 45. ff. pro soc.* & ratio rationis est, quia non est Dominus, nisi pro parte, vnde pro parte non sua, contrectat rem alienam inuito Domino, & sic furtum admittit *ad tex. in §. furtum inst. tit. de furt.*

11 Quarta ergo ratio Cõclusionis adducitur, quod pauper tempore necessitatis, dicitur vel re propria ad visum illum destinata *gl. in c. si quis propter de furtis, & post Ancar. & alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 6.*

12 Sed an ad excusandum à furto, extrema requiratur necessitas, an sufficiat valde grauis, grauis est quæstio, & quod extrema requiratur, communis est, *quam sequuntur Azzor l. nortaum, Valentia Sotus, Reginaldus, Caietan. Solonius, Granadus, quos in loco mox allegando allegat Diana*, Immo quod extra necessitatem famis, furari non liceat, *colligi videtur ex traditis à Tiraq. de Retract. l. gnag. §. 26. gl. p. n. 23.* vbi generaliter firmat concessa pro famis necessitate non trahi ad alias, quia non sunt pares *Abb. in c. quoniam 40. de Simon. n. 5.* vbi quod debet esse necessitas ineuitabilis, ex qua quis fame periret ad excusandum ex toto a furto *Ant. Franc. ad Abb. in c. quanto de consuet. nu. 12.* vbi quod debet esse necessitas sine qua non, *Masc. de de prob. Conclus. 5. n. 103.* vbi subdit (intellige prædicta cum grano Salis, ne sub specie necessitatis, non solum defendas, sed præbeas indifferenter aditum ad furandum contra conscientiam. *Adde Sur. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 10. confert tex. in c. Discipulos de Cons. Dist. 5 ibi*, quia coacti fame, hoc fecerunt *& tex. Lucæ c. 6 ibi*, non legistis quid fecerit Dauid. quando esuriit, quod panes propositionis comedit, *& induatur etiam in can. ideo 25. q. p. & narratur p. Reg. 31. Adde tex. Hierem. c. 4.*
13 *ibi*, manus Mulierum misericordium coxerunt filios suos, *idque prædicatum legimus 4. Reg. 7. ibi*, Coximus filium meum, & comedimus, illa vero abscondit filium suum, &c. *Adde Val. Max. lib. 7. memorab. cap. 6 ibi*, Ad vltimam vsq; penuriam compulsi, sua, iumentorumque suorum v.ina sitim torserunt, lustius dixerim, quam sustentauerunt, quia dum vinci timent, id passi sunt, quod ne victor quidem eos pati coegisset, & de vi necessitatis famis, plura *refert Tiraq. de Retrac. Lignag. §. 26. gl. p. nu. 24. & seq.* vbi plus probat multos famis necessitate, coactos proprias carnes laniasse, *vnde & Ouid. lib. 8. metam.*

Ipse suos artus lacero diuellere morsu.

Cæpit, & Infelix minuendo corpus alebat.

Et tamen, vltimum malorum appellat, *Sen. de Breuit. vitæ ibi.*

Aderat obsessis vltimum malorum, Alimentorum egestas, & quæ famem sequitur, malorum omnium Ruina.

Sed quod necessitas etiam valde grauis sufficiat licet nõ sit extrema, *censerunt Bonacin. Maldonat. Lessius, Petrus a Nauarra. Ang. Medina. Syluester. Nauarrus, quos sequitur Diana p. 2. tr. 17. et 3. Miscellan. Res. 29. & iterum idem Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 23. vers. sed ego, vbi addit Corninch. vigens. Vasq. Hurtadum, Castrum, Ducasllũ.*

14 Illud vtiq; extra controuersiam versatur, quod licet necessitas non sit extrema, sed magna, adhuc saltem culpa, & pœna minoratur, & alleuiatur in surripiente *Cagnol. in l. qua propter necessitatem ff. de Reg. Iur. n. 4.* vbi quod ita intelligitur *tex. in d. c. si quis propter de furt.* quat. dicit, vt pæniteat, *idemq; sensit Abb. in c. quoniam 40. n. 5. de Simon. Tiraq. de pan. temper. caus. 33. n. p. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 10.*

Con-

Confert *Plut. in lib. politicorũ ibi*, maiore odio Diuitem Populus prosequi solet, nihil per Benignitatem depromentem, quam Inopem, & Egenum, qui Bona surripiat publica, hoc enim, necessitate acerba Domina stipulante, illud malignitate, & contemptu fieri arbitrantur.

15 Ampliatur pr. quia licet extra necessitatem furari non liceat, etiam ad alendos pauperes Sanctos, sicut, nec adulterari ad filios procreandos, *ad tex. Aug. in can. si non sunt 32. q. 4. ibi*, nec furta facienda sunt voluntate pascendi Pauperes Sanctos, 16 nam propter peccata, Elemosinas facere oportet, non propter Elemosinas, peccata perpetrare *ad tex. Greg. in Can. non est putanda p. q. p.*

Attamen pro necessitate famis, proximi, licet 17 furari *ad tex. in c. sicut hi 47. Dist. & in can. Discipulos de Conf. Dist. 5. D. Thom. 22. qu. 32. art. 7.* vbi generaliter, quod in extrema necessitate, omnia sunt communia, & potest de alieno fieri Elemosina *Ang. in sum. V. Furtum n. 37. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 32. Nauar. in man. c. 17. n. 118.* vbi intelligit, quando necessitas est extrema, & non potest aliter proximo subueniri.

Et quod in extrema necessitate, capere possim rem alienam, vt subueniam proximo, sic indigenti si non possum ei alio modo subuenire, *sensit etiã D. Thom. 22. q. 66. art. 7. ad tertium Corradus in tract. de Schysmate lib. 5. n. 48. & post alios docet Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 6. Azzor. p. 2. lib. 12. c. 8. in fine*, vbi quod fas est Titio alienum capere; vt subueniat extremæ necessitati Caij quando Titius non habet vnde illam necessitatem subleuet, & quod hæc est communis opinio, & sic non solus ipse in extrema necessitate constitutus, sed alius pro eo potest furari, *Ang. in Sum. in V. furtum n. 17, Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 23. vers. sed ego sub initium.*

Multo magis Monachus poterit in casibus prę 18 dictis Elemosinam largiri ex Bonis Monasterij, *ad trad per D. Thom. 22. q 32. art. 7. Benincas. de paupert. q. 7. spec 7. in Iud. n. 22. Nauarr. in comment. de elemos. n. 216.*

Immo non solum licet pro proximi sui necessi-19 tate furari, sed tempore necessitatis, potest quis se; & Animal suum, forte tanquam necessarium Accessorium saturare de fructibus terræ alterius, nec ideo furtum damnabile committit, *ad tex. in c. quicunq; vbi Affl. in p. not. de pace tenenda Rolan. à valle cons. 56. nu. 8. lib. 4. confert pl. 146.* qui producit in Montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, *& tex. Ionę 3.* Rex Clamauit Homines, & Iumenta, & Boues, & Pecora non gustent quicquam, & operiantur Saccis homines, & Iumenta, *& tex. Exod. 20.* Septimo die non facies omne opus tu, & seruus, & Iumentum tuum. Et ad materiam huius ampliationis. *vide quæ dixi in V. mendicare in Ampliationibus.*

20 Ampliatur 2. vt Conclusio procedat, non solum in rebus commestibilibus, *vt loquitur tex. in d. c. si quis propter de furt.* sed etiam in vestibus data nuditate, ac etiam in alijs rebus, data necessitate comparandi victualia necessaria, quando alio modo haberi non possunt, *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 9.*

21 Ampliatur 3. vt multo magis milites tempore necessitatis possint licite deprędari victualia; *ad tex. in d. l. 2. §. cum in eadem in fine vbi gl. ff. ad leg. Corn. de iactu. & per illũ tex. hoc ibi docet Ang. quem sequitur Sebast. sap. ad Abb. in c. cum omnes 7. de Decim. n. 5. in V. Communia in lit. f.*

22 Caueant autem milites, ne limites necessitatis excędant, & ne militiam in lasciuiam vertant, *vt loquitur Tacitus in vita Agicula c. 2.* Immo caueant ne deteriori Metamorphosi militiam in malitiam, vel conuertant, vel peruertant, & ne verificent Ethymologiam *gl. in Rub. de milit. testam.* quæ sentit, quod miles dicatur à malo, quod facit, vel infert, *licet Bart. ibid.* sequtus magis id, quod fieri debet, quam quod fit, asserat quod miles dicitur à malo, quod aufert, seu à malo, a quo præseruare, aut liberare debet, & seruare meminerint Milites *D. Io. Baptista monimentum relatum Lucæ c. 3. ibi*, Contenti estote stipendijs vestris Milites, quod si fecerint, nulla fides erit adhibenda *Lucano lib. 10. de Bello Ciuili*, dum licenter, ac poetice nimis cecinit, nulla fides pietasq; viris, qui Castra sequuntur.

23 Ampliatur 4. vt multo magis possit Famulus Domino furari, quando non potest alio modo ab eo consequi salarium, sed quomodo id procedat, *vide apud Caroccium de locato p. 4. q. 13. n. 5. pag. mihi 204. à tergo.*

24 Ampliatur 5. vt quamuis paupertas regulariter non excuset à peccato, *c. quoniã 40. de Simon. ibi*, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare, *& gl. ibi in V. paupertas*; ait quod debemus potius quælibet mala pati, quam mortale peccatum operari, *c. ita ne 32. q. 5. ex Aug. ibi*, quælibet mala tolerare debes, ne malo consentias, intellige primum de malis pœnæ, secundum de malo culpæ, *c. Sacris 5. de his, quæ vi metusque caus. fiunt.* vbi quod licet in eo, qui metu inducitur ad culpam, pœna minoretur, pro nullo tamen metu debet quis mortaliter peccare *l. palam 43. §. non est ignoscendum ff de ritu. nupt. ibi*, non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam egit, *& gl. ibi in V. egit, inquit*, nota non parci malo ratione paupertatis, Confert *tex. in l. illicitas 6. ff. de off. præsid. ibi*, sub prætextu fragilitatis humanæ, delictum innoxium esse non debet.

25 Attamen, qui furatur ob extremam paupertatem, & præsertim famis necessitatem, excusatur à pœna, & culpa, tam in foro poli, quam in foro fori, tam in foro Conscientiæ, quam in foro contentioso *Archid. in can. pœnale 14. q. 5. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 4.*

Ampliatur 6. vt in casu prædicto non solum furari

rari non sit culpa, sed immo culpa esset non furari, & licet *pro. 6.* dicatur non grandis est culpa cum quis furatur, furatur enim, vt esurientem impleat Animam; & deprehensus reddit quadruplum, attamen tex. ille videtur intelligendus de simplici paupere, quod indicat Verbum esurientem, Adeo vt furari non sit grandis culpa, quando grandis est paupertas.

27 Sed si paupertas, & necessitas foret extrema, non solum grandis non foret culpa furari, sed nulla ex supradictis, immo forte tunc grandis esset culpa, non furari, fieret enim quis indirectus homicida sui, quandoquidem necessariam Alimoniã negare, necare est *l. necare 4. ff. de lib. Agnosc.*

28 Et præceptum Decalogi non occides, intelligitur hoc est, nec te, nec alterum, nam & qui se ipsum occidit, Homicidia est, quoniam hominem occidit *Aug. in Can. si non licet 23. q. 4. & vide, quæ ad hoc dixi in V. Elemosina.*

29 Adde hic, quod olim à Lacedemonis permittebatur furtum, vt egestatem propulsantes cogerentur, & audere, & astuti esse, *vt refert Plut. de Instit. Lacedem.* & forte etiam vt homines negligenter custodientes excitarentur ad diligentiam, & quod apud Lacedemones liceret impune furari, vt homines, solertes redderentur, *tradit Gellius. lib. 11. noctium Atticarum c. vlt. & refert Menocb. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 295. n. 2.*

30 Nota etiam, quod de Iure Ciuili, nec seruus moritur pro furto *§. pro furto Auth. vt nulli Iudicum Auth. sed nouo Iure C. de seru. fug. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 295. n. 7.* quare autem Generalis Consuetudo auxerit pœnam furti, & minuerit pœnam Adulterij, *dixi Dec. 84. n. 36.*

31 Ampliatur 7. vt pauper in extrema necessitate constitutus, cum moderamine inculpatæ Tutelæ occidere possit illum, qui vellet ei impedire furtũ ad vitam necessarium, *Lessius lib. 2. c. 12. nu. 69. cum quo sentit Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 23. in princ. confert. tex. in l. 2. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. ibi:* qui aggressorem, vel alium in dubio vitæ discrimine cõstitutus occiderit, nullam ob id factum calumniã metuere debet, *& cõsonat tex. in l. vt vim 3. ff. de Iust. & Iur. ibi,* quod quisque ob Tutelam sui corporis fecerit, Iure fecisse existimatur.

32 Sed quæro quare liceat ad vitam tuendã occidere, & tamẽ mechari non liceat secundum communem, de qua dicam infra, cum tamen vtrumq; præceptum sit negatiuum, quod obligat semper, & ad semper, licet affirmatiuum semper, sed non ad semper, *vt docet D. Thom. 22. q. 33. art. 2. & post. Archid. & Panorm. Nauar. in man. c. 17. n. 54.*

33 Dicebam aliquando vltra supradicta, & infra dicenda, quod in homicidio occiditur Agressor ex sua propria culpa, vnde conqueri non debet, & damnum, quod sua culpa sentit, sibi debet, & non alijs imputare *c. damnum quod quis 86. de Reg. Iur. in sex.* At in fornicatione offenderetur Honestas, quæ culpa caret.

34 Sed quæro an Mulier constituta in extrema famis necessitate, à qua non nisi mæcando se possit eximere, licite mæcari valeat, & quod mulier, extrema laborans egestate, se prostituens, vt victum quærat, non puniatur, nec peccet, *Senserunt Hispani Additionarij ad Dec. in l. quæ propter necessitatem n. 5. ff. de Reg. Iur. quos ita refert Surd. de Alim. tit. 8. priu. 40. n. p.* & licet ibi, dicat hoc dictum esse falsum, attamen *nu. 7. in fine*, sic ait (posset forte dici quod si non posset Mulier aliter extremæ famis necessitati succurrere, quam fornicãdo, excusetur, sed quia nõ inuenio Decisum in specie, non audeo firmare, sed remitto me Decisioni Theologorum, & S. Matris Ecclesiæ, cuius solius est determinare) *hæc Surdus*

35 Videtur ad id posse conferre ratio hæc, quod si mulier cognoscatur per vim, non peccat, immo duplicatam coronam cõsequitur *c. p. & 3. 23. q. 6.* ergo videtur excusanda, sicut propter vim, ita propter famem, qua nulla est maior vis sicut nulla sæuior, miseriorq; necessitas, *vt ex Tiraq. dixi supra.*

36 Sed respondetur, quod illa sola vis excusat, cui resisti non potest, & quæ voluntatem excludit, & hæc est sola vis præcisa, qua coactus aliquid faciẽs magis pati videtur, quam agere, *vt loquitur eleganter tex. in c. Sacris 5. de his quę vi met. caus. fiunt.*

37 At vis Conditionalis non excusat à toto, quia voluntatem includit *d. c. sacris*, nam voluntas hoc secundo modo coacta, voluntas est *d. c. Sacris & c. merito 15. q. p. l. si priuatas 17. in princ. ff. qui & à quib. Dec. post gl. in l. velle non creditur n. 6. ff. de Reg. Iur.* vbi quod est voluntas, si non simpliciter, saltem secundum, quid, vt contingit, quando quis de nolente fit volens. *in c. Episcopus 74. Dist.* sic, & Mulier prædicta, vult potius fornicari, quam mori, ergo vult.

38 Et si et quidã senserint licere, saltem semel aut bis pro famis necessitate mçchari, *vt dixit Beninc. in loco mox allegando,* neminem tamen nominatim referens, inuenio tamen id sensisse, *Hieron. Buchal. ad Dec. in l. quæ propter necessitatem ff. de Reg. Iur* & huiusmodi opinioni fauere prima fronte posset *tex. in l. palam 43. §. non est ignoscendum ff. de Ritu nupt. ibi,* non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis Turpissimam vitam egit, ponderando videlicet singula verba, scilicet verbum paupertatis, vt intelligatur de simplici, & non de extrema paupertate, seu necessitate, & verbum Turpissimam, vt non intelligatur de Turpi, & verbum vitam egit, quod videatur intelligi de professione permanẽti, & de multiplicatis actibus successiuis, non autem de quasi momentaneis, ac trãseuntibus.

39 Et ad idem sumere forte possent argumentum aliquod, *ex Doctrina D. Thom. 22. q. 64. art. 5.* quatenus sensit, quod Mulieri non liceat se occidere, ne vi ab alio violetur, quia vi corrumpi, non est peccatum, nec est considerabilis timor consen-

40 siendi, & forte potest ad idem conferre, *D. Aug.*

E e lib.

lib. 2. de morib. Eccles. sensiens, quod non liceat hominem occidere, etiam pro Castitate tuenda, & quamuis communis sit, quod pro tuenda Castitate liceat inuasorem occidere, *vt post Lessium, & alios ostendit Em. Sa. in Aphor. V. Homicidium n. 3.* attamen inde necessario non colligitur, quod liceat pro tuenda Castitate occidere se ipsum innocentem cum dispar sit ratio, quo ad Inuasorem, qui ex culpa occiditur, *vt in simili dixi supra*, nisi
41 dixeris, quod aliud est se ipsum occidere, quod in nullo prorsus casu licet, *vt ex D. Thom. 22. q. 64. art. 5. dixit Em. Sa. in Aphorism. d. V. Homicidiũ n. 9.* Aliud permittere se occidi, quod potest aliquãdo licere ex traditis post alios pereumdẽ *Em. Sa. d. V. Homicidium n. 17.* vbi casus enumerat, inter quos tamen non est hic, & in illis permittitur occisio vnius hominis, vt saluetur alius homo, At hoc in casu vnus occiditur, & alius non saluatur, sed saluatur Castitas, & occiditur Virgo, vt saluetur eius Virginitas.

42 Sed, & ad hanc eamdem opinionem à fortiori, trahere fortasse possent *Aug. lib. p. de serm. Dom. in Monte*, quatenus sensisse visus est, quod Vxor non solum pro sua, sed etiam pro vita Mariti adulterari possit (in illis verbis) quæ tamen narratiua videntur, & non decisiua (Corpus suum Marito dedit non concumbere, sed viuere cupienti.)

43 Sed quod, etiam ob famis necessitatem mechari non liceat *probat tex cum Glos. in d. l. palam 43. §. non est ignoscendum ff. de Ritu. nupt. senserunt Hostiens. in summa de furtis § p col. 2. vers. sed quæritur, quare excusetur Dec. in l. quæ propter necessitatem n. 4. ff de Reg. Iur. Cagnol. ibid. n. 2. Tabiena V. furtum n. 7. in fine Bossius in tit. de furtis n. 52. Abb. in c. quoniã de Simon. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Ind. n. 26. 33. & 44. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 40. n. 3.* vbi adducit rationem, quia non reperitur Iure cautum, quod illo casu liceat fornicari, & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus *§. illo Auth. de Trien. & semiss. l. illam 19. C. de Collat.* & licet necessitas non habeat legem, id tamen procedit solum in casibus expressis, *vt ibi per eum.*

44 Et quod cum moderamine inculpatæ Tutelæ, liceat alium occidere, & tamen non liceat fornicari, *comprobat D. Thom. 22. q. 64. art. 7.*

45 Et quod ad vitam tuendam licitum sit sibi manum, testiculos aut quodqunque aliud membrum amputare, & tamen non liceat etiam ob vitam præseruandam, semen emittere, vel pollutionem procurare, dixit esse Conclusionem ab omnibus admissam, *Sanchez. de matrim. lib 9. Disp. 7. n. 16.* vbi etiam rationem inquirit, quam inuenire, difficillimum esse ait.

46 Confert ad prædicta *tex. in l. isti quidem 8. ff. quod met. caus.* vbi quod metus seruitutis, & stupri Iustus dicitur cum metus hic viris bonis maior, quam mortis esse debeat. *Adde Plut. de Clar. Mulier. c. 25. ibi.* filiam rogabat, vt eam mortuam potius, quam amissa Virginitate turpiter viuentem aspiceret. *& in simili Val. Max. lib. 7. memorab. c. 6. ibi*, nulla est in his necessitatis excusatio, nam quibus mori licuit, viuere, necesse non fuit.

47 Quare autem liceat ob necessitatem furari, non autem mæchari, quæritur, *& Dec. in l. quæ propter necessitatem n. 3. & 4. Cagnol. n. 2. & 3. ff. de Reg. Iur.* dicunt post alios, quia ex furto immediate prouidetur necessitati famis, at non ex fornicatione, sed non placet, quia sic non liceret rapere, nisi commestibilia, quod esset contra supra firmata, *& contra tex. in d. ca. si quis propter 3. de furt. ibi*, Cibaria, vestem, pecus, & contra rationem, quæ semper militat, ideo melior videtur ratio adducta supra in princ. Conclusionis, quod scilicet stante necessitate communicatiua bonorum, non rapiatur alienum, & sic non committatur furtum, *vide tamen Couar. in Reg. peccatum de Reg. Iur. in Sex. p 2 §. p. n. 5. & seq. d vers. quæritur hoc loco ad finem vsque*, vbi discutit septem rationes huiusce diuersitatis inter furtum, & fornicationem, & vltimo etiam tangit inter furtum, & Homicidium.

48 Declara, quod omni in casu, qui etiam ob simplicem paupertatem mæchatur, leuius puniatur. *Abb. in c. quoniam 40. n. 5. de Simon.* vbi magistraliter distinguendo docet, quando paupertas excuset, *Tiraq de pæn. tempet. caus. 33. n. p. Mascard. de prob. Conclus. 5. n. 101.*

49 Limita pr. vt Conclusio non procedat in eo, qui potest in extrema necessitate mendicando quęrere, non enim tunc potest furto surripere, etiam si sit nobilis, cui dedecus sit mendicare, ita pro hac sententia Malderium, Titelmannum Nauarrum vigens, *refert Diana p. 6. tr. 8. de Elemos. Res. 24.* licet pro contraria, referat *Bannes tu vide, quę ad hoc dixi in V. mendicare.*

50 Vnde dicens fodere non valeo, mendicare erubesco *Luc. 16.* est audiendus, quo ad primum non vero, quoad secundum, quoniam illud Impotentiæ, hoc erubescentiæ est, & dici potest hanc esse vitiosam verecundiam, seu speciem vitiosi pudoris, *de quo scripsit opusc. Plutarch. cui titulus est de vitioso pudore*, & ego addo.

51 Quod quemadmodum aliqui, quos pænitet Bona pauperibus erogasse, debent pænitentiæ, pænitentiam agere, *vt dixit Ambros. in c. sunt qui opes 17. q. 4.* ita ij quos furari nõ pudet, & mẽdicare pudet, debent huiusce pudoris, habere pudorem.

52 Amplia Limitationem, vt multo magis procedat in eo, qui potest quærere laborando, etiam si sit nobilis, vt supra *per ea, quæ dixi post Bart. & alios in V. mendicare, Confert ad hoc tex. Apost. ad Ephes. 4 ibi*, qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti, quod potest multo magis intelligi, vt tribuat sibi necessitatem patienti, tunc enim qui se ipsum pascit, esurientẽ pascit sicut, qui se ipsũ occidit, Homicida est, quia hominem occidit, *can. si non licet 23. q. 4*

Limita

53 Limita 2. quãdo is cui aufertur est in equali necessitate, tunc enim non licet ab eo auferre, *vt post Ang. de Clau. tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 6. Lancellot. Gallia in Const. Alexandria ver. solidos q. 6. n. 143. quem sequitur Costa de Rem. subsid. Remed. 106. illat. 7. n. 4. sub finem,* vbi quod tunc cessat Communio, seu Communicatio cum repugnet ratio ordinatę Charitatis *Azzorius inst. mor. p. 2. lib. 12. c. 8. q. 6. vers. quid dicendum,* vbi quod est fur in auferendo, & in retinendo, qui in extrema necessitate constitutus, abstulit Domino in extremam, quoq; Inopiam redacto.

54 An autem, qui licite pro extrema necessitate surripuit, teneatur restituere si deueniat ad pinguiorem fortunam, quæstio est, & pro negatiua *sunt D. Anton. 2. p. tit. p. c. 15. Sotus Syluester, & alij relati per Victorellum ad Em. Sa. in Aphorism. V. Elemos. in 2. Add.* & inquit esse communem si Bona cum surripuisti non habeas *Azzor. p. 2. lib. 12. c. 8. q. 6* qui refert vtramq; opinionem, & sequitur hanc negatiuam, quam etiam relatis pro vtraq; Doctoribus sequitur, *Diana p. 5. tr. 8. Ref. 9.* pro contraria vero affirmatiua *est Abb. in c. si quis propter 3. de furt. Benincas de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 37.* addens ita communiter Canonistas sentire, *arg. l. nesennius 35. ff. de neg. gest. Cagnol. in l. quæ propter 128. nu 8 ff. de Reg. Iur. Nauar. in comment. de Elemos. nu. 27. & in man. c. 17. n. 61.* vbi probat, & declarat *nu. 62. & 118.* limitat quando ex coniecturis, aliud colligeretur, vt si res esset modica, vel talis, quam verisimiliter Dominus donasset, & in hãc affirmatiuam sententiam, tanquam tutiorem inclinat, *Cenallos in Thesaur. com. opin. con. com. q. 729. n. 29.* postquam pro vtraq; parte Authoritates retulit, *& nu. 26.* tradit distinxionem, & affirmatiuam hanc sequitur etiam *post alios Costa de Remed. subsid. Remed. 106. illat. 7. n. 7.* hanc eamdem sequi videtur *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 11. & Clar.* saltem in foro fori *in §. furtum n. 25.*

55 Confert pro hac parte, quod ab Excommunicatione in mortis articulo absolutus à non habẽte potestatem, si conualescat, tenetur, quam primum cõmode potest, accedere ad habentem potestatem sub pœna Reincidentiæ ipso facto, & ipso iure, *c. eos qui 22. de sent. excom. in sex. Clem. p. in fine, vbi Card. de pæn. Ant. Franch. ad Abb. in c. quanto n. 12. de consuet.*

56 Sed in simili pro alia parte conferre posset, quod à peccatis, etiam reseruatis in mortis articulo absolutus à Sacerdote, qui alias potestatem ab illis absoluendi non habebat, etiam si conualescat manet Absolutus absq; eo, quod teneatur accedere ad alium potestatem habentem, *Sylu. in V. Confessio p. n. 16. Toletus in summa lib. p. c. 16. n. 3. qui de communi opinione testatur.*

57 Et ratio est, quoniam Absolutio a peccatis non recipit Conditionem suspensiuam, & Sacerdos nõ potest etiam expresse differre effectum Absolutionis, *ad tradita per eumdem Toletum in summa lib. 3. c. 12. n. 4.*

58 An autem licitum sit volenti surripere nummos pauperi, consulere, vt à Diuite surripiat, non determinando personam, vel etiam determinando vide *apud Dianam p. 5. tr. 7. de scandalo Ref. 19.*

59 Ad materiam nota etiam, quod pauper non industrius, breui factus Diues, præsumitur de alieno acquisiuisse, *Menoch. cons. 207. n. 15. vers. 3. suffragatur Surd. D. 15. n. 11.* vide tamen ad hoc *tradita per Costã de Rem. subsid. d. Rem. 106. illat. 5. n. 2. & quæ dixi in V. Tutor,* & quod si qui prius erat pauper, expendit notabilem pecuniæ quantitatem, oriatur aduersus eum Indicium furti, *adducitur in argumentum tex. in l. quintus 51. ff. de Donat. int. vir. & vxor. Bart. in l. fin. col. 3. de quæstion. Bald. in l. Conuenticulam C. de Episc. & Cler. Franch. Brun. in trac. de Iud. col. 6. in 3. qu. Paris Cons. 156. n. 37. & 38. lib. 4.* vbi quod maius oritur inditium si expendat pecuniam similem ei, quæ furto subtracta est, & contra pauperes in hac materia *facit tex. Iud. 11. ibi,* viri Inopes, & latrocinantes, eum quasi Principem sequebantur, *& tex. pro 30. ibi,* vel egenus furer.

60 Sed pro moderatione prædictorum, nota pro pauperibus *tex. in leg. si Defunctus 10. C. Arbitr. tut.* vbi quæsita à tutore non præsumuntur quæsita ex Bonis pupilli, & adducitur ibi ratio, in illis verbis, nec pauperibus Industria, & augumentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quęritur, inter dicendum est. Sed declara Limitationem *ex ijs, quæ dixi in V. Tutor.*

61 Vltimo ad materiam nota, quod circa notabilem quantitatem furti, quæ constituat mortale peccatum, refert nouem, si non aduersas, saltem diuersas opiniones *Diana p. 2. tr. 17. Miscell. Ref. 57* vbi videtur innuere probabiliorem esse, respectu Diuitum, quibus furtum fit, quantitatem notabilem esse vnum aureum, respectu pauperum, vnum Regale, respectu vero aliorum proportionabiliter æstimandam esse.

Nota etiam ad hoc idem in ordine ad pauperes verba, *Nauar. in manual. ad sept. præcept. Decal. c. 17. n. 2. sub fin. ibi,* ex quibus infertur, quod aliquando, qui rem paruam pauperi aufert mortaliter peccat, non autem, qui opulento similem aufert, & aliqando econtrario, qui aliquam rem paruam aufert Diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi, nam qui surripit subulã Sutori, vel acum Sartori, credens, vel debens credere eos non habere alias quibus operentur, & ideo damnum notabile eis euenturũ, peccat mortaliter, non autem qui Diuitibus easdem aufert, & econtrario, qui Diuiti surripit, rem paruam ab ipso magni ęstimatam, quale erat pomum, de quo supra diximus, credens, vel credere debens, eum ob id notabili molestia affectũ iri, mortaliter peccaret, non autem, qui idem faceret pauperi rem illam non maioris quam valet facientem, quia ille

dat causam notabilis molestiæ, hic vero minime.

62 Colligere possumus, etiam ex prędictis, quod in hac furti materia, duplex est priuilegium pauperis, Actiuum scilicet, & Passiuum, nam furtum a paupere factum est semper leuius, & tolerabilius, & tamen furtum pauperi factum regulariter est grauius, ac magis damnabile, nunquā magis damnosū.

PRIVIL. CLXXI.

Gabella.

SVMMARIVM.

1 *Gabella, & tributa, sunt Reip. nerui, nec quies sine armis, nec arma sine stipendijs, nec stipendia sine tributis esse possunt.*

2 *Tributum, Principi debetur de Iure Diuino. Fiscus tollit quod Christus non accipit.*

3 *Pauper non tenetur soluere Gabellam.*

4 *Non est addenda afflictio Afflicto, sed misero miserendum est.*

5 *Duplex causa lucratiua non concurrit, minus, duplex causa onerosa, nec duplex tribulatio.*

6 *Qui grauatur in vno, releuari debet in alio.*

7 *Paupertas est afflictio corporis, atque animi, & aliquando pauperibus est mors solatium, & vita supplicium.*

8 *Stante statuto, vt appellans soluat gabellam sub pœna desertionis, pauper excusatur.*

9 *Syndicus pauperum eximitur à solutione Gabbellarum Ferrariæ.*

10 *Ciues Ferr. pro ijs, quæ donant in elemosinam, non tenentur ad gabellam.*

11 *Quando alter ex contrahentibus non est soluendo, alter totam Gabellam soluit.*

12 *Potest vrgente necessitate Dominus temporalis, vel Cōmunitas imponere Taleam, vel Tributum, non autem Gabellam ordinariam.*

13 *An, & quando fraudans Gabellam, mortaliter peccet, & teneatur restituere.*

14 *Quando cessat legitima causa impositionis, quæ vigebat ab initio, potest Gabella fraudari.*

15 *Liceat fraudere Gabellam iniustam, & an iusta, vel iniusta præsumatur n. 16.*

17 *Magnum vectigal est Parsimonia, Ambitione exhaustum ærarium, per scelera suppletur.*

1 TVllius de leg. Marsil. Vectigalia (inq.) Reip. neruos esse semper duximus, & consonat tex. in l. p. §. causa ff. de quæst. ibi, Causa tributorum, ex quibus esse Reip. neruos, nemini dubium est, & Tac. lib. 4. hist. c. 17. neq; quies gentium sine armis, neq; Arma sine stipendijs; neq; stipendia sine tributis haberi queunt, & lib. 13. ann. c. 13. Impetum Neronis in donandis vectigalibus attinuere Senatores, Dissolutionem Imperij docendo si fructus, quibus Resp. sustineretur, diminuerentur.

2 Vnde, & tributum, Principi de Iure Diuino debetur, vt dixi in V. Princeps, vbi vide, si placet, & adde Aug. in c. maiores 16. q. 7. ibi, maiores nostri, copijs abundabant, quia Deo, Decimas, & Cęsari tributum præstabant, nunc fiscus tollit, quod Christus non accipit.

3 Pauper tamen excusatur à solutione Gabellæ, Bal. in l. 2. §. si quis in Iudicio ff. si quis caution. Dec. in c. ex Epistola n. 220. de prob. Cremens. sing. 122. incipit Statuto cauetur Gerard. sing. 73. incipit pauperes vbi etiam alios allegat, licet dicat male seruari; præsertim in partibus suis, & in vehit contra Principes, qui vix præcario subditis spiritum dimittunt. Adde Bal. in Auth. Defuncto C. ad Trebell. vbi quod paupertas excusat à solutione Collectæ, & quod pauper cancellari debet ex libris æstimi, si hoc petat. Refert. & sequitur Gigas de pens. q. 80. n. 3. & vide alia quæ dixi in V. Collecta.

4 Adducitur ratio, quia non est addenda Afflictio Afflicto, l. tam dementis 28. C. de Ep. Aud. l. Diuus 14. ff. de off. præs. c. ad audientiam 15. de Cler. non resid. Gerard. sing. 73. incipit Pauperes, sed misero potius est miserendum c. pen. de Cler. ægrotan. & confert. tex. Greg. in can. cum percussio 7. q. p. ibi, Cum percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc Iudicium ignoratur, ideo non debet a nobis addi flagellatis Afflictio.

5 Et si duplex causa lucratiua non concurrit. §. si res aliena inst. tit. de leg. l. omnes 25. ff. de action. & oblig. Ludouis in Comen. Legats D. 236. vn. 7. multo minus concurrere debet duplex causa onerosa, ad tex. in c. Odia 15. de Reg. Iur. in sex. & confert tex. Nahum c. p. non consurget duplex tribulatio.

6 Immo qui grauatur in vno, releuari debet in alio, l. eum qui 30. ff. de Iureiur. Auth. contra qui proprium C. de non num. pec.

7 Quod autem paupertas sit Afflictio, dicant pauperes, & dixi ego in V. mulcta, & in V. misericordia, & dixit expressis verbis Bald. in l. si furiosi n. 7 C. de nupt. Benincas. de paupert. q. 7. spec. t. in Ind. n. 2. & tu adde si placet, quod est Afflictio Corporis, atq; animi, & plus dicitur in l. quisquis 5. C. ad leg. Iul. maies. videlicet quod egentibus est mors solatium, & vita suplicium.

8 Infertur, quod existente statuto, quod ab Appellante soluantur, quinque pro Centenario, alias Appellatio sit Deserta, si quis appellet, & ob paupertatem non soluat Gabellam, excusatur, & Appellatio, seu causa non deseritur Bald. in l. 2. §. si quis in Iudicio ff. si quis cautionibus Cremens. sing. 221. incipit statuto cauetur Ias. in l. Inuitus C. de proc. Costa in memorialib. V. paupertas Phanuec. de Iuuenc. p. 2. n. 22. vbi quod, vel tali pauperi tempus non currit, vel ei competit restitutio in integrum ex Clausula, si qua mihi, & vide quę dixi in V. Appellatio.

9 Ad comprobationem huius priuilegij accedat, quod *in libro Statutorum, & prouisionum Gabellarum Ciuit. Ferrariæ Rub.* 340. *pag.* 198. leg.tur, vt infra videlicet (Licenza del Sindico de' Poueri, che possa vendere senza pagar Gabella, nota, che l'appare al Registro della Camera 1486. à Car. 166. come il Sindico de' Poueri è esente da Gabelle delle cose, che lui fa vedere di quelle, che sono delli poueri, per la parte spettante ad essi, & questa è per sentenza data per lo esimio Dottore M. Gio. Francesco del Canale Consultore della Camera, & confirmata per il Mag. Antonio Maria Guarnieri vno delli Generali Fattori, come appare al detto Registro a car. 166.

10 Amplia, vt Ciues Ferrariæ pro ijs, quæ donant in Elemosinam, non teneantur soluere Gabellam *vt legitur. in eod. lib. Statutorum Gabellarum Rub.* 301. *pag. mihi* 160.

11 Declara (saluis prædictis) quod quando alter ex contrahentibus non est soluendo, licet ille in contractu totam Gabellam soluere promisisset, attamen alter contrahens tenetur ad totam in fauorem Cameræ, & ita Decisum fuit in Consilio Iustitiæ contra Bernardinum Cistarellum, & sic in futurum obseruari, constitutum legitur *in prealleg. lib. Statut. Gabellarum Ferr. Rub.* 304. *pag. mihi* 164.

12 Ad materiam nota hic, quod potest vrgente necessitate D. Temporalis, vel Communitas imponere taliam, seu tributum, non enim id prohibetur, sed Gabella ordinaria, *Syluest. in sum. V. Gabella p. n. 3. Fumus in sua sum. Armilla eod. V. Gabella n. 1. Em. Sa. in Aphorism. V. Gabella n. 3*

13 An autem, & quando fraudans Gabellam, peccet mortaliter, & teneatur restituere, *vide apud Nauar. de leg. pœnal. n. 41. & seq. & Emau. Sa. in Aphorism. in V. Gabella præsertim n. 6.*

14 Interim nota, quod quando cessat causa, propter quam ab initio legitime fuit imposita Gabella, potest legitime fraudari, *vt sensit Felin. in c. p. col. 1 1. vers. Alius est de Constit. & Rolan. à valle cons. 92. n. 52. lib. 1.* vbi rationem adducit, quia cum causa reducitur ad non causam, idem est, ac si à principio sine causa fuisset imposita *ad tex. in l. p. in fin. ff. de condic. sine caus.* & quando res venit ad casum, à quo non potest incipere, vitiatur, *vt ibi.*

15 Et generaliter, quod quando Gabella est Iniusta, liceat eam fraudare, senserunt, *Felin. in c. p. n. 41. mant. n. 87. de Constit. Tiraq. de Retract. Consang. in præfat. n. 69. Menocch. de Arbit. Iud. lib. 2 cas. 397. n. 5.*

16 An autem Gabella, Iusta, vel Iniusta præsumatur in dubio, dubium est, & sunt hinc inde Doctores, *quos vide si placet apud Em. Sa. in Aphorism. in V. Gabella n. 4.* Caueant autem subditi, ne in hoc faciles nimis, ac forsan Iniuste iudicent, & Iuste iudicentur.

17 Principes vero legant *illud Tullij in Paradoxis,* O Dij Immortales non intelligunt homines mortales, quam magnum vectigal sit Parsimonia, Vtinam hoc si non omnes homines, saltē omnes Principes intelligerent, & Parsimoniam practicarent, fortasse minus practicarent Impositionem Vectigalium, Gabellarū, Colletarum, & aliorum onerum, sæpe subditorum humeris importabilium, & vtinam sæpe non practicetur, *quod non tacuit Tacitus lib. 2. Ann. c. 5.* si ambitione exhauserimus ærarium, per scelera supplendum erit.

PRIVIL. CLXXII.

Generalitas.

SVMMARIVM.

1 *Generale statutum non comprehendit pauperes, & miserabiles.*
2 *Clausula generalis non comprehendit pauperes, & miserabiles.*
3 *Dictio quicunq; aliquis, omnis, quisquis, non comprehendit pauperes, & miserabiles, nisi quando agitur de eorum fauore n. 4.*
5 *Causa pia intelligitur excepta in omni generali Dispositione.*
6 *Causa pia non continetur sub lege generali, & generalia verba non includunt Ius pietatis.*
7 *Generalis Dispositio non refertur ad Alimenta.*
8 *Actus. qui fit ex necessitate, intelligitur exceptus in omni generali, ac vniuersali dispositione, & infertur ad statutum, ne Mulier possit contrahere sine consensu propinquorum.*

1 Generale statutum non comprehendit, & non ligat pauperes, vel alias miserabiles personas, *Cyn. & Castren. in l. vnic. C. quand. Imper. int. pup. & vid. Rom. Sen. Cons.* 581. *n.* 4. *lib.* 3.

2 Et Clausula generalis non comprehendit pauperes, & miserabiles personas, *Menoch. de Com. mist. in form. gl. 2. Gigas. de pens. q. 80. nu. 12. & Meduces de Casib. Fortuit. p. 2. q. 4. n. 25.*

3 Et in specie dictio quicunq; licet sit generalis, non tamen comprehendit pauperes, & miserabiles personas, *Barbos. de Diction. Diction.* 269. *n.* 4. *Nouar. in praxi priuil. miserab. priu.* 38. *n.* 11. *&*

4 *per tot.* vbi idem firmat in Dictione aliquis, omnis, quisquis, & c. limitat tamē *n.* 16. quando ageretur de fauore ipsarū miserabilium personarum, quia tunc omnino comprehenderentur sub Generalitate, quod omnino nota.

5 Accedat, quod causa Pia intelligitur excepta in omni Generali Dispositione, *gl. in c. 2. de Reb. Eccles. non alienand. Io. de Anan. cons. 57. Calcan. cons. 13. col. p. in fine Socin. cons. 121. col. 5. sub fin. lib. 4. Craueta. cons. 3. n. 10. lib. p.* vbi quod dicta Glosa communiter approbatur, & loquitur in specie in causa Carcerati, & generaliter de causa pieta-

Pietatis, & miserationis.

6 Et Causa pia non continetur sub lege generali *Simonecell. de Decretis lib. 3. tit. 5.* & generalia verba non includunt Ius pietatis. *ad tex. in Auth. habita C. ne fil. pro parte Surd. de Alim. tit. p. q. 16. nu. 29.*

7 Et in specie nobis confert, quod generalis Dispositio non refertur ad Alimenta *Bart. in l. Mela ff. de Alim. & Cib. Legat. Dec. in l. principalibus in fin. ff. si cert. pet. & post alios tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 9. n. etiam 9.*

8 Et quod etiam in quaqunq; Prohibitione licet generali, vel vniuersali intelligatur exceptus actus qui fit ex necessitate, *colligitur ex tex. in l. Alienationes 13. ff. fam. ercisc. l. p. ff. de fund. Dot. l. pater filium 36. in princ. ff. de leg. 3. Castrens. cons 183. sua finem lib. p. incipit in causa, quæ vertitur Cranett. cons. 6. n. 91. lib. p.* vbi infert ad statutum, ne possit Mulier obligari sine consensu propinquorum.

Ad materiam huius priuilegij *Conferunt tradita per Mascard. de inter pret. Statut. Conclus. 5, n. 99. & seq. & quæ dixi in V. Commissio, in V. Renunciatio, in V. Derogatio.*

PRIVIL. CLXXIII.

Habitatio.

SVMMARIVM.

1 *Legatum Alimentorum importat etiã habitationẽ*
2 *Legatum habitationis non importat Alimenta.*
3 *Quando relinquitur habitatio cum filijs personæ, cui filiorum cura demendata præsumatur, Habitatio comprehendit Alimenta, saltem quando talis persona est pauper n. 4. & quid si non sit pauper n. 5. & 6. & 7.*
8 *Legatum pauperi factum, tanquam pium, est late interpretandum.*

1 Licet Legatum Alimentorum importet, etiam Habitationem *l. Legatis 6. ff. de Alim. & Cib. Legat. l. verbo. victus 43. ff. de verb. signif. cum alijs adductis à Surd. de Alim. tit. 4 q. 4. n. p.*

2 Attamen Legatum Habitationis non importet Alimenta, *l. cum Antiquitas 13. C. de vsufructu. l. cum ij 8. §. qui transigit ff. de transac.*

3 Sed quando relinquitur Habitatio cum filijs, siue Matri, siue Amitæ, siue alteri personæ, cui præsumatur demandari cura eorumdem filiorum, tunc habitatio importat Alimenta, & persona illa, cui sic Habitatio relinquitur alenda est ex Bonis eorumdem filiorum *Bald. in l. fin. nu. 8. C. de Indic. vidu. Tollen Cepoll. de Seruitut. Vrban. præd. c. 6. in fin. Cremens. sing. 66. in fin. Picus in l. Titia. §. Titia n. 176. ff. de leg. 2. Natta cons. 379. n. 2. Man. de Coniect. vlt. vol. lib. 6 tit. 11. n. 19. & lib. 8. tit. 4. n. 12. Campeg. de Dote p. 2. q. 84. & post alios & contra Cordubam probat Surd de Alim. tit. 2. q. 3 n. p. & seq.*

4 Limitatur, vt hoc procedat quando persona illa, cui relinquitur Habitatio est pauper, quia tunc solum Legatum Habitationis importat Alimenta *Ita Simon. de pret. de interpret. vlt. vol. lib. 5. Dub. 11. n. 4. in fine vers. ego addo tamen.*

5 Et licet *Surd. d. tit. 2. q. 3. n. 10.* non sequatur distinctionem prædictam, quia vt ipse ait recompensatio, ita potest fieri, non solum pauperi, sed etiam Diuiti, nec Diues gratis tenetur subire curam filiorum alterius, si non sit relictus Tutor, & quando est etiam relictus Tutor, potest ei testator relinquere, vt sunt Iura clara.

6 Videtur tamen posse sustineri Distinxio in fauorem, & prærogatiuam paupertatis, & pauperum, nam si etiam qui relinquitur Tutor, & qui grauius sustinet onus, adhuc tamen Alimenta non percipit ex Bonis Pupillorum nisi sit pauper, *vt dixi in V. Tutor,* ergo multo minus ea debet percipere is, cui simplex cura filiorum demandata est præsertim tacite, & maxime cum relinquitur habitatio, quæ potest esse illius Curæ compensatio.

7 Non obstat, quod etiam Diuiti possit relinqui compensatio ac etiam Tutori Diuiti Legatum relinqui possit a Testatore, quoniam hic non de potestate, sed de voluntate Testatoris est quæstio, an scilicet ex Legata Habitatione censeatur voluisse relinquere Alimenta, ad elucidandam verò hanc voluntat in consideratio paupertatis Legatarij, videtur congrua, verisimilis, & æqua ex dictis hic, & alibi in hoc eod. tractatu.

8 Confert ad hoc, quod Legatum pauperi factũ, tanquam ad piam causam est late interpretandum *dixi in V. Interpretatio, & V. Dubium.*

PRIVIL. CLXXIV.

Hæres I.

SVMMARIVM

1 *Non licet alienare in fraudem Creditorum si cõcurrat Affectus, & effectus.*
2 *Potest pauper, qui alias non reperiret hæredem, seruũ hæredem facere, et sic ei libertatem donare in damnum Creditorum, nisi seruus esset Hypotecatus n. 3*

1 Quamuis non liceat Debitoribus in fraudem Creditorum alienare, vel disponere de suis bonis, etiam omittendo *l p. cum seq. ff. quæ in fraud. Credit.* ad quod tamen concurrere debet affectus simul, & effectus *iux. tex. in §. in fraudem insl. tit. quib. ex caus. manum non licet.*

2 Attamen pauper, qui verisimiliter non inueniret hæredem, potest seruum suum hæredem facere, & sic ei Libertatem donare, etiam in damnum Creditorum *§. p. inst. tit. quib. ex caus. manum non licet*

licet ibi, valde enim prospiciendum erat, vt egentes homines, &c. *l. qui soluendo 60. ff. de Hared. Instit. l. p. in princ. C. de necessar. seru. Hared. Instit. §. p. Inst tit. de hared. qualit. & different. Benincas. de paupert. q. 9. spec. 2. in vlt. vol. nu. 13. Omet. inst. tit. quibus ex caus. man. non licet in prin. n. 11.* vbi quod Imperator ibi, succurrit egentibus, vnde colligit paupertatem prodesse, *vt ibi per eū.*

3 Fallit tamen, quando seruus est Hypotecatus, tunc enim institutio Creditori non nocet *l. p. C. de necess. seru. hared. institu. ibi, sed si pignori datus fuisti, &c.*

PRIVIL. CLXXV.

Hæres II.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pendente tempore ad conficiendum inuentarium non molestatur à creditoribus hæreditarijs, & hac exceptio impedit litis ingressum, fallit pro Alimentis pauperis n. 2. & 4. & in Legatis Pijs n. 3.*

5 *An, & quando Legata pia debeantur hæreditate non adita.*

1 QVamuis hæres pendente tempore ad conficiendum Inuentarium, quod est trimestre, *iuxta leg. fin. §. fin autē dubius C. de Iur. delib.* non possit à Creditoribus hæreditarijs vel Legatarijs conueniri *d. l. fin. §. donec C. de Iur. delib. vbi Bar. & alij* dicunt hanc exceptionem impedire litis ingressum.

2 Attamen pro Alimentis pauperi debitis, potest hæres etiam pendente tempore Inuentarij conueniri, *Cyn. Bal. Ang. Castr. & alij in d. l. fin. §. donec C. de Iur. delib. Tiraq. de pia caus. priuil. 24. Phanucc. de Inuent. p. 4. nu. 8. & post alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 11. n. 4.*

3 Immo, & generaliter, quod pro Legato Pio possit hæres pendente tempore ad conficiendum Inuentarium conueniri, *post Riccard. Cyn. Bald. probat Tiraq. de pia caus. priu.* 24. vbi rationem adducit, quia si res Dilationem non recipit cum de salute corporis tractatur, multo minus eam recipere debet cum de salute Animæ agitur.

4 Tu dic, quod fortius hæc procedent in Legato pauperis, in quo concurrit simul vtraque ratio, cum agatur de salute corporis legatarij, & de salute Animæ legatis, & in hac ipsa specie, *ita firmat Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 19. n. 2.*

5 An autem, & quando Legata pia debeantur hæreditate non adita, *dixi Dec. 133. n. 2. & 3.*

PRIVIL. CLXXVI.

Hypoteca.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes habent specialem hypotecam in prædijs, ex quibus eis elemosina debetur.*

2 *Competit Hypoteca tacita super Bonis assignatis ad Alimenta.*

3 *Hospitale habet Hypotecam in Bonis administratoris, simile in Prælato, Tutore, Marito.*

1 PAuperes habent specialem Hypotecam in prædijs, ex quibus eis Elemosina debetur *l. 2. in fin. l. Lucius Titius 12. vbi Bart. ff. de Alim. & Cib. Legat. l. cum 11. 8. §. si vniff. de trans. Bart. in l. Caius ff. de Aur. & Arg. legat. Io. Fab. in §. itē Seruiana col. fin. inst. tit. de Action. Roman. cons. 388. incipit in casu proposito Thematis in p. et 2. dub. Natta cons. 211. n. 18. Medices de casibus fortuitis p. 2. q. 4. n. 26.*

2 Et quod competat Hypoteca tacita super Bonis assignatis ad Alimenta, plene probat, *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 81. n. 3. qui tamen inter cæteros allegat Nattam cons. 21. n. 18. sed erranter pro cōs. 211.* vbi loquitur de Elemosina debita ex certis corporibus.

3 Adde, quod Orphanotrophium miserabilium personarum, habet tacitam Hypotecam in Bonis economi, vel administratoris, *vt probat Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 105. n. p. & seq.* vbi adducit simile de prælato, tutore, & Marito.

PRIVIL. CLXXVII.

Ieiunium.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes non tenentur ieiuniare, vt ibi.*

2 *Necessitas facit licitum, quod erat illicitum.*

3 *Ægrotus, Ieiunium frangens, non frangit votum.*

4 *Pauper æquiparatur Infirmo, & non tenetur ad ieiunium, siue præceptum, siue votum.*

5 *Ob Infirmitatem, vel necessitatem famis, licet carnes comedere in vigilijs.*

6 *Non habens cibos in pęnitentia preceptos, potest alijs refici ad sustentationem non ad delicias.*

7 *Potest sine licentia Ieiunium frangi, quando causa est euidenter Iusta, & ad Superiorem facilis, non est accessus.*

8 *Artem laboriosam exercens, siue pauper, siue non, excusatur à ieiunio.*

9 *Operarij non tenētur ieiuniare etiam die quo non operantur, & quare.*

10 *Diues pro paupere Ieiunet, vel pauperi tribuat, vt itu-*

21 *Milites tempore necessitatis, possunt victualia depradari.*

22 *Milites caueant, ne militiam in lasciuiam, & malitiam vertant, contenti debent esse stipendijs suis. Miles vnde dicatur, & quid de militibus Lucanus canat.*

23 *Famulus potest Domino salarium surripere, quando non potest illud aliter consequi.*

24 *Paupertas regulariter non excusat à peccato, Debemus quaslibet mala pœnæ pati potius, quàm malo culpæ consentire.*

25 *Pauper, qui furatur ob extremam necessitatem, excusatur a culpa, & pœna in vtroq; foro.*

26 *Non est grandis culpa furari, quando grandis est paupertas. At quando est extrema paupertas, tunc furari, nulla est culpa, immo culpa foret, non furari.*

27 *Alimoniam necessariam negare, est necare.*

28 *Qui se ipsum occidit, homicida est, quia hominē occidit*

29 *Apud lacedemones licebat impune furari, & quare,*

30 *De Iure Ciuili pro furto, nec seruus moritur, & quare consuetudo auxerit pœnam furti, & minuerit pœnam Adulterij.*

31 *Pauper indigens extreme, potest occidere impedientem ei furtum.*

32 *Quare liceat ad vitam tuendam occidere, & non mechari, & n. 33.*

Præceptum affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper, negatiuum ad vtrumque.

33 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, & non alijs imputare.*

34 *An liceat mulieri fornicari pro extrema famis necessitate, hic, et vsq; ad n. 47.*

35 *Mulier violenter coacta non peccat, quando vis est præcisa, secus si conditionalis n. 36.*

36 *Ageas ex vi præcisa magis pati, quam agere dicitur.*

37 *Voluntas conditionaliter coacta, voluntas est saltem secundum quid, et facit de nolente volentem, quæ vult magis fornicari, quam mori, illa vult.*

38 *Non parcitur ei, quæ paupertatis obtentu; turpissimā vitam egit.*

39 *Non potest Mulier se occidere, ne vi violetur etiam si timeat consentire.*

40 *An liceat hominem occidere pro castitate tuenda.*

41 *Se ipsum occidere numquam licet, licet tamen aliquando permittere se occidi.*

42 *Vxor, corpus suum Marito dedit, non concumbere, sed viuere cupiens.*

43 *Fornicari non licet, etiam ex famis necessitate.*

44 *Cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet aliū occidere, sed non fornicari.*

45 *Ad vitam tuendam licet abscindere membrum, sed non emittere semen, vt ibi.*

46 *Seruitutis, & stupri, Iustus est metus.*

47 *Quare liceat ob necessitatem furari, et occidere, at nō mechari.*

48 *Qui ob paupertatem fornicatur, lenius punitur.*

49 *Qui potest mendicando quærere, licet nobilis, furari non potest.*

50 *Dicens, fodere non valeo mendicare erubesco, non ditur quo ad secundum, est enim hic vitiosus pudor.*

51 *Aliqui debent pœnitentia pœnitentiam agere: Alij pudoris pudorem habere.*

52 *Qui potest laborando victum quærere, furando non excusatur.*

53 *Pauper etiam extremus, non potest auferre ab æque paupere.*

54 *An in necessitate surripiens, teneatur restituere deueniens ad pinguiorem fortunam.*

55 *Absolutus ab Excommunicatione in mortis articulo à non habente potestatem, conualescens tenetur accedere ad habentem potestatem sub pœna Reincidentiæ.*

56 *Absolutus in mortis articulo à reseruatis à non habente potestatem, semper manet absolutus.*

57 *Absolutio à peccatis non recipit Conditionem suspensiuam.*

58 *Ei, qui vult surripere pauperi, an consulere liceat vt surripiat Diuiti.*

59 *Pauper non industrius, breui factus Diues, an præsumatur ex alieno acquisiuisse.*

60 *Acquisita à tutore non præsumuntur acquisita ex Bonis pupilli, et quare.*

61 *Quæ dicatur quantitas notabilis in furto.*

62 *Furtum à paupere factum lenius est, pauperi autem factum, grauius.*

1 PAuper surripiens pro necessitate famis, vel nuditatis, excusatur, *c. Discipulos de Cons. D. 5. c fin. 25. q. p. c. si quis propter necessitatem 3. de furtis, & ibid. gl. Archid. in c. pœnale 14. q. 5. Cagnol. qui de communi testatur in l. quæ propter necessitatem n. 4. ff. de Reg. Iur. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 10. Abb. in c. 3. de furtis in c. quoniam de Simon. et c. cum homines 7. de Decim. nu. 5. D. Thom. 22. qu 66. art. 7. Nauar. in man. c. 17. n. 118.*

2 Prima ratio huius conclusionis, tam naturalis, quam Ciuilis sit, quoniam quod quisq; ob tutelam sui corporis fecerit, Iure fecisse existimatur, *l. vt vim 3. ff. de Iust. & Iur.* intelligo non solum Iure Ciuili, sed etiam naturali.

3 Secunda sit ratio, quoniam necessitas non habet legem, nulli subiacet legi, & omne illicitum facit licitum, *c. quando 4. de Consuet. ibi,* ex necessitate, quæ legem non habet. *c. quod non est licitum 4. de Reg. Iur. ibi,* quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, & exemplificat in Sabbato, & ieiunio, & sic in Vigilijs, & Festis *c. 2. de obseru. Ieiun. ibi,* cum non subiaceat legi necessitas, *c. exit. 3. de verb. sign. in sex. ibi,* ab omni lege extrema, necessitas est exempta *Dec. & Cagnol. in l. quæ propter ff. de Reg. Iur. late Ant. Franch. ad Abb. in c. quanto n. 12. de consuet. latius Cepoll. de vsucap. pro empt. in l. si contra n. 21. latissime Tiraq. de pæn. temperan. caus. 33. n. 3. & 4.* vbi quod paupertas est species necessitatis, *& n. 7. in fine,* vbi
4 quod inter cæteras necessitates nulla est sæuior, miseriorq; quàm fames.

Tertia

5 Tertia ratio esse potest, quoniam tempore necessitatis omnia sunt communia, vel saltem communicanda, *l. 2. §. cum in eadem ff. ad leg. Rhod. de iactu, can. sicut 47. Dist. & vtrobique glosa*, intelligunt communia, idest communicanda, *gl. & Abb. in c. si quis propter necessitatẽ de furt. & in c. cum homines n. 5. de Decim. et in c. quoniam 40. de Simon. n. 5.* vbi magistraliter loquitur, *Dec. cons. 697. n. 16. D. Thom. 22. q. 66. art. 7. Couar. in Reg. peccatum p. p. §. p. n. 3. vers. ex furti definitione Nauar. in man. c. 17. n. 61. in fine, et in Comment. de Elemos. n. 27.* vbi quod dictus §. cum in eadem dicit communicandas.

6 Vnde colligitur, quod supposita vera necessitate, vere non committitur furtum, quod proprie est Contrectatio Rei alienæ inuito Domino, *§. furtum inst. tit. de furt.* & late sumpto vocabulo,
7 est quælibet illicita vsurpatio, sicut mechia quilibet illicitus concubitus, *vt est tex. in c. meretrices 32. q. 4. desumptus ex Aug. lib. 5. quæst. Deut. q. 37. ad c. 23. Deut.*

8 Quod autem mihi commune est, dici potest aliquo modo meum, saltem quo ad partem, *l. serui electione 5. §. p. ff. de leg. p. l. in re communi 25. ff. de seruit. Vrban. præd. gl. in l. si cum vno 4. ff. si ex nox. caus. agatur in V necessitas vbi Additio ex Bald* dicit verum in Indiuiduis *Bart. ibid. n. p.* vbi se remittit *ad latius tradita in d. l. serui electione.*

9 Vel saltem, cũ quod commune est, non dicatur proprie proprium, non poterit Diues, quod commune fit à necessitate, proprium, vel proprie suum appellare *ad tex. D. Ambr. in his terminis in can. sicut 47. Dist. ibi*, proprium nemo dicat, quod commune, & in fine ibid. esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, *et tex. in can. dilectissimis 12. q. p. ibi*, communis vsus omnium, quæ sunt in mundo, omnibus esse debuit, sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, alius istud, & sic facta est Diuisio, *et tex. act. Ap. c. 4* nec quisquam eorum, quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Non est tamen omittendum, quod ratio illa, quod scilicet tempore necessitatis omnia sint communia, aliquibus, & præsertim Surdo mox allegando non videtur concludens ad excusandum à furto, quoniam Socius auferens rem communem
10 committit furtum *l. Rei communis 45. ff. pro soc.* & ratio rationis est, quia non est Dominus, nisi pro parte, vnde pro parte non sua, contrectat rem alienam inuito Domino, & sic furtum admittit *ad tex. in §. furtum inst. tit. de furt.*

11 Quarta ergo ratio Cõclusionis adducitur, quod pauper tempore necessitatis, dicitur vti re propria ad vsum illum destinata *gl. in c. si quis propter de furtis, & post Ancar, & alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 6.*

12 Sed an ad excusandum à furto, extrema requiratur necessitas, an sufficiat valde grauis, grauis est quæstio, & quod extrema requiratur, communis est, *quam sequuntur Azzor Turrianus, Valentia Sotus, Reginaldus, Caietan Solanus, Granadus, quos in loco mox allegando allegat Diana*, Immo quod extra necessitatem famis, furari non liceat, *colligi videtur ex traditis à Tiraq. de Retract. l gnag. §. 26. gl. p. n. 23.* vbi generaliter firmat concessa pro famis necessitate non trahi ad alias, quia non sunt pares *Abb. in c. quoniam 40. de Simon. n. 5.* vbi quod debet esse necessitas ineuitabilis, ex qua quis fame periret ad excusandum ex toto à furto *Ant. Franc. ad Abb. in c. quanto de consuet. nu. 12.* vbi quod debet esse necessitas sine qua non, *Masc. de de prob. Conclus. 5. n. 103.* vbi subdit (intellige prædicta cum grano Salis, ne sub specie necessitatis, non solum defendas, sed præbeas indifferenter aditum ad furandum contra conscientiam. *Adde Sur. de Alim tit. 8. pr. n. 39. n. 10. confert tex. in c. Discipulos de Cons. Dist 5 ibi*, quia coacti fame, hoc fecerunt *& tex Lucæ c 6 ibi*, non legistis quid fecerit Dauid, quando esuriit quod panes propositionis comedit, *& induatur etiam in can. ideo 25. q. p. & narratur p. Reg. 31. Adde tex. Hierem. c. 4.*
13 *ibi*, manus Mulierum misericordium coxerunt filios suos, *idque prædicatum legimus 4. Reg. 7. ibi*, Coximus filium meum, & comedimus, illa vero abscondit filium suum, &c. *Adde Val. Max. lib. 7. memorab. cap. 6 ibi*, Ad vltimam vsq; penuriam compulsi, sua, iumentorumque suorum v.ina sitim torserunt, sustius dixerim, quam sustentauerunt, quia dum vinci timent, id passi sunt, quod ne victor quidem eos pati coegisset, & de vi necessitatis famis, plura *refert Tiraq. de Retrac. Lignag. §. 26. gl. p. nu 24. & seq.* vbi plus probat multos famis necessitate, coactos proprias carnes laniasse, *vnde & Ouid lib. 8. metam.*

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cæpit, & Infelix minuendo corpus alebat.

Et tamen, vltimum malorum appellat, *Sen. de Breuit. vitæ ibi*.

Aderat obsessis vltimum malorum, Alimentorum egestas, & quæ tamen sequitur, malorum omnium Ruina.

Sed quod necessitas etiam valde grauis sufficiat licet nõ sit extrema, *conferunt Bonacin. Maldonatus, Lessius, Petrus à Nauarra. Aug. Medina. Sylvester. Nauarrus, quos sequitur Diana p. 2. tr. 17. et 3. Miscellan. Res. 29. & iterum idem Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 23. vers. sed ego, vbi addit Corninch. vigens. Vasq. Hurtadum, Castrum, Duccasiũ.*

14 Illud vtiq; extra controuersiam versatur, quod licet necessitas non sit extrema, sed magna, adhuc saltem culpa, & pœna minoratur, & alleuiatur in surripiente *Cagnol. in l. quæ propter necessitatem ff. de Reg. Iur. n. 4.* vbi quod ita intelligitur *tex. in d. c. si quis propter de furt.* quat. dicit, vt pæniteat, *idemq; sensit Abb. in c. quoniam 40. n. 5. de Simon. Tiraq. de pæn. temper. caus. 33. n. p. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 10.*

Con-

Confert *Plut. in lib. politicorũ ibi*, maiore odio Diuitem Populus prosequi solet, nihil per Benignitatem depromentem, quam Inopem & Egenum, qui Bona surripiat publicã, hoc enim, necessitate acerba Domina stipulante, illud malignitate, & contemptu fieri arbitrantur.

Ampliatur pr. quia licet extra necessitatem fu-
15 rari non liceat, etiam ad alendos pauperes Sanctos, sicut, nec adulterari ad filios procreandos, *ad tex. Aug. in can. si non sunt 32. q. 4. ibi*, nec furta facienda sunt voluntate pascendi Pauperes San-
16 ctos, nam propter peccata, Elemosinas facere oportet, non propter Elemosinas, peccata perpetrare *ad tex. Greg. in Can. non est putanda p. q. p.*

Attamen pro necessitate famis, proximi, licet
17 furari *ad tex. in c. sicut hi 47. Dist. & in can. Discipulos de Conf. Dist. 5. D. Thom. 22. qu. 32. art. 7.* vbi generaliter, quod in extrema necessitate, omnia sunt communia, & potest de alieno fieri Elemosina *Ang. in sum. V. Furtum n. 37. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 32. Nauar. in man. c. 17. n. 118.* vbi intelligit, quando necessitas est extrema, & non potest aliter proximo subueniri.

Et quod in extrema necessitate, capere possim rem alienam, vt subueniam proximo, sic indigenti si non possum ei alio modo subuenire, *sensit etiã D. Thom. 22. q. 66. art. 7. ad tertium Corradus in tract. de Schysmate lib. 5. n. 48. & post alios docet Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 6. Azzor. p. 2. lib. 12. c. 8. in fine*, vbi quod fas est Titio alienum capere, vt subueniat extremæ necessitati Caij quando Titius non habet vnde illam necessitatem subleuet, & quod hæc est communis opinio, & sic non solus ipse in extrema necessitate constitutus, sed alius pro eo potest furari, *Ang. in Sum. in V. furtum n. 17, Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 23. vers. sed ego sub initium.*

Multo magis Monachus poterit in casibus pre-
18 dictis Elemosinam largiri ex Bonis Monasterij, *ad trad per D. Thom. 22. q. 32. art. 7. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 7. in Iud. n. 22. Nauarr. in comment. de elemos. n. 216.*

Immo non solum licet pro proximi sui necessi-
19 tate furari, sed tempore necessitatis, potest quis se; & Animal suum, forte tanquam necessarium Accessorium saturare de fructibus terræ alterius, nec ideo furtum damnabile committit, *ad tex. in c. quicunq; vbi Affl. in p. not. de pace tenenda Rolan. à valle cons. 55. nu. 8. lib. 4. confert pl. 146.* qui producit in Montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, *& tex. Ionæ 3.* Rex Clamauit Homines, & Iumenta, & Boues, & Pecora non gustent quicquam, & operiantur Saccis homines, & Iumenta, *& tex. Exod. 20.* Septimo die non facies omne opus tu, & seruus, & Iumentum tuum. Et ad materiam huius ampliationis, *vide quæ dixi in V. mendicare in Ampliationibus.*

20 Ampliatur 2. vt Conclusio procedat, non solum in rebus commestibilibus, *vt loquitur tex. in d. c. si quis propter de furt.* sed etiam in vestibus data nuditate, ac etiam in alijs rebus, data necessitate comparandi victualia necessaria, quando alio modo haberi non possunt, *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 9.*

21 Ampliatur 3. vt multo magis milites tempore necessitatis possint licite deprędari victualia, *ad tex. in d. l. 2. §. cum in eadem in fine vbi gl. ff. ad leg. Corn. de sicar. & per illũ tex. hoc ibi docet Ang. quem sequitur Sebast. sup. ad Abb. in c. cum omnes 7. de Decim. n. 5. in V. Communia in lit. f.*

22 Caueant autem milites, ne limites necessitatis excedant, & ne militiam in lasciuiam vertant, *vt loquitur Tacitus in vita Agicula c. 2.* Immo caueant ne deteriori Metamorphosi militiam in malitiam, vel conuertant, vel peruertant, & ne verificent Ethymologiam *gl. in Rub. de milit. testam.* quat. sentit, quod miles dicatur à malo, quod facit, vel infert, *licet Bart. ibid.* sequtus magis id, quod fieri debet, quam quod fit, asserat quod miles dicitur à malo, quod aufert, seu à malo, a quo præseruare, aut liberare debet, & seruare meminerint Milites *D. Io. Baptista monumentum relatum Lucæ c. 3. ibi*, Contenti estote stipendijs vestris Milites, quod si fecerint, nulla fides erit adhibenda *Lucano lib. 10. de Bello Ciuili*, dum licenter, ac poetice nimis cecinit, nulla fides pietasq; viris, qui Castra sequntur.

23 Ampliatur 4. vt multo magis possit Famulus Domino furari, quando non potest alio modo ab eo consequi salarium, sed quomodo id procedat, *vide apud Caroècium de locato p. 4. q. 13. n. 5. pag. mihi 104. à tergo.*

24 Ampliatur 5. vt quamuis paupertas regulariter non excuset à peccato, *c. quoniã 40. de simon. ibi*, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare, *& gl. ibi in V. paupertas*, ait quod debemus potius quælibet mala pati, quam mortale peccatum operari, *c. ita ne 32. q. 5. ex Aug. ibi*, quælibet mala tolerare debes, ne malo consentias, intellige primum de malis pœnæ, secundum de malo culpæ, *c. Sacris 5. de his, quæ vi metusque caus. fiunt.* vbi quod licet in eo, qui metu inducitur ad culpam, pœna minoretur, pro nullo tamen metu debet quis mortaliter peccare *l. palam 43. §. non est ignoscendum ff. de ritu. nupt. ibi*, non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam egit, *& gl. ibi in V. egit, inquit*, nota non parci malo ratione paupertatis, Confert *tex. in l. illicitas 6. ff. de off. præsid. ibi*, sub prætextu fragilitatis humanæ, delictum innoquum esse non debet.

25 Attamen, qui furatur ob extremam paupertatem, & præsertim famis necessitatem, excusatur à pœna, & culpa, tam in foro poli, quam in foro fori, tam in foro Conscientiæ, quam in foro contentioso *Archid. in can. pœnale 14. q. 5. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 4.*

Ampliatur 6. vt in casu prædicto non solum furari

rari non sit culpa, sed immo culpa esset non furari, & licet *pro. 6.* dicatur non grandis est culpa cum quis furatur, furatur enim, vt esurientem impleat Animam; & deprehensus reddit quadruplum, attamen tex. ille videtur intelligendus de simplici paupere, quod indicat Verbum esurientem, Adeo vt furari non sit grandis culpa, quando grandis est paupertas.

27 Sed si paupertas, & necessitas foret extrema, non solum grandis non foret culpa furari, sed nulla ex supradictis, immo forte tunc grandis esset culpa, non furari, fieret enim quis indirectus homicida sui, quandoquidem necessariam Alimoniã negare, necare est *l. necare 4. ff. de lib. Agnose.*

28 Et præceptum Decalogi non occides, intelligitur hoc est, nec te, nec alterum, nam & qui se ipsum occidit, Homicida est, quoniam hominem occidit *Aug. in Can. si non licet 23. q. 4. & vide, quæ ad hoc dixi in V. Elemosina.*

29 Adde hic, quod olim à Lacedemonis permittebatur furtum, vt egestatem propulsantes cogerentur, & audere, & astuti esse, *vt refert Plut. de Instit. Lacedem.* & forte etiam vt homines negligenter custodientes excitarentur ad diligentiam, & quod apud Lacedemones liceret impune furari, vt homines, solertes redderentur, *tradit Gellius. lib. 11. noctium Atticarum c. vlt. & refert Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 295. n. 2.*

30 Nota etiam, quod de Iure Ciuili, nec seruus moritur pro furto *§. pro furto Auth. vt nulli Iudicum Auth. sed nouo Iure C. de seru. fug. Menoch. de Arbitr. Ind. lib. 2. cas. 295. n. 7.* quare autem Generalis Consuetudo auxerit pœnam furti, & minuerit pœnam Adulterij, *dixi Dec. 84. n. 36.*

31 Ampliatur 7. vt pauper in extrema necessitate constitutus, cum moderamine inculpatæ Tutelæ occidere possit illum, qui vellet ei impedire furtũ ad vitam necessarium, *Lessius lib. 2. c. 12. nu. 69. cum quo sentit Diana p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 23. in princ. confert. tex. in l. 2. ff. Ad leg Corn. de Sicar. ibi.* qui aggressorem, vel alium in dubio vitæ discrimine cõstitutus occiderit, nullam ob id factum, calumniã metuere debet, *& cõsonat tex. in l. vt vim 3. ff. de Inst. & Iur. ibi,* quod quisque ob Tutelam sui corporis fecerit, Iure fecisse existimatur.

32 Sed quæro quare liceat ad vitam tuendã occidere, & tamẽ mechari non liceat secundum communem, de qua dicam infra, cum tamen vtrumq; præceptum sit negatiuum, quod obligat semper, & ad semper, licet affirmatiuum semper, sed non ad semper, *vt docet D. Thom. 22. q. 33. art. 2. & post. Archid. & Panorm. Nauar. in man. c. 17. n. 54.*

33 Dicebam aliquando vltra supradicta, & infra dicenda, quod in homicidio occiditur Agressor ex sua propria culpa, vnde conqueri non debet, & damnum, quod sua culpa sentit, sibi debet, & non alijs imputare *c. damnum quod quis 86. de Reg. Iur. in sex.* At in fornicatione offenderetur Honestas, quæ culpa caret.

34 Sed quæro an Mulier constituta in extrema famis necessitate, a qua non nisi mæcando se possit eximere, licite mæcari valeat, & quod mulier, extrema laborans egestate, se prostituens, vt victum quærat, non puniatur, nec peccet, *Senserunt Hispani Additionarij ad Dec. in l. quæ propter necessitatem n. 5. ff. de Reg. Iur. quos ita refert Surd. de Alim. tit. 8. priu. 40. n. 9.* & licet ibi, dicat hoc dictum esse falsum, attamen *nu. 7. in fine*, sic ait (posset forte dici quod si non posset Mulier aliter extremæ famis necessitati succurrere, quam fornicãdo, excusetur, sed quia nõ inuenio Decisum in specie, non audeo firmare, sed remitto me Decisioni Theologorum, & S. Matris Ecclesiæ, cuius solius est determinare) *hæc Surdus*

35 Videtur ad id posse conferre ratio hæc, quod si mulier cognoscatur per vim, non peccat, immo duplicatam coronam cõsequitur *c. p. & 3. 23. q. 6.* ergo videtur excusanda, sicut propter vim, ita propter famem, qua nulla est maior vis sicut nulla sęuior, miseriorq; necessitas, *vt ex Tiraq. dixi supra.*

36 Sed respondetur, quod illa sola vis excusat, cui resisti non potest, & quæ voluntatem excludit, & hæc est sola vis præcisa, qua coactus aliquid faciẽs magis pati videtur, quam agere, *vt loquitur eleganter tex. in c. Sacris 5. de his quę vi met. caus. fiunt.*

37 At vis Conditionalis non excusat à toto, quia voluntatem includit *d. c. sacris*, nam voluntas hoc secundo modo coacta, voluntas est *d. c. Sacris & c. merito 15. q. p. l. si priuatas 17. in princ. ff. qui & à quib. Dec. post gl. in l. velle non creditur n. 6. ff. de Reg. Iur.* vbi quod est voluntas, si non simpliciter, saltem secundum, quid, vt contingit, quando quis de nolente fit volens, *in c. Episcopus 74. Dist.* sic, & Mulier prædicta, vult potius fornicari, quam mori, ergo vult.

38 Et si et quidã senserint licere, saltem semel aut bis pro famis necessitate męchari, *vt dixit Beninc. in loco mox* alligando, neminem tamen nominatim referens, inuenio tamen id sensisse, *Hieron. Bucbal. ad Dec. in l. quæ propter necessitatem ff. de Reg. Iur* & huiusmodi opinioni fauere prima fronte posset *tex. in l. palam 43. §. non est ignoscendum ff. de Ritu nupt. ibi,* non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis Turpissimam vitam egit, ponderando videlicet singula verba, scilicet verbum paupertatis, vt intelligatur de simplici, & non de extrema paupertate, seu necessitate, & verbum Turpissimam, vt non intelligatur de Turpi, & verbum vitam egit, quod videatur intelligi de professione permanẽti, & de multiplicatis actibus successiuis, non autem de quasi momentaneis, ac trãseuntibus.

39 Et ad idem sumere forte possent argumentum aliquod, *ex Doctrina D. Thom. 22. q. 64. art. 5.* quatenus sensit, quod Mulieri non liceat se occidere, ne vi ab alio violetur, quia vi corrumpi, non est peccatum, nec est considerabilis timor consen-

40 tiendi, & forte potest ad idem conferre, *D. Aug.*

lib. 2. de morib. Eccles. sensiens, quod non liceat hominem occidere, etiam pro Castitate tuenda, & quamuis communis sit, quod pro tuenda Castitate liceat inuasorem occidere, *vt post Lessium, & alios ostendit Em. Sa. in Aphor. V. Homicidium n. 5.* attamen inde necessario non colligitur, quod liceat pro tuenda Castitate occidere se ipsum innocentem cum dispar sit ratio, quo ad inuasorem, qui ex culpa occiditur, *vt in simili dixi supra*, nisi
41 dixeris, quod aliud est se ipsum occidere, quod in nullo prorsus casu licet, *vt ex D. Thom. 22. q. 64. art. 5. dixit Em. Sa. in Aphorism. d. V. Homicidiũ n. 9.* Aliud permittere se occidi, quod potest aliquãdo licere ex traditis post alios pereundẽ *Em. Sa. d. V. Homicidium n. 17.* vbi casus enumerat, inter quos tamen non est hic, & in illis permittitur occisio vnius hominis, vt saluetur alius homo, At hoc in casu vnus occiditur, & alius non saluatur, sed saluatur Castitas, & occiditur Virgo, vt saluetur eius Virginitas.
42 Sed, & ad hanc eamdem opinionem à fortiori, trahere fortasse possent *Aug. lib. p. de serm. Dom. in Monte*, quatenus sensisse visus est, quod Vxor non solum pro sua, sed etiam pro vita Mariti adulterari possit (in illis verbis) quæ tamen narratiua videntur, & non decisiua (Corpus suum Marito dedit non concumbere, sed viuere cupienti.)
43 Sed quod, etiam ob famis necessitatem mœchari non liceat *probat tex cum Glos. in d. l. palam 43. §. non est ignoscendum ff. de Ritu. nupt. senserunt Hostiens. in summa de furtis § p col. 2. vers. sed quæritur, quare excusetur Dec. in l. qua propter necessitatem n. 4. ff de Reg. Iur. Cagnol. ibid. n. 2. Tabiena V. furtum n. 7. in fine Bossius in tit. de furtis n. 52. Abb. in c. quoniã de Simon. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Ind. n. 26. 33. & 44. Suad. de Alim. tit. 8. priu. 40. n. 3.* vbi adducit rationem, quia non reperitur Iure cautum, quod illo casu liceat fornicari, & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus *§. illo Auth. de Trien. & semiss. l. illam 19. C. de Collat.* & licet necessitas non habeat legem, id tamen procedit solum in casibus expressis, *vt ibi per eum.*
44 Et quod cum moderamine inculpatæ Tutelæ, liceat alium occidere, & tamen non liceat fornicari, *comprobat D. Thom. 22. q. 64. art. 7.*
45 Et quod ad vitam tuendam licitum sit sibi manum, testiculos aut quodqunque aliud membrum amputare, & tamen non liceat etiam ob vitam præseruandam, semen emittere, vel pollutionem procurare, dixit esse Conclusionem ab omnibus admissam, *Sanchez. de matrim. lib 9. Disp. 7. n. 16.* vbi etiam rationem inquirit, quam inuenire, difficillimum esse ait.
46 Confert ad prædicta *tex. in l isti quidem 8. ff. quod met. caus.* vbi quod metus seruitutis, & stupri lustus dicitur cum metus hic viris bonis maior, quam mortis esse debeat. *Adde Plut. de Clar. Mulier. c. 25. ibi*, filiam rogabat, vt eam mortuam potius, quam amissa Virginitate turpiter viuentem aspiceret, *& in simili Val. Max. lib. 7. memorab. c. 6. ibi*, nulla est in his necessitatis excusatio, nam quibus mori licuit, viuere, necesse non fuit.
47 Quare autem liceat ob necessitatem furari, non autem mæchari, quæritur, *& Dec. in l. quæ propter necessitatem n. 3. & 4. Cagnol. n. 2. & 3. ff. de Reg. Iur.* dicunt post alios, quia ex furto immediate prouidetur necessitati famis, at non ex fornicatione, sed non placet, quia sic non liceret rapere, nisi commestibilia, quod esset contra supra firmata, *& contra tex. in d. ca. si quis propter 3. de furt. ibi*, Cibaria, vestem, pecus, & contra rationem, quæ semper militat, ideo melior videtur ratio adducta supra in princ. Conclusionis, quod scilicet stante necessitate communicatiua bonorum, non rapiatur alienum, & sic non committatur furtum, *vide tamen Couar. in Reg. peccatum de Reg. Iur. in Sex. p 2 §. p. n. 5. & seq. à vers. quæritur hoc loco ad finem vsque*, vbi discutit septem rationes huiusce diuersitatis inter furtum, & fornicationem, & vltimo etiam tangit inter furtum, & Homicidium.
48 Declara, quod omni in casu, qui etiam ob simplicem paupertatem mæchatur, leuius puniatur, *Abb. in c. quoniam 40. n. 5. de Simon.* vbi magistraliter distinguendo docet, quando paupertas excuset, *Tiraq. de pæn. tempet. caus. 33. n. p. Mascard. de prob. Conclus. 5. n. 101.*
49 Limita pr. vt Conclusio non procedat in eo, qui potest in extrema necessitate mendicando quærere, non enim tunc potest furto surripere, etiam si sit nobilis, cui dedecus sit mendicare, ita pro hac sententia Malderium, Titel mannum Nauarrum vigens, *refert Diana p. 6. tr. 8. de Elemos. Res. 24.* licet pro contraria, referat *Bannes tu vide, quæ ad hoc dixi in V. mendicare.*
50 Vnde dicens fodere non valeo, mendicare erubesco *Luc 16.* est audiendus, quo ad primum non vero, quo ad secundum, quoniam illud Impotentiæ, hoc erubescentiæ est, & dici potest hanc esse vitiosam verecundiam, seu speciem vitiosi pudoris, *de quo scripsit opusc. Plutarch. cui titulus est de vitioso pudore*, & ego addo.
51 Quod quemadmodum aliqui, quos pænitet Bona pauperibus erogasse, debent pænitentiæ, pænitentiam agere, *vt dixit Ambros. in c. sunt qui opes 17. q. 4.* ita ij quos furari nõ pudet, & mẽdicare pudet, debent huiusce pudoris, habere pudorem.
52 Amplia Limitationem, vt multo magis procedat in eo, qui potest quærere laborando, etiam si sit nobilis, vt supra *per ea, quæ dixi post Bart. & alios in V. mendicare, Confert ad hoc tex. Apost. ad Ephes. 4 ibi*, qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti, quod potest multo magis intelligi, vt tribuat sibi necessitatem patienti, tunc enim qui se ipsum pascit, esurientẽ pascit sicut, qui se ipsũ occidit, Homicida est, quia hominem occidit, *can. si non licet 23. q. 4*

Limita

53 Limita 2. quãdo is cui aufertur est in æquali necessitate, tunc enim non licet ab eo auferre, *vt post Ang. de Clau. tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 6. Lancellot. Gallia in Const. Alexandria ver. solidos q. 6. n. 143. quem sequitur Costa de Rem. subsid. Remed. 106. illat. 7. n. 4. sub finem*, vbi quod tunc cessat Communio, seu Communicatio cum repugnet ratio ordinatæ Charitatis *Azzorius inst. mor. p. 2. lib. 12. c. 8. q. 6. vers. quid dicendum*, vbi quod est fur in auferendo, & in retinendo, qui in extrema necessitate constitutus, abstulit Domino in extremam, quoq; Inopiam redacto.

54 An autem, qui licite pro extrema necessitate surripuit, teneatur restituere si deueniat ad pinguiorem fortunam, quæstio est, & pro negatiua *sunt D. Anton. 2. p. tit. p. c. 15. Sotus Syluester, & alij relati per Victorellum ad Em. Sa. in Aphorism. V. Elemos. in 2. Add.* & inquit esse communem si Bona cum surripuisti non habeas *Azzor. p. 2. lib. 12. c. 8. q. 6* qui refert vtramq; opinionem, & sequitur hanc negatiuam, quam etiam relatis pro vtraq; Doctoribus sequitur, *Diana p. 5. tr. 8. Res. 9.* pro contraria vero affirmatiua *est Abb. in c. si quis propter 3. de furt. Benincas de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 37.* addens ita communiter Canonistas sentire, *arg. l. nesennius 35. ff. de neg. gest. Cagnol. in l. quæ propter 128. nu 8 ff. de Reg. Iur. Nauar. in comment. de Elemos. nu. 27. & in man. c. 17. n. 61.* vbi probat, & declarat *nu. 62. & 118.* limitat quando ex coniecturis, aliud colligeretur, vt si res esset modica, vel talis, quam verisimiliter Dominus donasset, & in hãc affirmatiuam sententiam, tanquam tutiorem inclinat, *Ceuallos in Thesaur. com. opin. con. com. q 729. n. 29.* postquam pro vtraq; parte Authoritates retulit, *& nu. 26.* tradit distinxionem, & affirmatiuam hanc sequitur etiam *post alios Costa de Remed. subsid. Remed. 106. illat. 7. n. 7.* hanc eamdem sequi videtur *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 39. n. 11. & Clar.* saltem in foro fori *in §. furtum n. 25.*

55 Confert pro hac parte, quod ab Excommunicatione in mortis articulo absolutus a non habẽte potestatem, si conualescat, tenetur, quam primum cõmode potest, accedere ad habentem potestatem sub pœna Reincidentiæ ipso facto, & ipso iure, *c. eos qui 22. de sent. excom. in sex. Clem. p. in fine, vbi Card. de pan. Ant. Franch. ad Abb. in c. quanto n. 12. de consuet.*

56 Sed in simili pro alia parte conferre posset, quod à peccatis, etiam reseruatis in mortis articulo absolutus à Sacerdote, qui alias potestatem ab illis absoluendi non habebat, etiam si conualescat manet Absolutus absq; eo, quod teneatur accedere ad alium potestatem habentem, *Sylu. in V. Confessio p. n. 16. Toletus in summa lib. p. c. 16. n. 3. qui de communi opinione testatur.*

57 Et ratio est, quoniam Absolutio a peccatis non recipit Conditionem suspensiuam, & Sacerdos nõ potest etiam expresse differe effectum Absolutionis, *ad tradita per eumdem Toletum in summa lib. 3. c. 12. n. 4.*

58 An autem licitum sit volenti surripere nummos pauperi, consulere, vt à Diuite surripiat, non determinando personam, vel etiam determinando vide *apud Dianam p. 5. tr. 7. de scandalo Res. 19.*

59 Ad materiam nota etiam, quod pauper non industrius, breui factus Diues, præsumitur de alieno acquisiuisse, *Menoch. cons. 207. n. 15. vers. 3. suffragatur Surd. D. 15. n. 11.* vide tamen ad hoc *tradita per Costã de Rem. subsid. d. Rem. 106. Illat. 5. n. 2. & quæ dixi in V. Tutor*, & quod si qui prius erat pauper, expendit notabilem pecuniæ quantitatem, oriatur aduersus eum Indicium furti, *adducitur in argumentum tex. in l. quintus 51. ff. de Donat. int. vir. & vxor. Bart. in l. fin. col. 3. de quæstion. Bald. in l. Conuenticulam C. de Episc. & Cler. Franch. Brun. in trac. de Iud. col. 6. in 3. qu. Paris Cons. 156. n. 37. & 38. lib. 4.* vbi quod maius oritur inditium si expendat pecuniam similem ei, quæ furto subtracta est, & contra pauperes in hac materia *facit tex. Iud. 11. ibi*, viri Inopes, & latrocinantes, eum quasi Principem sequebantur, *& tex. pro 30. ibi*, vel egenus furer.

60 Sed pro moderatione prædictorum, nota pro pauperibus *tex. in leg. si Defunctus 10. C. Arbitr. tut.* vbi quæsita à tutore non præsumuntur quæsita ex Bonis pupilli, & adducitur ibi ratio, in illis verbis, nec pauperibus Industria, & augumentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur, inter dicendum est. Sed declara Limitationem *ex ijs, quæ dixi in V. Tutor.*

61 Vltimo ad materiam nota, quod circa notabilem quantitatem furti, quæ constituat mortale peccatum, refert nouem, si non aduersas, saltem diuersas opiniones *Diana p. 2. tr. 17. Miscell. Res. 57* vbi videtur innuere probabiliorem esse, respectu Diuitum, quibus furtum fit, quantitatem notabilem esse vnum aureum, respectu pauperum, vnum Regale, respectu vero aliorum proportionabiliter æstimandam esse.

Nota etiam ad hoc idem in ordine ad pauperes verba, *Nauar. in manual. ad sept. precept. Decal. c. 17. n. 2. sub fin. ibi*, ex quibus infertur, quod aliquando, qui rem paruam pauperi aufert mortaliter peccat, non autem, qui opulento similem aufert, & aliqando econtrario, qui aliquam rem paruam aufert Diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi, nam qui surripit subulã Sutori, vel acum Sartori, credens, vel debens credere eos non habere alias quibus operentur, & ideo damnum notabile eis euenturiũ, peccat mortaliter, non autem qui Diuitibus easdem aufert, & econtrario, qui Diuiti surripit, rem paruam ab ipso magni æstimatam, quale erat pomum, de quo supra diximus, credens, vel credere debens, cum ob id notabili molestia affectũ iri, mortaliter peccaret, non autem, qui idem faceret pauperi rem illam non maioris quam valet facientem, quia ille

dat causam notabilis molestiæ, hic vero minime.

62 Colligere possumus, etiam ex prædictis, quod in hac furti materia, duplex est priuilegium pauperis, Actiuum scilicet, & Passiuum, nam furtum à paupere factum est semper leuius, & tolerabilius, & tamen furtum pauperi factum regulariter est grauius, ac magis damnabile, unquã magis damnosũ.

PRIVIL. CLXXI.

Gabella.

SVMMARIVM.

1 *Gabella, & tributa, sunt Reip. nerui, nec quies sine armis, nec arma sine stipendijs, nec stipendia sine tributis esse possunt.*
2 *Tributum, Principi debetur de Iure Diuino. Fiscus tollit quod Christus non accipit.*
3 *Pauper non tenetur soluere Gabellam.*
4 *Non est addenda afflictio Afflicto, sed misero miserendum est.*
5 *Duplex causa lucratiua non concurrit, minus, duplex causa onerosa, nec duplex tribulatio.*
6 *Qui grauatur in vno, releuari debet in alio.*
7 *Paupertas est afflictio corporis, atque animi, & aliquando pauperibus est mors solatium, & vita supplicium.*
8 *Stante statuto, vt appellans soluat gabellam sub pœna desertionis, pauper excusatur.*
9 *Syndicus pauperum eximitur à solutione Gabellarum Ferrariæ.*
10 *Ciues Ferr. pro ijs, quæ donant in elemosinam, non tenentur ad gabellam.*
11 *Quando alter ex contrahentibus non est soluendo, alter totam Gabellam soluit.*
12 *Potest vrgente necessitate Dominus temporalis, vel Cõmunitas imponere Taliam, vel Tributum, non autem Gabellam ordinariam.*
13 *An, & quando fraudans Gabellam, mortaliter peccet, & teneatur restituere.*
14 *Quando cessat legitima causa impositionis, quæ vigebat ab initio, potest Gabella fraudari.*
15 *Licet fraudere Gabellam iniustam, & an iusta, vel iniusta præsumatur n. 16.*
17 *Magnum vectigal est Parsimonia, Ambitione exhaustum ærarium, per scelera supplethr.*

1 Tullius de leg. Marsil. Vectigalia (inq.) Reip. neruos esse semper duximus, *& consonat tex. in l. p. §. Nausa ff. de qua st. ibi,* Causa tributorum, ex quibus esse Reip. neruos, homini dubium est, *& Tac. libi 4. hist. c. 17.* neq; quies gentium sine armis, neq; Arma sine stipendijs, neq; stipendia sine tributis haberi queunt, *& lib. 13. ann. c. 13.* Impetum Neronis in donandis vectigalibus attinuere Senatores, Dissolutionem Imperij docendo si fructus, quibus Resp. sustineretur, diminuerentur.

2 Vnde, & tributum, Principi de Iure Diuino debetur, *vt dixi in V. Princeps, vbi vide si placet, & adde Aug. in c. maiores 16. q. 7. ibi,* maiores nostri, copijs abundabant, quia Deo Decimas, & Cæsari tributum præstabant, nunc fiscus tollit, quod Christus non accipit.

3 Pauper tamen excusatur à solutione Gabellæ, *Bal. in l. 2. §. si quis in Iudicio ff. si quis caution. Dec. in c. ex Epistola n. 220. de prob. Creuen. sing. 122. incipit Statuto cauetur Gerard. sing. 73. incipit pauperes vbi etiam alios allegat,* licet dicat male seruari, præsertim in partibus suis, & in vehit contra Principes, qui vix præcario subditis spiritum dimittunt *Adde Bal. in Auth. Defuncto C. ad Trebell.* vbi quod paupertas excusat à solutione Collectæ, & quod pauper cancellari debet ex libris æstimi, si hoc petat *Refert, & sequitur Gigas de pens. q. 80. n. 3. & vide alia quæ dixi in V. Collecta.*

4 Adducitur ratio, quia non est addenda Afflictio Afflicto, *l. cum demens 28. C. de Ep. Aud. l. 7. Diuus 14. ff. de off. præs. c. ad audientiam 15. de Cler. non resid. Gerard. sing. 73. incipit Pauperes* sed misero potius est miserendum *c. pen. de Cler. agrotan. & confert. tex. Greg. in can. cum percussio 7. q. p. ibi,* Cum percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur, ideo non debet a nobis addi flagellatis Afflictio.

5 Et si duplex causa lucratiua non concurrit *§. si res aliena inst. tit. de leg. l. omnes 25. ff. de actio n. & oblig. Ludouis in Comen. Legats D. 236. vsi. 7.* multo minus concurrere debet duplex causa onerosa, *ad tex. in c. Odia 15. de Reg. Iur. in sex. & confert tex. Nahum c. p.* non consurget duplex tribulatio.

6 Immo qui grauatur in vno, releuari debet in alio, *l. eum qui 30. ff. de Iureiur. Auth. contra qui proprium C. de non num. pec.*

7 Quod autem paupertas sit Afflictio, dicant pauperes, *& dixi ego in V. mulcta, & in V. miserecordia, & dixit expresse verbis Bald. in l. si furiosi n. 7 C. de nupt. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 9. in Iud. n. 2.* & tu adde si placet, quod est Afflictio Corporis, atq; animi, & plus dicitur *in l. quisquis 5. C. ad leg. Iul. maiest.* videlicet quod egentibus est mors solatium, & vita suplicium.

8 Infertur, quod existente statuto, quod ab Appellante soluantur quinque pro Centenario, alias Appellatio sit Deserta, si quis appellet, & ob paupertatem non soluat Gabellam, excusatur, & Appellatio, seu causa non deseritur *Bald. in l. 2. §. si quis in Iudicio ff. si quis cautionibus Creuen. sing. 121. incipit statuto cauetur Ias. in l. Inuitus C. de proc. Costa in memorialib. V. paupertas Phanuec. de Inuene. p. 2. n. 22.* vbi quod, vel tali pauperi tempus non currit, vel ei competit restitutio in integrum ex Clausula, si qua mihi, *& vide quæ dixi in V. Appellatio.*

Ad

9 Ad comprobationem huius priuilegij accedat, quod *in libro Statutorum, & prouisionum Gabellarum Ciuit. Ferrariæ Rub* 340. *pag.* 198. legitur, vt infra videlicet (Licenza del Sindico de' Poueri, che possa vendere senza pagar Gabella, nota, che l' appare al Registro della Camera 1486. à Car. 166. come il Sindico de' Poueri è esente da Gabelle delle cose, che lui fa vedere di quelle, che sono delli poueri, per la parte spettante ad essi, & questa è per sententza data per lo esimio Dottore M. Gio. Francesco del Canale Consultore della Camera, & confirmata per il Mag. Antonio Maria Guarnieri vno delli Generali Fattori, come appare al detto Registro a car. 166.

10 Amplia, vt Ciues Ferrariæ pro ijs, quæ donant in Elemosinam, non teneantur soluere Gabellam *vt legitur. in eod. lib. Statutorum Gabellarum Rub.* 301. *pag. mihi* 160.

11 Declara (saluis prædictis) quod quando alter ex contrahentibus non est soluendo, licet ille in contractu totam Gabellam soluere promisisset, attamen alter contrahens tenetur ad totam in fauorem Cameræ, & ita Decisum fuit in Consilio Iustitiæ contra Bernardinum Cistarellum, & sic in futurum obseruari, constitutum legitur *in prealleg. lib. Statut. Gabellarum Ferr. Rub.* 304. *pag. mihi* 164.

12 Ad materiam nota hic, quod potest vrgente necessitate D. Temporalis, vel Communitas imponere taliam, seu tributum, non enim id prohibetur, sed Gabella ordinaria, *Syluest. in sum. V. Gabella p. n.* 3. *Fumus in sua sum. Armilla eod. V. Gabella n.* 11. *Em. Sa. in Aphorism. V. Gabella n.* 3

13 An autem, & quando fraudans Gabellam, peccet mortaliter, & teneatur restituere, *vide apud Nauar. de leg. penal. n.* 41. *& seq. & Eman. Sa. in Aphorism. in V. Gabella præsertim n.* 6.

14 Interim nota, quod quando cessat causa, propter quam ab initio legitime fuit imposita Gabella, potest legitime fraudari, *vt sensit Felin. in c. p. col.* 11. *vers. Alius est de Constit. & Rolan. à valle cons.* 92. *n.* 51. *lib.* 2. vbi rationem adducit, quia cum causa reducitur ad non causam, idem est, ac si à principio sine causa fuisset imposita *ad tex. in l. p. in fin. ff. de condic. sine caus.* & quando res venit ad casum, à quo non potest incipere, vitiatur, *vt ibi.*

15 Et generaliter, quod quando Gabella est Iniusta, liceat eam fraudare, senserunt, *Felin. in c. p. n.* 41. *mant. n.* 87. *de Constit. Tiraq. de Retract. Consang. in præfat. n.* 69. *Menocch. de Arbit. Iud. lib.* 2 *cas.* 397. *n.* 5.

16 An autem Gabella, Iusta, vel Iniusta præsumatur in dubio, dubium est, & sunt hinc inde Doctores, *quos vide si places apud Em. Sa. in Aphorism. in V. Gabella n.* 4. Caueant autem subditi, ne in hoc facile nimis, ac fortan Iniuste iudicent, & Iuste iudicentur.

17 Principes vero legant *illud Tullij in Paradoxis,* O Dij Immortales non intelligunt homines mortales, quam magnum vectigal sit Parsimonia, Vtinam hoc si non omnes homines, saltē omnes Principes intelligerent, & Parsimoniam practicarent, fortasse minus practicarent Impositionem Vectigalium, Gabellarū, Colletarum, & aliorum onerum, sæpe subditorum humeris importabilium, & vtinam sępe non practicetur, *quod non tacuit Tacitus lib.* 2. *Ann. c.* 5. si ambitione exhauserimus ærarium, per scelera supplendum erit.

PRIVIL. CLXXII.

Generalitas.

SVMMARIVM.

1 *Generale statutum non comprehendit pauperes, & miserabiles.*
2 *Clausula generalis non comprehendit pauperes, & miserabiles.*
3 *Dictio quiqunq; aliquis, omnis, quisquis, non comprehendit pauperes, & miserabiles, nisi quando agitur de eorum fauore n.* 4.
5 *Causa pia intelligitur excepta in omni generali Dispositione.*
6 *Causa pia non continetur sub lege generali, & generalia verba non includunt Ius pietatis.*
7 *Generalis Dispositio non refertur ad Alimenta.*
8 *Actus, qui fit ex necessitate, intelligitur exceptus in omni generali, ac vniuersali dispositione, & infertur ad statutum, ne Mulier possit contrahere sine consensu propinquorum.*

1 Generale statutum non comprehendit, & non ligat pauperes, vel alias miserabiles personas, *Cyn. & Castren. in l. vnic. C. quand. Imper. int. pup. & vid. Rom. Sen. Cons.* 581. *n.* 4. *lib.* 3.

2 Et Clausula generalis non comprehendit pauperes, & miserabiles personas, *Mandos. de Com. in forma. gl.* 2. *Gigas. de pens. q.* 80. *nu.* 12. *& Medices de Cosib. Fortun. p.* 2. *q.* 4. *n.* 25.

3 Et in specie dictio quiqunq; licet sit generalis, non tamen comprehendit pauperes, & miserabiles personas, *Barbos. de Diction. Diction.* 369. *n.* 4. *Nouar. in praxi priuil. miserab. priu.* 38. *n.* 11. *&*
4 *per tot.* vbi idem firmat in Dictione aliquis, omnis, quisquis, & limitat tamē *n.* 16. quando ageretur de fauore ipsarū miserabilium personarum, quia tunc omnino comprehenderentur sub Generalitate, quod omnino nota.

5 Accedat, quod causa Pia intelligitur excepta in omni Generali Dispositione, *gl. in c.* 2. *de Reb. Eccles. non alienand. Io. de Anan. cons.* 57. *Calcan. cons.* 13. *col. p. in fine Socin. cons.* 121. *col.* 5. *sub fin. lib.* 4. *Crauett. cons.* 3. *n.* 10. *lib. p.* vbi quod dicta Glosa communiter approbatur, & loquitur in specie in causa Carcerati, & generaliter de causa pieta-

Pietatis, & miserationis.

6 Et Causa pia non continetur sub lege generali *Simonecell. de Decretis lib. 3. tit. 5.* & generalia verba non includunt Ius pietatis; *ad tex. in Auth. habita C. ne fil. pro parte Surd. de Alim. tit. p. q. 16. nu. 29.*

7 Et in specie nobis confert, quod generalis Dispositio non refertur ad Alimenta *Bart. in l. Mela ff. de Alim. & Cib. Legat. Dec. in l. principalibus in fin. ff. si cert. pet. & post alios tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 9. n. etiam 9.*

8 Et quod etiam in quaqunq; Prohibitione licet generali, vel vniuersali intelligatur exceptus actus qui fit ex necessitate, *colligitur ex tex. in l. Alienationes 13. ff. fam. ercisc. l. 5. ff. de fund. Dot. l. pater filium 36. in princ. ff. de leg. 3. Castrens. cons. 183. sua finem lib. p. incipit in causa, quæ vertitur Crauett. cons. 6. n. 91. lib. p.* vbi infert ad statutum, ne possit Mulier obligari sine consensu propinquorum.

Ad materiam huius priuilegij *Conferunt tradita per Mascard. de inter pret. Statut. Conclus. 5. n. 99. & seq. & quæ dixi in V. Commissio, in V. Renunciatio, in V. Derogatio.*

PRIVIL. CLXXIII.

Habitatio.

SVMMARIVM.

1 *Legatum Alimentorum importat etiã habitationẽ*
2 *Legatum habitationis non importat Alimenta.*
3 *Quando relinquitur habitatio cum filijs personæ, cui filiorum cura demendata præsumatur, Habitatio comprehendit Alimenta, saltem quando talis persona est pauper n. 4. & quid si non sit pauper n. 5. & 6. & 7.*
8 *Legatum pauperi factum, tanquam pium, est late interpretandum.*

1 Licet Legatum Alimentorum importet, etiam Habitationem *l. Legatis 6. ff. de Alim. & Cib. Legat. l. verbo. victus 43. ff. de verb. signif. cum alijs adductis à Surd. de Alim. tit. 4. q. 4. n. p.*

2 Attamen Legatum Habitationis non importet Alimenta, *l. cum Antiquitas 13. C. de vsufructu. l. cum ij 8. §. qui transigit ff. de transac.*

3 Sed quando relinquitur Habitatio cum filijs, siue Matri, siue Amitæ, siue alteri personæ, cui præsumatur demandari cura eorumdem filiorum, tunc habitatio importat Alimenta, & persona illa, cui sic Habitatio relinquitur alenda est ex Bonis eorumdem filiorum *Bald. in l. fin. nu. 8. C. de Indic. vidu. Tollen Cepoll. de Seruitut. Vrban. præd. c. 6. in fin. Cremens. sing. 66. in fin. Pieus in l. Titia, §. Titia n. 176. ff. de leg. 2. Natta cons. 379. n. 3. Man. de Coniect. vlt. vol. lib. 6 tit. 11. n. 19. & lib. 8. tit. 4. n. 12. Campeg. de Dote p. 2. q. 84. & post alios & contra Cordubam probat Surd de Alim. tit. 2. q. 3 n. p. & seq.*

4 Limitatur, vt hoc procedat quando persona illa, cui relinquitur Habitatio est pauper, quia tunc solum Legatum Habitationis importat Alimenta *Ita Simon. de pret. de interpret. vlt. vol. lib. 5. Dub. 11. n. 4. in fine vers. ego addo tamen.*

5 Et licet *Surd. d. tit. 2. q. 3. n. 10.* non sequatur distinctionem prædictam, quia vt ipse ait recompensatio, ita potest fieri, non solum pauperi, sed etiam Diuiti, nec Diues gratis tenetur subire curam filiorum alterius, si non sit relictus Tutor, & quando est etiam relictus Tutor, potest ei testator relinquere, vt sunt Iura clara.

6 Videtur tamen posse sustineri Distinxio in fauorem, & prærogatiuam paupertatis, & pauperum, nam si etiam qui relinquitur Tutor, & qui grauius sustinet onus, adhuc tamen Alimenta non percipit ex Bonis Pupillorum nisi sit pauper, *vt dixi in V. Tutor,* ergo multo minus ea debet percipere is, cui simplex cura filiorum demandata est præsertim tacite, & maxime cum relinquitur habitatio, quæ potest esse illius Curæ compensatio.

7 Non obstat, quod etiam Diuiti possit relinqui compensatio ac etiam Tutori Diuiti Legatum relinqui possit a Testatore, quoniam hic non de potestate, sed de voluntate Testatoris est questio, an scilicet ex Legata Habitatione censeatur voluisse relinquere Alimenta, ad elucidandam vero hanc voluntat in consideratio paupertatis Legatarij, videtur congrua, verisimilis, & æqua ex dictis hic, & alibi in hoc eod. tractatu.

8 Confert ad hoc, quod Legatum pauperi factũ, tanquam ad piam causam est late interpretandum *dixi in V. Interpretatio, & V. Dubium.*

PRIVIL. CLXXIV.

Hæres I.

SVMMARIVM

1 *Non licet alienare in fraudem Creditorum si cõcurrat Affectus, & effectus.*
2 *Potest pauper, qui alias non reperiret hæredem, seruũ hæredem facere, et sic ei libertatem donare in damnum Creditorum, nisi seruus esset Hypotecatus n. 3*

1 Qvamuis non liceat Debitoribus in fraudem Creditorum alienare, vel disponere de suis bonis, etiam omittendo *l. p. cum seq. ff. quæ in fraud. Credit.* ad quod tamen concurrere debet affectus simul, & effectus *iux. tex. in §. in fraudem insl. tit. quib. ex caus. manum non licet.*

2 Attamen pauper, qui verisimiliter non inueniret hæredem, potest seruum suum hæredem facere, & sic ei Libertatem donare, etiam in damnum Creditorum *§. p. insl. tit. quib. ex caus. manum non licet*

licet ibi, valde enim prospiciendum erat, vt egentes homines, &c. *l. qui soluendo 60. ff. de Hared. Instit. l. p. in princ. C. de necessar. seru. Hared. Instit. §. p. Inst tit. de hared. qualit. & different. Benincas. de pauper. q. 9. spec. 2. in vlt. vol. nu. 13. Omot. inst. tit. quibus ex caus. man. non licet in prin. n. 11.* vbi quod Imperator ibi, succurrit egentibus, vnde colligit paupertatem prodesse, *vt ibi per eũ.*

3 Fallit tamen, quando seruus est Hypotecatus, tunc enim institutio Creditori non nocet *l. p. C. de necess. seru. hared. instit. ibi, sed si pignori datus fuisti, &c.*

PRIVIL. CLXXV.

Hares II.

SVMMARIVM.

1 *Hares pendente tempore ad conficiendum inuentarium non molestatur à creditoribus hareditarijs, & hac exceptio impedit litis ingressum, fallit pro Alimentis pauperis n. 2. & 4. & in Legatis Pijs n. 3.*

5 *An, & quando Legata pia debeantur hareditate non adita.*

1 QVamuis hæres pendente tempore ad conficiendum Inuentarium, quod est trimestre, *iuxta leg. fin. §. sin autẽ dubius C. de Iur. delib.* non possit à Creditoribus hæreditarijs vel Legatarijs conueniri *d. l. fin. §. donec C. de Iur. delib. vbi Bar. & alij* dicunt hanc exceptionem impedire litis ingressum.

2 Attamen pro Alimentis pauperi debitis, potest hæres etiam pendente tempore Inuentarij conueniri, *Cyn. Bal. Ang. Castr. & alij in d. l. fin. §. donec C. de Iur. delib. Tiraq. de pia caus. priuil. 24. Phanucc. de Inuent. p. 4. nu. 8. & post alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 11. n. 4.*

3 Immo, & generaliter, quod pro Legato Pio possit hæres pendente tempore ad conficiendum Inuentarium conueniri, *post Riccard. Cyn. Bald. probat Tiraq. de pia caus. priu. 24.* vbi rationem adducit, quia si res Dilationem non recipit cum de salute corporis tractatur, multo minus eam recipere debet cum de salute Animæ agitur.

4 Tu dic, quod fortius hæc procedent in Legato pauperis, in quo concurrit simul vtraque ratio, cum agatur de salute corporis legatarij, & de salute Animæ legãtis, & in hac ipsa specie, *ita firmat Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 19. n. 2.*

An autem, & quando Legata pia debeantur hæreditate non adita, *dixi Dec. 133. n. 2. & 3.*

PRIVIL. CLXXVI.

Hypoteca.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes habent specialem hypotecam in prædijs, ex quibus eis elemosina debetur.*

2 *Competit Hypoteca tacita super Bonis assignatis ad Alimenta.*

3 *Hospitale habet Hypotecam in Bonis administratoris, simile in Prælato, Tutore, Marito.*

1 PAuperes habent specialem Hypotecam in prædijs, ex quibus eis Elemosina debetur *l. 2. in fin. l. Lucius Titius 12. vbi Bart. ff. de Alim. & Cib. Legat. l. cum 11. 8. §. si vnus ff. de trans. Bart. in l. Caius ff. de Aur. & Arg. legat. Io. Fab. in §. itẽ Seruiana col. fin. inst. tit. de Action. Roman. cons. 388. incipit in casu propositi Thematis in p. et 2. dub. Natta cons. 211. n. 18. Medices de casibus fortuitis p. 2. q. 4. n. 26.*

2 Et quod competat Hypoteca tacita super Bonis assignatis ad Alimenta, plene probat, *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 81. n. 3. qui tamen inter cæteros allegat Nattam cons. 21. n. 18. sed erranter pro cõs. 211.* vbi loquitur de Elemosina debita ex certis corporibus.

3 Adde, quod Orphanotrophium miserabilium personarum, habet tacitam Hypotecam in Bonis economi, vel administratoris, *vt probat Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 105. n. p. & seq.* vbi adducit simile de prælato, tutore, & Marito.

PRIVIL: CLXXVII.

Ieiunium.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes non tenentur ieiunare, vt ibi.*

2 *Necessitas facit licitum, quod erat illicitum.*

3 *Ægrotus, Ieiunium frangens, non frangit votum.*

4 *Pauper æquiparatur Infirmo, & non tenetur ad ieiunium, siue præceptum, siue votum.*

5 *Ob Infirmitatem, vel necessitatem famis, licet carnes comedere in vigilijs.*

6 *Non habens cibos in pœnitentia præceptos, potest alijs refici ad sustentationem non ad delicias.*

7 *Potest sine licentia Ieiunium frangi, quando causa est euidenter Iusta, & ad Superiorem facilis, non est accessus.*

8 *Artem laboriosam exercens, siue pauper, siue non, excusatur à ieiunio.*

9 *Operarij non tenẽtur ieiunare etiam die quo non operantur, & quare.*

10 *Diues pro paupere Ieiunet, vel pauperi tribuat, vt item-*

ieiunet, de ieiunio Diuitis, fames pauperis saturetur
11 *Ieiunium virtuti cibus est, sit refectio pauperis Abstinentia ieiunantis.*
12 *Non Deo, sed sibi ieiunat, qui quæ ventri subtrahit, egenis non tribuit, sed iterum ventri offerenda custodit, negotium ventris agit non Religionis.*
13 *Qui ieiunans, prandium non erogat, sed reponit, non Christo, sed cupiditati ieiunat, Ieiunium sine pietate Ieiunat, & fames est Auaritiæ, & Cupiditatis pœna.*
14 *Pauper, qui de Iure ex necessitate non tenetur ieiunare, de facto ex necessitate Ieiunat, & quem necessitas excusat, necessitas cogit.*

1 PAuper non tenetur Ieiunare *D. Thom. 22. q. 147. art. 4. Nauar. in man. c. 21. nu. 16.* vbi quod necessitas excusat a Ieiunando omnes, quos oportet aliquid facere impatibile cum Ieiunio necessarium ad vitam, vel statum conseruandum, & sic etiam operarios, qui nisi laborando non possunt se, familiam, & statum conseruare *Azzor. p. p. lib. 7. c. 17. q. 7.* vbi loquitur de Mendicis, seu Mendicantibus, *probat tex. in c. quod non*
2 *est licitum 4 de Reg. Iur.* vbi generaliter dicitur, quod necessitas facit licitum, quod alias est illicitum, & specialiter subditur, quod si quis Ieiunium
3 fregerit ægrotus, Reus voti non habetur. At pauper Infirmo æquiparatur, *vt dixi in V. Infirmitas,* Vnde ampliare potes, vt pauper non tenea-
4 tur ad Ieiunium, siue præceptum, siue votum.
5 *Ad idem est tex. fortior, & expressior in c. 2. de Obseru. ieiun.* vbi quod Carnes comedere licet, ob Infirmitatem, vel necessitatem famis, etiam in diebus prohibitis, vnde ampliare potes, vt pauper impotens, nec teneatur ad Ieiunia, nec ad Vigilias
6 Ad idem *tex. in c. licet 6. de pænit.* vbi quod, qui cibos sibi in pænitentia præceptos non habet, alijs refici potest si necessitas id exposcat, discretione tamen adhibita, vt non his ad Delicias, sed ad sustentationem vtatur.
7 Ampliatur pᵒ. vltra prædicta, vt quando causa est euidenter Iusta saltem si ad Superiorem facilis non est recursus, non requiratur alia licentia ad frangendum Ieiunium, *D. Thom. 22. q. 147. art. 4. Nauar. in man. c. 13. n. 16.*
8 Ampliatur 2. vt qui laboriosas artes exercent, Ieiunare non teneantur, siue pauperes sint, siue Diuites, *ita post Rosellam tradit Azzor p. p lib. 7. c. 17. q. 8.* vbi refert, ita Declarasse, seu concessisse Eugenium quartum.
9 Ampliatur 3. vt Operarij prædicti non teneantur ieiunare etiam diebus, quibus non laborant, quia debilitati sunt ob laborem præteritum, & viribus indigent ad futurum, & quia non sunt assueti, *Azzor. d. p. p. lib. 7. c. 27. q. 8. quem refert, & sequitur post Io. de la Crux. & Facundex. Diana p. p. tr. 9. de ieiun. Res. 9.*
10 Vltimo pro Coronide hic adde, quod deberet Diues pro paupere Ieiunare, vel pauperi tribuere, vt Ieiunare posset, vnde Aug. in opusc. de Stoicis, & Epicureis c. 6. præcipue inquit obseruandum est, vt de Ieiunio tuo fames pauperis saturetur, *& S. Leo serm. 2. de ieiun. Decim. mens.* semper virtuti cibus Ieiunium fuit, sed quia non solo Ieiu-
11 nio Animarum nostrarum salus acquiritur, Ieiunium nostrum, misericordijs pauperum suppleamus, impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. fiat refectio pauperis. Abstinentia
12 Ieiunantis, *& Author. Method. Confess.* non Deo, sed sibi ieiunant, si quæ ventri ad tempus subtrahunt, non egenis tribuunt, sed ventri postmodum offerenda custodiunt, *cui consonat Aug in ps. 86.* magnum opus, Christianum opus ie Ieiunium, noli cito laudare, quære causã
13 negotium ventris agitur non Religionis, *Adde D. Petr. Crisol. serm. 8. ibi,* qui non Ieiunat pauperi, Deo fingit, qui ieiunans, prandium suum nõ erogat, sed reponit, cupiditati probatur Ieiunia re non Christo, *& prius ibid.* ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat cum Duce misericordia pugnat, *& iterum serm. 42. sub initium,* Ieiuniũ sine pietate Ieiunat, &c. fames est Auaritiæ, ieiunium sine misericordia, Cupiditatis pœna est, sine pietate Ieiunium. *Adde D. Leon de ieiunio Decim. mens. serm. 4. ibi,* Ieiunium sine Elemosina, non tam purgatio Animæ, quam carnis afflictio est, magisque ad Auaritiam, quam ad continentiam referendum est, quando aliquis sic à cibo abstinet, vt etiam a Pietate abstineat.
14 Sed fortasse contingit, quod pauperes, qui de iure ex necessitate non tenentur Ieiunare, de facto ex necessitate tenentur, & quos semper necessitas excusat à Ieiunando, sæpe necessitas cogit ad Ieiunandum.

PRIVIL. CLXXVIII.

Ieiunium II.

SVMMARIVM.

1 *DIspensatus à Ieiunio tenetur pauperibus elemosinam largiri, & n. 2.*
2 *Elemosina, vniuersum efficit quando deficit oportunitas aliud faciendi.*
3 *Dispensatus ex causa proueniente ex eius culpa, tenetur elemosinam facere, secus, si sine culpa.*

1 QVI ex aliqua causa dispensatur à Ieiunio, tenetur pauperibus aliquam Elemosinã erogare in recompensationem, *ad tex. in cap. licet 3. de Ferijs ibi,* Christi pauperibus congruam faciant portionem, *& in Can. Presbiter 82. Dist. ibi,* secundam Feriam, vnum denarium dando pauperibus, potest redimere, *& docet Abb. in d. c. licet nu. 4. vers. vltra nota deferijs.*
2 Confert *gl. in Can. medicamentum 77. de pænit. Dist.*

Dist. p. ibi. Elemosina vniuersum efficit *vbi gl.* supplet quando deficit oportunitas aliud faciendi. *& D. Petr. Crisol. serm. 166. in fin.* qui Ieiunare non potest, redimat Elemosinis, quod non potest spplere Ieiunijs.

5 Declaratur, vt procedat Conclusio quando aliquis dispensatur ex aliqua impotentia, vel causa proueniente ex culpa ipsius dispensati, secus si sine eius culpa, *ad trad. per D. Thom. in 4. sent. Dist. 28 q. p. art. 3. quem refert Bellencin. ad Abb. in c. 2. de Raptor. in princ. dixi in V. Votum.*

PRIVIL. CLXXIX.

Immunitas.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiarum, & Pauperum aequiparantur signanter, quo ad immunitatem ab oneribus.*

1 Bona Ecclesiarum, & pauperum generaliter aequiparantur, *vt dixi in V. Ecclesia*, sed signanter, quo ad Immunitatem ob oneribus, *c. non minus 4. de Immunit. Eccles. ibi,* De Bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & Pauperum Christi vsibus deputatis, *Felin. in c. de quarta n. 11. de praescrip.* vbi testatur olim, ita consuluisse Florentiae Laurentium de Rodulphis, cum alijs pluribus.

PRIVIL. CLXXX.

Incerta.

SVMMARIVM.

1 *Incerta si Dominus non reperitur, pauperibus erogantur etiam iure naturali n. 2. etiam quādo Dominus est notus, sed longe absens n. 3.*

4 *Pauper potest sibi Incerta retinere.*

5 *Incerta restitui possunt etiam Ecclesijs quatenus paupertate laborant.*

6 *Pauperes, quibus erogantur Incerta, non tenentur, sed debent orare pro Domino.*

7 *Relictum pauperibus pro restitutione ablatorum est Irreuocabile, & ante legitimam soluendum, licet aliud sit in Legatis Pijs.*

8 *Consuetudo non erogandi pauperibus Incerta nō valet.*

9 *Ligna vi fluminis in alienum fundum proiecta post proclamationes occupātis, sed tutius est ea pauperibus erogare.*

10 *Qui non facta diligentia, vt Dominum reperiat, pauperibus erogat, Domino reperto et tenetur, secus si diligentiam adhibuit.*

11 *Fiscus succedit in Bonis vacantibus.*

12 *Qui scit Rem esse Titij, vel Caij, debet eis aequaliter distribuere.*

13 *Restitutio Incertorum non est necessario facienda pauperioribus, ac melioribus, nec pauperibus certi loci 14.*

15 *Curatus accipiens decem restituenda Titio, quo casu possit ea sibi retinere.*

16 *Pecunia male quaesita, fuit cum Domino sepulta.*

1 Incerta male oblata, vel alias Aliena, (si Dominus, vel Creditor non inuenitur, sunt pauperibus restituenda *ad tex. in c. nemo 14. q. 5. & in c. cum tu 5. §. p. ibi,* pauperibus erogare *de vsur. c. tua nobis 17. de testam. facit c. pen. & fin. 14. q 5. & c. fin. 14. q. 3. & ca. si quis Romipetas cad. caus. & q. Innocent. in c. quia plerumque in gl. p. de Immunit. Eccles. & post alios incertus Author. addens ad cons. 103. Bartolomei Vulpij inter Consilia diuersorum super vlt. volunt. n. 11. lib. p. Nauar. in man. c. 17. nu. 92. vbi quod ex communi cont. hostiens.* non est huiusmodi Restitutio reseruata Episcopo, *idem Nauar. in eod. man. c. 26. n. 28.* vbi quod pauperes sunt haeredes Creditorum Incertorum *Azzor. p. 3 lib. 4. c. 26. q. p.* vbi quod inter omnes conuen *probat tex. Aug. in c. nemo 14. q 5. ibi.* si eos quorum fuerit, inuenire non poterit, Ecclesiae, vel pauperibus tribuat, *confert tex pro. 28. ibi,* qui coacervat Diuitias vsuris, & faenore, Liberalis in pauperes congregat eas.

2 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam de Iure naturali, *ita post D. Thom. Syln. Caietan. Medin. & Couar. Azzor. p. 3. lib. 4. c. 26. qu. p. vers. verum difficultas.* licet referat *Sotum* sensientem, quod procedat solum de Iure positiuo.

3 Ampliatur 2. vt procedat etiam quando Dominus est notus, sed est adeo absens, vt non possit ei commode fieri restitutio, nam tunc etiam potest pauperibus restitui, *Conar. in Reg. peccatum p. 3. Nauarr. in man. c. 17. n. 29. Azzor. p. 3. lib. 4. c. 26. q. 2. vers. quares itidem.*

4 Ampliatur 3. vt qui debet Incerta restituere, possit ea sibi retinere, si est vere pauper, *Nauarr. in man. c. 17. n. 93. Azzor. p. 3. lib. 4. c. 26. q. 2. vers. si roges*, vbi etiam quod potest pauperibus suis Cognatis restituere.

5 Ampliatur 4. vt Incerta restituenda pauperibus, restitui possint, etiam Ecclesijs, saltem quatenus paupertate laborent, *Nauarr. de Reddit. Eccles. q. p. monito 28. n. 2. & in man. c. 26. n. 28.*

6 Ampliatur 5. vt pauperibus, quibus Incerta restituuntur non sit necessario iniungendum onus orandi pro Domino, *Nauar. in man. c. 17. n. 93.* non est tamen negandum quin. pauperes praedicti, onus hoc etiam non iniunctum debeant saltem de honestate volūtarie, ac libenter assumere.

7 Ampliatur 6. vt Legatum Relictum pauperibus pro restitutione ablatorum, vel alias Incertorum, seu pro exoneratione Conscientiae sit irreuocabile. *vt post alios probat Nouar. in praxi prin. miser. prin. 66. n. 8. vbi etiam n. 4.* ostendit huiusmodi Legatum detrahendum, & soluendum esse

ante Legitimam, licet aliud sit in alijs Legatis, simpliciter Pijs.

8 Ampliatur 7. vt Consuetudo contraria non restituendi pauperibus Incerta, non valeat, vel tanquam repugnans Iuri naturali, vel tanquam irrationabilis, *Nauarr. in man. c. 17. n. 92.*

9 Ampliatur 8. vt licet quando ex vi Fluminis Ligna, vel alia proiciuntur in fundum alicuis, debeat fieri proclama cum termino, quo lapso fiant occupantis, tutius tamen sit, vt tunc vendantur, & pretium pauperibus distribuatur, *arg. tex. in d. c. cum tu 5. de vsur. Fed. de sen. cons. 102. incipit Domine Francisce Cepoll. de seruit. Rust. præd. c. 27 n. 5.* vbi in fine inquit esse notandum, quia sæpe contingit, vbi sunt Flumina Rapida, & Torrentia

10 Limitatur pr. vt Conclusio procedat, vt loquitur quando Dominus, vel Creditor ignoratur, alias non, nam si Dominus, vel Creditor inuenitur, ei, non alteri fit restitutio, *ad tex. D. Hieron. in c. nemo 14. q. 5. ibi,* si eos quorum fuit, inuenire non poterit, Ecclesiæ, vel pauperibus tribuat, *& in c. ea te 22. de Iur. Iur. & in c. cum tu de vsur. Nauar. in man. c. 17. n. 92. & cons. 62. nu. 2. de præben. & cons. 2. n. 3. de success. ab intest.* vbi quod non sufficit pauperibus restituere, nisi quando Dominus, vel eius hæres, facta Diligentia non inuenitur *Azzor. p. 3. lib. 4. c. 26. q. p.* vbi quod si quis non facta diligentia, pauperibus restituat, si deinde Dominus appareat, debet ei iterum restituere, secus si facta prius diligentia, & Domino non inuento, pauperibus facta sit restitutio, nam etiam si Dominus postea tunc appareat, nihil est ei amplius restituendum.

Adde *iterum Nauar. in man. cap. 26. n. 28. ibi,* Caueat ne aliena pauperibus, vel Ecclesijs, etiam pro Calicibus relinquat, quin potius reddat debita certa, Creditoribus certis.

Adde etiam, quod sententia *Nauar. d. cons. 2. nu. 3. de success. ab intest.* quatenus habet, quod quando non inuenitur, hęres, possit pauperibus resolui, potest forsan videri dubitabilis, nam videre-
11 tur, potius fisco, seu Cameræ restituendum, quæ succedit in Bonis vacantibus, *ad tex. in l. p. ff. de iure Fisci l. p. & per tot. C de Bon. Vac. lib. 10. Peregr. de iure fisci lib. 4 tit 3. n. p. & 2.* quod si dicas si id esset verum, dextrueretur hæc materia, & hoc pauperum Priuilegium, responderi forte poterit, quod non dextrueretur, sed limitaretur, vt locum habeat quãdo Dominus ignoratur, tunc enim succedet pauper, At quando Dominus non ignoratur, sed ignoratur eius hæres, possit succedere fiscus, sed non firmo, præsertim cum pro Nauarro, & pro pauperibus videatur, *tex. in c. cum tu 5. de vsur. ibi,* his a quibus extorserint, vel eorum hæredibus restituere, vel his non superstitibus, pauperibus erogare.

12 Limitatur 2. vt si scio rem esse Titij, vel Seij, vel Caij, & ignoro, cuius nam eorum sit, tunc non pauperibus fiat restitutio, sed prædictis tribus fiat distributio, & æqua Diuisio, *Azzor. p. 3. lib. 4. c. 26. q. p. vers. item conuenit.*

13 Declaratur pr. vt non sit necesse facere huiusmodi restitutionem, seu distributionem pauperioribus, & melioribus, nisi de Consilio, *Nauar. in man. c. 17. n. 93. Gauant. in Enchiridio Episc. V. restitutio incertorum n. 2. ad quod vide, quæ dixi latius in V. Electio.*

14 Declaratur 2. vt prædicta restitutio, seu distributio non sit necessario, ac de pręcepto facienda pauperibus alicuius certi loci, sed sufficiat, si pauperibus fiat, *Syluest. in sum. V. Restitutio 8. quæ. 3. Nauar. in man c. 17. n. 93. Azzor. p. 3. lib. 4. c. 26. q. 2. videque dixi in V. Elemosina, in V. Episcopus, in V. Vsura.*

15 Declaratur 3. *ex ijs, quæ tradit Posseuinus de offic. Curati c. 12. n. 27.* in hæc verba videlicet (quæritur, an Curatus, qui est vere pauper, & forte egens, qui accipit decem restituenda Titio, possit adito Titio dicere, quidam qui debet tibi decem, sed est pauper orat, vt *illi* remittas, an si Titius remittat, Curatus possit sibi illa Decem retinere cum vere sit pauper, & mendacium non dixerit Respondetur non valere Remissineni, quia non fuit voluntaria, quando enim Titius remisit intellexit de omni alio a Curato distincto, Curatus enim loquebatur in tertia persona, & ideo dolose, si tamẽ Curatus iste diceret, ego tibi decem debeo, remittis? Et Titius annueret, valeret remissio, & si Titius diceret Curato, Da pauperibus, ipse Curatus tunc posset sibi retinere partem, vel totum secundum Regulas, *Syluest. V. Elemosina q. 3. nota tamen quod Sylu. V. Elemosina qu. 2. in fine* ait, quod non posset sibi retinere, At tu tene, *cum Nauarr. c. 17. n. 93. & 171*, quod si vere est pauper, posset sibi retinere, maxime de Consilio Cõfessoris, quod tamen non intelligas de necessitate, sed ad suam maiorem Cautelam) *Hæc Posseuinus,* Adquæ vide si placet, quæ *dixi in V. Electio.*

16 Vltimo nota hic singularem casum, quem refert *D. Hieron. de Custodia virginit. ad Eustochium,* in hæc verba, quidam ex patribus triginta argenteos, quos Lina texendo quæsierat, moriens derelinquit, Alij pauperibus distribuendos dicebãt, Alij parentibus remitendos, sed Maccharius, Isidorus, & cæteri Sancto in eis loquente Spiritu decreuerunt infodiendos esse cum Domino suo.

PRIVIL. CLXXXI

Incertitudo p.

SVMMARIVM.

1 *INcertitudo personę vitiat omnem Dispositionem, & contractum n. 2. & vltimam voluntatem n. 3. & Dationem libertatis n. 4.*

2 *Relictum pauperibus, ratione Incertitudinis non vitiatur*

tiatur, & censetur relictum Hospitali pauperiori, ac Deo.

6 *Relictum pauperibus in genere, debetur pauperibus loci Domicili vltimi, testatoris.*

7 *Si Exequutori data sit facultas eligendi pauperes, an possit eligere pauperes extra locum Domicilij Testatoris.*

8 *Quando in loco adsunt pauperes diuersę speciei, qui nam sint pręferendi.*

9 *Siue Legatum particulare, siue vniuersalis Institutio fauore pauperum non vitiatur ex Incertitudine.*

10 *Qui relinquit sua Bona pro Anima, intelligitur disponere ad fauorem pauperum, Idemq; si committat alicui, Bonorum suorum dispositionem, nisi tamen liberos habeat.*

1 Licet Incertitudo, præsertim personę, omnem vitiet Dispositionem, *l. fin. C. de Ann. excep. l. vbi pugnantia 149. ff. de Reg. Iur. Bart. in l. pr. n. 14. ff. sol. matr. Gomez. in §. sed ista inst. tit. de Action. Marsil. sing. 206.* quod procedit non solū
2 in Contractibus, *l. Triticum 94. vbi Bart. ff. de verb. oblig. c. innotuit. 12. de Arbitr. Afflict. D. 371. n. p.*
3 sed etiam in vltimis voluntatibus *l. in tempus 62. §. p. ff. de Hæredib. inst. §. incertus inst. de legat. vbi Aretin. (astren). in l. si quis §. hi autem ff. de minst.*
4 *rupt. Laderchia cons. 128. n. p.* ac etiam in datione libertatis, *l. cum ex pluribus 32. ff. de manum testā. l. si ita fuerit ij ff. de Reb. Dub. post. in §. incertis inst. tit. de legat. Tiraq. de pia cauſ. priuil. 56. verſ. sed hic attende.*
5 Relictum tamen pauperibus, ratione Incertitudinis non vitiatur, *l. id, quod pauperibus 24. C. de Ep. & Cler. ibi*, Id quod pauperibus relinquitur, non vt incertis personis relictum, euanescat, sed omnibus modis ratum firmumq; consistat, *l. si quis ad declinandam 37. C. eod. cu. de Ep. & Cler.* vbi dicitur tale relictum spectare ad Hospitale loci, & inter plura, pauperiori, & si nullum adest in loco, tunc Episcopus distribuet pauperibus Ciuitatis, vel Mendicantibus, vel alias sustentatione Indigentibus, *portius in §. incertis inst. tit de Legat.* qui rationem adducit, quoniam relictum pauperibus, cēsetur relictum Deo, certam pauperum personam repræsentanti, *Benincas. de paupert. qu. 9. spec. 3. in vlt. vol. n. 22. Couar. in c. cum tibi de testam. n. 14. verſ. postremo Tiraq. de pia cauſ. prin. 56. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 17. n. 5. mant. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 6. nu. 7. in prince. & lib. 8. tit. 5. n. 20. sub fin. Laderchia cons. 128. n. p.*
6 Declaratur, vt relictum pauperibus in genere debeatur pauperibus loci Domicilij Testatoris, *ad tex. in d. l. si quis ad declinandam 37. & l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. & l. hęc conditio 9. §. fin. ff. de Cond. & Dem. l. Capitalia §. famosos ff. de pæn. c. si peccauerit 12. q. p. c. fortitudo 30. q. 4. gl. in c. si pater de testam. in sex. spec. in tit. de instrum. edition §. nunc vero aliqua verſ. quid si testator Ancaran. cons. 214. verſ. 8. ratio Felin in c. sicut tuis 24. col. 2. de Simon. & c. fin. col. 10. n. 49. de foro comp. Tiraq. de pia cauſ. priu. 56. post medium Sur. de Alim. tit. 8. prin. 17. n. 5. mant. de Coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 6. n. 7. & lib. 8. tit. 5. n. 2.* vbi tangit etiam quid si testator moriatur extra locum Domicilij, & sentire videtur, in Dubio, vltimum præferri.
7 Si tamen Exequutori testamentario data sit facultas eligendi pauperes, non videtur, quod teneatur eligere pauperes Domicilij Testatoris. *Io. Andr. Dominic. Lap. Franch. in d. c. si pater de testam. in sex. Capell. tolos. D. 128. Couar. in c. cum tibi n. 14. de testam.* vbi adducit simile de Episcopo, sed in fine periculosam fore ait electionem extra locum Domicilij Testatoris, cum eius mens refragari videatur, ideo non temere, sed caute seruandam opinionem prædictorum Doctorum, *& Couar returnam sequi videtur mant. de Coniectur. lib. 4. tit. 6. n. 7. & lib. 8. tit. 5. n. 2.*
8 Quando autem in loco adsunt pauperes diuersę speciei, qui nam sint præferendi, *tradit Benincas. de paupert. q. 9. spec. 3. in vlt. col. n. 33. & seq. & ego pleam in V. Elemosina.*
9 Ampliatur pr. vt Conclusio non solum procedat in Legato particulari, sed etiam in Institutione vniuersali de pauperibus facta, quia ex Incertitudine non vitiatur, *d. l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler cum alijs supra deductis, & tradit mant. de coniect. lib. 4. tit. 6. n. 7.*
10 Ampliatur 2. vt etiam si Testator, bonorum suorum Dispositionem pro Anima committat, vel Bona sua pro Anima distribui mandet, licet non dicat quibus, adhuc intelligitur, vt pauperibus distributio fiat *ad tex. in c. cum tibi 13. de testam. vbi Io. Andr. Hostiens. Aut. Abb. Bald. in l. exequtorem n. 8. C. de exeq. Rei Iudic. per tex. in c. cum tibi de testam. quem dicit ad hoc valde notabilem Benincas. de paupert. d. q. 9. spec. 3. in vlt. vol. n. 23. & 24.* vbi ampliat etiam quando Testator relinquit pro Anima, & non exprimit quantum, *Romā. in l. Captatorias nu. 10. & 11. C. de testam. milit. Alex. ibid. n. 4. Paris cons. 38. lib. 3. Couar. in d. c. cum tibi n. 10. de testam. & post alios Ant. Gabriel. lib. 6. com. Concl. cōd. 3. de pia cauſ. n. 2* vbi testatur de magis communi, etiam quando Testator simpliciter committit alicui, Bonorum suorum Dispositionem, *& sequitur mantica de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n. 26.* vbi tamen limitat quando Testator haberet Liberos, *& n. 37. verſ. sed considera, & tu vide, quæ dixi in V. Captatoria voluntas prin. 42.*

PRIVIL. CLXXXII.

Incertitudo II.

SVMMARIVM.

1 *Legatum incertum ratione summa non valet, sed fauore pię causę, & pauperis sustinetur, & decla-*

declaratur Arbitrio boni viri n. 2.

3 *Legatum incertum ratione personæ, & summæ simul pauperum fauore sustinetur.*

4 *Relinquẽs pro anima, intelligitur relinquere pauperib⁹*

1 LIcet Legatum Incertum non valeat, siue sit Incertum ratione personæ, vt supra diximus in antecedenti priuil. siue ratione Rei, seu summæ *l. titia cum testam. 35. in princ. ff. de leg. 2. mantica de coniect. vlt. vol. lib 6. tit. 3. n. 36. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 17. nu. p.* vbi quod Incertitudo omnem vitiat Dispositionem.

2 Attamen fauore piæ causæ, & præsertim paupertatis sustinetur, & debet arbitrio boni viri declarari inspectis facultatibus Testatoris *l. si cui 14 ff. de ann. leg. l. pen. ff. de Adim. legat. l. Stichus 12. ff. de leg. 3. l. quidam in testam 30. ff. de leg. 2. & ibi Bald. Rom. in Auth. similiter n. 85. C. ad leg. Falcid. Aretin. in l. p n. 7. C. de Sac. Eccles. Ias. in l. ita stipulatus n. 13. ff. de verb. oblig. Afflict. D. 337. n. 10. & 11. mant. de coniect lib 6. tit. 3. n. 36*

3 Ampliatur pr. vt legatum pauperibus relictum sustineatur, etiam si sit incertum, & ratione personæ, & ratione summæ, & sic licet duplicem habeat Incertitudinem, *ad tex. in d. l. id, quod pauperibus 24. & in l. nulli 28. C. de Ep. & Cler. & post Florian. Felin, & Afflict. probat mant. de coniect. lib 6. tit. 3. nu. 37. vers. sed contra vbi reprobat Bart. Socin. & Ruin. quatenus* sentire videntur Legatum, etiam ad piam causam non sustineri, quando est Incertum ratione personæ, simul, & summæ, *sed Bart. in l. quidam relegatus nu. p. ff. de Reb. dub.* licet generaliter sensiat Legatum, etiã ad piam causam non sustineri si laboret duplici Incertitudine, vt supra, sentit tamen fauore pauperum sustineri, ex preallegatis iuribus.

4 Ampliatur 2. vt etiam quando Testator committit alicui Bonorum suorum Dispositionem, vel relinquit pro Anima, absque expressa mentione pauperum, & non exprimit quantitatem, adhuc Dispositio, & relictum ad fauorem pauperum valeat, *Benincas. de paupert. q. 9. spec. 3. in vlt. vol. n. 24. & dixi supra in antecedeni priuil.*

PRIVIL. CLXXXIII.

Indulgentia.

SVMMARIVM.

1 *PAuper lucratur Indulgentiam, & Iubileum, licet in eis praescriptam elemosinam non det, & an ad hoc indigeat commutatione.*

2 *Qui ob tussim, vel aliam causam communicare, vel ieiunare non possunt, indigent commutatione ad lucrandum Iubileum.*

3 *Pauper lucratur Iubileum, etiam minima melemosinam tribuens, & quid in Diuite n. 4.*

1 PAuperes lucrantur Indulgentias, & Iubilea, licet Elemosinas in eis prescriptas non largiantur, neq; ad id indigent alia commutatione *Fernandez. in medull. Cas. p. 3. c. 7. § 8. n. 3. Enriqu. lib. 7. c. 10. nu. 6. in gl. l. n. Graffius in Appendic. lib. 2. c. 5. n. 58. Nauarr. Miscellan. 94. nu. 2. Faustus de Iubileo lib. 5. q. 55. Diana p. 3. tr. 12. de Indulgentijs, & Iubileo Res. 15. vers. verum his non obstantibus, & Res. 31. vers. dico secundo.*

Sed quod pauper in casu prædicto indigeat cõmutatione, docent, *Sanctarell. de Iubileo c. 7. nu. p. Leo in eod. tract. de Iubileo p. 2. n. 72. Lauorius de Iubil. c. 19 n. 6.* quorum opinionem, sicut & contrariam probabilem, *dixit Diana p. 5. tr. 12. de Indulg. & Iubil. Res 15. in princ.* vbi adducun-

2 tur similia de ijs, qui Ieiunare, vel communicare non possunt, vt ob tussim, vel ob aliam similem causam, qui ad hoc, vt lucrentur Iubileum, indigent Commutatione.

3 Certum tamẽ est huiusmodi pauperes largiendo, etiam minimam vnius oboli Elemosinam, Indulgentiam. vel Iubileum lucrari *Bossius de triplici Iubileo sect. 4. cas. 31. n. 4. Diana p. 5. tr. 12. de Indul. & Iub. Res 15. vers. verũ his non obstantib⁹.*

4 An autem in Diuitibus sufficiat Elemosina minima, ad lucrandum Iubileum, controuertitur, & negatiue, *sensit Lauorius de Iubil. p. p. c. 21. n. 46.* sed affirmatiue sensit, *Diana p. 5. tr. 12. de Indul. & Iubil. Res. 31. vers. dico 2.* vbi limitat quando non simpliciter Elemosina præscriberetur, sed secundum facultatem cuiusq;

PRIVIL. CLXXXIV.

Infirmitas.

SVMMARIVM.

1 *PAupertas æquiparatur infirmitati præsertim quo ad dilationem Legalem.*

2 *Libertus reputatur ingratus, si patronum inopem, vel infirmum derelinquat.*

3 *Absentia, & Infirmitas æquiparantur, & paupertas æquiparatur Absentiæ.*

4 *Infirmitas Corporis, sanitatem mentis operatur, sic, & paupertas.*

5 *Paupertas æquiparatur Infirmitati graui Corporis, atque animi, etiã si quis ex culpa in eam inciderit n. 6*

7 *Paupertas est sæpe Sanitas corporis, atq; animi.*

8 *Paupertas est Infirmitas animi grauis, ei, qui sit animo leuis.*

Tam miser est quisq; quam credit, nec est in rebus vitium, sed in Animo, quod paupertatem grauem facit, hoc & Diuitias graues faciet, nec interest an æger sit in ligneo, vel in aureo lecto.

9 *Paupertas non est Infirmitas incurabilis, habet remedia multa, immo, & ipsa est ad mala multa Remedium.*

Pau-

1 PAupertas æquiparatur Infirmitati, ac Morbo, maxime quo ad Dilationem Legalem, *vt notat Innoc. in c. de appellationibus de appell.* & est notatu dignum, & per hoc dicit Guglielm. quod euasit quemdam pauperem à furcis, qui cum appellasset, propter paupertatem non fuit prosequtus Appellationem, *vt pie notat in l. eos C. de appellat.* quod tene menti, *Hæc ita Bald in l. 2. §. si quis in iudicio n. 4. sub fin. vers. vlt. quæro ff. si quis caution. Beninten. Dec. Bonon. 26. n. 2. Gamma D. 191. n. 2. Thom. ab Ius de infirmit. p. p. c. 25. Costa de Rem. subsid. Rem. 25. n. 8. & Rem. 125. nu. 6. & seq. Medices in memorand. tract. mors omnia soluit p. p. n. 103. & in alio de casib. fortuit. p. 2. q. 4. nu. 8.*

Confert *tex. in l. si procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mad. ibi,* si paupertas eis non permisit, excusata est eorum Inopia, & magis in specre, *tex. in*
2 *l. Alimenta 6. ff. de Alim. & Lib. Leg.* vbi disponitur, quod Libertus reputatur ingratus, si patronũ paupertate, vel Corporis valetudine laborantem reliquit, *& tex. in c. quod de his 26. de sent. excom. ibi,* nisi paupertate, aut Infirmitate grauaretur, *& tex. similis in c. quamuis 58. eod. tit. de sent. excom. ibi,* nisi Infirmitate, aut Inopia retrahatur.

3 Ad Idem induci potest, *tex. in l. p. §. si quidem ff. ex quib. caus. maior ibi,* cum is absit, aut valetudine impediatur, nam si ibi absentia, & Infirmitas æquiparantur, & paupertas æquiparatur Absentiæ, vt diximus in V. Absentia, loquitur à primo ad vltimum, quod paupertas etiam æquiparetur Infirmitati.

4 Ad idem confert, quod sicut Infirmitas Corporis, sępe Sanitatem mentis operatur, *vt probat Petrar. p. de Rem. D. 3.* sic & idem operatur paupertas, *vt nos comprobauimus in V. Salus.*

5 Ampliatur pr. vt paupertas æquiparetur, non solum Infirmitati, sed graui Corporis Infirmitati *Paris cons. 102. n. 9. lib. 4.* & tu dic, quod videtur esse Infirmitas Corporis, atq; Animi, vel certe Infirmitas Animi, quæ etiam in Corpus influit, quod tamen intellige iuxta infrascriptam Declarationem.

6 Ampliatur 2. vt Conclusio procedat, etiam si quis in paupertatem, propria culpa incidisset, dummodo saltem non fuerit ad casum præordinata, *vt post Felin. Cruuett. Nattum vinium sensit Costa de Remed. subsid. Rem. 25. n. 9. & vide in V. Medicina, & in V. Priuilegia.*

7 Declaratur pr. quia licet paupertas æquiparetur Infirmitati, quo ad priuilegia, saltem quando militat eadem ratio, non est tamen Infirmitas corporis, Immo ad Corporis Sanitatem, sæpe confert, *vt probaui p. 3. c. 2. Rem. 3.* & melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam Diues Imbecillis. *Eccli. 30.* & sæpe paupertas est sanitas mẽtis, & Animi, *vt probaui hac p. 2. V. Salus & p 3.*
8 *c. 2. Rem. 21.* & dici potest paupertas Infirmitas Animi grauis ei, qui sit Animo leuis, & qui sic existimat, & opinatur, & credit, quia tam miser est quisq; quam credit, *vt credidit Sen. Ep. 78. & cecinit Sanazar.* Che tanto è Miser l' Huom, quant' ei si reputa. nec est in rebus vitium, sed in Animo, & quod paupertatem grauem facit, hoc & Diuicias graues faciet, nec interest, ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces, *vt dixit idẽ Sen. Ep. 17.*

9 Declaratur 2. quod quatenus paupertas dici possit Infirmitas, non tamen dici potest incurabilis, habet enim remedia multa præseruatiua Leuitiua, & Curatiua, *de quibus dixi p. 3. c. p.* Immo paupertas ipsa est ad mala multa Remedium, & pręstat Remedia, multis, Corporis, atq; Animi Infirmitatibus, & sic habet Remedia, non solum passiua, sed actiua, *vt ostendi ead. p. 3. c. 2.*

PRIVIL. CLXXXV.

Iniuria.

SVMMARIVM.

1 *INiquius est offendere hominem infortunatum, quã fortunatum.*
2 *Grauius est occidere nobilem, quam ignobilem.*
3 *Plus tenetur restituere percutiens, vel occidens pauperem operarium, quam qui Diuitem. Et an in restitutione deducatur æstimatio laboris n. 4. & an Creditoribus occisi debeatur restitutio n. 5.*

1 INiquius est Iniuriam homini Infortunato, quã fortunato intulisse, *vt loquitur Arist. sect. 29. eorum, quæ ad iustitiam pertinent prob 2. in fin.* sed
2 quod grauius Crimen admittat, qui nobilem, quã qui ignobilem occidit, *arg. tex. in l. Aut facta 16. ff. de pœn. & c. Aut. facta p. Dist. sensit Nauarr. in man. c. 15. n. 24. in fine.*

3 Certe occidens, vel percutiens pauperem, plus tenetur restituere, quam si Diuitem percussisset, vel occidisset, tenetur enim hæredibus occisi restituere, quantum ille viuens suo labore, & artificio lucrari potuisset, *ad tex. in l. fin. ff. de ijs, qui Deiec. vel. effud. Abb. post. spec. in c. p. de Iniurijs, & Damn. dat, & post Io. maior tradit Nauarr. in man. c. 15. nu. 24. Diana Res. mor. p. 3. tr. 6. Miscellan. Res. 54.* vbi quod hoc omnes fatentur.

4 An autem in casu prædicto, deducenda sit æstimatio molestiæ, vel laboris, quæstio est, *& pro negatiua est Lessius, Nauarru, Conar. Sotus, pro affirmatiua, Rebellus, Molina, maior quos refert vtramq; sententiam probabilem dicens Antonin. Diana p. 3. tr. 6. Misellan Res. 53.*

5 An vero Creditoribus occisi debeatur restitutio, est alia quæstio, in qua est pro affirmatiua *Molina, sed contrarium, cum Solonio, & Lessio sensit Diana d. p. 3. tr. 6. Miscellan. Res. 54.*

PRI-

PRIVIL. CLXXXVI.

Inquisitio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non procedit per Inquisitionem ad priuatam vtilitatem, fallit fauore pauperum n. 2.*

1 Quamuis Iudex de Iure procedere non possit, vel non debeat per Inquisitionem ad priuatam vtilitatem *l. Rescripto 6. §. fin. ff. de mun. & honor. Bart. in extrau. ad reprimendū vers. Inquisitio ite. quemadm. in Crim. las. maiest. procedatur in*
2 *vsibus feudorum*, Potest tamen fauore pauperum inquirendo procedere, *Bart. in l. si vacantia C. de Bon. vacant. lib. 10. Benincas de paupert. q. 4. n. 13 Afflict. in Const. statuimus in 3. not. Castrens in Rub. Cod. quand. Imper. int. pup. & Vid. in fine Rebuff. in const. Regni Franc tit. de sent prouis. ar. 3. gl. vle. nu. 31 & post alios Rol. à vall. cons 20. n. 14. lib. 2.* vbi quod, nec Vidua, nec Pupillus gaudent hoc priuilegio, nisi sint pauperes, *vide quod dixi in V. Officium Iudicis.*

PRIVIL. CLXXXVII.

Instantia.

SVMMARIVM.

1 *Instantia Ciuilis, Triennio, Criminalis Biennio perit.*
2 *Contra pauperem non currit Instantia.*
3 *Instantię non pereunt de Iure Canon. quod seruatur in causis Miserabilium.*

1 Quamuis de Iure Ciuili, Instantia in Causis Ciuilibus pereat Triennio; In Criminalibus vero Biennio *l. properandum 11. C. de Iudic. l. fin.*
2 *C. vt intra cert. temp.* Attamen contra pauperem non currit Instantia *Bart. in l. si procuratorem 8 §. si ignorantes n. 4. ff. mand. & in l. inuitus n. 7. C. de proc. Thesaur. Dec. 10. n. 5. Nouar. in praxi prim.*
3 *miser. priu. 76. n. 3. & seq.* vbi rationem adducit; quia in Causis Miserabilium personarum, seruatur Ius Canonicum, ex cuius dispositione causarum Instantiæ non pereunt, *c. pen. & fin. vbi Canon. de iudic.*

PRIVIL. CLXXXVIII.

Instrumenta.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta produci possunt post publicatas Attestationes, sed non post Conclusum in Causa.*
2 *Fauore pauperum, Instrumenta de nouo reperta produci possunt, etiam post Conclusum in Causa. Sic fauore Pupilli, vel Ecclesię.*

1 Post publicatas Attestationes, possunt Instrumenta produci, non tamen post Conclusionem in causa, *c. cum dilectus 9. de fid. instrum.*
2 Sed fauore pauperum, & Miserabilium personarum possunt Instrumenta de nouo reperta produci, etiam post Conclusum in causa *Roman.* qui loquitur in Pupillo, *in l. Admonendi ff. de Iur. iur. Bocr. cons. 27. n 19. Genuens. in practicab. Eccles.* loquens in Ecclesia, *q. 231. Nouarrius firmans in omnibus miserabilibus in praxi prim. miserab. priu. 27. n. 2. vide, quod in simili dixi in V. Testis.*

PRIVIL. CLXXXIX.

Instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum tenorem instrumenti omissi requiruntur testes periti, fallit fauore pauperum n. 2*

1 Ad hoc, vt testes deponentes de tenore Instrumenti admittantur, & probent, necessaria est Amissio Instrumenti, & quod testes sint valde periti, *Mascard. de prob. Conclus. 32. nu. 29. lib. p. & post alios tradit Nouar. in praxi prin. miserab. priu. 106. n p.*
2 Sed fauore pauperum, & miserabilium personarum admittuntur ad id etiam testes non periti, *ad tex. in l 2. §. diuers. & ibi Bart. ff de iur. fisci,* qui loquitur in fisco, *Genuens in practicab. Eccles. q 182* qui loquitur in Eccles. *Nouar. in praxi priu. miser. d. priu. 106. n. 2. & seq.* arguens à fisco & ab Ecclesia ad miserabiles personas, *vide quę dixi V. Eccles. & V. Fiscus.*

PRIVIL. CXC.

Interesse.

SVMMARIVM.

1 *Pauper ob impotentiam, debitum non soluens, non tenetur ad lucrum cessans, saltem quando debitor extreme indiget, & creditor est opulentus n. 2.*
3 *Impotentia post moram superueniens non excusat ab interesse.*
4 *Furor superueniens post delictum, excusat à pana ordinaria.*
5 *Interesse non est pęna, saltem respectu exigentis.*

1 Pauper Debitor, qui ob Impotentiam, soluere Debitum non potest, non tenetur ad Interesse lucri cessantis *D. Antonin. p. 2. sum. tit. de Ana-*

Auaritia, quem seq. Afflict. D. 20. nu 3. Rolan. à valle cons. 87. n. 44. lib. 2. Costa de Rem. subsid. Rem. 114. n. 17. Medices de casib. fortuit p. 2. q. 4. n. 27.

2 Declaratur, vt procedat Conclusio quando Debitor est extreme pauper, & Creditor Diues, vel opulentus, al as non *Rebuff. in l. vnic. C. de sen. quæ de eo, quod interest n. 594. & 608. Corrad. de contr. q 19. Ant. Aug. D. 564. pat. D. 8. de Rest. in integr. Bursatt. cons. 68. n. 40. lib. p. Costa de Remed. subsid. Rem. 114. n. 19.*

3 Limitatur, vt Conclusio non procedat quando Debitoris Impotentia superuenisset post moram, quia tunc non excusat ab Interesse, *Beroni. cons. 193. n. 28. lib. 3. Bursatt. cons. 68. n. 40. in fin. lib. p.*

4 Sed cogita, quoniam aduersus hanc Limitationem videtur argumentum aliquod lumi posse ex eo, quod furor, etiam superueniens post delictum excusat à pœna, saltem ordinaria ex copiose congestis à *Tiraq. de pan. Temper. caus. 3. n. p. & seq.* nisi forte dicas, quod Interesse non est proprie pœna, saltem respectu exigentis, *iuxta Theoricam magistraliter traditam ab oinot. in §. pœnales n. 3. inst. tit. de action.*

PRIVIL. CXCI.

Interpretatio p.

SVMMARIVM.

1 *IN legatis fit stricta interpretatio.*
2 *Legatum est onus hæredis, & vide ibi duas diffinitiones Legati.*
3 *In dubio præfertur agens de damno vitando, & priuilegiatus agens de damno vitando vtitur priuilegio contra priuilegiatum agentem de lucro captando.*
4 *In Legato pio fit lata Interpretatio quando constat de substantia Legati.*
5 *Pro publica vtilitate pinguius interpretamur. Legatum factum pauperibus concernit publicam vtilitatem.*
6 *Legatum Alimentorum, præsertim pauperi relictum, large interpretandum est.*

1 QVamuis in Legatis fiat stricta Interpretatio *l. nummis 79. ff. de leg. 3. Dec. in l semper in*
2 *obscuris n. 3. ff. de Reg. iur.* quia scilicet Legatum reputatur onus hæredis, cum sit Donatio quædam à Defuncto quidem relicta, sed ab hærede præstanda *inst. tit. de Legat. in princ.* & dicitur etiam Delibatio hæreditatis, qua Testator ex eo, quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit, *l. Legatum 119. ff. de Legat. p.* & quia cum hæ-
3 res agat de damno vitando, Legatarius vero de lucro captando, debet qui de damno agit in cōcursu præferri in omni dubio Interpretationis, *ad tex. in l. nō debet 41. §. in obscura ff. de Reg. Iur. Dec. n. p. et 2.* vbi etiam probat, quod priuilegiatus, qui agit de damno vitando, vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum agentem de lucro captando.

4 Attamen in Legato facto ad piam causam, & pauperibus præsertim, fit lata Interpretatio, *ad tex. in l. Titia 40. §. seia vbi Bart. ff. de Auro, & Arg. legat Dec. in l. semper in obscuris n. 4. ff. de Reg. Iur. & post Abb. & Gozzad. Surd. de Alim. tit. 12. q. 10. n. 17.* vbi tamen id intelligit verum quando constat de substantia Legati.

5 Et in hac ipsa specie confert pro paupere quod pro publica vtilitate pinguius interpretamur, *vt loquitur tex. in l. an eadem 14. ff. de except.* At relictum factum pauperibus dicitur concernere publicam vtilitatem, *ad tradita per Surd. de Alim. tit. 3. q. 8. n. p. & seq. dixi in V. Ciuitas.*

6 Confert etiam quod legatum alimentorum, large interpretandum est quando pauperi relictum est, *ad tradita per eundem Surd. de Alim. tit. 9. q. 30 n. 11. & 50. & vide quæ dixi in V. Alimenta.*

PRIVIL. CXCII.

Interpretatio II.

SVMMARIVM.

1 *IN dubio fit interpretatio pro paupere.*
2 *Priuilegia piæ causæ latissime sunt interpretanda.*
3 *Actus indifferens in dubio interpretandus in bonam, & in meliorem partem, fallit fauore piæ causæ, & animæ n. 4.*
5 *Dispositio etiam pœnalis extenditur fauore piæ causæ ex identitate rationis, statutum de Clericis, animæ fauore comprehendit, etiam Cardinales.*
6 *Quælibet etiam exorbitans Dispositio extenditur fauore piæ causæ, licet habeat dictionem taxatiuam.*
7 *Quando communis opinio est rigorosa, licet sequi contrariam æquam, & benignam, licet non communē.*
8 *Licet sequi probabilem omissa probabiliori, & tutiori.*

1 IN dubio fit Interpretatio pro paupere, *ad tex. in §. si quis in nomine vbi gl. not. Auth. de Eccles. tit. & in c. in ijs, quæ ad cultum 30. de priu. cū alijs adductis à Benincas. de paupert. q. 4. n. 10. vbi allegat etiam Ias. in l. fin. col. vlt. C. de edic. Diu Hadrian. Tollen. & quod tradunt DD. in l. p. C. de Sac. Eccles. in q. cui debeatur Legatum relictum Ecclesiæ non expresso nomine, de quo dixi ego in V. Dubium.*

2 Confert ad hoc, quod etiam priuilegia ipsa piæ causæ latissime sunt interpretanda, *ad tex. in l. sunt personæ 43. ff. de Rel. & semp. fun. gl. in leg. nulli licere C. de Ep. & Cler. & post Bald. docet Tiraq. de pia Caus. priu. 62.*

3 Ampliatur pr. vt quamuis Regula sit, quod Actus indifferens in dubio interpretandus sit in bonam, & in meliorem partem, *c. absit 11. qu. 3. leg. merito 51. ff. pro Soc. Alciat. de præs. Reg. 3. per tot.*

Atta-

4 Attamen actus etiam indifferens interpretandus est in dubio in malam partem fauore piæ causæ, & saltem quando agitur de fauore, & salute Animæ, *ad trad. per Ancar. consf. 79. Incipit prima facie videretur Felin. in c. in præsentia de prob. col. 7. vers. 2. nota Marsilius sing. 151. incipit semper in dubijs Tiraq. de pia Caus. priu. 165.*

5 Ampliatur 2. vt Dispositio etiam pœnalis fauore piæ causæ extendatur, ex identitate rationis, *gl. in c. sciant. cuncti in V. Alios de Election. in sex. cum alijs adductis à Tiraq. de pia caus. priu. 161. vbi post Barbat.* sensit, quod Constitutio, quæ emanauit in fauorem Animarum, loquens simpliciter de Clericis, comprehendit etiam Cardinales, quos
6 alias non comprehenderet, & generaliter quælibet Dispositio, licet exorbitans extenditur fauore piæ causæ, *l. præcipimus 32. §. fin. vbi Bart. de Appell. & post Ias & alios Tiraq. de pia caus. priu. 160 vbi in vers. & hoc in vniuersum post Bart. Alex. & alios ampliat* licet dispositio vtatur dictione taxatiua, *per tex. in l. illud 16. C. de Sac. Eccles. & l. libertam 64. §. Senatus consulti ff. de Ritu nupt.*

7 Infertur, quod quando communis opinio est rigorosa, licet sequi cõtrariam opinionem æquam, & benignam, licet non communem, *Neuizzan. lib. 5. Sylua nupt. n. 68. Paris cons. 6. n. 24. & cõs. 66. n. 17. lib. 3. & cons. 62. n. 24. lib. 4. quos adducit, & seq. Menoch. de præs. lib. 2. præs. 71. n. 25* Ad idem allegat, etiam Nauarrum, qui tamen in loco allegato id non videtur dicere.

8 Nota tamen hic, quod sententia communior, & probabilior est, quod in eligendis opinionibus, liceat sequi probabilem omissa probabiliori, & tutiori, *vt post triginta. & vnũ Doctores probat Diana p. 3. tr. 4 Res. 4. sub finem vers. ad id vero quod asserit Peregrinus.*

PRIVIL. CXCIII.

Inuenta.

SVMMARIVM.

1 *INuenta restituuntur Domino si inueniatur, alias furtum, & rapina committitur, nisi res habita fuerit pro derelicta n. 2.*
3 *Quę in bonis nullius sunt, occupanti conceduntur, alias non.*
4 *Quod aliquando fuit alicuius, si non inuenitur Dominus) pauperibus, & pijs causis datur.*
5 *Quod tuum non est, scire debes ad alium pertinere.*
Deus est omnium Dominus, & eorum, prǽsertim quorum Dominus non inuenitur.
Quod pauperibus tribuitur, Deo tribui dicitur.
6 *An Domino non inuento, res tribuenda sit pauperi de pręcepto, an de Consilio, & an inueniens possit tunc eam sibi retinere.*
7 *Rem iacentem surripiens, furti tenetur, vel sciat, vel ignoret, cuius sit, sic & possessionem vacantem occupans, & quare.*
8 *Rem alienam inueniens, si facta diligentia Dominum non inuenit, potest eam sibi retinere si sit vere pauper.*
9 *An rem inueniens, Inuento Domino teneatur rem restituere absq; aliqua detractione, vel possit aliquid retinere, seu exigere.*

1 INuenta (Domino Inuento, esse necessario restituenda) certum est, *ad tex. Aug. in can. si quid inuenisti 14. q. 5. ibi,* si quid inuenisti, nec reddidisti, rapuisti, *& tex. D. Hieron. in can. multi ead. caus. & qu. ibi,* multi sine peccato retinere se putant, quod inuenerunt dicentes, Deus hoc mihi dedit, Discant hoc, peccatum simile esse Rapinæ, intellige, nisi res habita fuerit pro derelicta, *iuxta*
2 *tex. in l. falsus 44. §. qui alienum ff. de furt.* titulus
3 nim occupationis est iniustus, nisi in bonis nullius *ad tex. in §. pen. & fin. inst. tit. de Rer. Diuis.*

4 Sed si res Inuenta deprehendatur ex circumstantijs aliquando fuisse alicuius Domini, qui non inueniatur, non fit occupantis, nec applicatur fisco, sed assignatur in pauperes, & pias causas distribuenda, *ad tex. in can. neminem tum seq. 14. q. 5. & c. non sane ead caus. & q. Canonist. in c. cum tu de vsur. Cepoll. in tit. pro derelicto nu. 13. Couar. in Reg. peccatom, quem seq. Peregr. de iur. fisci lib. 4. tit. 3. n. 29. Nouar. in Man. c. 17. n. 30. vers. 3. quod est regula.*

5 Confert ad hoc, quod tuum non est, scire debes ad alium pertinere, *l. fin. C. vnde vi,* & quod ignorato Domino, scimus Dominum esse Deum, *vt in ps. 23.* Domini est terra, & plenitudo eius; *& ps. 82.* vt cognoscant, quia nomen tibi Dominus, & pro pauperibus iunge illud, *Matt. 25.* quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, vnde quod pauperi tribuitur, Deo tribui videtur, Ad quod vide, quæ dixi *in V. Deus p. & 2. et in V. Elemosina.*

6 Sed an Domino non Inuento, prædicta restitutio necessario sit facienda pauperibus, ac de præcepto, an vero solum de Consilio, adeo, vt Inuentor possit pro se Inuentum retinere, si facta diligentia Dominum non inuenit, quæstio est, in qua esse necessario restituendum pauperibus, *dixerunt Salon. Valentia, Nauar. Lessius, Rebellius, Reginaldus, Azzorius, Malderus, Sylvest. Couar. Molina, Fernandez, quos refert Diana p. 2. tr. 17. Miscellan. Res. 5.* subdens rationem, quia hæc videtur probabilis voluntas Dominorum. Sed contrariam sententiam, quod videlicet Inuentor possit in casu prædicto retinere pro se, *senserunt Sarmient. Petr. de Aragona, Sotus Petr. à Nauarra, & post Megulam, & Lessium, probabilem. & Tutam in praxi dixit Diana d. p. 2. tr. 17. Miscellam Res. 5. vers. sed contrariam.,* vbi rationem adducit, quia idem videtur Ignorari Dominum Rei, ac rem Dominum non habere.

7 Sed hæc ratio confundi videtur, *ex tex. in d. l.*

fal-

falsus 44. §. qui alienum ff. de furt. ibi, qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulerit, furti astringitur, siue sciuit cuius sit, siue ignorauit, nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius sit, ignoret, *& concordat tex. in d. l. fin. C. vnde vi,* vbi eodem modo tenetur, & qui vacantem possessionem ingressus est, & ridiculum est dicere (inq. tex.) quod per ignorantiam is alienum occuparit, nam quod tuum non est, scire debes ad alium pertinere, vt ibi habetur.

8 Hæc tamen sententia extra disceptationem procedit indubitanter quando Inuentor ipse est pauper, potest enim tunc sibi retinere, *vt dixi in V. Incerta, & in V. Electio,* vbi vide si placet.

9 Vltimo adde hic ad ampliationem eorum, quæ in principio præmisi, quod quando Rei Dominus inuenitur, res est ei libere restituenda absq; aliqua detractione, nec pro restitutione potest aliquid exigi, nisi pro labore, & industria impensa in Inuentione ipsius rei, *Bart. in d. l. falsus §. qui alienũ ff. de furt. Ias. in l. 4. §. si tibi ff. de Condic. ob turp. caus. Felin. in c. dilecto n. 7. de Accusat. quos cum alijs refert, sed non simpliciter sequitur Couar. in Reg. peccatum p. 2. §. 3. n. 3.* sensiens posse aliquid recipi, & retineri, dummodo ex coniecturis appareat fuisse sponte, vel libere datum.

PRIVIL. CXCIV.

Inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes etiam non conficientes inuentarium non tenentur vltra veras vires hæreditatis.*
2 *Paupertas excusat à confectione Inuentarij, & saltẽ competit restitutio.*
3 *Pauper adeundo damnosam hæreditatẽ non obligatur*
4 *Fiscus non conficiens Inuentarium non tenetur vltra vires hæreditatis.*
Pauper gaudet priuilegijs fisci, & est magis priuilegiatus, quam fiscus.
6 *Hospitale non tenetur vltra vires hęreditatis, sicut nec Ecclesia n. 7. nec pia causa n. 8. & saltem eis competit restitutio, vt ibi.*
9 *Pauper gaudet priuilegijs pię causę.*
10 *Inuentarium exigui patrimonij potest omitti, quando maior foret impensa, quam valor.*
11 *Inuentarium omittere, expedit aliquando, ne secretum patrimonij, & suspectũ ad alienam forte pandatur.*
12 *Paupertas non excusat ab inuentario, quando non reddit impotentem ad expensas.*
13 *An pauper conuenire possit hęredem pendente tempore ad conficiendum inuentarium.*
14 *Quando hęres non conficiens Inuentarium teneatur, vel non teneatur vltra vires hęreditatis.*
15 *Æquitas cum paupere seruanda est.*

1 PAuperes instituti hæredes Amore Dei, licet Inuentarium non confecerint, adhuc non tenentur vltra veras vires hæreditatis, & gaudent in hoc etiam priuilegijs Ecclesię, & Loci Pij, *Bar. in l. p. n. 45. & seq. C. de Sac. Eccles. Bald. in l. filiũ quem habentem col. pen. C. fam. Ercisc. & in l. fin. n. 4. C. qui bon. ced. poss. & in l. voluntatis n. 5. C. de fideicom. Castr. in Auth. sicut C. de Sac. Eccles. & in l. in rationem §. diligenter ff. ad leg. Falc. Romã. in Rub. ff. de Arb. Ang. in Auth. de Alienan. & Emphyt. Abb in c. p. de sol. Felin. in c. cum N. Ferrariensis de Constit. et in c. de quarta n. 7. de præscrip. Guid Pap. D. 571. incipit aliqui Doctores Euerard. in loco à fisco ad Ecclesiam vers. item sexto Vitalin. in tract. Clausular. Clausul. 41. n. 57. Benincas de paupert. q. vlt. spec. 10. quod est vlt n. 56. qui est penult. Nonar. in praxi priu. miserab. priu. 33. n. 2.* vbi probat duplici ratione.

2 Et quod paupertas excuset à confectione inuẽtarij, adeo vt saltem competat in integrum restitutio aduersus non confectionem ex causa simplicitatis, & paupertatis, *tradunt Franc. Marc. Dec. Parlam, Delphinat. 291. Magon. Decis. lucens. 40. n. 6. vide Phanuccium de inuentario hæred. p. 2. n. 22*

3 Et quod pauper adeundo damnosam hæreditatem non obligetur vltra id, quod facere potest, *dixit Bald. in l. habeat n. 50. C. de Sac. Eccles. Medices. de casib. fort. p. 2. q. 4. n. 25. in fine.*

4 Confert simile, quod fiscus licet non conficiat
Inuentarium, non tamen tenetur vltra veras vires
hæreditarias, *l. p. §. an bona leg. non possunt ff. de*
5 *iure fisci,* pauper autem gaudet abundanter priui-
legijs fisci, vt dixi in V. Fiscus, Immo est magis
priuilegiatus, quam Fiscus, *vt dixi in V. Dubium.*
6 Et in specie Hospitale non conficiens Inuen-
tarium, non tenetur vltra vires hęreditarias. *Ang*
in §. antepen. Auth. de Alien. & Emphyt. Felin. in
7 *c. de quarta de præscript. n. 7. Vers. 10. idque Felin.*
ibi, probat a simili, quoniam Ecclesia non confi-
ciens Inuentarium, non tenetur vltra vires hære-
ditatis, *vt per Alex. & scribentes in l. fin. C. de Iure*
deliber. & per Canonistas communiter in c. in litteris
de Rapt. Felin. in d. c. de quarta de præscript. nu. 7.
vers. 10. vbi dicit id communiter teneri.
8 Et generaliter pia causa hæres Instituta gaudet
eod. priuilegio, vt licet non conficiat Inuentariũ,
non tamen teneatur vltra veras vires hęreditarias
Bart. in l. p. in 4. q. quartę partis principalis C. de
Sac. Eccles. Bald ibid. Col. 14. vers. super tertio dici
debet Ang. in §. si vero quidam per illum tex. Auth.
de non alienan. Abb. in c. p. in fin. de solut. & post
Roman. Aretin. & Castrens. Tiraq. de pia caus. priu.
88. vbi adducit quatuor rationes, & licet in vers.
adducit tamen, referat contradicentes, ijdem ta-
men fatentur, quod saltem Ecclesiæ, & piæ causę
9 competat in integrum restitutio, quod autem pau-
peri competant priuilegia piæ causæ manifestum
est, & dixi sæpius, & signanter *in V. pia Causa.*
10 Ampliatur, vt si agatur de hæreditate exigui

 patri-

patrimonij, ita vt maior foret impensa in Inuentario faciendo, quam valor totius hæreditatis, Inuentarium instistinde possit omitti, *ad tradita per Bart. in l. Mediterranea C. de Ann. & Trib. lib. 10. Rolan. de inuentario q. 49. Montic. in Antiphanucio n. 61. Magon. Dec. Luc. 40. n. 21.* vbi rationē adducit, quia non est faciendum id, in quo plus expenditur, quam fit, quod percipitur, *vt per Corset. sing. 96. & Emilian. cons. 37. n. 10.*

11 Confert *tex. in l. 2. C. de Alim. pup. præstan.* vbi quod interdum necesse est non facere inuentarium, ne secreta patrimonij, & suspectumq; alienum forte pandatur.

12 Limitatur conclusio, vt procedat quando paupertas est talis, quæ reddat impotentem ad faciēdas expensas pro confectione inuentarij necessarias, alias paupertas non excusat, *Rum. cons. 81. n. 9. lib. 5. Magon. Decis. Lucens. 40 n. 21. vers. nec obstat in fine, & n. 22.*

13 An autem hæres conueniri possit à paupere creditore, vel Legatario pendente tempore ad conficiendum Inuentarium, *dixi in V. hæres 2. priu. 175.*

14 Vltimo ad materiam huius Conclusionis, & priuilegij, an scilicet, & quando hæres non conficiens Inuentarium teneatur vltra veras vires hæreditarias, vide si placet, *quæ dixi Dec. 8. n. 15. & seq.* vbi reperies etiam aliqua pro paupere, & præ-

15 sertim quod dicitur de æquitate Canonica, quæ cum paupere præsertim, seruanda est iuxta ea, *quæ dixi in V. æquitas.*

PRIVIL. CXCV.

Iracundia.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio facta in calore Iracundiæ non valet licet sit iudicialis, iuramentum, votum, fallit fauore piæ causæ, & præsertim pauperis n. 2.*

1 Qvamuis dispositio facta in Calore Iracundiæ non valeat, *l. 3. ff. de Diuortijs l. quicquid in calore 49. ff. de Reg. iur. & copiose docet Tiraq. de pæn. temper. caus. p. n. 24. & seq.* vbi ampliat, etiā ad Confessionem Iudicialem, & Iuramentum, & Votum.

2 Dispositio tamen in fauorem piæ causæ, & præsertim pauperis, etiam in Calore Iracundiæ facta valet, *ad tex in c. sunt qui opes 17. q. 14. gl. in c. si quis irascitur 13. q. 5. Alex. ad Bart. in d. l. quicquid calore ff. de Reg. Iur. Roman. sing. 310. incipit* volo commutare. *Felin. in c. si cautio col. 3. in 2. Fallent. de fid. instrum. Tiraq. de pæn. temper. caus. p. n. 24. & de pia caus. priu. 108.* vbi tamen in fine *indicat videndum, D. Thom. 22. q. vlt. art. etiam alium.*

PRIVIL. CXCVI.

Iudeus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ab Hebreo pauperibus relictum iudicatur vt prophanum.*

2 *Infidelis potest relinquere in piam causam, saltem si Christianis pauperibus relinquat.*

3 *Relictum ab Hebreo pauperibus, etiam Hebreis, Episcopus distribuit, saltem negligentibus Exequtoribus datis.*

Episcopus est vniuersalis Pater omnium pauperum.

4 *Relictum ab Hebreo pauperibus, potest Episcopus hebreis pauperibus distribuere.*

5 *Quilibet præsumitur suos extraneis præferre voluisse.*

6 *Emphyteosis à Muliere stipulata pro se, & filijs cōprehendit etiam Fœminas.*

7 *In Dispositione facta ab Illegitimo, veniunt, etiam illegitimi, qui alias non venirent.*

1 Qvod Legatum pauperibus relictum ab Hæbreis, iudicandum sittanquam prophanum, & non pium, adeo vt non gaudeat priuilegijs piæ causæ, argui videtur, *ex traditis per Bart in l. p. n. 30. C. de Sac. Eccles. & per Ancar. cons. 360. & Burtium cons. 38. quos refert Laderchia cons. 128. n. 2.*

2 Attamen quod etiam Infidelis relinquere possit in vsum pium *senserunt Bald. in l. p. n. 6. C. de Sac. Eccles. Andr. Biss. ibid. n. 63. & 65. Beronj. cons. 28. n. 36. lib 3.* qui tamen loquuntur, quando relinquitur Christiano, prout intelligitur etiam *Laderchia d. cons. 128. n. 2.*

3 Declaratur pr. vt etiam si relictum esset ab Hebreo pauperibus Hæbreis, vel simpliciter ab Hæbreo relictum eslet aliquid pauperibus erogandum adhuc non ad eorum Synagogam, sed ad Episcopum, tanquam vniuersalem Patrem omnium pauperum spectare videretur Distributio, *ad tex. in l. siquis ad declinandam C. de Ep. & Cler. cum alijs adductis à Laderchia d. cons. 128. n. 3.* vbi asserit. ita fuisse aliquando seruatum in casu simili, ex quo scripti Exequutores non exequebantur Legatum relictum ab Hæbreo, quibusdam pauperibus Hierosolimitanis.

4 Declaratur 2. quod si etiam simpliciter ab Hæbreo relictum sit aliquid erogandum pauperibus, licet essemus in casu, in quo ad Episcopum spectaret Distributio, adhuc Episcopus ipse, pauperibus Hæbreis distribuere deberet *ad tradita per Laderchiam cons. 128. n. 3.* vbi tamen addit, si id ratio suaderet.

5 Ratio autem huiusce Declarationis colligitur ex præsumpta mente Disponentis *ad tex. et ibi tradita in l. cum Auus 101. ff. de Cond. & Dem. & in l. cum acutissimi 30. C. de fideicom.* præsumitur enim vnusquisq; suos, alienis, & extraneis præferre voluisse

voluisse.

6 Confert ad hoc, quod Emphyteosis stipulata à Muliere pro se, & filijs, comprehendit Fæminas *Dixi Dec. 85. n. 6.*

7 Et quod in Dispositione facta ab illegitimo veniant, etiam illegitimi, quis alias non venirent, *post Tiraq. odd. mantic. Menoch. Peregrin. & alios docet Fusar. de substit. q. 406. n. 25.*

PRIVIL. CXCVII.

Iudex p.

SVMMARIVM.

1 *IUdex in causis pauperum debet gratis iudicare, & causæ pauperum gratis dirimendæ sunt n. 2. saltē quādo extreme indigent n. 6. sed male seruatur n. 7.*

3 *Iudex debet esse misericors de suo, non de alieno, cuius Iudex est, sed non Dominus, non potest misericordiam contra Iustitiam exercere.*

4 *Iudex, etiam peregre proficiscens, à notabiliter paupere non recipit expensas.*

5 *Iudex, nec à paupere sponte offerente potest sportulam accipere.*

8 *Pauper vbiq; iacet, sed iacentes Dominus subleuat.*

9 *Deus faciet Iudicium pauperis, & qui Iustitias Iudicat, Iudices Iudicabit.*

10 *Quando, & quomodo possit, & debeat Iudex in Iudicio esse Misericors.*

1 IVdex de Iure non debet habere salarium, neq; sportulam in causis pauperum, & miserabilium personarum, *ad tex. in l. null. 28. C. de Ep. & Cler. in §. post. vnius vero anni ibi*, gratis, & sine vllo Dispendio prædicta gesta conficiant, ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ, Iudiciorum Dispēdijs erogentur, *& tex. in §. sit tibi quoque tertium studium Auth. de mand. princip. ibi*, vilium, & insufficientium in datione gratis lites audiantur, *& tex. in c. statutum 11. §. insuper in fine de Rescript. in sex. ibi*, si notabiliter fuerint pauperes litigantes, nihil exigat ab eisdem, *gl. in §. ne autem in V. quibusdam in fin. Auth. de Iudicib. & in c. cum ab omni de vit. & hon. Cler. & gl. fin. in d. c. Statutum §. insuper de rescript. in 6. Bal. in Auth. generaliter in p. col. C. de Ep. & Cler. Abb. in d. c. cum ab omni n. 9. de vit. & hon. Cler. Rip. in l. si constante n. 35. ff. sol. matr. Paris de Syndic. in V. Expensæ col. p. quē seq. Maranta de ord. Iudic. p. 4. Dist. 9. n. 77. & n. 80. Gerard. sing. 73. sub initium incipit pauperes Beniucas. de pauper. q. 4. n. 24. Rim. sen. cons. 329. n. 18. lib. 3. Rolan à valle cons. 20. n. 13. lib. 2. & lattus cons. 87. nu. 23. & seq. eod. lib. 2. Rota D. 2. de Const. in Antiq. latissime Tiraq. de nob. c. 29. n. 40.* vbi in princ. generaliter de miserabilibus personis loquitur, & in fine specialiter de paupueribus, *Carocc. de locato p. p. q. 8. n. 12: & prius & melius q. 7. n. 49. Gratian Discept. Forens. lib. p. c. 55. n. 46. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 77. n. p. Medices de casib. fort. p. 2. q. 4. n. 41.*

2 Et generaliter lites, & causæ pauperum gratis sunt dirimendæ, *l. 2. §. sit tibi C. de mand. princip. ibi*, Insufficientium in Datione, gratis lites audiantur cum alijs adductis supra, *& tradit Marant. de ord. Iudic. Dist. 9. n. 8.*

3 Et in hoc sensu potest bene procedere, quod dixit *Grammat. D. 5. n. 40.* quod scilicet Iudex misericordiam habere debet in iudicando, alias ipse misericordiam non recipiet, intelligendo videlicet in iudicando Gratis in causis pauperum, & sic erit misericors de suo, non de alieno cuius ipse Iudex est, sed non Dominus, vnde non potest contra Iustitiam misericordiam exercere, *vt probaui Dec. 17. n. 46.* & ad dictum Grammatici confert *tex. Eccli. 4. ibi*, In Iudicio esto Pupillis misericors, & pro viro Matri illarum, & miserebitur tui Deus, magis quam Mater.

4 Ampliatur pr. vt etiam quando Iudex peregre proficiscitur, adhuc a paupere impotente recipere non debeat expensas, *tex. est in d. c. statutum §. insuper de Rescr. in 6.* qui loquitur de expensis Iudici debitis ad proficiscendum extra Domicilium, & disponit, quod si notabiliter fuerint pauperes litigantes, non debentur, *& docet Tiraq. de nobilit. c. 29. n. 40.*

5 Ampliatur 2. vt nec à paupere sponte offerente possit Iudex sportulam accipere, *ad tex. in l. fin. §. vt autem C. de Re milit. lib. 12. ibi*, vel spontanea voluntate offerentibus, *& in c. Romana §. pen. de censib. in 6. ibi*, qualiterqunq; offeratur, *& in c. exigit 2. eod. tit. ibi*, etiam a volente, recipere, *& in l. p. C. de Salgam. hospitibus non præstando lib. 12. ibi*, nec volentibus Hospitibus, & in hac ipsa specie, *tex. in cād. placuit vt vnusquisq; p. q. p. ibi*, si vero pro necessitate paupertatis, *Archid. Io. Andr. & Dominic. in c. statutum §. insuper de Rescript. in sex. Bal. in Auth. hodie C. de Ep. & Cler. Tiraq. de nobilit. c. 29. nu. 40. & post Ancar. Pelin. Marsil. & alios Carocc. de locato p. p. q. 7. n. 50.*

6 Declaratur, vt Conclusio procedat quando pauper est in extrema necessitate, adeo vt si causa gratis ei non expediatur, sit in periculo, ne fame pereat, alias Iudex non teneatur gratis expedire, *ad tradita post Felin. & Gigant. per Riminald. Iun. cons. 329. n. 20. lib. 3.*

7 Limitatur, vt hoc priuilegium male seruetur, *Carocc. de locat. d. p. p. q. 7. n. 52.* vbi quod Iudices nostri temporis id minime obseruāt, & præsertim latrunculatores contra quos inuheit, *vt ibi per eum Scaccia de Appellat. q. 15. n. 52. vers. sed hæc Iuris communis Dispositio*, vbi quod Iudices, pauperum causas cum mora negligunt, Diuitum cum Instantia promouent, & adducit versiculos illos.

Curia pauperibus Clausa est, Dat Census honores

8 Census Amicitias, pauper vbiq; iacet.

Ego autem dico, quod iacētes Dominus suble-

uabit, qui subleuat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem *p Reg.* 2. Immo faciet Do-
9 minus Iudicium Inopis, & vindictam pauperum, *ps.* 139. & qui iudicat Iustitias *ps.* 74 etiam Iudices Iudicabit, qui forte, vt dicitur *ps* 67. turbabuntur à facie eius Patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum, quia noluerunt audire, quod dicitur *ps.* 81. Iudicate Egeno, & Pupillo, humilem, & pauperem iustificate, *& Eccli.* 4. In Iudicio esto Pupillis misericors, & pro viro Matri illarum, & miserabitur tui Deus magis, quam mater, *& pro*. 22. non facias violentiam pauperi, quia pauper est neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius, & confringet eos, qui cōfixerunt Animam eius.

10 Vnde caueat Iudex, ne nimium seruet *illud Exodi.* 23. pauperis quoq; non misereberis in Iudicio quia illud intelligitur, quoad interesse partis non quo ad interesse Iudicis, sed meminerit Iudex etiā *tex. Eccli.* 4. in Iudicio esto Pupillis misericors, & pro viro Matri illarum, & misereb tur tui Deus, magis quam Mater, & ita conciliando dic, non misereberis, quo ad Interesse partis, & sic de alieno, sed esto misericors, quo ad interesse tuum, & sic de proprio, vel dic, non misereberis, quando Iustitia est Clara pro Diuite, sed esto misericors quando est dubia, *vt dixi in V. Dubium*, vel non misereberis contra Iustitiam, hæc enim præualet paupertati, sed esto misericors secundum Iustitiam, vel præter Iustitiā, *iuxta ea, quæ dixi Dec.* 17. *n.* 46.

PRIVIL. CXCVIII.

Iudex II.

SVMMARIVM.

1 *IVdex per Imperitiam partes damnificans tenetur eis satisfacere, sed si est pauper non conuenitur, nisi in quantum potest deducto ne egeat n.* 2.

1 IVdex, qui etiam per Imperitiam male iudicauit, tenetur læsis partibus satisfacere, *vt dixi*
2 *Dec.* 19. *n.* 4. Attamen Iudex, qui per Imperitiā partes læsit, seu damnificauit si est pauper, non cōuenitur ab eis, nisi in quantum facere potest deducto ne egeat *Alex. in l.* 4. *§. in eum in fine ff. de Damn. infect. Bossius in tit. de offic. Corrupt. nu.* 23. *Surd. de Alim. tit. p. q.* 78. *n.* 19.

PRIVIL. CXCIX.

Iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *QVI paupertate impeditus promissionem Iuratam non implet, excusatur à periurio, saltem quādo paupertas superuenit n.* 2. *& quid si vigebat n.* 3. *&* 7.

2 *Iuramentum promissorium recipit tacitam Conditionē si potero.*

3 *Qui sciens se non posse, promisit, non gaudet Beneficio Cessionis bonorum.*

4 *Socer, qui alias non tenetur, nisi in quantum potest, si tamen sciens se non posse, Dotem promittat, tenetur in solidum.*

5 *Maritus, & Socius ob dolum amittunt Beneficium ne conueniantur nisi in quantum facere possunt.*

6 *Ob superuenientem Depauperationem potest Ciuitas reuocare Conuentionem factam cum Suburbijs, ob superuenientem Inopiam Monasterij possunt Executores ei assignare Residua Bonorum pauperibus Relictorum.*

7 *Pauper peccat Iurando, quod non debet, non autem non seruando, quod non potest.*

1 PAuper si propter paupertatem non potuit promissionem, etiam Iuratam implere, excusatur, & non est periurus, *ad tex. in c. querelam* 10. *de iureiuran. ibi*, si non necessitate, sed voluntate contra Iuramentum a solutione cessauit, *& ibi gl. in V. necessitate*, notat, quod necessitas excusat a periurio, & adducit textus concordantes Confert, *tex. in c. Breui* 27. *cum ibi not. de Iureiuran ibi*, Difficultas, *& ibid. gl. & tex. in l. adigere* 6. *§. quamuis ff. de Iure patron. & in l. fin. ff. qui sat. cog. & in c. p. de non. form. Fidel in vsib. feudorum Bald. in d. c. querelam n.* 4. *de Iureiur. Rot. D.* 2. *de arbitr. nu.* 3. *in antiq. Benincas. de paupert. q.* 4. *n.* 23. quod sumptuose notandum esse dicit, quia est contra regulas, *Adde Alex. cons.* 23. *incipit inspecto processu Afflict. in tit. qua fuit prima causa §. sed nec alia n.* 84. *& Dec.* 323 *n.* 3. *& post Hostiens. Innoc. & Bald. Rol. à valle cons.* 87. *n.* 46. *lib.* 2. vbi quod pauper excusatur à periurio, *Mensinger. cent.* 4 *obseru.* 97. *quem citiat & seq. Riccius Collectan. D.* 226. dicens paupertatem excusare à periurio, *Benintan. D. Bon.* 28. *n. p.* vbi quod Iuramentum non ligat ad Impossibile, *Medices de Casib. fort. p.* 2. *q.* 4. *n.* 36. *add. de Rest. in integ. q.* 11. *n.* 47.

2 Declaratur, vt Conclusio procedat quando paupertatis impedimentum superuenit, quia Iuramentum promissorium recipit hanc tacitam Conditionem si potero, & saluo impedimento superueniente, *ad tradita per Innoc. in c. quemadmodum de Iureiur. & per Bald. in l. fin. C. de non num. pec. & confert tex. in l. nepos proculo* 125. *cum ibi not. ff. de verb. oblig.*

3 Sed fallit quando paupertas vigebat tempore promissionis, *ad tex. in l. pen. in fin. C. de non num. pec. Castrens. in l. Indubitati, quæ est fin. C. de non nū. pec.* vbi quod hoc putat verius, licet, *Bald. ibi*, contrariū senserit, & adducit in simili Castrēsis, quod qui sic sciens ab Initio se non posse promisit, non habet Beneficium Cessionis, de quo tamen, *vide quæ dixi in V. Cessio.*

Con-

4 Confert *tex. in l. pen. in fin. ff. de Iur. Dot. ibi*, quid enim si Socer spe futuræ Dotis induxerit generum,& cum sciret se præstare Dotem non posse id egerit, vt genero insidiaretur, vbi deciditur, quod Socer, qui ex causa Dotis non tenetur, nisi in quantum potest, si tamen sciebat tempore promissionis se non posse, tenetur in solidum, *& Bart. ibi in summario* nota (inquit) istum textum singularem contra eum, qui ab Initio promisit, quod dare non poterat.

5 Ideq; procedit in Marito,& in Socio, qui ob huiusmodi dolum amittunt Beneficium ne conuenian tur, nisi in quantum facere possunt, *l. etiam 19. §. licet ff. sol. matrim. gl. in d. l. pen. ff. de Iur. Dot. in vlt. V. insidiaretur.*

6 Sic, & propter superuenientem depauperationem potest Ciuitas reuocare Conuentionem factã cum Suburbijs, *Dec. Cons. 325. per tot.* vbi etiam quod Exequutores testamentarij ob nouam Inopiã Monasterij poterunt ei addere Residua Bonorum pauperibus relictorum, *Refert Mangrella ad Bart in l. p. in prme. ff. de ventr. inspic.*

7 Sed opinio, *Bald. in d. l fin. C. de non num. pec.* licet Castrensis eum non sequatur, vt prædixi, fortasse non est improbabilis, vt videlicet paupertas, quamuis non superuenerit, sed vigeret tẽpore promissionis iuratæ, adhuc excuset, intelligendo saltem quod huiusmodi pauper peccet quidem Iurãdo, quod non debuit, non autem non seruando, quod non potuit.

PRIVIL. CC.

Ius.

SVMMARIVM.

1 *Quando pugnant Ius Canonicum, & Ciuile, quod nam sit seruandum, & quomodo.*

2 *In Causis Pijs seruatur in vtroq; foro Ius Canonicum, quamuis pugnet cum Ciuili, idem in causis pauperum, vel Ecclesiæ n. 3.*

4 *Si Leges variant à Sacris Canonibus, In Causis Miserabilium seruantur Canones in vtroq; foro.*

5 *In Causis Pijs attenditur solum Ius Diuinum naturale, & gentium, nec attenduntur Solemnitates Iuris positiui.*

6 *Vbi agitur de salute Animæ, vel fauore pauperum non attenduntur Apices Iuris.*

1 Qvando Ius Ciuile, & Canonicum inter se pugnant, prout contingit in multis, de quibus extat tractatus de Differentijs inter Ius Canonicũ, & Ciuile. Distinguitur primo, aut agitur de materia Spirituali, aut de Temporali, si de Spirituali, vel etiam Ecclesiastica præfertur Ius Canonicum, si vero agitur de Temporali, distinguitur secundo, aut sumus interris Ecclesiæ, aut interris Imperij; si interris Ecclesiæ, præfertur Ius Canonicum si vero interris Imperij, distinguitur tertio, aut agitur in foro Ecclesiastico, & seruatur Ius Canonicum, aut in foro Seculari, & seruatur Ius Ciuile, *ad tradita per DD. in c. p. de non. operis, nunc.* & ita intelligitur, quod vbi textus est contra textum statur legi in foro Cæsaris, & Canoni in foro Petri, *vt tradit Bald. in l. per hanc ex illo tex. C. de temp. appellat & Felin. in c. Fraternitatis nu. 4. de testib.*

2 Sed hæc adhuc aliam recipiunt Declarationẽ, quia in Causis Pijs si pugnat Ius Canonicum cum Ciuili, seruandum est Ius Canonicum in vtroque foro, *vt post Io. Andr Anear. Bart. & alios probat Tiraq. de pia caus. priu. 163.*

3 Et in specie in Causis pauperum, & Miserabilium personarum in casu prædictæ pugnantiæ, seruandum esse Ius Canonicum, *post Alex. Felin. Marant. Neuizzan. tradit. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 76. n. 4. & post Abb. Benincas. Tretancinq. Martam, & alios, idem Nouar. in ead. praxi priu. 79. n. p. & 2.* vbi idem dicit in Causis Ecclesiæ.

4 Et quod si Leges variant à Sacris Canonibus, pro pauperibus, & miserabilibus personis seruandi sint Canones in vtroq; foro, *scripserunt etiã Ant. & Imol in c. as si Clerici de Iudic. Felin. in c. significantibus n. 7. de offic. Deleg.* vbi ast hanc esse limitationem ad regulam, *gl. in Reg. possessor de Reg. Iur. in sex. Lã. in l. p. C. de Sacr. Eccles. in p. lect. n. 36 & in 2. n. 29. & post Bart. Abb. & alios Conar. in c. Relatum. de Testam. n. p.*

5 Immo in Causis Pijs habetur solum ratio Iuris Diuini, naturalis, & gentium, & huiusmodi Causę non videntur subesse Solemnitatibus Iuris positiui, siue Ciuilis siue Canonici, *Abb. in c. cum esses, & in c. Relatum. vbi bonus tex. de testam & post Bart. & Bal. Fulgos. Cuman. Roman. & alios Tiraq. de pia caus. priuil. 164.* vbi subdit (si conarer hic omnes referre, qui hoc scripsere, oleum, & ope-

6 ram perderem) & vbi de Animarum salute agitur, Iuris Apices non attenduntur, *Archid. in c. scriptũ 6. q. 3. & post Bart. & Bald. tradit Tiraq. de pia caus. priu. 164. post medium,* Idemq; est fauore pauperum, vt dixi in V. Æquitas.

PRIVIL. CCI.

Labor.

SVMMARIVM.

1 *QVI tenetur Elemosinam erogare, si non habet, nisi ex laboribus, tenetur laborare.*

2 *Decima debetur, etiam ex lucris quæsitis ex laboribus, & negociatione.*

3 *Elemosina est magis priuilegiata, quam Decima.*

4 *Etiam Religiosi laborare tenentur ad subueniendum extreme Indigentibus.*

Qui

1 QVI ex aliqua Causa tenetur Elemosinam pauperibus erogare, si non habet aliunde, quã ex Laboribus, tenetur ab id laborare, *D. Thom. 22 q. 187. art. 3. post med. refert Bellencin. ad Abb. in cap. 2. de Raptor. in princ.* vbi addit esse perpetuo menti tenendum, quamuis subdat in contrarium facere, quod notat *Io. de Imol. in l. etiam §. licet in fin. ff. sol. matrim.*

Confert Apostolus *ad Ephes. 4. ibi*, qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti, *& Tullius 2. de officijs*, aut opera (inquit) Benigne fit Indigentibus, aut pecunia.

2 Confert etiam, quod de Iure, Decima, debetur etiam ex laboribus, & lucris, & negociatione, *vt dixi in V. Decima p. priu. 75. in 3.* ampliatione, &
3 tamen Elemosiua videtur magis priuilegiata, quã Decima, *vt dixi in V. Elemosina 5. priu. 119. in vlt. illatione.*

4 Ampliatur, vt tam Laici, quam Religiosi laborare teneantur ad subueniendum pauperibus in extrema necessitate constitutis, *D. Thom. 22. q. 187. ar. 3. in corpore Valencia 22. Disp. 10. q 5. punct. 2. Nauar. in comment. 2. de Regular. n. 37. & post alios Sanchez. in praecepta Decalogi lib. 7. c. 24. n. 2 ad hanc ampliationem, vide quę ex D. Aug. dixi p. 3. §. p. Rem. 4. n. p.*

PRIVIL. CCII.

Legatum I.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum ab eo, cui nihil relinquitur non vales, fallit pro Alimentis n. 2. saltem pauperi elictis n. 3. & est ab harede prestandum n. 2.*

1 QVamuis onerari non possit, qui non est honoratus, & Legatum ita relictum, vt praestotur ab eo, cui nihil Testator reliquerit, nihil valeat, *l. ab eo 9. C. de fideicom. l. fin. in fin. C. comm. de Legat.*

2 Attamen Legatum relictum alicui pro alimentis, etiam praestandum ab eo, qui nihil Testator reliquit, adhuc valet, & est ab haerede praestandum, *l. alio herede 6. ff. de Alim. & Cib. Legat. Tiraq. de pia caus. priu. 37.*

3 Idq; saltem, & omnino recipiendum est quãdo Legatum pro Alimentis relictum est pauperi, quia tunc absq; difficultate, & controuersia dicitur piũ, *vt ostendi in V. Alimenta.*

PRIVIL. CCIII.

Legatum II.

SVMMARIVM.

1 *Legata relicta ab instituto non censentur repetita à substituto quando nomine proprio relicta fuerunt, fallit pro Alimentis, Dote, Anima, pauperibus, vt n. 2.*

1 QVamuis Legata relicta ab Instituto nõ censeantur repetita à substituto, quando nomine proprio relicta fuerunt ab instituto, *l. celsus 26 §. quod alicuius ff. de leg. 2. l. si plures 96. ff. de leg. 3 l. p. § id quod ff. ad leg. Falc. cum alijs adductis à Peregrin. de fideicom. art. 16. n. 59.* vbi quod haec est vera, & recepta sententia, à qua, nec Iudicando, nec consulendo recedendum est.

2 Attamen quando Legatum relictum est in causam piam, & fauorabilem, veluti pro Alimentis, pro Dote, pro Anima, pro pauperibus, tunc relictum ab Instituto, censetur indistincte repetitum à substituto, *ad tex. in l. Mela 14. vbi Bart. in princ. ff. de Alim. & Cib. Leg. l. 4. §. Lucius secundũ Bart. Lecturam ff. eod. Ias. in l. licet Imperator n. 37. ff. de Leg. p. post Roman. & Alex. quos refert, & post alios Tiraq. de pia caus. priu. 36. & Peregrin. de fideicõ. art. 16. n. 60.*

PRIVIL. CCIV.

Legatum III.

SVMMARIVM.

1 *In dubio quod minimum est censetur Legatum. fallit ex com. in Legato pio n. 2. & praesertim in Legato facto pauperi n. 3.*
3 *Electio licet alias fiat de mediocribus, fauore tamen miserabilium, fit de melioribus.*
4 *vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum, & vbi maior est necessitas, ibi maior debet esse Liberalitas, vt ibi.*

1 QVamuis in dubio, quod minimum est censeatur Legatum, *l. nummis 73. ff. de l. 3. Imol. in l. Legato generaliter §. p. & ibi, etiam Aretin. ff. de leg. p. cum alijs adductis à Tiraq. de pia caus. priu. 25. in princ.*

2 Regula tamen fallit fauore piae causae, & consequenter etiam fauore paupertatis, *l. Titia 40. §. scia. ff. de Aur. & Arg. legat. & ibi Bart. & tex. illum ad hoc singularem dixit Roman. sing. 515. incipit, quero quid. si Lego. Bal. Ab. Barb. Dec. Soc. Ias. Gozzad. Cagn. Gomez. quos refert Surd. de Alim. tit. 8. pr. 25. n. 6. licet, referat alios contrarium*

sensien-

sensientes inter quos est Tiraq. de pia caus. vbi supra vers. sed attende Lector) Couar. in c. ind cante de testam. n. 4. & 5. vbi generaliter loquitur in Legatis Pijs, & hanc sententiam defendit a Dec. & Bal. Nouello contrarium sensientibus, *Mantica de coniect. lib. 6. tit. 11. n. 10. Genuens. in practicab. Eccles. q. 153.*

3 Et pro pauperibus, & miserabilibus personis eamdem sententiam, *comprobat Nouar. in praxi priu. miserab. priu. centesimo n. p. & seq.* vbi quod licet alias electio facienda sit de mediocribus, attamen fauore miserabilium facienda est de melioribus.

4 Et pauperibus in hoc ipso fauere potest, quod sicut, vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum, *c. vbi periculum 14. de Elect. in sex.* ita vbi maior est necessitas, ibi maior debet esse liberalitas, vt sic imitemur Deum, qui dat niuem sicut lanam *ps. 147.* & cuius misericordia, speciosa dicitur in tempore tribulationis, sicut Nubes Pluuiæ in tempore siccitatis, *Eccli 35.* & quam debet homo, quantum potest si non assequi, saltem sequi, *ad tex. in l. Imperialis 23. C. de nupt. ibi,* Ita credimus Dei Beneuolentiam, & circa genus Humanum nimiam Clementiam imitari.

PRIVIL. CCV.

Legatum IV.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in dubio censetur vnicum, & non successiuum, fallit in Legato alimentorum n. 2. saltem quando pauperi est relictum n. 3.*
4 *Legatum in dubio censetur annuũ fauore miserabiliũ.*
5 *Legatum relictum Ecclesię in dubio censetur annuũ, & perpetuum.*
6 *Si Testator relinquat fratribus vnam pitantiam in die S. Francisci, an semel, vel quot annis debeatur.*
7 *Legatum, quod in dubio censetur annuum, an finiatur centum annis.*

1 Licet in dubio Legatum censeatur vnicum, &
semel præstandum, & non successiuum, *l. cũ
qui Chalendis 41. ff. de verb. oblig. l. Bones. 89. §.*
2 *hoc sermone ff. de verb. sing.* Attamen Legatum
Alimentorum in dubio iudicatur annuum, *l. Legatum 17. l. annua 20. §. Attia in fin. ff. de ann. Legat. l. cum qui ita stipulatur 56. vbi Bart ff. de verb. oblig. l. qui Concubinam 29. §. vxori ff. de Leg. 3. Bal. in l. cum hi col. p. vers. plane ff. de trans. Tiraq. in d. l. Bones §. hoc sermone ff. de verb. oblig. limit. 3 n. 6. Simon de pret. de interpret. vlt. vol. Dub. 11. n. 95. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 25. n. 5.*

3 Quod videtur intelligendum quando pauperi relictum est huiusmodi Legatum, *ad tradita per Surd. de Alim. tit. 8. priu. 11. n. 7. & per me supra in V. Alimenta 4. priu. 23. & infra in hoc V. Legatum 7. priu. 208.*

4 Et quod fauore pio, & miserabilium personarũ
Legatum in dubio censeatur annuum, *sensere Cuman. in l. cum, qui Chalendis ff. de verb. oblig. Socin. cons. 48. vol. 3. Genuens. in practicab. Ecclesiæ q. 225. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 4. n. etiam*
4. vbi etiam fuisse decisum in Rota Romana, quod
5 Legatum relictum Ecclesiæ censeatur annuum, &
perpetuum, & optime confert ad hoc vltimum, *tex. in l. Annua 20. §. Attia in fin. ff. de ann. leg.* qui loquitur in Legato relicto Sacerdoti, & Ministris Ecclesiæ ex redditu Cenaculi, & Horrei Testatoris, & decidit non solum vno Anno, sed in perpetuum deberi.

6 Sed quod si Testator relinquat fratribus vnam pitantiam in die S. Francisci, hæres liberetur vnicam præstando, & non teneatur quot annis, contra, *Guid. de Suzzar refert Bart. Alexand. Iasonem, Felin. & alios Surd de Alim. tit. 8 priu. 25. n. 3.*

7 Ampliatur, vt Legatum prædictum, quod fauore pio & pauperum censetur annuũ, non finiatur, etiam centum annis, sed perpetuo duret, *vt post Dyn. Cuman. Socin. Couar. probat Genuens. in practic. Eccles q. 328. Peregrin de fideicom. art. 30. n. 11. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 4. n. 6. & seq* vbi licet referat contrarium sensientes, dicit tamen sibi magis placere primam opinionem.

PRIVIL. CCVI.

Legatum V.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vestium suarum, Animalium suorum restringitur ad præsentia. sed fauore pauperum trahitur etiam ad quæsita post testamentum n. 2. idem fauore Ecclesiæ n. 3.*

1 Legatum mobilium, vt quando Testator relinquit vestes suas, Animalia sua, restringitur ad præsentia tantum, *l. si ita 8. ff. de aur. & arg. leg. vbi Bald. Mant. de Coniect. lib. 3. tit. 11. n. 23.*
2 Sed huiusmodi Legatum factum in fauorem pa
uperum, & miserabilium, comprehendit etiam
acquisita post Testamentum, *Nouar. in praxi priu.*
3 *miser. priu. 32. n. 3.* Idem est in Legato facto Ecclesiæ, *Genuens. in practicab. Eccles. q. 177.*

PRIVIL. CCVII.

Legatum VI.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei alienę ignoranter factum non debetur, fallit fauore pię causę, vel libertatis, vel coniun-*

paupertatis n. 2. vel libertatis n. 3. vel Alimentorum n. 4.

1 QVamuis mixta conditione deficiête per mortem, vel alium casum, deficiat Legatum sub tali conditione relictum, *l. in testamento 31. vbi gl. & Bart. ff. de Cond. & Dem. Socin. ibi n. 6. & post alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. 24. n. p.*

2 Attamen id fallit fauore piæ causæ, & sic in Legato facto pauperi, quia ob prædictam conditionis deficientiam non extinguitur, sed habetur conditio pro impleta, *Roman. sing. 384. Tiraq. de pia caus. priu. 57. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 24. n. 4*

3 Et in Legato Libertatis *est tex. in l. Libertate 55. iuncta gl. ff. de manum testam. l. 2. C. de condit. insert. l. cum ita datus 93. ff. de Cond. & Dem.*

Et in Legato Alimentorum *est tex. in l. illis libertis 83. secundum lecturam Bartol. ff. de Cond. & Dem. & tex. in l. p. C. de Legat.*

PRIVIL. CCX.

Legatum IX.

SVMMARIVM.

1 *AN & quando valeat Legatum relictum Religioso professo cum conditione, vt non acquiratur Monasterio.*

2 *Nec Abbas, nec Papa dispensare potest, vt Monachus habeat proprietatem.*

3 *Seruus Conniuentibus oculis Domini, suos, vel quasi suos nummos habere potest.*

4 *Valet argum. à Seruo ad Monachum.*

5 *Potest Monachus habere quasi proprium conniuentibus oculis Abbatis.*

6 *Monachus proprie proprium habere non potest, nec propriam voluntatem habet, Religiosus non potest sibi eligere sepulturam, nec esse executor testamentarius sine licentia sui Superioris n. 7.*

7 *In Sacrificio Regularis an attendatur voluntas Superioris, vel sacrificantis.*

1 QVærit *Diana p. 3. tr. 2. de Dub. Regular. Res.* 24 an possit fieri Legatum alicui Religioso professo, cum conditione, vt nihil acquiratur Monasterio, & resoluit in hæc verba (Affirmatiue respondeo, *cum homo bono in examin. Ecclesiast. p. 9. tr. 9. c. 8. q. 21. vbi sic ait*) & si donatio causa mortis, vel Legatum factum Religioso professo cum Côditione, vt illud habeat independenter ab eius Prælati voluntate, validum non fit, cum hoc omnimodo paupertatis voto aduersetur; subsisteret tamen si relinqueretur, ita vt nihil Monasterio acquiratur, quia Legatum illud intelligendum est, vt Religiosus illud habeat conniuêtibus oculis Prælati, qui si illam licentiam dare nolit, Legatum expirat, *ita ille, & ante Molphesius in sum. to. p. tr. 7. ca. 20. nu. 50. Vincent. de Franch. Dec. 718. Rodriquez. to. 2. q. 125. art. 2. & alij, Hæc Diana, qui tamen subdit ibidem in vers. notandum est tamen,* quod Superior licentiam dare potest, vt Religiosus Legatum conuertat in vsus licitos vestimentorum, & librorum, & similium, non autem vt ad libitum, & quomodoqunq; de eo disponat, quia sic efficeretur proprietarius.

2 Tu adde, quod nec Pontifex id concedere potest, *vt est tex. in c. cum ad Monasterium 6 de Stat. Regular. ibi,* nec æstimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare, quoniam Abdicatio proprietatis, & Custodia Castitatis est adeo propria regulæ Monachali, vt côtra eam, nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, de cuius textus inte lectu, *vide Sanchez. de Matrim. lib. 8. Disp. 8. n. 6 & 12*

3 Adde, quod ad Confirmationem sententiæ hominis boni, quatenus firmat Monachum conuentibus oculis Superioris posse Legatum acquirere, *Confert tex. in l. 4. ff. de manumission.* vbi quod seruus conniuentibus oculis Domini, suos, vel quasi suos nummos habere potest.

4 Valet autem argumentum à seruo ad Monachum, *vt post Innocent. Bart. Salicet, & alios copiose, & erudite probat Euerard. in Topica in loco à seruo ad Monachum.*

5 Et in specie, quod sicut seruus conniuentibus oculis Domini, ita et iam Monachus conniuentibus oculis Superioris, possit habere quasi propriû *dixit Bald. in l. p col. o. C. de his, qua pan. nom. & Io. Andr. in Reg. non est obligatorium de Reg. Iur. in sex. in mercurialib. sub fin. seq. Euerard. vbi sup. in loco a seruo ad Monachum sub in. tium.*

6 Vnde nota, quod Monachus non potest proprie habere proprium, Immo nec propriam voluntatem habere videtur, *ad tex. in c. fin. de sepul.* vbi dicitur, quod Religiosus non potest sibi eligere sepulturam, cum velle, vel nolle non habeat,

7 *& inc. 2. de testam & vlt. vol.* vbi dicitur, quod Religiosus esse non potest Executor testamentarius, absq; licentia sui Superioris, cum velle, vel nolle non habeat.

8 Et in Sacrificio Regularis probabile est magis attendi voluntatem, & applicationem Superioris, quam Sacrificantis, *vt post Fraxinellum, Ganauusum Scotum, Cordubam. Ledesmam, Osteridit, Diana p. 2. tr. 14. de Celebrat. Missar. Res. 72.* licet contrariam quoq; sententiam probabilem esse indicet.

PRIVIL. CCXI.

Legatum X.

SVMMARIVM.

1 *PRæteritione Filij quem Pater ignorat, an testamentum irritetur, quo ad Legata, quæstio est, sed*

certum est non irritari Legata relicta pauperibus pro male oblatis n. 2. & quare n. 3.

3 *Prima, & ordinata Charitas incipit à se ipso.*

4 *Anima quibusquumq; rebus preferetur, & carior est Matre, et omnibus Cōsanguineis, et proprio corpore.*

5 *Anima debet esse magis cara, quam caro, & qui non dat cuncta, quę habet pro anima sua, odit animam, & carnem suam.*

6 *Exequtio Legati Pij est mixti fori, sed quando est mere Spirituale, vt pro male quęsitis, ad solum Episcopum spectat.*

1 QVamquam sit quæstio, an Autentica ex causa, *C. de lib. prat.* disponens, testamentū irritum præteritione filij, non irritari, quo ad Legata, procedat etiam quando Pater ignorabat se filium habere, & plures sensiant, tunc non procedere, *vt per Tiroq. in leg. si vmquam C. de Reuoc. Donat. in V. Donatione largitur.*

2 Attamen quando Legata facta erant pauperibus pro restitutione male ablatorum, tunc non irritantur, sed debentur, etiam si Pater ignoraret se filium habere; *Bart. in l. cum Acutissimi C. de fid. Bald. Ang. Imol. in l. filio preterito ff. de iniust. rupt. Franc. Aretin. in l. Titius in princ. ff de Lib. & posth. Cast. Alex. Corn. Ias. in d. Auth. ex causa C. de lib. prat. Io. Andr. cons. 28. col. pen. incipit visis, et ponderatis Tiraq. de pia caus. priu. 69* vbi quo ad reliqua Legata pia non facta pro male ablatis; non firmat, sed cogitandum relinquit, referens contradicentes.

3 Ratio sit, quoniam verisimile est Testatorem relicturum fuisse huiusmodi Legata pro exoneratione Conscientiæ, etiam si sciuisset se filium habere, nam prima, & ordinata Charitas, incipit à se ipso, *l. prases. 9. C. de seruit. & Aqua, & dixi*

4 *in V. Elemosina,* & Anima rebus quibusqunque præferenda est, *l. Sancimus 15. C. de Sac. Eccles.* & magis quis præsumitur animam diligere, quam Matrem, *Tiraq. de pia caus. priu. 69. in princ.* & Anima carior est omnibus Consanguineis, ac ipso etiam proprio corpore, *Tiraq. de pia causa priu. 66. vers. sed tu,* & sic Anima, vel est, vel esse præ-

5 sumitur, vel esse debet, magis Cara, quam Caro, Et in hoc etiam sensu sumendo Animam, non pro vita, vt alibi dixi, sed pro spiritu, recte sonaret, quod scriptum legitur, *in libro Iob. c. 2.* licet à Demone dictum (Pellem pro pelle, & cuncta quę habet homo dabit pro Anima sua) & qui non dat, odit Animam, & carnem suam, *vnde D. Bern. serm. de Conuers. ad Clericos c. 4.* inquit *in ps. 10.* dicitur, qui diligit iniquitatem, odit Animam suā, Ego autem dico, odit, & carnem.

6 Sed vt à moralibus ad Legalia redeamus, & respondeant vltima primis, adde, quod licet Exequtio Legati Pij sit mixti fori, attamen quando Legatum est mere Spirituale, & pro male ablatis, vel male quæsitis, tunc ad solum Episcopum spectat, *Marta de Iurisd. p. 2. c. 10. & vide qua dixi supra in V. incerta.*

PRIVIL. CCXII.

Legatum XI.

SVMMARIVM.

1 *LEgata hereditate non adita non debentur, & quid in Legatis Pijs n. 2. & quid si Testator mādet solui ante aditam hereditatem ibid.*

3 *Legatum Alimentorum, vel aliud, pauperi factum debetur ante aditam hereditatem.*

1 LEgata, hæreditate non adita non debentur, *l. 3. ff. de leg. p. l. si nemo 142. ff. de Reg. Iur. l. eam quam 14. C. de fideicom. dixi D. 133. n. p.*

2 Et quæstio est, an id procedat, etiam in Legatis Pijs, *vt per Boer. D. 41. per tot.* vbi discutit quid si Testator mandet solui ante aditam hæreditatem, *& per Tiraq. de pia caus. priu. 33. per tot. & per Surd. de Alim. tit. 8. priu. 12. n. 3. & 4. & cōmunem contra communem refert Hyspanus Cenallos q. 107. dixi aliquid Dec. 133. n. 2. & 3.*

3 Attamen in Legato Alimentorum, vel alias facto pro pauperis necessitate, omnino procedit negatiua sententia, quod scilicet regula non procedat, sed quod debeantur Legata, etiam ante aditam hæreditatem, *ad tradita per Bald. in l. p. q. 11. C. de Sac. Eccles. & per Ias. in l. eam quam n. 20 C. de fideic. & post alios per Surd. de Alim. tit. 8. priu. 12. n. 5. & per Gratian. Discept. 72. n. 23.* & pro pauperibus, & miserabilibus, *firmat Nonar. in praxi pri. miser. priu. 26. n. 2.*

PRIVIL. CCXIII.

Legatum XII.

SVMMARIVM.

1 *SI Testator legauit vltra vires hereditatis, omnia legata pro rata minuuntur, licet vnum sit prius altero, vel vnum in genere, alterum in specie.*

2 *Sępe de facultatibus suis, magis, quam in ijs est, sperāt homines, vide versus.*

3 *Legatum pauperi factum, vel alias pium soluendum est ante alia legata, & non patitur diminutionem, & soluitur, vt as alienum.*

4 *Legatum Pium, et prasertim Alimentorum non comprehenditur sub generali Diminutione Legatorum in Codicillis facta.*

1 QVando Testator legauit vltra veras vires hæreditatis, omnia Legata prorata minuuntur, *l. si quis Testamento 82. §. apud Iulianum ff. de leg. p. & ibi Castr. confert l. 2. §. p. ff. de condic. Indeb. Dyn. Ang. Alex. in l. quarebatur ff. ad leg. Falc. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 29. n. p.* vbi ampliat

pliat licet vnum Legatum sit prius altero nominatum, & licet vnum sit in genere, alterum in specie.

2 Adde, quod hoc sæpe contingit, quoniam sæpe de facu tatibus suis, magisquam in ijs est, sperant homines, *§. in fraudem inst. tit. quib. ex caus. man. non licet. vnde Sen. in opusc. de tranq. animi.*

Alius patrimonio suo plus imperauit, quam ferre posit. *& Martialis Argutissimus alter Hispanus lib. 2. Ep. 79.*

Argenti libras marius tibi quinque reliquit,
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

3 Id tamen fallit in Legato, pauperi, vel alias ad piam causam relicto, quia soluendum est integrum ante omnia Legata, & non patitur Diminutionem, *Bart. in l. si quis seruum §. fin. ff. de leg. 2. Fed. de sen. Cons. 250. in fine Castrens. in l. si quis testamento §. apud Iulianū in fine ff de leg. p. Barbat. in tract. de Epis. p. 4. lib. 4. n. 48. Oldrad. cons. 200. incipit proposita fuit Tiraq. de pia caus. priu. 72. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 30. n. 3.* vbi subdit hanc esse veriorem, *licet Bart. in Auth. si Mulier C. ad leg. Falc.* videatur sensisse contrarium, *Nouar. in praxi priu. miser. priu. 22. n. 3. & seq.* vbi quod Legata pia soluenda sunt ante omnia, tanquam æs alienum, & quod in concursu præferuntur habentes causam fauorabilem, & magis piam, *ex tex. in l. priuilegia 16. vbi gl. ff. de priu. Cred. cum alijs, de quibus ibi per eum n. 3.*

4 Ampliatur, vt generalis diminutio Legatorum in Codicillijs facta, non trahatur ad Legata pia, *ad tex. in l. libertis, quos 18. §. posthumus ff. de Alim. & Cib. legat.* quæ loquitur in Alimentis, *Rom. in Auth. similiter C. ad leg. Falc. in 4. spec. vlt. vol. Sociu. Reg. 310. priu. 26. Tiraq. de pia caus. priu. 19.*

PRIVIL. CCXIV.

Legatum XIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius satisdat hæredi de restituendo ad rationem Falcidiæ, pauper vero præstat Iuratoriam Cautionem n. 2. quæ in minutis Alimentis remittitur n. 3.*

1 QVamuis Legatarius accipiens ab hærede Legatum, teneatur ei fideiussionem præstare, quod Consilio, ipsum amplius Legati nomine accepisse, quam ex computatione legis Falcidiæ capere licuerit, quanti ea res erit restituet) *l. p. in princ. ff. si cui plus, quam per leg. Falc. l. 3. vers. hac cautio ff. eod. tit.*

2 Pauper tamen satisfacit præstando Iuratoriam Cautionem, si aliam non reperiat, *l. cum non solide 6. ff. si cui plus quam per leg. Falc. vbi gl. Ang. & Imol. gl. pen. in leg. illicitas §. fin. ff. de offic. præs. spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua vers. quid si hæres primo Archid. in c. pauper 11. q. 3. Barbat. in l. acceptam in Scholijs ad Bald. q. 23. C. de vsur.*

3 Amplia, vt Cautio prædicta omnino remittatur ijs, quibus minuta Alimenta sunt relicta, *ita disponit tex. in d. l. 3. §. quamuis ff. si cui plus quam per leg Falc.* & pro Ampliatione maiori, *vide quæ dixi in V. falcidia.*

PRIVIL. CCXV.

Legatum XIV.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius capere debet legatum de manu hæredis, & capeas propria authoritate, priuatur legato n. 2.*
3 *Pauper, legatum alimentorum capere potest propria authoritate.*
4 *Ex necessitate licet capere de alieno, multo magis de suo, vel sibi debito.*
5 *Legatum ex quo non detrahitur Falcidia, capi potest propria authoritate.*
6 *Legatum pium capi potest propria authoritate.*

1 LEgatum accipiendum est ex manu hæredis, *inst. tit. de leg. in princ. ibi,* ab hærede præstandum, *c. Raynaldus 18. de testam. l. eam, quam 14. C. de fideicom.*

2 Et Legatarius capiens, immo rapiens propria authoritate, priuatur Legato, *l. non est dubium 5. vbi Alex. docet C. de Leg. dixi Dec. 68. n. 8.*

3 Attamen Legatum alimentorum pauperi relictum, potest ille capere propria authoritate, abique incursu alicuius pænæ, vel culpæ, *Rip. in l. p. n. 17 C. quorum legatorum Menocch. de Adipiscen. poss. ff. Rem. 2. nu. 6 1. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 16. n. 3. & 4.* vbi quod Benincas. omisit hoc priuilegium paupertatis.

4 Prima ratio sit, quia si instante necessitate, licet capere de alieno, *vt dixi in V furtum,* facilius licebit capere de proprio, & de suo, vel saltem de sibi debito, *Rip. in d. l. p. n. 17. ff quorum Legatorum, & refert Surd. de Alim. tit. 8. priu. 16 n. 4.*

5 Secunda ratio sit quoniam de huiusmodi Legato detrahitur Falcidia, vt dixi in V. Falcidia, & quando de Legato Falcidia non detrahitur, Legatum capi potest propria authoritate, *Cyn. in l. p. C. quorum Legatorum Corn. cons. 140. col. fin. vol. p.* & hanc rationem meliorem, quam adductam à Ripa, *ostendit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 16. n. 7. & 8. vsque ad fin.*

6 Ampliatur, vt hoc ipsum priuilegium capiendi propria authoritate, generaliter procedat in Legato Pio, *vt post Corn. & Capr. tradit Tiraq. de pia*

pia cauſ. priu. 45. et prius priu. 26. Menoch. de Adipiſcend. poſſ. Rem. 2. n. 86. Riccius Collectan. Dec. 15. Farinac. q. 175. n. 336. Nouar. in praxi priu. miſer. priu. 45 n. 5.

PRIVIL. CCXVI.

Legatum XV.

SVMMARIVM.

1 *CEſſante, vel adempto onere Legati, ceſſat, et adimitur, etiam Legatum.*
2 *In dubio onus cenſetur adiectum cauſa Legati.*
Legatum Alimentorum cenſetur relictum cauſa Legatarij, & non propter onus iniunctum, ſaltem quando pauperi relictum eſt n. 4.
3 *Legatum Relictum cum onere morandi cum filijs, debetur, etiam mortuis filijs, fallit vt ibi n. 3.*
5 *Legatum Alimentorum, pauperi relictum cenſetur relictum intuitu paupertatis.*
6 *Paupertas eſt onus graue, vide verſus.*
7 *Onus, graue reddit leuitas, & Imbecillitas ferentis. Christi Iugum ſuaue, & onus leue eſt probis, durum, & importabile reprobis.*
Paupertatis onus quomodo fiat leue.

1 CEſſante onere Legati, ceſſat etiam Legatum relictum contemplatione eiuſdem oneris, *l. Alumnæ 30. §. ſeia. ff. de Alim. legat.* vbi et am Legatum ademptum videtur quando onus adimitur, *l. pen. §. fin. ff. de Cond. & Dem Surd. de Alim. tit. 8 priu. 23. n. 2.* vbi ampliat, ſiue per viam fideicommiſſi, ſiue per viam modi fuerit onus adiectum.

2 Et in dubio onus adiectum ſemper præſumitur Cauſa Legati, *l. Neſennius 35. cum ſeq. ff. de excuſ. tut. l. illis libertis 83. in fine ff. de Cond. & Dem. & poſt Dec. & Cephal. tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 23. n. 6.*

3 Legatum tamen Alimentorum intelligitur relictum fauore Lagatarij, & non propter onus eidẽ, forſan iniunctum, *ad tex. in l. p. C. de Legat.* vbi Legatum relictum cum onere morandi cum filijs, debetur etiam mortuis filijs, *& poſt gl. Bart. & alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 23. n. 7. qui tamen priu. 24. n. 5.* limitat quando onus ex coniecturis, præſumi poteſt adiectum fauore eorum, cum quibus Alimẽtarius deberet morari, vt ſi eſsẽt ſenes, debiles, Pupilli, vel aliter egentes ope Legatarij, *iuxta tex. in l. ſeio 10. in princ. vbi gl. ff. de Ann. Legat.*

4 Hoc autem priuilegium videtur intelligendum, quando Legatum Alimentorum pauperi relictum eſt, & non alias, *ad tradita per Surd. de Alim. tit 8 priu. 21. n. 7. & per not ſupra in V. Alimenta.*

5 Et in hac ſpecie fauere poteſt pauperi, quod licet ceſſet aliud onus adiectum Legato, non tamen ceſſat onus paupertatis cuius etiam contemplatione relictum fuiſſe Legatum Alimentorum, rationabiliter præſumi poteſt, *ex ijs quæ diximus in V. Teſtamentum.*

6 Quod autem paupertas ſit onus, & onus graue, *probat Alciatus in emblemate,* cuius titulus eſt (paupertatem ſummis Ingenijs obſſe ne prouehantur) vbi in perſona pauperis, ſic cecinit.

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet Alas
Vt me pluma leuat, ſic graue mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per auras
Me niſi paupertas Inuida deprimeret.

7 Fatendum tamen eſt, quod hoc onus, ſepe graue reddit, leuitas, & imbecillitas ferentis, quemadmodum etiã in ſimili dicitur, quod Dei iugum ſuaue, & onus leue eſt probis, durum, & importabile reprobis, *vt ex D. Greg. refert Gerſon. de Imit. Chriſt.* ſed quomodo paupertatis onus, leue fiat, *dixi p. 3. c. p. in Remedijs,* vbi vide ſi placet, præſertim in remedio Sapientiæ, quod ſi illam non inueneris (cum rara ſit, & difficilis) *vide in remedio patientia,* quæ communis eſt omnibus, & in poteſtate cuiuſquonque.

PRIVIL. CCXVII.

Legatum XVI.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum relictum Collegio expirat, diſſoluto Collegio, fallit in Collegio Pio n. 2. et in Collegio pauperum n. 3.*
3 *Relictum pauperibus intelligitur relictum Deo.*
4 *Pauperes ſemper habebimus.*

1 LEgatum Annuum relictum Collegio, expirat diſſoluto Collegio, *l. pater 36. §. Tuſculanus ff. de leg. 3. gl. in l. Annua §. attia in fin. ff. de Ann.*
2 *legat* ſed Legatum relictum loco Pio, etiam loco ipſo dextructo debetur, *Bart. in d. l. pater §. Tuſculanus ff. de leg. 3. Ancar. in Clem. 2. de Relig. Dom. Bal. in l. Hæreditas in vlt. q. ff. de Hær. inſt. Tiraq. de pia cauſa priu. 91.* vbi adducit rationem, quia hujuſmodi Legatum intelligitur relictũ Deo Immortali, & quod tunc capit Eccleſia Romana, quæ repreſentat, vbiq; Deum.

3 Vnde id magis procedit in Legato facto pauperũ Colleggio, quia relictũ pauperibus, cenſetur relictũ Deo, & Chriſto Domino, *iuxta illud Matt. 25.* quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis *& dixi in V. Deus p. & 2.* & quia licet Dextueretur Collegium, non tamen pauperes dextruerentur
4 *ad tex. Matt. 26. & Io. 12.* pauperes ſemper hãbebitis vobiſcum.

PRI-

PRIVIL. CCXVIII.

Legatum XVII.

SVMMARIVM.

1 *ALienatione etiam inualida, legatum reuocatur, sic, et per translationem etiam in incapacē n.2*
3 *Legatum sola voluntate reuocatur, & voluntas etiā ex actu nullo colligitur, vt n. 4.*
5 *Legatum alienatione reuocatum, recuperatione non reconualescit, sed legatum factum pauperi, vel alias pium reconualescit n.6. Immo nec alienatione reuocatur n. 7.*
8 *Legatum quando per alienationē rei Legatę reuocetur.*

1 PER Alienationem rei Legatæ, etiam inualidam, Legatum reuocatur, *l. Legatum 24. §. Pater hortos ff. de Alim. & Cib. leg. Imol. Alex. Aretin. in l. seruum filij §. si idem seruus ff de leg. p. Socin. cons. 104. n. 11. vol. 3. Hieron. Gabr. cons. 103. n. 10. Surd. de Alim tit. 8. priu. 21. n. 2.*
2 Sic etiam in simili per translationem, etiam in
incapacem facta, Legatum reuocatur, *l. & si trāsferam 20. ff. de Adim. leg. gl. fin. inst. tit. de Adempt. Legat. Oinot. ibid. n. 27.*
3 Et ratio est, quoniam Legatum sola voluntate
reuocatur, *l. si iure 18. ff. de leg. 3. l. 3. §. fin. ff. de*
4 *Alim. & Cib. leg.* At voluntas, etiam ex actu nul-
lo colligitur, *l. fin. ff. de Reb. eorum l. 2. C. de confirmat. tut. l. in testamentis 38. ff. de fid. libert. Alex. cons. 45. n. 2. lib. p. Ias. in l. Dominus n.2. ff. de condic. indeb. Ludouis. in Romana Afflictus D. 76. n. 3.*
5 Ampliatur, vt Legatum per Alienationem rei
Legatæ, adeo reuocetur, vt etiam Alienatione rescissa, & re quomodolibet recuperata, adhuc Legatum non reconualescat, *l. cum seruus 15 vbi Bart. ff. de Adim. leg. Bald. in l. 3. n. 5. vbi etiam Castrens. C. de leg. & post Imol. & Gabr. tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 21. n. 5.*
6 Attamen Legatum Pium, præsertim pauperi
factum, Alienatione reuocatum, recuperatione reconualescit, *Romā. in Auth. similiter n.81 in fin. C. ad leg. Falc. & sing. 430. incipit. quæritur an Testator Bald. Ang. Castr. Ias. in l. quoniam post testamentum C. de leg. Tiraq. de pia caus. priu. 14. Natta cons. 613. nu. 4. mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 6. n. 5. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 21. n. 7. qui post Nattam,* loquitur in specie de Legato facto pauperi.
7 Sed fortius, quod Legatum Pium per Aliena-
tionem non intelligatur reuocatum, *sensit Bart.* (loquens de Domo relicta ad construendam Ecclesiam, & postea alienata) *cons. 26. incipit Testator in testam. quem seq. Ias. in l. qui post testamentum col. 3. C. de legat. & Catellan. Cotta in memorial. in V. Ecclesia vers 5. Tiraq. de pia caus. priu. 41.*
8 Et si vis plenius scire quādo Legatum per Alie-
nationem rei Legatæ reuocetur, vel non, *vide Roman. d. sing. 430. incip. quæritur an Testator, & Socinum Reg. 218.*

PRIVIL. CCXIX.

Legatum XVIII.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum consulto deletum à Testatore, censetur reuocatum, secus si casu, & in dubio censetur consulto deletum n. 2.*
3 *Legatum pauperi factum, vel alias pium, in dubio censetur inconsulto deletum.*

1 LEgatum consulto deletum à Testatore, cen-
setur reuocatum, secus si casu, *l. p. ff. de ijs quæ in testam. delentur l. si idem 14 ff. de leg. p.* in
2 dubio vero censetur consulto, & non casu dele-
tum, *Bald. Raphael. Cuman. Cast. in d. l. p. ff. de ijs quæ in testam. delentur.*
3 Sed quando Legatum est ad piam causam, &
præsertim pauperi factum, vt sustineatur, in dubio, censetur inconsulto deletum, *ad tex. in l. proxime 3. § p. & fin. ff. de ijs, quæ in testam. delent. & tradunt ibid. Bart. Bald. et Imola. iterum Bart. in l. si vnus vbi etiam Ang. Raphael. Franc. Aretin. Corn. Ias. C. de testam. Roman. in Auth. similiter in p. spec. vlt. vol. C. ad leg. Falcid. Tiraq. de pia caus. priu. 16. Felin. in c. ex litteris n. 28. de fid. instrum. Couar. in Rub. de testam. in 3. p. n. 19. vers. huic sententia mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 2. n. 25. & in hac specie pro paupere conferunt, quæ dixi in V. Dubium, & in V. interpretatio.*

PRIVIL. CCXX.

Legatum XIX.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum sola voluntate legantis adimitur.*
2 *Legatum factum pauperi, vel alias pium non comprehenditur sub generali Ademptione Legatorum, idem in Legato Alimentorum n. 3.*

1 QVamuis Legata, nuda Testatoris voluntate,
adimantur, *l. si iure 18. ff. de leg. 3. l. 3 §. fin ff. de Adim. leg. & dixi sup. in hoc ipso V. Legatum*
2 *17. priu. 118.* Attamen Legatum factum pauperi,
vel alias ad piam causam non comprehenditur sub generali Ademptione, *Nicolaus de Neapoli, & post eum Rom in Auth. similiter in 4. spec. vlt. vol. C. ad leg. Falcid. Socin. sen. Reg. 382. in V. priuilegia pia causa, Tiraq. de pia caus. priu. 19. refert mant. de coniect. lib. 12. tit. 2. n.24. licet contrariū*

Respon-

Respondet *Natta consl. 613. n. 5. & 6.*

3 Sed id omnino procedit in Legato Alimentorum, *l. libertis 18 §. posthumus ff de Alim. & Cib. leg. gl. ibid. in V. non videri Late Surd. de Alim. tit. 8, priu. 20. n. 5. & 9.* vbi tamen sustinet idem obtinere, siue Diuiti, siue pauperi relictum sit Legatum Alimentorum, certe pauperi fauent in hac materia, *quę diximus in V. Generalitas, & in V. Alimenta.*

PRIVIL. CCXXI.

Legitima.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an, & quando Statuto tolli possit.*

2 *Legitima potest Statuto in totum tolli, quo ad habentes aliunde vnde se alant, sed quo ad pauperes non habentes Alimenta necessaria, nec tolli, nec minui potest n. 2. & 3.*

3 *Filijs debetur de Iure naturę legitima, & maior etiã portio, quando illa indigent ad Alimenta necessaria, quę nec honeste laborando sibi comparare valeant.*

1 QVamuis magna sit quæstio, An & quando Legitima possit statuto tolli, & pro vtraq; parte rationes, & Authoritates adducat, *Merlinus de Legitima lib 3. tit. p. q. p.*

2 Illud tamen videtur satis receptum, posse in totum tolli quando is, cui Legitima debetur habet aliunde vnde se alat, *ad trad. per Abb in c. Raynucius n. 11. de testã. Lupus in c. per vestras in 3. not. §. 4. in prime. de Donat. int. vir & vxor. Io. Garter. in tract. de primog. lib. 2. c. 16. vbi de cõmuni Surd.*

3 *de Alim. tit. 8 priu. 56. n. 23. & confirmant tradita per Merlinum de legitima lib. 3 tit. p. q. p. n. 28. quatenus post Imol, Ceccalup. Decium. Vasq. Alberic. Crauettam, Crassum, Surdum,* firmat Legitimam, quatenus re. picit Alimenta necessaria, tolli, aut minui statuto non posse.

4 Adde, *Nauar in man. c. 26. nu. 28 ibi,* non obstat illud à multis, assertum Legitimam partem Bonorum Patre tum debe i filijs naturali Iure, quod humano illorum Regnorum tolli nequit, *c. qua contra 8. Dist.* non inquam id obstat, quia solum est verum quo ad filios pauperes deb les infirmos, & inhab les, se sua arte, & labore honeste sustentare non valentes, & ad id Legitima parte, vel maiore indigentes non autem quo ad alios, vt probamus, *in c. ius naturale p Dist* efficaci ratione, *& per tex. in l. si quis à liberis §. idem in libertis ff de lib. Agnosc. Hęc ibi Nauarr.* ex quibus patet, quod Legitimam, statuto tolli non posse, vel minui non est, tam priuilegium Legitimæ, quam paupertatis.

PRIVIL. CCXXII.

Leg. Adituo pio ff. de Re Iud.

SVMMARIVM.

1 *IN Exequtione primo capiuntur mobilia 2. Stabilia 3. nomina Debitorum. sed hic ordo non attenditur fauore Ecclesię, vel Pupill n. 2 vel pauperis n. 3. qui gaudet priuilegijs Ecclesiarum, & Pupillorum n. 4.*

1 IN Exequtione ordo hic est necessario seruandus, vt primo capiantur mobilia, secundo stabilia, tertio nomina Debitorum, *d l. A. Diuo pio 15 § in venditione ff. de Re Iud.* Attamen fa-

2 uore Ecclesiæ vel Pupilli, non attenditur talis ordo, nam si illis expediat, incipi potest, etiamã nominibus Debitorum, *Cyn. in Auth. Hoc Ius porrectum C. de Sac. Eccles Genuers. in practicab.*

3 *Eccles q 313.* Vnde & idem dicendum est fauore pauperum, & miserabilium personarum, *vt sensit Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 43* & Confert

4 ad id ratio, quoniam pauper gaudet Priuilegijs Ecclesiarum, & Pupillorum, vt suis in locis comprobauimus, *in V. Ecclesia, & in V. minor.*

PRIVIL. CCXXIII.

Leg. Ad personas ff. de Iureiur.

SVMMARIVM.

1 *ADpauperem male vestitum, cui dedecus sit, ita extra de Domo transmittitur Notarius ad accipiendum eius Iuramentum, probatur n. 2. et seq.*

2 *Alligatus videtur qui sine dedecore in publico apparere non potest.*

3 *Pauperes, & Infirmi ęquiparantur.*

4 *Paupertate nõ vilescit persona si bonis moribus polleat*

5 *Pauper verecundus licet ex propria culpa inciderit in paupertatem, gaudet priuilegio leg. ad Personas ff. de Iure Iur. ex communiori.*

6 *Pauper verecundus excusatur à contumacia, ęquiparatur Carcerato, & restituitur in Integrum.*

1 PAuper cui inspecta eius qualitate verecundum sit exire de Domo cum vestibus, quibus male reperitur indutus, gaudet Priuilegio, *legis ad personas 15. ff. de Iure iur.* vt videlicet ad eius Domũ transmittatur Notarius pro recipiendo Iuramento, *adgl in l. tutus in V. non possunt post princ. ff. de testib. gl. fin in l. in eadem causa ff. ex quib. caus. mai. gl in c. si qui testium in V. paupertate de testib.* & ita Romæ a Dominis suis Iudicatum, *refert Roman. sing. 170. incipit item quaro Benincas. de paupert. q. 7. spec. 10. in Iudic. nu. 27. & seq.* vbi consu-

confutat Iasonem contrarium scribentem ex eo, quod ob paupertatem nobilitas, Dignitas, vel qualitas egregia videatur amitti vel minui, sed adde pro paupere, *Felin. in c. si qui testium .nu. p. de testib. & Costam de Remed. subsid Rem. 125 n 6.*

2 Adducit Felinus, *tex. in l. 2. in fin. ff. de vsur. ibi,* non sine rubore, *& tex. in C. vestis 25 §. vestimenta ff. de aur. & arg. leg. ibi,* non facile sine vituperatione potest, melius forte probat, *tex. in l. in eadem causa 10. ff. ex quib. caus. maior ibi,* In vinculis detentos, & eos accipimus, qui ita sunt alligati, vt sine dedecore in publico parere non possint, Addo ego, *tex. ipsum in d. leg. ad personas 15. ff. de*

3 *Iureiur.* qui cum exprimat, etiam eos, qui valetudine impediuntur, etiã pauperes cõprehẽdit, quia Debilitate confecti, & paupertate oppressi æquiparantur in eo, præsertim quod excusantur, si ad Iudicium ire non possint, *c. si quis testiũ. 8. de testib. Benincas. de pauperi. q. 7. spec. 10. in Iud. n. 36. & vide quæ dixi in V. infirmitas.*

4 Et contra id, quod dixit Iason. & quod scilicet paupertate, persona non vilescat, si tamen bonis moribus polleat, *probat tex. in l. humilem 7. C. de Incest. nupt. ibi,* Humilem, vel Abiectam Fæminam non Iudicamus, quæ licet pauper, orta tamen sit ex ingenuis, nec vllam ex opulentiore fortuna esse distantiam, & confert, *tex. in can. fin. 16. q. p. ibi,* nec tam in pauperibus paupertatem, quam Religionem attendere, *& tradit Bald. in d. l. humilem vers. nota, quod pauper C. de Incest. nupt. & Dec. in l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. Iud.*

5 Ampliatur, vt hoc priuilegium transmittendi Notarium ad pauperem supra descriptum, procedat, etiam si is inciderit ex propria culpa in paupertatem modo non fuerit ad casum præordinata, *Felin. in c. si quis testium n. 12. de testib. Crauett. cons. 362. n. 11. Natta cons. 42. sub finem viuius Decis. 268. in fin. lib. 2. Corbul. de Emphyteus. tit. vlt. limit. 29. in fine Costa de Remed. subsid. Rem. 25. n. 9.* vbi quod hæc est æquior, & communior quicquid contra de rigore Iuris senserit, *Ma. tica sing. 31. in fine.*

6 Adde quod pauper verecundus æquiparatur Carcerato, vt dixi in V. Carceratus, excusatur à contumacia, dixi in V. Contumacia, restituitur in Integrum, *dixi in V. Restitutio in integrum.*

PRIVIL. CCXXIV.

Leg. Boues ff. de verb. sig.

SVMMARIVM.

1 *VErba restringuntur ad primum actum, fallit fauore pauperum n. 2.*

1 QVàuis verba debeant regulariter intelligi de primo actu, *l. Boues. 89. §. hoc sermone ff. de verb. sig. l. Dotis 8. vbi Bart. ff. de Iur. Dot. late*

2 *Tiraq. in Comment. ad l. Boues,* fallit tamen hæc Regula fauore paupertatis, *vt probat Nouar. in praxi priu. miser. priu. 4. n. 2. & vide quæ dixi sup. in V. Legatum de Legato annuo.*

PRIVIL. CCXXV.

Leg. quoties C. de Rei vendic.

SVMMARIVM.

1 *PAuper, Prior in emptione, licet in traditione posterior, præfertur.*

2 *Vbi ex solo titulo transfertur Dominium, cessat Lex quoties C. de rei vendic.*

3 *In pignore primus præfertur, non obstante priori traditione facta secundo.*

Primus contrahens semper præfertur quando habet pro se constitutum.

4 *Fauore pauperis, Dominium absq; traditione transfertur, ex solo contractu, idem fauore piæ causæ, idem fauore Ecclesiæ n. 7.*

5 *Pauperes gaudent priuilegijs piæ causæ & Ecclesiarum n. 6.*

1 DIspositio, *leg. quoties 15. C. de Rei Vendic.* cessat fauore paupertatis, pauper enim Prior in ẽptione, licet in traditione posterior præfertur, *Bald. in l. fine §. si duob. ff. de publican. et Ang. ibi, post eum Marsilius sing. 82. incipit volo in 5. Fallent. Benincas. de Paupert. q. 8. spec. 6 in contr. n. 16. Ant. Gabr. conclus. 2. de empt. & vend. n. 17*

2 Ratio sit, quia in casibus, in quibus ex solo primo contractu transfertur Dominium sine traditione, cessat, *d. lex. quoties C. de Rei vendic.* & præfertur primus contrahens, *gl. & DD. in c. si tibi absenti de præb. in sex. Abb. & Canonistæ in c. continebatur de ijs, quæ fiunt à prælat. sine cons. Capit. Abb in c. suggestum in p. not. de Iur. patron. Gozzadin. cons. 13. n. 13. Panormitan. cons. 91. n. 7. lib. p.*

3 Vnde in pignore, semper primus præfertur nõ obstante Priori traditione facta secundo, quoniã Ius pignoris ex sola conuentione, & absq; traditione transfertur, *l. si prior 13. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 6. in contr. n. 21. & 22.* vbi quod idem est quando in primo contractu interuenit Constitutum.

4 At fauore pauperis, Dominium absq; traditione transfertur ex contractu, sicut, & fauore piæ causæ, *ad tex. in l. fin. C. de Sac. Eccles. gl. fin. in l. pen. C. de Rei vendic. gl. & DD. in c. 2. de Consuet. & dixi supra in V. Dominium.*

5 Nec mirum, cum pauperes gaudeant omnibus priuilegijs piæ causæ, *Benincas. de paupert. qu. 5. n. 51. & per tot. & dixi in V. piæ causa.*

6 Immo gaudent, etiam priuilegijs Ecclesiæ, *Bal.*

in prædictis Principem esse Iudicem Cumulatiuũ, non priuatiuum, *vt probat idem tex. in d. §. si defuncto ibi*, Principali, vel Pontificali Authoritate, vbi gl. exponit, Principis, vel Papæ, vel Episcopi.

7 Limitatur, vt non possit pauper, vel alius vigore legis vnicæ eligere in Iudicem, eum, qui, vel ratione causæ, vel ratione personæ non habeat Iurisdictionem in Reum conuentum, *ad tradita per Afflict. D. 257. n. p. & 2. Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 6. n. 44. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 66. n. 50. & post alios tradit Gratian Discept. Forens. lib. 3. c. 421. n. 14. & vide quæ dixi in V. Forus.*

PRIVIL. CCXXVIII.

Lites.

SVMMARIVM.

1 *Bona pauperum non debent litibus dissipari.*
2 *Causę pauperum non sunt delegandę extra locũ eorum Domicilij.*
3 *An sufficiat sola paupertas ad auocandam Causam à Curia.*
4 *Paupertas Communitatis ad causam auocandam non sufficit.*

1 Bona, victui, & sustentationi pauperũ assignata, non debent litibus dissipari, *Bald. in l. id, quod pauper. bus n p. & 2. C. de Sac. Eccles. Marchesan. de Commission p. 2. c. 2. n. 5.*

2 Vnde causæ pauperum non sunt delegandæ extra locum eorum Domicilij, *ad tradita per Felin. in c. de Appellationibus extra de Appellat* vbi quod si causa minima, valde longe committatur, à Commissione poterit appellari, *Franch. in c. sæpe col. 7. vers. 2 quæris de Appellat. Ias. in l. Admonendi n 272. ff. de Iureiur. Grauat. ad vestrum in praxi lib. 3. c. 6 n 9. Rot. Decis. p. n. 2. de elect. on. in nouis Marchesan. de Commission. p 2. c. p. n. 23.* vbi quod durum est in causis minimis aliquem extra patrios lares ad litigandum trahere, & inhumanum, pauperes in testium examine, & scripturis extrahendis ad totam substantiam erogandam cogere.

3 An autem paupertas sola sufficiat ad hoc, vt à Curia, causa auocetur, *vide apud Acchillem D. 10. n. 10. de rescript. & apud Marchesan de Commiss. p. 2. c. 3. n. 77.*

4 Et nota, quod paupertas per Communitatem, vel vniuersitatem allegata, non est causa sufficiẽs ad causæ Auocationem, quia si vnum quadrantem pro singulo ponant, constituent massam sufficientem ad litem sustinendam, *ita Marchesan. qui sic resolutum fuisse, & possim seruari testatur de commiss. p. 2. c. 2. n. 27. allegans tex. in l. 2. vbi DD. ff. fund. Dot.*

PRIVIL. CCXXIX.

Litteræ gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores Litterarum gratię exigunt vsq; ad decem Turonenses, sed in expeditis in forma pauperum, vsq; ad octo n. 2.*
3 *Mandata de excarcerando in forma pauperum, expediuntur pro dimidia mercede.*

1 Licet Scriptores litterarum gratiæ vsq; ad decem Turonenses grossos exigere possint, nisi habeant insolitas Clausulas, *vt in extrau. p. Ioan. 21. post princ. de sent. excomm.*

2 Attamen in litteris expeditis in forma pauperum non possunt exigere, nisi octo Turonenses, *vt dicitur in d. extrau. p. §. hoc desent excomm. & tradit Benincas. de paupertat. q. 7. spec. 7. nu. 15.*

3 & in vrbe quando mandata de exarcerando signantur in forma pauperum, vidi ego, quod soluitur dimidium.

PRIVIL. CCXXX.

Litterarum expeditio.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat à Reg. Cancellarię de litteris non expeditis.*
2 *Fauore paupertatis receditur à regulis, pręsertim quando solutio exigitur.*

1 Paupertas excusat à Regula Cancellariæ de Litteris non expeditis, *Rot. D. 676. p. p. in nouissim. quam ita refert Riccius in Collectan. D. 2197.*

2 nec mirum, quoniam fauore paupertatis, sæpe receditur à Regulis, vt patet ex hoc nostro tractatu, & præsertim in ijs, quę solutionem exigunt.

PRIVIL. CCXXXI.

Locatio.

SVMMARIVM.

1 *Fauore paupertatis cogitur quis locare, & multo magis relocare, vt ibi, & n. 2. Idem fauore Scholaris n. 3.*
4 *Etiam ob superuenientem Domini necessitatem, pauper conductor expelli non potest, Idem in Scholaris n. 5.*

1 Fauore paupertatis cogi quis potest ad Locandum pauperi magis quam alij, *cap. Tolosan.*

q. 447. Dec. conf. 640. Bonincas. de pauperti. qu. 8. spec. 7. in contr. n. 17. Caroccius de Locato tit. de progressu, & accidentibus contractus Locationis Gradu 2. q. p. n. 26. vbi ista declarat tex. in l. ne cui 32. C. de Locato, in quo disponitur, quod Dominus regulariter relocare nõ tenetur cessante pacto.

2 Et multo magis si pauper, vel alias miserabilis conduxit Domum, etiam finito tempore Locationis non potest expelli si offerat eamdem pensionẽ, quam alius offert, est enim præferendus in pari, *vt firmat Nonar. in praxi priu. miser. priu. 42. n. 3.*

3 vbi quod cum hoc priuilegium competat Scholari, multo magis competet Pauperi.

4 Ampliatur, vt etiam propter superuenientem necessitatem Domini, non possit expelli pauper & miserabilis persona, cuius fauore fallit, *tex. in l. æde 3. C. de Locato.*

5 Prout fallit etiam fauore Scholarium, *Nonar. in praxi priu. miser. priu. 93. n. 3. & seq. Et ad materiã vide, quæ dixi in V. Mutuum, & in V. Vẽditio.*

PRIVIL. CCXXXII.

Magister I.

SVMMARIVM.

1 *Magister gratis docere non tenetur, & debetur ei merces, licet non promissa, Tutor repetit expensas factas in studia Pupilli.*
Phylosophus debet mercenariam operam spernere.
2 *Alexander profitebatur se, magis Aristoteli, quam Phylippo debere, & quare, docens non Doctrinam, sed vsum Doctrinæ vendere potest, nisi ex officio doceat.*
3 *Magister, & Doctor, pauperes tenetur gratis educere.*
4 *Eschines Socrati donando se ipsum, vicit parem Diuitijs Alcibiadis Animum.*
5 *Scire, vt scias, Curiositas est, scire, vt sciaris Vanitas est, scire vt lucreris, Auaritia est, scire vt ædificeris, Prudentia est, scire vt ædifices, Pietas est.*
6 *Erectio Theologalis præbendæ, & Seminarij, respicit fauorem pauperum.*
7 *Legatum factum pro conducendo Grammatico, an & quando possit applicari Seminario.*
8 *Si extinguatur Collegium, in quo educabantur pueri miserabiles, eius Bona erunt applicanda Seminario.*
9 *Aliquando pauperes gratis discunt, sed Magistri gratis non docent.*
10 *Quatuor species contractus innominati.*
Proprie donat, qui donat ob solam liberalitatem, & qui dat, vt det.
11 *Fortissimum est argumentum à contrario sensu.*
12 *Qui nam teneantur pauperes gratis docere.*
13 *Habentes Beneficia Scholastica, & Theologalia tenentur docere pauperes gratis, lege Charitatis, & Iustitiæ, alij vero Magistri ex sola Charitate, vt n. 14.*
15 *Non potest accipi Beneficium cum pacto docendi, sed potest cum eo onere inuncto eidẽ Beneficio vacãti.*
16 *Magister pauper non tenetur pauperes gratis docere.*
17 *Prima Charitas, & ordinata misericordia, incipit à se ipso.*
18 *Ignaros docere est opus misericordiæ Spiritualis, est Elemosina n. 21. misericordia obiectum, siue subiectum est miseria d. n. 18.*
19 *Otium sine litteris mors est, & viui hominis sepultura. Ignorantia est miseria, & scientia, felicitas n. 20.*
21 *Maior est paupertas scientiæ quã pecuniæ & quare. Ignaros pauperes docere, duplex est Elemosina.*
22 *Pauperes præsumuntur Ignari, & quare.*
23 *An, & quando qui tenetur aliquem alere, teneatur in eius studia impendere.*
24 *Ex lege Solonis, Filius non tenetur Patrem egentem sublevare, qui filium in arte aliqua non instruxit.*
25 *Maior morum, quam nummorum esse debet æstimatio, & pluris facienda, Animi, quam corporis Alimonia.*
26 *Religiones illæ summum locum habent, quæ educunt opus actiuum ex plenitudine contemplatiuæ, & plus est illuminare, quam sibi soli ardere, seu lucere.*
27 *Sit homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardior ad scribendum, Aug. magis amabat discere, quam docere.*
28 *Seneca gaudebat discere, vt doceret, & Sapientiam cum conditione, eam inclusam retinendi, reijciendam putabat.*
Sine Socio nullius boni est iucunda possessio.
29 *Bonum, est Diffusiuum sui, & Deus cõmune omnium Bonum dicitur. Conueniebat Deum communicari Humanæ naturæ, non autem Humanam naturam vniri Deo. Et Deus dicitur humanatus, non autẽ Homo Deificatus.*

1 Regulariter Magister gratis docere non tenetur, *ad tex. in l. cum plures 12. ff. de Admin. & peric. tut. ibi,* mercedes Præceptoribus, Tutor constituet, non quas minimas possit, sed pro facultate Patrimonij, & Dignitate Natalium, *& tex. in l. 2. C. de Alim. pup. præstand. ibi,* Alimenta, & sumptus studij Tutor repetit, nec ferendus est Iuuenis id recusans quasi vento vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit, *& tex. in l. p. ff. de var. & extraord. cogn. ibi,* Præses Prouinciæ de mercedibus ius dicere solet, sed Præceptoribus tantum studiorum liberalium, Phylosophis exceptis, quos profiteri oportet, mercenariam operam spernere, *vbi gl. in V. Spernere* probat deberi mercedem, licet non promissam, *Ad idem confert tex. in l. 2. §. vt obiter ff. de orig. Iur. ibi,* Sabino non amplæ facultates fuerunt, sed plurimum a suis Auditoribus sustentatus est.

2 Hinc Magnus Alexander profitebatur debere se, magis Aristoteli, quam Phyloppo, quia videlicet ab hoc esse, ab illo, bene esse recepisset; ab hoc viuere, ab illo, bene viuere, *& Nero apud Tacit. lib. 14. Annal. c. 7.* sic loquutus est Senecæ, Tua

in

in me munera (dum vita suppetet) æterna erunt; quæ à me habes Horti, Villæ, Casibus obnoxia sunt, & confert, *tex. Prou. 8.* Doctrinam magis, quam aurum eligite. *Adde D. Thom. 22. q. 100. art. 3.* vbi docet Doctum non scientiam, sed vsum scientiæ posse vendere, nisi ex officio doceat.

3 Attamẽ Magister, seu Doctor, tenetur pauperes gratis edocere, *ad tex. in c. p. & 4. vbi DD. de Magistr. gl. in c. de quibusdam 37. Dist. & in c. statutũ 11. §. insuper de Rescript. in 6. Ant. Flor. in p. p. tertię partis principalis suæ summæ tit. 5. c. 2. art. 6. quem allegat. Tiraq. de nob. c. 29. n. 42.* vbi dicit, quod in hoc à Phylosopho differt Sophista, quod ille gratis docet, hic autem mercedem recipit, *Rolan. consil. 87. n. 41. lib. 2.* vbi quod Doctor non debet exigere collectam à Scholaribus pauperibus.

4 Confert ad hoc, *Sen. p. de Benef. ibi,* eschines pauper Socratis Auditor dixit ei, Dono tibi, quod vnum habeo, me ipsum, & Socrates ei, magnum mihi munus dedisti, nisi forte paruo te æstimas, Curabo igitur, vt te meliorem tibi reddam, quam accepi, vicit eschines hoc munere parem Diuitijs Alcibiadis animum.

5 Confert, *etiam D. Bernard. super cantic. serm. 36. sub medium* vbi quod scire vt scias, Curiositas est, scire vt sciaris superbia, vel Vanitas est, scire vt lucreris, turpis quæstus, vel Auaritia est, scire, vt ædifices Charitas, vel Pietas est. Scire vt ædificeris, Prudentia est. Nulli vero magis Charitas ac pietas debetur quam pauperi, *ad ea, quæ dixi in V. pia causa, in V. Elemosina, in V. Mendicare, in V. Misericordia.*

Et aduersus eos, qui pauperes gratis docere recusarent, posset illic renouari quærela, *Michea Prophetæ c. 3. ibi,* Principes in muneribus iudicabant, Sacerdotes in mercede docebant, Prophetę in pecunia diuinabant.

6 Hinc est, quod *in c. p. de Magist.* statuitur, vt (ne pauperibus proficiendi opportunitas subtrahatur), Magistro qui Clericos, & Scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod Beneficium præbeatur, *& in c. quia nonnullis 4. eod. tit. de magistr.* dicitur, quia nonnullis propter inopiam, & legẽdi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur, pia fuit constitutione prouisum vt Magistro, qui Clericos, aliosque Scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens Beneficium pręberetur, quo & docentis subleuaretur necessitas, & via pateret discentibus ad Doctrinam, *& in Conc. Trid. sess. 5. c. p. de Refor.* vbi præscribitur erectio præbendę Theologalis dicitur) saltem Magistrum habeant ab Episcopo eligendum, qui Clericos, aliosq; Scholares pauperes, gratis doceat, *Et in eod. Conc. Sess. 23. c. 18. de Refor.* vbi præcipitur erectio Seminarij, dicitur, pauperum, autem filios præcipue eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu viuant, vnde colligitur pauperes non suo sumptu, sed gratis recipiendos.

7 Adde hic, quod Legata facta ad effectum, vt conducatur Grammaticus, qui pauperes pueros instruat, possunt applicari Seminario, *vt refert decisum Gauantus in praxi Episc. in V. Seminarium, & in Manual. Episcop. in eod. V. Seminarium Clericorum n. 22* quod tamen forte non indistinctè practicandum erit, sed causa cognita, & consideratis circumstantijs, statuendum, quod publicæ pauperum vtilitati videbitur expedire.

8 Nota etiam, quod Bona, quæ fuerunt applicata Collegio pro educatione Puerorum Miserabilium, si Collegium sublatum sit, debent applicari Seminario, *Barbos. de pot. Episc. Alleg. 77. n. 11. Gauant. in man. Ep. in V. Seminarium Clericorum n. 45.*

9 Non est tamen hic omittendum, quod *tex. in c. p. & 4 de Magist.* probant pauperes gratis esse docendos, sed non probant Magistros teneri gratis docere, nam cum in casibus illis, Magistri habeant ad hoc Beneficium, vt doceant pauperes, tunc vtiq; pauperes gratis discunt, sed Magistri gratis non docent, quia vt doceant, accipiunt nõ quidem à pauperibus, sed ab Ecclesia, Beneficium cum hoc onere, *vt probat tex. in d. c. p. de Magist.*

10 *ibi,* Pia Mater Ecclesia prouidere tenetur, quæ videtur quodãmodo inire contractum quemdam innominatum cum Magistro illo, scilicet Do, vt doceas, & sic Do, vt facias, quæ est vna ex quatuor speciebus contractus innominati, quæ nominantur, *in l. naturalis 5. ff. de præscrip. verb. ibi,* Aut Do, vt des, Aut Do, vt facias, Aut facio, vt Des, Aut facio, vt facias, quibus addi posset, quinta species Do, vt dem, sed hic proprie est contractus Donationis, *ad tex. in l. p ff. de donat. ibi,* si quis ob nullam aliam causam facit, quam ob liberalitatem, & munificentiam exercendam, hæc proprie Donatio est, & hæc est propria species Beneficij, *vt sensit Sen. p. de Benef. ibi,* Dedi, vt darem.

11 Sed vt ad materiam redeam, plus videtur posse tentari, quod videlicet textus prædicti, *in c. p. & 4. de Magist.* qui ad id solent allegari, non solum non probent firmatam Conclusionem, sed immo contrariam, scilicet Magistros regulariter non teneri pauperes gratis edocere, arguendo, videlicet à contrario sensu, quod genus argumenti fortissimum dicitur, *in l. p. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. ibi,* huius rei fortissimum est argumentum, quod lege Iulia, &c. nam si in prealegatis capitulis disponitur, quod habens Beneficium Scholasticum, seu Theologale, teneatur gratis docere, ergo colligi videtur, quod non habens huiusmodi Beneficium, ad id minime teneatur.

Sed hæc dicta sint non ad impugnandam à veteribus receptam Conclusionem, quam, & ego tanquam veram supra confirmaui, & infra confirmabo, & tanquam piam libenter amplector, sed ad acuenda recentiorum Ingenia, quibus propono, forte conciliando dici posse, quod, Aut loquimur de ijs, qui licet apti sint ad docendum, tamen

men, actualiter non docent, & non profitentur, & in his procedat obiectum, quod scilicet cogi non possint ad docendum gratis, Aut loquimur de ijs, qui actu docent, & Accademias, & Scholas retinent ad docendum, & in his procedat Conclusio primo firmata, vt gratis teneantur pauperes edocere, & de arte sua Elemosinam facere, prout tenetur Iudex Aduocatus, Procurator, Notarius, Medicus, Chirurgus, Aromatarius, vt suis in locis congrue disseruimus.

13 Illud etiam absq; difficultate firmandum videtur (licet non legerim apud alios) quod in casibus textuum, *in d. c. p. & 4. de Magist.* magistri tenentur, pauperes gratis edocere, non sola lege Charitatis, sed etiam Lege. & obligatione Iustitiæ, quoniam acceperunt Beneficium, propter hoc officium, & cum onere hoc, quod ideo quasi ex vi contractus tenentur implere, & si non impleant, teneri videntur ad restitutionem pauperibus læsis, *ad tradita per Azzor. p. 2. lib. 12. c. 11. vers. in hac controuersia,* vbi firmat Clericos accipientes Beneficia cum conditione in electione, vel fundatione præscripta de distribuendo portionem aliquam pauperibus, teneri lege Iustitiæ ad distributionem, & si deficiant. ad restitutionem pauperibus læsis, licet alios Clericos sentiat non teneri lege Iustitiæ, *de quo vide in V. Beneficiatus.*

14 Alij ergo Magistri ad gratis pauperes edocendos, sola lege Charitatis obligantur, & ideo si deficiant, non tenentur quicquam restituere, & cum hac etiam distinctione poterunt forte opiniones conciliari.

15 Ad Declarationem tamen nota, quod accipiens Beneficium, si accipit cum pacto docendi, peccat, & est Simoniacus secus si accipiat cum onere docendi eidem Beneficio vacanti imposito, *c. significatum 13. de praben. not. in c. p. vt Eccles. Benef. sine Dim. aliq. confer. docet Nauarr. in man. c. 25. n. 58.*

16 Limitatur Conclusio prima, vt Magister teneatur gratis pauperes edocere, quando ipse habet, & non est pauper, alias si pauper est, potest etiā à pauperibus mercedem exigere, *Nauar. in man. c. 25. n. 58.* vbi quod potest, tunc exigere, etiam à pauperibus extreme egentibus quicquid (inquit) *Hostiens. & Rainer. contradicant.* in quo tamen vltimo, cui sit magis credendum, tu Iudica Lector.

17 Limitationem prædictam probat ratio, quoniā docere, præsertim pauperes, est regulariter opus Charitatis, & Misericordiæ, vt dicam infra. At prima Charitas incipit à se ipso, *l. præses. 5. C. de seruit. & aqua dixi in V. Elemosina,* & ordinata misericordia, etiam suggerit, vt quilibet prius misereatur sibi, quam suis, *iuxt. illud Eccli. 3. miserere animæ tuæ placens Deo, & illud Act. Ap. 20.* Attendite vobis, & vniuerso Gregi.

18 Quod autē, Ignaros docere, sit opus misericordiæ Spiritualis, *docet D. Thom. 22. q. 32. art. 2. Nauar. in man. c. 24. n. 4.* Confert ratio, quoniā
misericordia est, quæ circa miserias subleuandas
versatur, & misericordiæ obiectum, siue subiectum,
est miseria, *vt ostendi in V. misericordia* At Igno-
19 rantia est miseria talis, quę morti equiparatur, *ad*
Sen. Ep. 82. ibi, Otium sine litteris mors est, &
viui hominis Sepultura, Vnde Ignaros docere vi-
deri poterit, quodammodo magis pium, quam
mortuos sepelire, cum id quodammodo sit veluti
de Ignorantiæ sepulcro, viuentem extrahere.

20 Sic, & econuerso Scientia, felicitas dicitur, *vnde virg. 2. Georg.* Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

21 Dici etiam potest, quod Ignaros docere, sit Spiritualis quędam Elemosina, quoniam Ignari, semper pauperes dici possunt, quandoquidem semper scientia Indigent, *vt ostendi p. p. q. 3.* Immo maior videtur Indigentia, seu paupertas scientiæ, quā pecuniæ, quoniā scientia acquiruntur pecuniæ, at non econtra, *vt dixi latius p. 3. c. p. in Remed. sapientiæ.*

Vnde Ignaros pauperes gratis docere, duplex erit misericordia, & duplex Elemosina, bis, seu dupliciter pauperibus erogata, & duplicem miseriam subleuans, at qui accepta mercede docent, dici possunt exercere, non tam opus misericordiæ, quam Iustitiæ.

22 Nota etiam hic, quod pauperes præsumuntur Ignari, *Rebuff. in praxi Benef. tit. Rescript in forma pauperum n. 12. Medices de Casib. fort. p. 2. q. 4. n. 54. vers. 6. dicas,* tu dic fortasse, quia nemo, vel rarus eos gratis docet.

23 An autem, qui tenetur aliquem alere, teneatur etiam in eius studia impendere, quæstio est, & quod saltem, qui Iure Sanguinis ad Alimenta tenetur, teneatur etiam ad expensas necessarias ad congruentia studia capessenda, Communis videtur esse Sententia, *quam refert Surd. de Alim. tit. 5. q. 6. n. 4. & seq. & confert Distinctio Bart. in tract. Alim. n. 3.*

24 Ampliatur vt si pater filium in arte aliquā non instruxerit, filius non teneatur Patri in necessitate subuenire, *ex Lege Solonis, quam in eius vita refert Plutarch. & seq. Ias. in l. quidam cum filium n. 33. ff. de verb. oblig. Surd. de Alim. tit. 4. q. 6. nu. 6.* refert, sed non firmat, immo dicit, quod si id verum foret durum nimis videretur, & inhumanum, & grauior esset pæna, quam culpa.

25 Sed si loquamur de studijs, replicari posset, quod sicut maior morum, quam nummorum esse debet æstimatio, *vt post Alciatum dixi Dec. 84. n. 36* Ita pluris facienda videntur, animi, quam corporis Alimenta, *nam vt ex Tullio dixi in priuil. subsequenti,* mens hominis discendo alitur.

26 Vltimo pro Coronide, & Consolatione docentium, præsertim pauperes, adde supradictis, quod *D. Thom. 22. q. 188. art. 6* docet Religiones illas tenere summum gradum, quæ ordinantur ad prædicandum, & docendum, quoniam educunt opus actiuum ex plenitudine contemplatiuæ, &

quia

quia plus est alios illuminare, quam sibi soli lucere, vnde, & qui ad Iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi Stellæ in perpetuas æternitates, vt vaticinatur Propheta *Daniel c. 12.*

27 Et licet *D. Aug. in lib. de octo Dulcitij quæst. q. 3. in fine* dixerit magis amo discere, quam docere sequtus *Iacobi c. p. ibi*, sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum (& ego addo tardior ad scribendum) idem tamen ibid subdit Aug. vt discamus inuitare nos debet suauitas veritatis, vt doceamus cogere nos debet necessitas Charitatis, & ipse hoc ipsum seruans, fere docuit quicquid didicit.

28 Et aureus Phylosophus, *Seneca* de more moraliter, & argute, *Ep. 2. ad Lucillum*, Gaudeo (inquit) aliquid discere, vt doceam, & si cum hac exceptione detur Sapientia, vt eam inclusam teneā, nec enunciem, reiciam, nullius vmquam boni sine Socio potest esse Iucunda possessio.

29 Et Bonum, est naturaliter diffusiuum sui, *vt docuerunt Dionisius Areopagita de Diuin. Nom. c. 4. & Magnus Albert. Eticorum Tract. 11. c. 6.* & nihil ipsi Deo peculiarius esse videtur, quam communicabilitas, vnde & Deus ipse commune omnium bonum dicitur à *D. Thom. 22. q. 26. art. 3.* & quod conueniret, vt Deus tanquam Summa Bonitas communicaretur humanæ, naturæ dixit, *idem Thom. p. 3 q. p. art. p.* licet non conueniret humanæ naturæ, vniri Deo, vnde quamuis non dicatur homo Deificatus, Deus tamen dicitur humanatus, vt explicat, *idem D. Thom. 22. ead. p. 3. q. 16. art. 3.*

PRIVIL. CCXXXIII.

Magister II.

SVMMARIVM.

1 *Discipulus Diues tenetur alere pauperem Magistrum.*
2 *Exempla inclinant, sed non necessitant; declarant, sed non restringunt, neque astringunt, non exemplis, sed legibus est iudicandum.*
3 *An Discipulus teneatur alere Magistrum durante solum magisterio, an etiam post, ibi, & numeris sequentibus.*
4 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*
Non est Discipulus supra Magistrum, durante Magisterio.
5 *Dignus est operarius mercede sua, vel cibo suo.*
6 *Cessante causa non cessat effectus consumatus.*
7 *Ecclesia tenetur alere patronum etiam perempta Dote Beneficij patronati.*
8 *Præceptor est loco Patris, & Discipulus loco filij n. 9.*
10 *Mat erna obligatoria est stricti iuris.*
11 *Papa exceptus Patriarchis, & Episcopis, quos fratres vocat, cæteros omnes filios appellat, & cum vni litteras dirigit, semper ei loquutur in plurali.*
12 *Mens hominis discendo alitur.*
13 *Qui spiritualia seminat, temporalia metit.*
14 *Doctrina, Alimentis præfertur, vel saltē æquiparatur.*
15 *Alimentis Legatis debetur victus, vestitus, habitatio, sed quod ad disciplinam pertinet non continetur, Tutor tamen repetit expensas studij.*
16 *Expensa, quam facit in studio filius socij vniuersalis, debet esse communis etiam socio.*
17 *Cui debentur Alimenta Iure Sanguinis, debentur etiā sumptus studij, secus si alimenta debeantur ex dispositione hominis.*

1 Discipulus Diues tenetur alere suum pauperē Magistrum, seu Præceptorem, vel Doctorem, *Innoc. in c. p. in fin. de Magist. vbi Ann. n. 12 & ibid. etiam Imola. Alberic. in l. p. in fin. princ. ff de insti. & iur. Roman sing. 138.* incipit volo vos dicere, *Bologni. in Auth Habita n. 72. C. ne fil. pro patr. Rolan. cons. 5. n. 10. vol. 3.* vbi quod Discipulus tenetur alere Doctorem, *Surd. de Alim. tit. p. q. 53. n. p. & 4.*

Adducitur ad hoc probandum, *tex. in l. 2. §. fin. ff de origin. iur. ibi.* Sab'no non amplæ facultates fuerunt, sed plurimum a suis Auditoribus substentatus est.

Sed licet textus ille ad hoc, tanquam clarus allegetur a Rolando, & a Surdo in locis præallegatis, vere tamen concludenter non probat, quia loquitur per modum narrationis non per modum dispositionis.

2 Et potius exemplificat, exempla vero inclinant, sed non necessitant, & si in alia materia dicitur, quod exempla declarant, sed non restringunt, *l. Damni infecti 30 in fine ff de damn. infect. l. Regula 9. ff de iur. & fac. ignor.* hic dici rectius potest, quod neq; restringunt, neque astringunt, & quod non exemplis, sed legibus est iudicandum, *l. nemo 13. C. de sent. & interloq. omn. Iudic.*

Idemq; responderi potest, *ad tex. in l. Attilius Regulus 27 ff de Donat. ibi*, Ad Nicostratum Præceptorem scripsit, quia Eloquentia, & diligentia tua, me meliorem reddidisti, Dono tibi habitationem, &c. & ibi, defendi non meram Donationem esse, sed officium Magistri, quadam mercede remuneratum.

Inducitur ad idem, *etiam tex. in c. quia nonnullis 4. de Magist. ibi*, & docentis releuaretur necessitas, sed ille quoque tex. parum probare videtur, quia non disponit, à Discipulo releuandam esse necessitatem docentis, sed per assignationem Ecclesiastici Beneficij competentis, quo (inquit) & docentis releuaretur necessitas & via pateret discendentibus ad Doctrinam.

Supposita tamen veritate Conclusionis, quam & ego tanquam æquam, & piam libenter amplector, & tanquam veram infra confirmabo, videtur posse dubitari, an sit, ita intelligenda, vt Di-
3 scipulus

scipulus teneatur alere Magistrum, solum tẽpore, quo est Discipulus, an etiam post quam desijt esse
4 Discipulus, & primum quidem intellectum prima fronte suadere posset, quod qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, *l. in delictis 4. §. si extraneus ff. de noxal. l. ex facto 17. §. si quis autem ff. ad Trebell.* vnde cum dicimus quod Discipulus debet Magistrum alere videtur intelligendum pro tempore, quo hic est Discipulus, & ille Magister, prout in simili quo ad humana videtur intelligi posse, quod dicitur, nõ est Discipulus supra Magistrum scilicet dum est Discipulus, & dum est sub disciplina Magistri, alioquin enim multos vidimus qui post quam desierunt esse Discipuli, Magistros suos longius antecesserunt, vt Socratem, Plato, Platonem, Aristoteles, & Alberto licet Magno, maior extitit D. Thomas, cõtrarium tamen verius credo, quod videlicet Discipulus Diues teneatur alere Magistrum pauperem etiam postquam desijt ille esse Discipulus, & hic esse Magister, & puto quod hic fuerit intellectus Doctorum. quia si contrarium d ceretur, nimis restringeretur, & parum proficeret, nam quando Discipulus est sub disciplina, vtique tenetur Magistro præstare Salarium ex alia regula, *Luc. 10* quod dignus est operarius mercede sua, vel vt legitur, *Matt. 10.* dignus est operarius cibo
5 suo, & est *tex. in l. cum plures 12. ff. de Admin. tut. ibi*, mercedes Præceptoribus Tutor constituet. non quas minimas potuit, sed pro facultate Patrimonij, & dignitate Natalium, *& vide quæ ad hoc dixi supra in anteced priuil. in princ.*

Præterea ratio Reuerentiæ, & Obligationis Antidoralis, & filiationis, quæ consideratur in Discipulo, erga Magistrum, militare videtur, etiã post quam desijt esse Discipulus, quia non ideo desijt Reuerentia, & obligatio, & filiatio prædicta, sicut filius non desinit esse filius post generationẽ, vel educationem parentum, nam cessante causa,
6 non cessat effectus consumatus, *l fin. in princ. ff. vnde liberi l inter stipulantem 83. §. sacram ff. de verb. oblig. Tiraq. de caus. cessante limit 12. Surd. de Alim. tit p q. 54 n. 11.* qui loquitur in simi-
7 libus terminis, asserens, quod Ecclesia tenetur alere Patronum, etiam perempta Dote Beneficij Patronati.

Et quamuis hic cessauerit labor Magistri, non tamen cessat Doctrina, & eruditio Discipuli ex labore illo progenita, ad quod bene confert, quod *Nero dixit Senecæ apud Tacit. lib. 14. ann. c. 17. ibi*, Tua in me munera, dum vita suppetet æterna erunt, quæ à me habes, casibus obnoxia sunt,

Quod autem Magister, Doctor, præceptor sit
8 loco patris probat *gl. in l. Liberto 9. ff. de obseq. parent. & patron. præstan.* vbi quod sicut filio, & liberto, Patris, & Patroni persona, Sancta videri debet, Ita & Discipulo persona Magistri, *& dicit Roman. sing. 138.* quod Doctor est, vt Pater Scholaribus, *& Iuuen. lib. 3. sat. 7.* cecinit, qui Præceptorem, Sancti voluere Pasentis, esse loco, *confert ad hoc Arist. Theol. lib. 10. c. 8. ibi*, Intellectus agens amat possibilem, seu naturalem, vt Præceptor Discipulum, aut Pater vnigenitum, Immo Magnus Alexander plus se debere profitebatur Aristoteli quam Phylippo, quoniam ab hoc esse, & viuere, ab illo bene esse, & bene viuere recepisset.

9 Et quod Discipulus sit loco filij *probat tex. in l. p. C. de excus. Artific. lib. 10. ibi*, in addiscendis artibus, otium est accomodandum, quo magis valeant, & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire, *vbi gl in V. filios*, exponit, idest Discipulos, *& tex. D. Paul. p. ad Cor 4.* non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo, *& iterum ad Galat. 4.* filioli mei, quos iterum parturio, nam per Euangelium, ego vos genui, *& Io. Ep p. c. 2.* filioli mei hæc vobis scribo, vt nõ peccetis, *& iterum in ead. Ep. c 3.* filioli mei non diligamus verbo, sed opere, & veritate, *& D. Hieron. in Commentarijs in Ep. ad Galat. lib. 3. c. 6.* sic ait, B. Ioannes Euangelista cum non posset in plura verba vocem contexere, nihil aliud solebat proferre, nisi hoc, filioli diligite alterutrum, tandem Discipuli tedio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt, Magister, quare hoc semper loqueris, qui respondit dignam Ioanne Sententiã, quia Præceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit. Ex quibus patet Ioannem appellari Magistrum, & ab eo Discipulos filios nuncupari, immo filiolos, quod est adhuc nomen tenerius, & amabilius.

10 Sed hæc ratio prodest iuncta cum alijs supradictis, & infradicendis, nam sola, vt quæstion prodesset quandoquidem a vero, ac naturali patre arguere ad patrem similitudinarum, & analogicũ in materia, præsertim obligatoria, quæ est stricti
11 Iuris, *l. quicqu d astringenda 99. ff. de verb. oblig.* periculosum videtur, ac rigorosum, & licentiosũ diceremsi mihi licent amindulgerent superstitiosiores verborum cultores, nam si prædicta argumentatio semper valeret, Summus Pontifex omnes fere, Christifideles alere teneretur cum omnes filios dilectos appellet, exceptis patriarchis, & Episcopis, quos fratres nominat, *vt est tex. in c. quam graui 6 de falsis ibi*, Patriarchas, & Episcopos, Fratres, Reges, Principes, aliosque cuiusuis ordinis, filios appellamus, & cum vni litteras dirigimus, nunquam ei loquimur in plurali.

12 Accedat ergo ad confirmationem nostræ Conclusionis alia ratio, quod sicut Magister alit Animũ Discipuli erud tione, ac Doctrina, mens enim hominis, discendo alitur, *vt dixit Tullius p. de offic.* Ita & Discipulus alat corpus Magistri, quod minus est.

13 Simile est, quod dixit *D. Paul. p. ad Cor. 9. relatus in c. si Episcopus 6. de offic. ordin. in sex.* si nos vobis Spiritualia seminamus, non est magnum, vt Carnalia vestra metamus.

Et

Et simile est, *etiam illud Neronis ad Senecam lib. 14. ann. c. 7. ibi,* Tua in me munera, dum vita suppetet, æterna erunt, quæ à me habes, casibus obnoxia sunt, & clarum est scientiam esse longe Diuitijs anteponendam, vt *comprobaui p. 3. c. p. in Remed. sapientia.*

14 Sed & in hac specie Doctrinam præferre videtur Alimentis, *Horat. lib. p. Ep. 18. ibi,* sit Bona librorum, & prouisæ frugis in annũ, copia, *& D. Paul. 2. ad Thim. 4.* penulam affer tecum, & libros, maxime autem membranas, & quod saltem Alimenta, & Doctrina, seu alere, & docere, æquiparentur, probare videtur, *tex. in l. p. C. de Infant. exposit. ibi,* restitutio ita fiet, si quæ in alendo eo, vel forte ad discendum artificium iuste consumpta fuerint, restitueris, *& tex. in l. de bonis 6. §. qui pupillo ff. de Carbon. edict. ibi,* non solum Alimenta Pupillo præstantur, sed, & in studia, & in cætera

15 necessaria impendatur, quamuis, *vt dicitur in l. Legatis 6. ff. de Alim. & Cib. legat.* Alimentis Legatis debeatur victus, vestitus, & habitatio, sed quod ad Disciplinam pertinet non contineatur, nisi vt ibi, *Adde tex. in l. 2. C. de Alim. ibi,* Alimenta, & impensas studij, Tutor repetit, nec ferendus est Iuuenis, qui id recuset quasi vento vixeri, aut nullo liberi hominis studio imbui meru-

16 erit, Confert ad hoc idem, quod expensa, quam facit in studio filius Socij vniuersalis, debet esse communis etiam Socio, *Bald. in tract. de duob. Fratrib. n. 28. & seq. Surd. de Alim. tit. p. q. 85. n. 2.*

17 Adde h c etiam, quod cui debentur Alimenta Iure Sanguinis, debentur etiã sumptus Magistro præstandi, *l. qui filiam 4. ff. vbi pup. educ. deb.* si vero debentur Alimenta ex dispositione hominis, tunc tales sumptus non debẽtur, *d l. legatis 6 ff. de Alim. & Cib. legat. ita distinguit Bart. in tract. Alim. n. 3. & hanc esse communem sententiam refert, licet non sequatur Surd. de Alim. tit. 4. q. 6. n. 4. & seq.*

PRIVIL. CCXXXIV.

Magistratus.

SVMMARIVM.

1 *Diuites in Magistratibus pauperibus preferuntur.*
2 *Non est eligendus, qui nihil habet, nec is cui nihil sufficit, nec Ignotus, nec male notus.*
3 *Propter Inopiam multi delinqunt, & dicitur sceleri procliuis egestas.*
4 *Diuites sunt ad scelera timidiores si non virtutis amore, saltem formidine pœnæ Consiscationis.*
5 *Diuitiæ sunt maiorum Irritamenta malorum, quam paupertas, & plures propter copiam, quam propter Inopiam delinqunt, vide versus.*
6 *Non debent ad Magistratum eligi pauperes, qui venales sint.*
Aurea nunc vere sunt sæcula, & quare.
7 *Paupertas contemptibilem reddit, Sapientia pauperis contempta est, sed tamen contenta.*
8 *Diuites sunt Patriæ Amantiores, & diligentiores in eius conseruatione, & quare*
9 *In Dignitate constituti olim vehiculis per vrbem semper vtebantur.*
10 *Pauperes à Magistratibus, vel excusari, vel arceri, resultat in eorum fauorem, & quare n. seq.*
11 *Honores sunt onerosi, nec est honos, absq; onere.*
Turpe est Phylosophum patriæ functiones ferre non posse, qui fortunæ vim ferre se posse profitetur.
12 *Magistratus sunt tituli magis onerosi, quam lucratiui.*
In hac vita non est mel, cui non sit admixtum fel, & amara preponderant.
13 *Episcopatus est onus magis, quam honos.*
14 *Fortuna sæpe Ditat immeritos, vide versus.*
15 *Longe tutius est, longe à Magistratibus abesse.*

1 Pauperes à Magistratibus arceantur, vel saltem Diuitibus post ponuntur, *l. Rescripto 6. in princ. ff. de mun. & honor. ibi,* si ita tenues, & exausti sunt, vt non modo publicis honoribus pares non sint, sed vix de suo victum sustinere possint, nec vtile, nec honestum est, talibus mandari Magistratus, *& l. ad subeunda 46. vbi Luc. de penn. C. de Decurion. lib. 10. ibi,* ad subeunda patriæ munera, Dignissimi meritis, & facultatibus Curiales eligantur, ne tales forte nominentur, qui functiones publicas implere, vel ferre non possint, *docet Tiraq. de nob. c. 3. n. 19. & 24.* vbi quatuor rationes adducit, *Adde Cephal. cons 615. quod est primum in 5. vol. n. 135. & seq. & Rim. Iun. cons. 740 n. 25. lib. 7.*

2 Confert ad hoc, Dictum Scipionis, *apud Val. Max. lib. 6. memorab. c. 4. ibi,* neutrum mihi mitti placet, alter enim nihil habet, alteri nihil satis est, cui consonat, quod legitur apud *Plut. de vitioso pudore,* vbi Theocritus, alterum Peregrinum, alterum notum furtorum, vtrumq; iocose remouit dicens, tenoui, te vero non noui.

3 Prima ratio Conclusionis adducitur, quoniam paupertas mouet ad scelera, *ad tex. in l. 3. in prin. ff. de testib. ibi,* an loquupletes, an egentes sint, vt lucri causa, quid facile admittant, *& in c. habebat in fine 12. q. p.* vbi quod timendum est, ne propter Inopiam Iustitia deseratur, *& tex. Eccli 27.* propter Inopiam multi deliquerunt, *et pro. 30.* mendicitatem ne dederis mihi, ne egestate compulsus furer, & periurem, vnde & *apud Sylium Italicum lib. 13.* dicitur Sceleri procliuis egestas, & apud *Martialem lib. 11. Epig. ad Caridemum,* O quantum cogit egestas, quos ad hoc adducit, *Tiraq. de nob. c. 3. n. 25.*

4 Diuites autem sunt ad scelera timidiores si nõ virtutis amore, saltem formidine pœnæ ob timorem amittendorum bonorum, quo pauperes carentes, ad scelera audaciores redduntur, *ad tradita per Afflict. in c. p. de prohib. Alien. Feud. ad quod*

confert

confert Horat. lib. 2. Apud Iul. Flor. paupertas impulit audax, *& Iuuen. sat.* 10. Cantabit vacuus coram Latrone viator, Immo huiuscemodi vacui vt se impleant, fiunt aliquando Latrones.

Et quod homines malæ vitæ quanto sunt pauperiores, tanto etiam promptiores sint ad delinquendum, cum non timeant Confiscationem Bonorum, quæ non habent, *dixit Clar. in §. fin. q. 47. vers. sed quæro quomodo.*

5 Hec tamen ratio ita generalis, & vaga mihi nõ satisfacit, quoniam Diuitiæ sunt maiorum Irritamenta malorum, quam paupertas, vt copiosius ostendi, *in V. Salus*, & si multi propter Inopiam, plurimi propter copiam, & Diuitias deliquerunt & si supra relatus Martialis cecinit.

O quantum cogit egestas, & Virg. quoq; cecinit, Quid non mortalia pectora cogis, Auri Sacra fames?

6 Secunda ergo ratio specialior, & concludentior esse potest, quæ colligitur, *ex Arist. 2. politic. c. 7. ibi*, non debent valde pauperes in hac potestate cõstitui, qui propter egestatem venales sint Confert ad hoc comprouincialis meus *Propertius* Vmbria, quem genuit ibi. Aurea nunc vere sunt sæcula, &c. Aurum lex sequitur Auro venalia iura, &c. & alius dixit omnia venalia nummis, & Tullius exclamauit, O Vrbem cito perituram si emptorem inuenerit.

7 Tertia ratio sit, quia paupertas contemptibilẽ reddit, vnde si pauper in Magistratu collocaretur, careret obedientia subditorum, & Magistratus ipse contemptibilis redderetur, *ad tex. Eccles. 9.* sapientia pauperis contempta est (sed tu d cattamen contenta) & verba eius non sunt audita, *& Eccli. 13.* Diues loquutus est, & verba eius vsq; ad nubes perducunt, pauper loqutus est. & dicunt quis est hic? *& Iuuen. sat. 3.* Nil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit, sed ad hæc vide, quæ pro pauperum exoneratione, & pro veritate, *dixi in V. æqualitas.*

8 Quarta sit ratio, quoniam Diuites sunt Amantiores patriæ, & diligentiores in ea conseruanda, vt proprias Diuitias conseruent, & cum pauper eas non habeat, cessat in eo hæc ratio dilectionis, ac diligentiæ, quæ forsan prouenit ex dilectione priuati magis boni, quam publici, *Andr. de Isern. & Afflict. in c. p. de probib. Alien. feud. per Feder.*

9 Quarta sit ratio, quia pauper non potest sustinere Decorem, & splendorem Magistratui congruentem, *vnde apud Tacit. lib. 5. ann. c.* 14 legimus, quod Propertio Celeri veniam ordinis ob paupertatem petenti, Decies sestertium largitus est Tiberius, quamuis ibid subdatur, tentantes eadem alios probare causam senatui iussit, vnde cæteri silentium, & paupertatem, confessioni, & Beneficio præposuere, Confert *tex. in l. vnic. C. de Honor. Vehic. ibi*, In Dignitate constituti, vehiculis intra Vrbem semper vtantur.

10 Quod pauperes a Magistratibus abstineãt, hoc ego non assero inductum esse in fauorem pauperũ, sed tamen assero id in eorum fauorem maximum reultare.

11 Primo, quia non est honos absq; onere, *vnde gl. in d. l. Rescripto 6. ff. de mun. & honor. in V. honoribus*, exponit alias oneribus, & honores prædicti sunt onerosi, *vt patet ex leg. ad subeunda 46. C. de Decurion. lib. 10. ibi.* qui functiones publicas ferre non possint, *& consonat tex. in leg. reddatur 8. C. de profess. & Med. lib. 10. ibi.* Turpe est, vt Phylosophus patriæ functiones ferre non possit, qui fortunæ vim ferre se posse profitetur.

12 Et quamuis ille apud *Ouid. lib. 2. metam.* Lętus erat, mixtoq; oneri gaudebat honore, Attamen qui recta lance ponderat Magistratus, eos reperiet, non tam lucratiuos titulos, quam onerosos etiam si solam temporalitatem respexerit, quemadmodum enim in hac vita non est mel, cui non sit admixtum fel, & sæpius amara præponderant, *vt d xit Petr. 2. de Rem. D. 88.* Sic & honoribus onera longe præponderare, non est ambigendum cum illi leues sint, & inanes, hæc autem grauia.

13 Confert *tex. Hieron. in can. illud 8. q. p.* de Episcopatu loquens ibi Retrahit se ab hoc non tam honore, quam onere. Confert etiam *Plut. de exilio ibi*, quod non imperes, nec consulas, nec præficiaris, exaduerso statuo, nec seditionibus vexor, nec publice confero, nec præsidis Ianuis inhæreo.

14 Vide quæ dixi in V. Æqualitas, quibus hic adde, *Virgilium de fortuna ibi.*

Fortuna immeritos auget honoribus
Fortuna Innoquos Cladibus afficit
Iustos illa viros pauperes grauat
Indignos eadem Diuitijs Bear.

15 Secundo, & magis refulcat hinc fauor pauperum, quoniam pro Animæ Salute negari non potest, quin longe tutius sit, longe a Magistratibus abesse, adeo vt siue excusari, siue arceri pauperẽ à Magistratibus sit fauor maximus Animæ eiusdẽ pauperis, qui sic facilius saluabitur, vt comprobaui in V. Salus, & in hac ipsa specie comprobat *tex. Hieron. in d. can. illud 8. q. p. ibi*, sunt, qui de Episcopatu intumescunt, & putant non dispensationem Christi, sed Imperium consequtos, at qui cõsiderat, quod potentes potenter tormenta patiẽtur, retrahit se ab hoc non tam honore, quam onere.

PRIVIL. CCXXXV.

Maledicus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Maledicus, primo anno fructibus Benefi cy priuatur, pauperibus applicandis, et congrua esti hęc applicatio, & quare n. 2.*

Male-

3 *Maledictionem pauperis exaudiet Dominus, multo magis Benedictionem.*

1 Clericus Beneficiatus Maledicus, priuatur primo anno fructibus Beneficij, qui pauperibus distribuuntur, vel Fabricæ Ecclesiæ applicantur, *Diaz. in praxi Crimin. Canon. c. centesimo, & vide quę dixi in V. Blasphemus, & in V. Incerta.*

2 Et adde hic, quod hæc poenæ applicatio pauperibus facta, est valde congrua, Ita namq; pauperes pro alieno peccato condignam pœnitentiam agent, seu certe debitam satisfactionem præstabunt nam pro eo, qui maledixit, ei, vel Domino benedicent, & maledicta Benedictionibus compen-
3 sabut. Quod si maledictionem pauperis exaudiet Dominus, *vt Eccli. 4. ibi,* maledicentis tibi in amaritudine animæ suæ, exaudietur Deprecatio eius, *& dixi in V. Oratio,* quanto magis pauperis Benedictionem, exaudiet Dominus, de quo scriptum legimus, *Ps. 144.* miserationes eius super omnia opera eius, *& Ps. 9.* desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum exaudiet Dominus.

PRIVIL. CCXXXVI.

Malum.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas non est de genere malorum, & nulli malum, nisi repugnanti n. 2.*
3 *Solum bonum, honestas, solum malum, turpitudo, cętera neutrum n. 4.*
4 *Diuitię non sunt de genere Bonorum, & quare n. 5.*
5 *Diuitię sunt bona popularia, & delectabilia, non autem honesta, immo nec omnino vtilia.*
6 *Nostra, negatiui plus habent, quam positiui, Bonum dici potest, quod non est malum; Sapiens, qui non est stultus.*
7 *Paupertas videtur esse de genere bonorum.*
8 *Bona dicuntur, quia beant, idest prosunt.*
9 *Paupertas prodest, sed ab hoc prodesse liberet nos Deus n. 10. vbi versus.*
10 *Paupertas prodest legaliter, moraliter, & spiritualiter.*
11 *Paupertas, vel Bona est, vel Bona parit, & sicut datur Bonum mortis, & Bonum senectutis, sic & Bonum paupertatis.*
12 *Diuitię sunt Irritamenta malorum, non necessitant, sed inclinant.*
13 *Diuitię commoda dicuntur, sed sępe incommoda gignunt.*
Bona non sunt, quę plus incommodi, quam commodi habent.
14 *Paupertas non est malum culpę, & sępe inculpabiles inuadit n. 15. vbi vide versus.*
16 *Paupertas est aliquando malum pęnę, vide versus.*
17 *Paupertas cur apud bonos magis, quam apud malos esse soleat.*
18 *Malum culpę est, existimare, paupertatem esse malum maius quam sit, & quare.*
19 *Pauper omnia facere pręsumitur, vt à paupertate subleuetur, qui ne miser sit, malus fit, quia malus est, miser est.*
20 *Plus habet de ratione mali culpa, quam pœna, & quare n. 21. vbi versus.*
21 *Veniale peccatum, an sit maius malum, quam excommunicatio.*
22 *Malum pęnę dici potest aliqua ratione Bonum, & n. 23. 24. & 26.*
23 *Pœna imponitur, non quia peccatum est, sed ne peccetur.*
24 *Publice interest, ne delicta maneant impunita.*
25 *Momentaneum tribulationis, æternum pœnæ pondus destruit.*
26 *Malum pęnę, est bonum honestum, & vtile, & honesto viro Bonum honestum est etiam delectabile.*
27 *Paupertas peccatoribus flagellum, iustis vero tribulatio est.*
Nos quod non est malum facimus.
28 *Paupertas est malum, seu mala malis, quibus est pecunia mala, immo peior.*
Quod paupertatem grauem facit, hoc & Diuitias graues facit, nec differt, an ęger sit in ligneo, an in aureo lecto.
29 *Vulgus plus ęstimat Diuitias, quam honorē, et quare.*
30 *Pecunia est fideiussor futurę necessitatis, & ei obediunt omnes, & omnia.*
31 *Pecunia est secundus sanguis, & est loco sanguinis.*
32 *Multi exponunt primum Sanguinem pro secundo, vide versus, & libertas pro auro venditur.*
33 *Pecunia dicitur vita hominis, & paupertas morti æquiparatur n. 34.*
35 *Metus mortis, & amissionis omnium Bonorum, ęquiparantur.*
36 *Pauperi dicitur mors solatium, & vita supplicium, & melior mors, quam vita amara, & melius mori, quam indigere.*
37 *Cuncta dabit homo pro Anima, idest pro vita sua.*
38 *Pęna amissionis bonorum omnium, reputatur maior, quam pœna mortis, vel saltem ęquiparantur n. 39.*
39 *Paria sunt vitę, ac Bonis omnibus insidiari.*
40 *Quęlibet pœna corporalis, maior est quacunque pecuniaria.*
41 *Vita semper pręfertur pecunię, licet exponatur periculis pro pecunia.*
42 *Pupillus doli capax delinquens punitur in corpore non in Bonis.*
43 *Minor Curatore carens obligat personam, & non bona stabilia sine Decreto.*
44 *Patria potestas est in personam magis, quam super Bonis Filij.*
45 *Bannitus, qui potest impune offendi in persona, non tamen potest deprędari.*
46 *Summa est Sapientia, Bona malaq; distinguere.*
A dijs nihil aliud petendum, nisi vt Bona tribuant.

1 PAupertas non est de genere malorum, *gl. in c. vnic. in V. Mendicantes de Relig. Domib. in sex. spec. in tit de teste §.p. vers. item quod est pauper Innoc. in c. Sedes Apostolica de Rescript. Felin. in c. si qui testium n. 8. de testib. Marzar. cons. 16. vers. 5. & vlt. Rolan. cons. 11. nu. 26. Rim. Iun. cons. 158. n. 27. lib. 5. Ant. Gabr. com. Conclus. lib. p. Conclus. 18. de testib. n. 4. late Mascard. de prob. Conclus. 1155. n. 25. lib. 3. probat tex. in can. Illa 15. q. p. desumptus ex D. Ambros. in exameron. in tract. primi diei ibi,* paupertatem Ignobilitatem, ægritudinem, nemo Sapiens mala dixerit, nec in
2 malorum sorte numerauerit, *& Sen. Ep. 123. quæ est pen.* paupertas (inquit) nulli malum, nisi repugnanti.

3 Et ratio sit, quam adducit, *Idem Sen. Ep 85.* malum timendum (inquit) sola est turpitudo, cætera non sunt mala, sed videntur, *& idem sen. in opusc. de vita Beata,* Vnum, ait, Bonum, Honestas, vnum malum, turpitudo, cætera vilis turba rerum, nec detrahit, quicquam Beatæ Vitæ, nec adicit.

4 Sic, & econuerso Diuitiæ non sunt de genere Bonorum, *vt probat etiam sen. Ep. 74. ibi,* cætera opinione Bona sunt, & nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in eis Boni non est, *& vide, quæ dixi in V. Salus.*

Quibus si placet hic, *adde Petr. 2. de Remed. Dial. 13. ibi,* qui virilius phylosophantur, argẽtum, atq; aurum inter Bona non numerant, qui mollius, Bona dicunt, sed non animi, horum quicquid elegeris, siue non Bonum, siue non tuum, sed fortunæ Bonum, *& iterum eod. lib. 2 Dial. 114.* Stoici vnum in rebus omnibus humanis Bonum dicunt, virtutem, & quamuis alij aliter, hæc certior tamen viriliorq; sententia visa est, vnde, & consequens est, quod huic obicitur, solum malum esse vitium, *& Tacit. lib. 4 histor. c. p.* sequutus est inquit Doctores, qui sola bona, quæ honesta mala tantum, quę turpia; potentiam nobilitatem, cæteraq; extra animum, neq; bonis, neque malis annumerant.

5 Non obstat, *tex. Luc. 16.* recipisti Bona in vita tua, *& Iob. p.* si bona suscepimus de manu Dei mala quare nõ sustineamus, respõdetur enim intelligi posse, quod Diuitię sint Bona Delectabilia, vel vtilia, non autem honesta, immo nec vere semper vtilia, vel certe, quod Bona non sint, sed dicantur ex communi vsu, vel abusu loquendi, vel quia Bona reputentur secundum vulgi, ac populi opinionem, *iuxta illud Ps. 143.* Beatum dixerunt Populum, cui hæc sunt, Beatus Populus, cuius Dominus Deus eius, *cui consonat. Sen. Ep. 31.* ad optima calcatis Bonis Popularib⁹ ibis: sint ergo Diuitiæ Bona Popularia, quas videlicet Populus existimat Bona, at non ita Phylosophus, *vnde sen. de Vita Beat.* Diuitias (inquit) nego Bonum esse cum Bonos non faciant, & apud malos deprehendantur, licet lubdat, sed habendas, & vtiles esse, & commoda afferre fateor, & melius Propheta, *Ps. 26.* Credo videre Bona Domini in terra Viuentium, vel si magis arridet, lege in terra vidẽtium.

6 Et quamuis hoc in seculo, in quo nostra omnia videntur habere plus negatiui, quam positiui, Bonum, dici possit, quod non est malum sicut, & talis Sapiens, qui stultus non est, *vnde cecinit Hor. Ep p. ad mecenatem,* virtus est, vitium fugere, & Sapientia prima, stultitia caruisse.

7 Amplia tamen primo, vt paupertas non solum non sit de genere malorum, sed etiam positiue dici potius possit esse de genere Bonorum, vt colligi satis potest, *ex ijs, quę dixi in V. Salus & p. 3. c. p. Rem. 14.*

8 Quibus hic adde, quod Bonum est, quod prodest, *vt inquit Sen. Ep. 117. vnde & Ouid. cecinit,* Iuppiter esse bonum statuit, quodquncq; iuuaret, *& probat tex. in l. bonorum appellatione 49. ff. de verb sign. ibi* naturalia bona ex eo dicuntur, quod Beant hoc est Beatos faciunt, Beare est prodesse.

9 Paupertas autem prodest, *gl. in §. licet in V. egentes inst. tit. quib. ex caus. man. non licet gl. fin. in l. cum non facile 6. ff. si cui plus. quam per leg. Falcid.*

10 Et quod paupertas prodest (licet subdat ab hoc prodesse liberet nos Deus) inquit, *Cyn. in l. si quis ad declinandam C. de Ep. & Cler. & O. not. inst. tit. quib. ex caus. man non licet in princ. n. 11* vbi additio ait, excipiendam, tamen esse paupertatem Religiosam, & Sanctam, quam Christus consuluit, *& consonat Magon. Decis. Lucens. 40. nu. 5. ibi,* paupertas quantumquncq; sit odibile Bonum, multis est referta prærogatiuis, quarum quadragintaquatuor enumerat, *Luc. de pen. in l. eos C. de ijs, qui num. lib. 10. & Scaccia de Appell. q 17. limit. 40. n. 7. in fine,* paupertas (inquit) habet multa Bona, possumus tamen dicere, *cum gl. quam citat Aretin. tract. de malef. in V. Che hai adulterato la mia Donna n. 9 in fine* A tali paupertatis Bono, libera nos Domine, *& confert Io. Eudomen. in Monostichis, & politicis Epig. 80. ibi.*

Sobria paupertas multorum causa bonorum est
Hanc tamen vt Pestem, plurima Turba fugit.

Sed quod paupertas prosit, & legaliter, & moraliter, & spiritualiter, nos in vniuerso hoc tractatu comprobauimus.

11 Vnde paupertas, vel dici potest esse Bona, vel saltem, Bona parere, & quemadmodum scripsit *Ambros. de bono mortis, & Eminentiss. Paleottus de bono senectutis,* ita, & nos scripsisse credimus de Bono paupertatis.

12 Ampliatur 2. vt potius Diuitię dici possint aliquo modo esse de genere malorum, vel saltem Irritamenta malorum, quia licet Diuitię, & Bona temporalia non sint in se mala, & nunquam necessitent, semper tamen inclinant vehemẽter ad mala, vt latissime *dixi in V. Salus,* vnde potiusquam Bona temporalia, dici possunt mala mortalia, & si licet latinis Italica, & Legalibus commiscere

Poeti-

Poetica non male cecinit, *Guarinus*, Questi Beni mortali, altro non son', che mali.

13 Confert, *Sen. Ep.* 87. Diuitię inter commoda numerantur, per ea tamen, multa nobis veniunt incommoda, cui iunge, *tex in l. proprie bona* 83. *ff. de verb. sign. ibi*, proprie Bona dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent, licet alias *in l.* 3. *ff. de Bon. poss.* dicatur, siue damnum habeant, siue lucrum, hoc loco proprie Bona appellantur.

14 Declara primam Conclusionem, quod paupertas non est de genere malorum, intelligendo videlicet, quod paupertas non est malum culpę. Ita loquitur, *tex. in d. can. Illa* 15. *q. p. ibi*, mala enim non sunt, nisi quæ Crimine mentem implicant, *Marzar. d. cons.* 16. *vers.* 5. *& vlt.* vbi quod sola paupertas non facit hominem improbum, vnde, & dicitur paupertas vitium non est.

15 Et patet, etiam ex eo, quod sæpe paupertas inuadit eos, qui sunt absq; culpa, *vnde, & Arist. prob.* 4. *sect.* 29. quærit Cur paupertas apud homines Bonos esse, quam apud prauos soleat, & Seneca conscripsit opusculum, cuius titulus est, Quare Bonis viris mala accidant cum sit prouidentia, *& Virg. in opusculis tit. de fortuna*, sic cecinit.

O fortuna potens, quam variabilis
Euertisq; Bonos, eligis improbos
Fortuna immeritos, auget honoribus
Fortuna innoquos, Cladibus afficit
Iustos illa viros, pauperes grauat
Indignos eadem Diuitijs Beat

Et concordat, *Ps.* 72. ecce ipsi peccatores, & Abundantes in sæculo obtinuerunt Diuitias.

16 Licet autem paupertas, nunquam sit malum culpæ, est tamen aliquando malum pœnæ, *ad tex. in l. quis quis* 5. *C. ad leg. Iul. Maiest. ibi*, sint perpetuo egentes, *& Malach.* 2. mittam in vos egestatem, *& Ps.* 108. nutantes transferantur filij eius, & mendicent, *& Iob. p.* si Bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus, *& Luc.* 16. recepisti Bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, sic intelligi potest, Claudian. de paupere Amante ibi.

Esuriens pauper telis incendor Amoris
Inter vtrumq; malum, Diligo pauperiem
Vt scilicet Amor sit malum culpæ, pauperies vero malum pœnæ

17 Ad idem confert, *tex. Eccli* 11. In Die Bonorum ne immemor sis malorum, in die malorum, ne immemor sis bonorum, *iuncto tex. Eccli.* 18. Memento paupertatis in tempore Abundantię, & necessitatum paupertatis in die Diuitiarum.

Ad Idem, *Arist. probl.* 4. *sect.* 29. quærens Cur paupertas, apud Bonos esse, quam apud prauos soleat, post alias rationes subdit, an quia paupertas malum est nunquam se malis iungere velit, nam si ita maluerit, omnino malum irremediabile ipsa reddetur, sed alias rationes, *vide in V. Salus nu.* 9.

Ad idem, *Plut. de virt morum ibi*, paupertatem alij malum, alij magnum malum, nonnulli etiam summum malum iudicant, vt etiam eius vitandæ causa in scopulos, maioraq; ruant, & cum hoc vltimo concordant, *Horat. Ep. p. ad mecenatem.*

Impiger extremos curris mercator ad Indos.
Per Mare pauperiem fugiens per saxa, per Ignes.

18 Sed Animaduerte, quod malum culpæ foret, paupertatem maius malum, quam sit, existimare, vt indicat *Tacit lib.* 14. *ann. c.* 6. *ibi*, neque morum spernendus, nisi quod paupertatem præcipuũ malorum credebat, Ratio sit, quia sic existimans, & credens, vt quod putat malum effugiat, mala etiã perpetrabit, sic temporalium rerum, vel copiam cupiens, vel inopiam metuens à rectæ operationis studio reuocatur, *vt dixit Greg. in Ps.* 2. *panit.*

19 Et pauper in Inopia constitutus, omnia facere præsumitur vt ab illa subleuetur, vt post alios dixit *Mascard. de prob. conclus.* 1155. *n.* 4. sed eorum intentio non assequitur intentum, vt ita loquar, Immo inde prouenit exitus contrarius fini, *vnde dixit D. Aug.* Tunc Miser sis, malus es, & quia malus es Miser eris, *& pro.* 11. dicitur alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.

20 Et nota hic, quod longe plus habet de ratione mali, culpa, quam pæna, quia pœna datur ad vitandã culpam, *ita docet D. Thom. p. p. q.* 48. *art.* 6.

Vnde etiam veniale peccatum dicitur in se maius malum, quam excommunicatio, quoniam illud est malum culpæ, hæc autem malum pænæ, licet ratione causæ, & effectus sit maius malum, *Tolet. in summ. lib p. c.* 4. *n.* 5.

21 Vnde, & merito Claudian. supr. relatus de paupertate, & amore cecinit, Inter vtrumq; malum, diligo pauperiorem, quia scilicet amor est malum culpæ, paupertas vero malum pænæ, quod longe minus habet de ratione mali, & male contrarium sensit magnus Præceptor, sed nimius Amator Amoris, *Ouid.* 2. *de Rem. Amor. ibi*,

Non habet vnde suum paupertas pascat Amorẽ
Non tamen hoc tanti est, pauper, vt esse velis.

Vnde, & merito de eo *dixit Petr. lib. p. de Rem. vtriusq; fort. D.* 69. Naso mirus Medicus, morbi tamen Amantior, quam Salutis.

22 Ego autem plus dico, quod hoc ipsum, quod dicitur malum pænæ, non solum parum habet de ratione mali, sed immo dici etiam potest simpliciter, & absolute, vel saltem multiplici respectu, & ratione, Bonum.

23 Tum ratione publicæ vtilitatis, pæna enim imponitur non quia peccatum est, sed ne peccetur, vt ex Platone, *dixit Sen. p. de Ira*, quia reparari præterita non possunt, sed cauentur futura. *vt retulit etiam noster Cuiacius in paratit. ad tit. Cod. de*
24 *pan.* vnde, & publice dicitur interesse, vt Delicta non maneant impunita *l. si ita vulneratus* 51. *ff. ad leg. Aquil.*

25 Tum ratione vtilitatis, etiam priuatæ ipsius

Delinquentis, ac patientis pœnam, cui sæpe (si verbis Apostolicis velimus hic vti) momentaneum & leue tribulationis, æternum pœnæ pondus alleuiat, immo condonat, *vnde. & D. Aug.*

Clamabat, hic vre, hic seca, vt in æternũ parcas

26 Et licet malum pœnæ, patienti non sit semper bonum delectabile, debet tamen esse semper tale, & certe semper est Bonum honestum, ac vtile, immo Bonum honestum, honesto viro, est etiam delectabile, hoc igitur, quod dicitur malum pœnæ, dici veraciter potest, Bonum publicum, ac priuatum.

27 Accedat, quod licet quando paupertas peccatores inuadit, dici possit malum pœnę iuxta supradicta, quo casu, etiam flagellum dici potest, *iuxta illud Ps. 31.* multa Flagella peccatoris, attamen aliquando, immo & sępe, paupertas Iustos comitatur, & sequitur, vt patet, etiam ex supradictis, quo casu dici potest tribulatio, *iuxta illud ps 33.* multæ tribulationes Iustorum, & tunc etiam multo magis paupertas, Bonum dici potest, & Bona paupertas sic copulata Bono, *vnde. & Sen. de Vit. Beat.* quicquid (inq.) ad me veniet, Bonum fiet, *& Ep. 98.* errant, qui aliquid boni, vel mali iudicant nobis tribuere fortunam, materiem dat, apud nos in Bonum, vel malum exituram, *& Ep. 13.* sine causa crucior, & mereo, & quod non est malum, facio.

28 Erit ergo paupertas mala malis, quibus etiam sit pecunia mala, *vt latius dixi in V. Salus, vnde & Sen. Ep. 17.* illud quod paupertatem grauem facit, & Diuitias graues faciet, nec differt ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces, omni tamen in casu nota, quod paupertas, quatenus sit aliquo modo malum, non est malum immedicabile quoniam habet multa remedia, Immo paupertas ipsa est ad mala multa remedium, *vt ostendi p. 3. c. p. & 2.*

29 Sed pro moderatione eorum, quę contra Diuitias dicta sunt supra, dic, quod Conclusio, quæ habet, Diuitias non esse de genere Bonorum, fallit iuxta opinionem vulgi, seu vulgarium hominum existimantium Diuitias, non solum esse Bonas, & Bona, sed Bona, etiam altioris ordinis, quam sit honor, *vnde Arist. Sect. 24. prob. p.* sic loquitur; quamobrem cum maior Iniuria sit, offensa, quæ maius in Bonum accepta est, honorque maius sit Bonum, maior Iniuria pecuniæ æstimatur, quam honoris, & si homines iniusti, potius in re peculiari esse videantur? an quia multitudini, pecuniaria honori anteponuntur, & omnibus communia habentur, honor autem paucis, raroq; visu cõtingit.

30 Confert, quod pecunia dicitur fideiussor futurę necessitatis, *Petra, Sanct. sing. 33. Neurzzan. in Sylua. lib. 9. n. 96. & post Bald. Carocc. de Locato p. p. q. 5. n. 8.* vbi quod est fideiussor in necessitatibus, Immo pecunia dicitur fideiussor ad omnia, *Arist. lib. 5. Etic. c. 5. Paleotc. de Bon. senect. p. 2. vers. denuq; pag. mihi 139.* nec mirum, quia pecuniæ obediunt, non solum omnes, sed omnia, *vt dicitur Eccles. 10.*

31 Et pecunia dicitur secundus Sanguis hominis, *gl. iunc. tex. in leg. Aduocati 14. C. de Aduoc. Diuers. Iudic. Ias. in l. necquicquam §. vbi Decretum n. 2. in fine ff. de offic. proc. & Leg. Petrasanct. sing. 73. Afflict. D. 24 n. 4. Rip. in c. p. n. 18. de Iudic. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 1 10. n. 6.* vbi ait pecuniæ. hodie præsertim sunt loco Sanguinis.

32 Immo multi exponunt, ac effeundunt, etiam primum Sanguinem pro secundo, vt non semel experimentum docet, & vt pecuniam inueniant, vitam amittunt, *vnde & hor ad Mecant. Ep. p.* concinit. Impiger extremos curris mercator ad Indos.

Per Mare pauperiẽ, fugiens per saxa per Ignes

Et licet verum sit, quod non bene pro toto libertas venditur auro, attamen venditur, *vnde Sen. Ep. 42.* putamus enim, pro quibus pecuniam soluimus, Gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impendimus, Adeo nihil est, cuiq; se vilius, *et in opusc. de vita Beat.* prædia sua occupari, à nullo permittunt homines, in vitam suam possessores inducunt, nemo inuenitur, qui pecuniam suam diuidere velit, vitam vnuiquiq; quam multis distribuit.

33 Dicitur tamen, etiam pecunia vita hominis, *gl. in l. Aduocati in V. vitam C. de Aduoc. diuers. Iudic. Abb. in c. cum oporteat n. 4. de accusat.* qui ait Bona temporalia sunt vita hominis, *Corsett. ad Abb. in Repert. in V. pecunia Carocc de Locato p. p. q. 5. n. 4 & 6.* vbi quod pecunia dicitur omnium Regina, *& citat Eccli. 11. Iodocbus Damahuder. in Enchiridio parium. seu similium iuris in V. pecunia, & in V. Anima.* vbi ad hoc alia plura congesta reperies, Confert ad idem *tex. D. Marci c. 12. ibi,* Vidua hæc pauper, quæ misit duo minuta, quod est quadrans, plus misit in Gazofilacio, misit enim totam vitam suam.

34 Hinc etiam paupertas morti æquiparatur, *Medices in memorabili tractatu Mors omnia soluit p. p. nu. 102.*

35 Et metus amissionis bonorum, & metus mortis æquiparantur, *Bart. in l. pen. col. fin ff. de condic. ob turp caus. Abb. in c. 2. quod met. caus. & post Alciat. Marsil. & alios tradit Medices in praallegato tract. mors omnia soluit d. n. 102.*

36 Immo pauperi dicitur esse mors solatium, & vita supplicium *leg quisquis 5. C. ad leg. Iul. maiest. & Eccli 30.* dicitur melior est mors, quam vita amara, *& Eccli 40.* fili noli indigere, melius est enim mori, quam indigere.

37 Sed veritas est, quod pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro Anima sua, *Iob. c. 2.* hoc est pro vita sua, prout ita sæpe sumitur hic terminus, vt alibi dixi.

38 Et licet, *Bald. in l. certa C. de Iure fisci lib. 10.* dixerit pœnam amissionis omnium Bonorum esse maiorem, quam pœnam mortis, id tamen non est

39 dicendum, vt animaduertit, *Medices in d. tract. mors omnia soluit p. p. n. 102.* licet fateatur paria

esse

esse, vitæ, ac Bonis omnibus insidiari, *ex Auth. quod mater C. de Reuoc. Don.*

40 Et vere, *Bald.* hyperbolice loqutus est ibi, nã quælibet pœna Corporalis, maior est quaqunque pecuniaria, *leg. in seruorum 10. ff. de pæn. Medices in d. tract. mors omnia soluit p. p. n. 102.*

41 Neque obstant obiecta, nam concordando dici potest, quod exponitur, quidem aliquando periculo, primus Sanguis, pro secundo, quia periculum continet incertitudinem, sed si quis certus foret de morte, vtiq; non se illi exponeret pro pecunia, at semper pecuniam totam daret, vt vitam saluaret, & patet in capitaliter damnatis, qui cum possunt se redimunt, etiam si substantiam erogent vniuersam. Immo finis vltimatus eius, qui exponit periculo vitam, vt pecuniam quærat, est ipsa vita, quã pecunia med ante sustentare intendit, vnde etiam in opinione illius, vita præponitur, quoniam finis præualet medijs, & finis est nobilior eo, cuius est finis, vt Phylosophus docet; est tamen verũ, quod aliquando, etiam in Iure, ex specialibus tamen causis, plus videntur æstimari Bona, quã personæ.

42 Sic, Delinquendo Pupillus doli capax puniri potest in corpore, sed non in Bonis.

43 Et minor Curatore carens potest obligare personam, & non Bona sine Decreto.

44 Et Patri competit patria potestas super persona, & non super Bonis filij, *ita comprobat supradictas tres Conclusiones Simoncell. de Decretis lib. 2. tit. 6.*

45 Prædictis, etiam simile videtur, quod Bannitus, qui ex forma statuti potest impune offendi, regulariter extra casus exceptos, non potest in Bonis depredari, *Peregrin de iure fiscali lib. 2. tit. 7. n. 45.*

Vltimo pro Coronide huius capitis adde, quod non debet inutilis iudicari præsens Inuestigatio,

46 an scilicet paupertas, vel Diuitiæ sint de genere Bonorum, vel malorum; nam Socrates, qui Phylosophiam vniuersam reuocauit ad mores, Summã dixit esse Sapientiam, Bona malaq; distinguere, *vt refert Sen. Ep. 71. Adde tex. Isaiæ c. 5.* Vhe, qui dicitis Bonum malum, & malum Bonum, & ponitis tenebras Lucem, & Lucem tenebras.

Et quia nos in tanta rerum caligine vix assequimur, quid sit nobis Bonum, vel malum, & sæpe nescimus, quid petamus, propterea Idem Socrates nihil à Dijs petendum dicebat, quam, vt Bona tribuerẽt, *vt refert Val. Max. lib. 7. memorab. c. 2.*

PRIVIL. CCXXXVII.

Mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Re integra expirat morte mandantis, fallit fauore pia causæ, & paupertatis n. 2.*

3 *Beneplacitum, quando non fuit habita ratio dignitatis expirat morte, fallit fauore miserabilium, & publicæ vtilitatis n. 4.*

1 Quamuis mandatum re integra expiret morte mandantis, *l. mandatum. 15. C. mand. l. 2. §. sed si quis ff. de Donat. c. Relatum 19. c. licet 30. de offic. Deleg. Gabr. conclus. 2. de proc.*

2 Attamen fauore piæ causæ, & sic etiam paupertatis, licet re integra, durat, etiam post mortem mandantis, *Clem. exiji §. in eo vero casu de verb. signi. l. si ego 10. §. p. ff. de Iur. Dot. Bald. in Auth. si qua mulier col. vlt. vers. 4. nota C. de Sac. Eccles. Rom. cons. 119. in p. conclus. & in Auth. similiter in 17. spet. in Contr. C. ad leg. Falcid. Marsil. sing 44. Cremens. sing. 143. Tiraq. de pia causa priu. 82. Socin. Reg. 254. Euerard. in loco à libertate ad piam causam vers. 2. istud facit, & post alios firmat Nouar. in praxi priu. miser. priu. 98. nu. 3.* vbi refert in specie se consuluisse in mandato facto à quodam bonæ Conscientiæ viro, suo Agenti, vt quandam pecuniæ quantitatem expenderet in Beneficium pauperum, & cum vir ille defunctus esset, antè quam agens pecuniam expendisset, & hæres eam exigere prætenderet, dixit ei Ius non competere, sed mandatum executioni demandandum fore in pauperum fauorem, immo adde, quod credendum est post mortem, magis durare voluntatem præsumptam disponentis in fauorem Animæ ipsius propriæ, *ad tex. in l. Sancimus 15. cum ibi not. C. de Sac. Eccles.* quia moriens præsumitur magis memor Salutis æternæ, vnde quod voluit inter viuos, facilius præsumitur voluisse causa mortis.

3 Accedat in simili, quod quamuis Beneplacitum quando non fuit habita ratio Dignitatis, expiret morte, *c. si Gratiosè 5. de rescript. in Sext. Menoch. de Arb. lib. p. q. 69 Tuscus conclus. 89. & 90. Martha. de Claus. p. 2. Claus p.*

4 Attamen id fallit fauore pauperum, & miserabilium personarum, vt probat, *Nouar. in praxi priu. miser. priu. 128. n. 2.* vbi quod Idem est quando Beneplacitum respicit publicum fauorem, seu publicam vtilitatem, quod vltimum, etiam fauet pauperibus, quos publice interest sustentari, *ad ea quæ dixi in V. Ciuitas.*

PRIVIL. CCXXXVIII.

Manutentio.

SVMMARIVM.

1 *Pauper obtinens manutentionem, non tenetur cauere de restituendis fructibus, & quid in non paupere n. 2.*

1 Pauper obtinens manutentionem, non tenetur cauere de restituẽdis fructibus in casu succumbentis

bentiæ, *vt post alios comprobat Postius de manutenendo obseruat. 104. n. 3.*

2 Quod tamen procedere videtur, etiam in non paupere, *ad tradita per Gratian. D. scep. t creus. lib. p. c. 113. n. 31. Butatt. in Bononien. manutentionis Dec. 904. n. 7. & 9.* nisi subsistente aliqua Legitima causa contrarium suadente, *vt ibi Remissiue.*

PRIVIL. CCXXXIX.

Maritus I.

SVMMARIVM.

1 *VIR tenetur pauperem uxorem alere, quamuis nullam Dotem dederit, si nullam promisit, quando aliunde non habet n. 13.*
Pauper Vxor, videtur se ipsam in Dotem dedisse.
2 *Vir non tenetur Vxorem alere, donec dotem promissam soluerit, nisi illa fuerit in obsequio viri.*
3 *Vir tenetur alere Vxorem etiam si dotem promissam non soluat, si pauper est, & ipsa, & Pater, & quid si extraneus promisit n. 4.*
5 *Si Maritus est pauper, Socer tenetur alere nurum pauperem si matrimonio non dissensit, Idem in pronuru n. 7.*
6 *Etiam filium, vxorem ducentem sine consensu Patris, Pater alere tenetur, immo & eius Vxorem si pauperes sint.*
7 *Appellatione nurus, venit etiam pronurus.*
8 *Pater tenetur alere pauperes filios, & si Matrimonium indignum inuito ipso patre contraxerint.*
9 *Nurus si habet, tenetur alere pauperem Socerum nō habentem.*
10 *Gener tenetur alere pauperem Socerum, vel Socrum, sunt enim loco parentum.*
11 *Licet Maritus posset Vxorem non soluentem dotem promissam expellere, si tamen eam retineat, tenetur eam alere.*
12 *Heredes Mariti tenentur pauperem eius Vxorem alere saltem, quādo non est locus Autenticę praterea.*
14 *Vir tenetur alere pauperem vxorem, vt supra, dummodo tamen ei operetur.*
15 *Vir non tenetur Vxorem alere, quando dolose Dotem promisit, sciens se illam dare non posse.*
16 *Quando Vxor est Diues, & Dotem non promisit, vel si promisit non soluit, an tunc teneatur Maritus eam alere.*
17 *An iurans, aliquam, in Vxorem accipere, nulla facta Dotis mentione, teneatur eam accipere, si nullam Dotem velit assignare, licet possit.*

1 VIR tenetur alere pauperem Vxorem, quamuis nullā Dotem dederit, si nullam promisit, *leg. quod si nulla 28. ff. de Relig. & sumpt. funḋ. l. fin. ff. vt in poss. legat. §. pen. vers. quid enim agat Auth. quibus modis not. effic. legitan.* vbi quod videtur pauper Vxor, se ipsam in Dotem dedisse ibi, quid enim agat aliud, quæ Dotem Idoneam non habet, quam vt senet ipsam cum omni Dote contradat, *gl. in l. fin. C. de Diuort. Bart. in l. si constante n. 108. ff. de sol. matrim. Alex. in l. si cum Dotē §. fin. autem ff. eod. Ammanell. sing. 134. Cap. Tolosan. q. 86. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 2. in Contr. n. 20. & post Innocent. specul. Cyn. Bart. Bal. Alex. Roman. Guid. Pap. & alios Surd. de Alim. tit. p. q. 32. n. 11. & post alios Rim. Iun. cons. 133. n. 43. & seq. & post alios Sanchez. de matrim. lib. 4. Disp. 26. n. 21. & post Hostiens. Innoc. Abbat. prępofit. Lup. Roman. Barbos. Surd. molin. & alios idem Sanchez. de matrim. lib 9. Disp. 5. n° 8.* vbi quod neminem inuenit oppositum tenentem, & quod tunc Maritus, ipsam Vxoris personam pro Dote videtur accipere, & tunc dici potest, quod cecinit Georgius Venetus, est Dos in Virgine vultus.

2 Ampliatur pr. vt quamuis quādo Dos fuit promissa, donec soluta fuerit, Vir regulariter non teneatur Vxorem alere, *§. fin. cum gl. in V. onera Auth. de non eligen. sec. nub. & in l. fin. vbi Bal. & Castr. C. ad Velleian. idem Castrens. in l. in Insulam §. vsuras ff sol. matrim. Ias. in l. si Donatarius §. si quis indebitam ff. de Condic. caus. dat caus. non sequt. Abb. in c. per vestras de Donat. int. vir. & vxor. Corn. cons. 240. lib. 3. Boer. q. seu D. 22. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 2. in Contr. n. 3. & 4. vbi post Bar. Socin. & Grammat.* limitat, nisi fuerit in obsequio viri, in quo tamen, *cum Surdo, & alijs contrarium sensit Sanchez. d. lib. 9. Disp. 5. n. 6.*

3 Attamen quando saltem pauper est vxor, & pater, qui dotem promisit, cum non teneatur nisi inquantum facere possunt, vir tenebitur vxorem alere etiam dote promissa, & non soluta ob impotentiam, *Cuman. in l. si cum Dotem §. maritus ff. sol. matrim. Alex. in l. si Donaturus §. p. in princ. ff. de condic. caus. Dat. & ibid. Ias. n. 5. in fine Guid. Pap. q. seu D. 439. in fine, & ibid. additio finalis, Surd. de Alim. tit. p. q. 17. n. 28. & 29. Sanchez. de matrim. d. lib. 9. disput. 5. n. etiam 5.*

4 Ampliatur 2. vt idem sit quando Dos promissa est ab alio, etiam extraneo, nam si promissor ille ob paupertatem non soluat; Vxor tamen alenda est a Marito, *Cuman. in l. si cum Dotem §. si cum maritus cum leg. seq. ff. sol. matrim. Ias. in l. si Donaturus n. 5. C. de condic. caus. Dot. caus. non sequt. Benincas. de paupert. q. 8. in sec. spec. contr. nu. 15. Socin. Reg. 258. in sec. limit. Surd. de Alim. tit. 7. q. 17. n. 36. in extraneo tamen contrarium videtur sentire Sanchez d. n. 5.*

5 Ampliatur 3. vt si Maritus sit pauper, teneatur Socer alere nurum pauperem, saltem quando Matrimonio consensit, vel non dissensit *vt post Bart. Ang. Castrens. & alios tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 38. n. 11. & seq.* vbi quid si contradixit.

6 Sed, & quod filio Vxorem ducenti sine consensu patris, teneatur pater Alimenta ministrare, nec solum filio, sed etiam eius Vxori, si pauperes sint, &

& aliunde non habeant, *probat post plures Sanchez. de matrim. lib. 4. Disp. 26. n. 20. & 21.*

7 Ampliatur 4. vt idem procedat in pronuru, *Natta. Cons. 278. in princ. & post Specul. tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 38. n. 40.* vbi quod Appellatione nurus, venit etiam pronurus.

8 Ampliatur 5. vt licet filius, vel filia Matrimonium Indignum inuito Patre contraxerit, adhuc Pater eos aliunde non habentes alere teneatur, *vt post Rip. Couar. Molin. Gutticrez. Lopez. et alios, docet Sanchez. de matrim. lib. 4. Disp. 26. n. 19.*

9 Ampliatur 6. vt econtra, nurus si habet, teneatur alere pauperem Socerum non habentem, *Cyn. in l. vbi adub. C. de Iur. Dot. Bart. in d. l. si constante in fin. ff. sol. matrim. & post alios docet Surd. de Alim. tit. p. q. 39. n. p.*

10 Sic etiam gener tenetur eod. modo alere pauperem Socerum, vel Socrum, *ad tradita per eundem Surd. de Alim. tit. p. q. 39. n. 16.* quia sunt loco Parentum, vt ibi per eum.

11 Ampliatur 7. vt etiam supposita pro vera Sententia, quod Maritus possit ob Dotem promissam, & non solutam, Vxori Alimenta denegare, & eam expellere, si tamen Maritus Vxorem non expellat, sed eam retineat in obsequijs, tenebitur eam alere, *ad tex. in l. in Rebus 18 §. possunt ff. commodat. & in l. item si serui 30. §. quas impensas ff. de edil. edict. et in l. sed et si quid 18. §. sufficienter ff. de vsufruct. Abb. cons. 85. n. 6. Reman. cons. 517 col. 2. Soc. Iun. cons. 144. n. 41. vol. 3. Grammatic. D. 130. n. 25. & seq. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 2. in contr. n. 4. Surd. de Alim. tit. 7. qu. 17. n. 37. & 38.*

12 Ampliatur 8. vt etiam Hæredes Mariti teneantur Vxorem eius Indotatam, & pauperem alere, *Ricard. Malumbr. in l. fin. C. de Bon. matern. Bart. in tract. Alim. n. 48. Roman. in l. Diuortio n. 15. ff. sol. matrim. Alex. ibid n. 22. & 27. Berous. cons. 130. per tot. lib. 3. Lancellot. super consuet. Alex. q. 6 n. 81. & post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 44. n. etiam 44.* & licet referat contrarium sentientes primam tamen opinionem veriorem dicit, & habere grauiores Authores, saltem quando non est locus remedio, *Auth. præterea C. vnde Vir. et vxor.*

13 Declaratur pr. vt Conclusio procedat, pro vt loquitur, scilicet quando Vxor est pauper, & non habet aliunde, vnde se possit alere, *Bart. in l. quod in vxorem C. de neg. gest. Corn. Cons. 145. col. 3. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 2. in contract. n. 21.* & ita loquuntur omnes præallegati in Conclusione, & in eius Ampliationibus.

14 Declaratur 2. vt procedat dummodo Vxor operetur viro, vt tenetur *Bart. in tract. Alim. sub finem Bald. in l. Assiduis col. 2. C. qui pot. in pignor. habeantur Abb. in c. litteras col. fin. de Rest. spol. Corsett. in sing. in V. vxor Benincas. de paupert. q. 8. spec. 2. in controv. n. 22.*

15 Limitatur Conclusio, vt non procedat, quando Mulier dolose Dotem promisit sciens se illam soluere non posse, quia tunc alenda non est à Marito, quoniam ei paupertas non suffragatur, *ad tex. in l. pen. ff. de Iur. Dot. Io. Lup. in c. per vestras in 2. Not. in princ. col. 3. vers. & pro illa fuit alias Decisa de donat. inter. vir. & vxor Surd. de Alim. tit. 7. q. 17. n. 30.*

16 Vltimo ad materiam, quid Iuris sit quando Vxor est Diues, & Dotem non promisit, vel si promisit, non soluit, an tunc teneatur Maritus eã alere, *late tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 17. à n. p. vsque ad 24. & latis. Sanchez. de matrim. lib. 9. Disp. 5 per tot.*

17 Et an Iurans aliquam in Vxorem accipere, nulla facta Dotis mentione, teneatur eam accipere, si nullam Dotem velit assignare, licet possit, *tradit Sanchez. de matrim. lib. p. Disp. 60. per tot.*

PRIVIL. CCXL.

Maritus II.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pauper conuentus pro restitutione Dotis, non tenetur, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, idem in Socero, qui est loco Patris n. 2. idem in filijs hæredibus Mariti n. 3. etiã si sint ex alia Vxore geniti n. 4.*

5 *Priuilegia Dotis transeunt ad filios, non ad extraneos hæredes.*

6 *Maritus pauper, contra Vxorem pauperem non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere potest.*

Non debet vnum Altare discooperiri, vt aliud cooperiatur.

7 *Actor habens actionem, et replicationem præfertur Reo habenti solam exceptionem, tanquam habenti plura iura.*

8 *Maritus amittit priuilegium ne conueniatur vltra, quam facere potest, quando dolo desijt posse, vel ex culpa incidit in paupertatem.*

9 *Maritus, qui ob paupertatem, non fecit cadauer vxoris sepelliri cum debitis Solemnitatibus, excusatur.*

1 Maritus pauper conuentus pro restitutione Dotis, non tenetur, nisi in quantum potest deducto ne egeat, *l. Maritum 12. vbi glos. et DD. ff. sol. matrim. iuncta l. in condemnatione 134. ff. de Reg. Iur. l. non tantum 20. vbi las ff. de Iudic. l. sunt, qui 17. cum trib. sequent. ff. eod. Afflict. D. 222. incipit Dictat. Cõsuetudo Ammanel. sing. 188. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 2. in contr. n. 14. & post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 13.* vbi quod procedit, siue pro Dote, siue pro alio Contractu Maritus ab Vxore conueniatur.

2 Ampliatur pr. vt idem procedat, etiam in Socero, *l. pen. ff. de Iur. Dot. l. Rei iudicata 16. §. socero ff. sol. matrim. l. quia parentis 17. ff. eod.* vbi reddi-

redditur ratio, quia Parentis locum Socer obtinet *Surd. de Alim. tit p. q 78. n. 14.*

3 Ampliatur 2. vt idē procedat in filijs hæredibus Mariti, *l. etiā 19. vbi Bart. ff. de Iur. Dot. Benincas. de paupert. d. q. 8. spec. 2. in contr. n. 14. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 84. n. 2.*

4 Ampliatur hæc Ampliatio, vt procedat in filijs Mariti, siue ex Vxore actrice, siue ex alia geniti sint, *gl. in d. l. etiam 19 ff. sol. matrim.* & recte sensit, vt mihi videtur, quoniam filij hoc in casu gaudent hoc priuilegio, non tanquam filij Vxoris, sed tanquam filij ipsius Mariti, & tanquam hæredes sui, & non extranei, vt comprobat, *tex. in l. maritum 13. ff. sol. matrim. ibi,* hoc hæredi extraneo non esse præstandum.

5 Ad Idem Confert, quod, Dotis etiam priuilegia transeunt ad hæredes suos, idest filios non ad extraneos, *l. vnicam cum gl. in V. Hæredem C. de priu. Dot. facit tex in l. Assiduis 12. §. exceptis C. qui pot. in pign. hab.*

6 Limitatur pr. Conclusio, vt non procedat hoc priuilegium Mariti pauperis, quando pauper est, etiam Vxor, *ad tex. in l. sed, & milites 10. in princ. ff. de excus. tut. Bart. in l. maritum 13. n. 4 ff. sol. matrim. Surd. de Alim. tit. p. q 44. n. 24.* vbi adducit rationem, quia non debet vnum Altare discooperiri, vt aliud cooperiatur, *contra c. cum causam 36. de præb. & iterum idem Surd. de Alim. tit. 8. priu. 84. n. 3. Adde Marsil. sing. 99.* vbi aliam

7 quoque rationem adducit, quoniam Actor hoc in casu habet actionem, & replicationem, Reus vero solam exceptionem, ergo ille tanquam habens plura iura, debet præferri, *§. p. Auth. de Consang. & Vterin.*

8 Limitatur 2. quia Maritus amittit Beneficium, seu priuilegium prædictum, vt non conueniatur vltra, quam facere potest, quando dolo desijt posse, *l. etiam 19 §. p. ff. sol. matrim.* quæ loquitur in Marito, *l. pen. ff. de Iur. Dot.* quæ loquitur in Socero, *Bald. in c. ex parte in p. col. extr. de consuet. & in c. sedes de Rescript. Ias. in Auth. Res quæ n. 21. C. Com. de leg. Campeg. de Dot q 201 & seq. Surd. de Alim. tit p q. 78. n. 42. & seq.* vbi quod Idem est, quando ex maleficio, vel culpa Maritus incidit in paupertatem, sed ad materiam, *vide Gratian. Discep. 405. per tot. & quæ dixi in V. priuilegia.*

9 Vltimo adde in simili, quod excusatur Maritus, qui ob paupertatem non fecit Cadauer Vxoris sepeliri cum solitis, ac debitis Solemnitatibus funeralibus, *Foller. in praxi Crimin. in sec. secundæ partis sub Rubrica Dentur capitula, quod suffocauit vxorem n. 45. Benincas. de paupert. q. 8. n. 21.*

PRIVIL. CCXLI.

Maritus III.

SVMMARIVM.

1 Hæredes Mariti habent annū ad restituendam dotem consistentem in pecunia, vel mobilibus.

2 Vxori pauperi aliunde non habenti, tenentur hæredes Mariti restituere saltem partem Dotis sufficientem ad Alimenta, vel eam alere n. 3.

4 Vxor alenda est ab hæredibus viri etiam si habeat patrem Diuitem, vel Bona mobilia n. 5.

6 Hæredes Mariti non tenentur alere Vxorem habentem aliunde.

7 Mulier dicitur habere aliunde, etiam quando ex industria, illa honesta potest sibi victum quærere.

8 Hæredes Vxoris tenentur alere Maritum pauperem aliunde non habentem, & quære.

1 QVamuis Hæredes Mariti habeant annum ad restituendam Dotem consistentem in pecunia, vel mobilibus, *l. vnic. §. cum autem vers. exactio C. de Rei vxor. action.*

2 Attamen quando Vxor est pauper, & non habet aliunde, tenentur hæredes Mariti restituere, saltem partem Dotis, quæ sufficiat ad subueniendam Vxoris necessitati, *Dyn. in l. 2. in fine C. de patrib. qui fil. distr. arg. illius tex. Ias. in leg. Diuortio n. 18. ff. sol. matrim. Alex. ibid. nu. etiam 18. Fulgos. in l. fin. vbi etiam Pinell. n. 8 C. de Bon. matern. Cordub. in l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 123. ff. de lib. Agnosc. refert Surdus, & non improbat de Alim. tit. p. q. 44. n. p.*

3 Vel certe tenentur hæredes Mariti in casu prædicto Viduam aliunde non habentem alere, *gl. in d. l. vnic. d. vers exactio in V. Restituendis in fine C. de rei vxor. action. gl. p. in l. Diuortio ff. sol. matrim. & ibi Bart. n. p. & post eum Bal. Ang. Alberic. Imol. Castrens. Roman. Cuman. Alex. Socin. Ias. n. 18.* qui de magis communi testatur, *Campeg. de Dote p. 2. q. 16.* vbi quod est magis communis, & seruatur in praxi, *& post spec. Abb. Salicet Card. Aretin. Rebuff. Bertrand. Corn. Conar. Dec. Alciat. Pinell. Lup. præposit. Vitalin. Capic. & Cordub. Surd. de Alim. tit. p q. 44. n. 11. & seq.* vbi probat, & respondet contrarijs, & tangit rationes, ne Vidua fame pereat, vel mendicet in opprobrium prioris matrimonij, in quo videtur esse, donec secundo nubat.

4 Ampliatur pr. vt Vxor alenda sit ab hæredibus viri, vt supra, etiam si habeat Patrem Diuitem, *ad tex. in l. cum vnus 10. in fin. ff. de Alim. & cib. legat. Inc. Butrig. & post eum Salicet. in d. l. vnic. §. sin autem n. 9. ff. de rei vxor. action. & post Aretin. Alex. in l. Diuortio n. 16. Socin. n. 17. ff. sol. matrim. Ang. in d. l. vnic. §. cum autem C. de rei vxor. actiō. Campeg. de Dote p. 2. q. 16. Capic. Dec. 24. nu. 7.*

Surd.

Surd. de Alim. tit. p q. 44. n. 40. vbi tangit rationes, quoniam Pater non tenetur ad Alimenta filiæ quando habet aliunde, & sic quando Dotem habet, quæ iustius est, vt percipiat Alimenta de proprijs quam de alienis, & quia hæredes Mariti agunt de lucro captando, pater vero de damno vitando, vnde præfertur, *ad tex. in l. fin. C. de Codicill.*

5 Ampliatur 2. etiam quando Mulier haberet bona mobilia, quæ non solent fructum reddere, nam etiam tunc dicitur non habere, vnde se alat ad effectum prædictum, *Bald. cons. 30. lib. 2. Socin. in l. Diuortio n. 19. ff. sol. matrim. Capic. D. 24. n. 2. Rolan. cons. 55. n. 6. & post alios docet Surd. de Alim. tit. p. q. 44. n. 41.*

6 Limitatur pr. quando Mulier haberet vnde se aleret, quia tunc hæredes Mariti non tenentur eam alere etiam intra annum Luctus, *l. pen. ff. vt in possess. leg. ibi,* nec suum quicquam habeat, *& post alios tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 44. n. 48.*

7 Dicitur autem ad hunc effectum habere aliunde, etiam quando ex industria illi honesta, potest sibi victum quærere, *Beron. cons. 130. vol. 3. Surd. de Alim. tit. p. q. 44. n. 49.*

8 Vltimo adde, quod etiã ecõtra, hæredes Vxoris tenentur alere maritum pauperem aliunde non habentem, *Socin. in l. diuortio n. 18. ff. sol. matrim. Surd. de Alim. tit. p. q. 46. n. p.* vbi rationes adducit, ne in approbrium Vxoris, & prioris matrimonij mẽdicare cogatur, & quia in Correlatiuis eadẽ est dispositio, subsistente identitate rationis.

PRIVIL. CCXLII.


Maritus IV.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non potest plus relinquere secũdo viro, quam vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquerit, fallit quando Maritus est pauper, & ei relinquitur ad Alimenta n. 2.*

1 Qvamuis Vxor non possit plus relinquere secundo Marito, quam vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquerit, *l. hac edictali 5. C. de sec. nupt.*

2 Id tamen fallit quando Maritus est pauper, & ei relinquitur ad Alimenta, quoniam ita relictum sustinetur non obstante, *l. hac edictali C. de sec. nupt. ad trad. per Lancellot. Galliã in consil. Alex. in V. solidos q. 6. n. 25. & seq. Surd. de Alim. tit. 9. q. 9. n. 16.*



PRIVIL. CCXLIII.

Mater p.

SVMMARIVM.

1 *Mater tenetur lactare filium vsq; ad triennium, post, Pater eum alit.*
2 *Mater nobilis, cui foret indecorum filium lactare, ad id non tenetur.*
3 *Mater tenetur etiam vltra Triennium alere filium pauperem, quando etiam Pater est pauper.*
4 *Auus Maternus tenetur alere pauperem nepotem quando Pater, Mater, & Auus paternus, sunt pauperes.*
5 *Filius tenetur alere Matrem pauperem, etiam si secundo nupserit n. 6.*
7 *Mater pauper, quę sibi laborando victum quęrit, filium lactare non cogitur, quando labor est necessarius, & incompatibilis cum onere lactandi n. 8.*
9 *Qui pot. reddere Debitum, & ieiunare, tenetur, alias non, immo tenetur non ieiunare, & quare.*
Sacri Concionatores excusantur à Ieiunio, & quando.

1 Mater tenetur lactare filium, vsque ad Triennium, post Triennium vero Pater tenetur eum alere, *l. fin. C. de patr. pot. ibi maiori trimo petenti, &c. & gl. ibi in V. trimo c. 2. de coniug. Infidel. ibi,* post Triennium apud Patrem, *& ibi gl. in V. triennium* ponit versus. Mater alit puerum trimum, trimoq; minorem, maiorem vero pascere, Patris erit.

2 Mulier tamen nobilis, cui foret indecorum filium lactare, non tenetur, *Caccialup. in l. si quã illustris n. 93. C. ad Orphytian. Surd. de Alim. tit. 7. q. 9. n. 26.*

3 Sed quando Pater est pauper & filius ei similis aliunde non habet, tenetur Mater, etiam vltra Triennium, eum alere, *l. si quis à liberis 5. §. vtrũ vers ergo, & Mater ff. de lib. Agnoscen. l. pen. ff. eod. tit. Auth si pater C. Diuortio facto, & post quam plures cõprobat Surd. de Alim. tit. p. q. 14. n. 9.*

4 Ampliatur pr. vt quando Pater, & Mater sunt pauperes, & pauper est etiam Auus Paternus, teneatur Auus Maternus alere pauperem Nepotem *l. non quemadmodum pen. vbi Bart. ff. de lib. Agnoscen. & post spec. & Boer. tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 16. n. 4. & 5.* vbi idem firmat in Dote.

5 Ampliatur 2. vt econtra etiam filius teneatur alere Matrem pauperem, *l. filia 5. vbi gl. not. C. de patr. pot. l. p. & 2. C. de Alim. lib. cum alijs adductis per Surd. de Alim. tit. p. q. 23. n. p.*

6 Amplia hanc Ampliationem, vt procedat etiã si Mater ad secunda vota transierit, adhuc enim si vir decessit, & ipsa remansit pauper egena, filius tenetur eam alere, *spec. in tit. qui filij sint legitimi §. p. n. 35. Surd. de Alim. tit. p. q. 22. n. 6.*

7 Limitatur Conclusio, quia Mater pauper, quæ sibi victum laborando quærere cogitur, non tene-

tur filium lactare, *ad tex. in l. sed si hæreditas 11. §. p. ff. ad exhiben. & post Iac. de Beluisio Bald. in l. Alimenta C. de neg. gest. Anan. in c. fin. n. 10. de Conuers. Infidel. Abb. in c. cum haberet n. 10. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per Adult. & post Couar. Neurzzan. Benincas. & alios Surd. de Alim. tit. 7. q. 13. n. 15.* vbi rationes adducit, quoniam Mater tenetur se primum alere, & se ipsam filio præponere.

8 Declara hanc Limitationem quando Matris labores sunt omnino necessarij ad proprium ipsius Alimentum, & incompatibiles cum onere lactandi filium, adeo, vt non possit laborare, simul, & lactare, alias vt puto teneretur ad vtrumq; si foret ad vtrumq; potens, prout facere videmus multas Mulieres mendicantes, & filios secum gestantes.

9 Simile est, quod dicimus, Coniugatos non teneri ieiunare, quando ieiunando redduntur Impotentes ad reddendum debitum Coniugale, quoniã maius est hoc Diuinum, & naturale præceptum de reddendo debito, respiciens, etiam Bonum publicum vniuersi, quam præceptum Ecclesiasticum & sic positiuum, de abstinendo, quod respicit Bonum singulare Ieiunantis, at si vtrumq; possunt, ad vtrumq; tenentur, videlicet ad Ieiunandum, & ad debitum reddendum, *ad tradita post Caietan. Nauar. Armill. Ledesm. & alios per Sanchez. de matrim. lib. 9. disp. 3. n. 10. vbi post Canned.* addit, eum, qui aliter Vxori suæ reddere debitum non potest, teneri non ieiunare.

10 Sic etiam Concionantes, & similes, ratione maiores Boni, tunc solum excusantur à Ieiunio, quãdo Concionari, & Ieiunare simul, saltem commode nequeunt, *vt post alios docet Azzor. inst. mor. p. p. lib. 7. c. 18. q. p.*

PRIVIL. CCXLIV.

Mater II.

SVMMARIVM.

1 *DEficientibus ascendentibus paternis, Mater non tenetur dotere filiam pauperem.*

2 *Deficiente Matre tenetur Auus Maternus dotare pauperem Neptem.*

3 *Appellatione Matris veniunt ascendentes per maternam lineam.*

4 *Appellatione Patris veniunt ascendentes per paternam lineam.*

5 *Mater non tenetur dotare filiam, ipsa inconsulta nubentem.*

1 DEficientibus, Ascendentibus Paternis, Mater tenetur dotare filiam pauperem, non habentem vnde se dotet, *l. neque Mater 14. C. de iur. Dot. Ancaran. Iun. q. 64. n. 16. lib. 3. Surd. de Alim. tit. p. q. 14. n. 13. Costa de Rem. subsid. Rem. 65. nu. p.*

2 Ampliatur, vt Deficiente, vel Impotente Matre, teneatur Auus Maternus, *Alex. cons. 201. n. 23. lib. 6. Bald. Nouell. in tract. de Dote p. 6. priu. 16. Rip. obseru. 17. n. 81. Turrett. cons. 6. vol. 2. Surd. de Alim. tit. p. q. 16. n. 5. Costa de Rem. subsid. Rem. 65. n. 8.*

3 Ratio Ampliationis est, quoniam appellatione Matris, venit etiam Auus Maternus, immo veniunt, etiam cæteri per maternam lineam Ascendentes, *ad tex. in §. illud quoque vbi gl. Auth. vt Matri, & Auia Innocen. in c. si vero de sent. excom. Bald. in sua Margarita in V. Matris appellatio Surd. de Alim. tit. p. q. 16. n. 7.*

4 Sicut etiam appellatione Patris lato sumpto vocabulo veniunt Auus Paternus, & cæteri per paternam lineam Ascendentes, *Card. Florent. in c. cum haberet in fin. de eo, qui dux. in matrim. quam Poll. per Adult. Surd. de Alim. tit. p. q. 16. n. 6.*

5 Limitatur quando filia nupsit inconsulta Matre, tunc enim non tenetur eam dotare, *Gamma D. 376. n. 3. Costa de Rem. subsid. Rem 65. in fine.*

PRIVIL. CCXLV.

Mater III.

SVMMARIVM.

1 *MAter non petens Tutorem filijs pupillis, priuatur eorum successione, fallit quando sunt pauperes n. 2.*

3 *Tutor principaliter datur personæ, secundario rebus.*

1 QVamuis Mater teneatur infra Annũ petere Tutorem filijs Pupillis, & alias eorum successione priuetur, *§. pen. inst. tit. de sen. Cons. Tertull.*

2 Attamen id fallit quando filij sunt pauperes, *l. 2. cum. seq. ff. ad S. C. Tertull. Bart. in l. 2. C. de neg. gest. Mantica in l. Is potest n. 199. ff. de acq. hæred. Medices de casib. Fortut. p. 2. q. 4. n. 33.*

3 Durum tamen hoc prima fronte videri potest, quoniam Tutor principaliter datur personæ, licet secundario detur rebus, *§. certe autem rei 4. Inst. tit. qui testam. tut. dari poss.* sed dicamus pauperes non indigere Tutoribus, quoniam Patrem habent Episcopum, *vt dixi in V. Episcopus.*

PRIVIL. CCXLVI.

Matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus quando dispenset in impedimentis matrimonij ex causa paupertatis.*

Epi-

1 EPiscopus dispensare potest in matrimonio si impedimentum est occultum, & matrimonium publice, validum existimatur, & concurrit paupertas Coniugum, & difficilis accessus ad Papam, & timetur Scandalum, *vt probat Antonin. Maceraten. Ref. can. lib. p. cas. 54.*

PRIVIL. CCXLVII.

Medicus p.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest addiscere, vel exercere medicinam, potest tamen pro paupere n. 2.*

3 *Medicus quem super morte infirmi conscientia remordet, abstineat a Sacris Ordinibus.*

1 QVamuis Clericus prohibeatur, saltem publice addiscere, & exercere Artem medicam, *c. fin. vbi DD. ne Cler. Monach. Marta de Iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 168. n. 2.*

2 Possunt tamen eam gratis exercere pro pauperibus, ac miserabilibus personis, *vt post D. Antonin. & Sylnestr. tradit Crassus de effectib. Clericatus effectu 9. n. 7. Moscon. de maiest. militant. Ecc. Nouar. in praxi priu. miserab. person. priu. 83. n. 4.*

3 Adde hic ad materiam, *tex. in c. ad aures 7. de atat. & qualitat. ibi,* si Medicum super morte Infirmi Conscientia remordet, ad maiores ordines de nostro Consilio non ascendat.

PRIVIL. CCXLVIII.

Medicus II.

SVMMARIVM.

1 *MEdicus, pauperes infirmos gratis curare tenetur, & Medici Siciliae iurant.*

2 *Potest Medicus reseruare sibi Ius exigendi à paupere Infirmo quando deuenerit ad pinguiorem fortunã.*

3 *Medicus etiam inuito infirmo mederi tenetur.*

Congruum est, vt de publico decernatur salarium pro pauperibus, Medico, Aduocato, procuratori, & Notario.

4 *Medicus si potest, tenetur pauperibus soluere necessariam medicinam.*

5 *Medicus magis pauperibus, quam Diuitibus tenetur operam impendere.*

Medicus potest accipere, quod sani offerunt, non quod periclitantes promittunt.

6 *Seruus Ægrotus (cuius curam Dominus deserit) fit liber, nec libertus manet.*

7 *Medicus tunc tantum tenetur gratis pauperem curare, quando indiget extreme.*

8 *Pauperi aduersus Medicum non competit actio ad curam gratuitam, sed solum Iudicis officium.*

9 *Appellatione Alimentorum veniunt etiam medicinã.*

Idem in Appellatione victus n. 10. non tamen appellatione Cibariorum n. 12.

11 *Facilius est acquirere sanctitatem, quam sanitatem perfectam: & quare.*

13 *Ludus, medicinę similis, quę exiguo ingestio, plurimũ exaurit, Medicina aliquando plus inducunt superflui, quam educunt.*

Dicta pausania contra Medicos, Aliud Tiberij.

14 *Pro Medicis. vide ibi.*

Medicus, Reges Regit, & Imperatoribus Imperat.

15 *Medicina ars pręclarissima, quare aliquando vilescat.*

16 *Punitur Medicus dolosus, vel imperitus.*

17 *Deus dicitur Medicus, & de Calo descendit, vt sanaret agrotos.*

1 MEdicus tenetur gratis curare pauperes Infirmos, *c. nõ satis in fine 86. Dist.* vbi nõ debet plus pecunia, quam moribundi vita valere, *c. p. 83. dist.* vbi qui potest languenti, mortem excludere, & non excludit, ipse videtur infligere, *gl. in c. p. 83. Dist. Abb. in c. ad aures in fin. de atat. & qualit. Rip. de peste Remed. pen. ad curand. pestem n. 99. & 101. vbi de commun. testatur Benincas. de paupert. q. 7. spec. p. in Iudic. n. 18. Felin. in c. p. in princ. de offic. Iudic. Rolan. cons. 87. nu. 38. lib p. post spec. Io de Ilern. Io. Andr. Ant. de Butr. Luc. de pen. Felin. Florian. & alios Tiraq. de nob. c. 29. n. 44. & 45. vbi adducit ad hoc ipsum, etiam Authoritatem Medicorum Petri de Albano, Petruci Bononiensis, & Michaelis Sauonarola quẽ expertissimum, & eruditissimũ vocat, & in fine eiusd. n. 45.* subdit ex Cõstitutione Siciliae Medicos Iurare se gratis pauperes curaturos, *& ibid. refert ex Marsilio Ficino lib. p. Epistolarum.* Virginem Mariam in somnis Medico apparuisse eumq; monuisse, vt artis munera egentibus, gratis abundeq; largiretur, *Carocc. de Locato p. p q. 8. n. 13. sub fin. et p. 2. q. 3. de Medico pag. mihi 122. Azzor. Instit. moral. p. 2. lib. 12. c. 8 q. 5. vers. ex his perspicitur vbi allegat etiam Io. Maior. et Caietan. Adde Nauarr. in comment. de elemos. n. 26. vbi glosã sequitur* quatenus ait

2 Medicũ teneri curare Infirmũ extreme indigentẽ cura, sed non quo ad hoc, vt omnino gratis teneatur, quia satis est secundum eum si curet reseruato sibi Iure exigendi ab Infirmo, quando soluere poterit.

3 Ampliatur pr. vt etiam Inuito Infirmo, Medicus mederi teneatur, *gl. et DD. in c p. 83. Dist. Barbat. in Rub. de solut. sub fin. Tiraq. de Retract. Conuent. §. 7. gl. p nu. 10. Benincas. de paupert. q. 7. spec. p. in iudic. n. 18. & 19.* vbi tamen subdit congruum videri, vt de publico salarium decernatur Medico, Aduocato, & Procuratori, & Notario pro pauperibus.

4 Ampliatur 2. vt Medicus non solum teneatur gratis mederi pauperibus, sed etiam eis soluere necessariam Medicinam si potest, *Nauar. in man.*

c. 25. n. 64. Fumus in sua sum. Armill. V. Medicus n. p. in fine Eman. Sa. in Aphorism. V. Medicus n. 2.

5 Ampliatur 3. vt Medicus magis pauperibus, quam Diuitibus teneatur operam impendere, *ad tex. in l. Archiatri 9. vbi Io. de Plat. C. de profess. & Medic. lib. 10. ibi* Medici malint obsequi tenuioribus, quam turpiter inseruire Diuitibus, & quæ sani offerunt accipiant, non quæ periclitanter promittunt, *& sensit Rolan. à vall. cons. 87. n. 40. lib. 2.*

6 Adde hic, quod Seruus Ægrotus (nisi eius curam Dominus gerat) fit omnino liber, nec libertus manet, *l. 3. §. seruus ff. de operis libertor.*

7 Declaratur pr. vt Conclusio procedat quando pauper est in extrema paupertate constitutus, & non potest aliunde sibi subuenire, alias non, *ad tradita per Felin. in c. p. de offic. Iudic. & post D. Thom. 22. q. 71. art. p. Tiraq. de nobilit. c. 29. n. 46. in fine.*

8 Declaratur 2. vt pauperi aduersus Medicum non competat actio ad curam gratuitam, sed imploratio Iudicis officij, qui ad id eum compellat, *ad tradita per gl. in c. sicut in V. esurienti num 47. dist. & in his terminis tradit Felin. in c. p. de offic. Iudic. & post quam plures Tiraq. de nobilit. c. 29. n. 46.*

9 Nec erit hic Incongruum addere, quod appellatione Alimentorum veniunt, etiam Medicinæ, *l. quos nos. 234. §. verbum viuere ff. de verb. signif.* vbi quod verbum viuere continet omnia, sine quibus viuere homo non potest (sed quod Medicina sit huiusmodi, textus non dicit) *melior videtur tex. in l. verbo victus 43. ff. eod. tit. de verb. sig. iuncta leg. seq. ibi*, & cætera quibus tuendi curandique corporis nostri gratia vtimur, *& post Alciat. Bart. & alios tradit Surd. de Alim. tit. 4. q. 5. n. p.* vbi ra-

10 tionem adducit, quasi sine his viuere non possimus. Immo quicquid contra senserit, *Butrius in c. si Episcopus n. 7. de offic. ordin. in sex.* Medicinæ veniunt, etiam appellatione victus, *vt sensit Surd. de Alim. tit. 4. q. 5. n. 12. & probat mihi tex. expressus in d. l. verbo victus 43. iuncta leg. seq. ff. de verb. sig. ibi.* tuendi, curandiq; corporis, &c.

Et confert ratio, *Surdi d. q. 5. nu. p.* quia sine Medicinis viuere non possimus, intelligo stantibus, seu suppositis corporis Infirmitatibus, quamuis etiam generaliter verum sit, quod saltem, absq; Medicinis, ac Medicis difficile viuimus (nisi dicas difficile morimur) vnde, *& Eccles. 38.* dicitur honora Medicum, propter necessitatem, enim creauit illum Altissimus, *& ibid.* Da locum Medico, etenim illum Dominus creauit, quia opera eius

11 sunt necessaria & profecto facilius est, forsan inuenire Sanctū, quam sanum, & facilius sane videtur sanctitatem, quam sanitatem perfectā habere Sanctitas enim, supposita Diuina gratia, quæ nemini denegatur, pendet à libero voluntatis Arbitrio, At Sanitas pendet etiam à causis extrinsecis, quæ non sunt in hominis potestate, vt ab Aere, & à naturali temperamento, quod est in nobis sine nobis, præterea Anima est vna, & Indiuidua, & indiuisibilis, vnde facilius erit vnicam Animam seruare, quam Corpus constans tot partibus, totque particulis, quarum singulæ plurimis morborum generibus, ne dum speciebus subiciuntur, quorum numerus, nec Medicis Innotescit, & longe plures esse Credo apud Medicos, morbos, Innominatos, quam apud Legistas Contractus Innominatos.

12 Sed Redeamus, quamuis appellatione Alimentorum, vel victus veniant Medicinæ, vt supra dixi, non tamen veniunt appellatione cibariorum, *l. in Rebus 18. §. possunt ff. Commodat. leg. sicut impendia 51. ff. de vsufructu. Surd. de Alim. post Bart. et Alex. & alios d. tit 4. q. 5. n. 11.* vbi rationem adducit, quia non ad cibandum, sed ad euaquandum tendunt, Ad quam rationem confert, *Petr.*

13 *lib. 2. de Remed. vtr. fort. Dial. 16. ibi*, mos est ludo, qui Medicis, perexiguo Ingesto, plurimum exhaurire (quamuis aliquando) si verum est, quod legitur apud *Plutarch. de sanit. tuend.* plus adducunt superflui, quam educunt, & aduersus Medicinas, vel Medicos nota. quod *idem Plut. refert in Apophi. Lacon. ibi*, Medico dicenti, nihil mali habes, Respondit Pausanias Te nempe Medico non vtor, & alteri dicenti, Senex factus es, Respondit, quia te Medico non sum vsus, & alij Interroganti Cur Medico detrahis, nullam eius peritiā habens, Respondit si de illo periculum fecissem, nequaquam viuerem, *& apud Tacit. lib. 5. Ann. c. p.* legitur Tiberius solitus eludere Medicorum Artes, atq; eos, qui post trigesimum ætatis annum ad internoscenda suo corpori vtilia, vel noxia, alieni consilij Indigerent.

14 Sed pro Medicis, vide Sapientem, *Eccli. c. 38.* Incipit, Honora Medicum, ac, vt etiam contra nos ipsos, verum ingenue fateamur, Ars Medica videtur iactare se posse, Iuris Prudentiæ Superiorem, saltem in hoc vno, quod licet Principes, Iustiniani legibus non ligentur, vt diximus in V. necessitas, Legibus tamen Hypocratis subiectantur, adeo, vt Medicus Reges regat, & Imperatoribus imperet, præsertim si ad praxim redigat Aphorisma eiusdem Hypocratis, quod est in sectione septima quinquagesimum nonū ibi, Corporibus humida carne præditis imperanda est fames, quæ corpora siccat.

15 Nota tamen, quod idem *Hypocrates* dixit in eius Lege impressa post Aphorismata, cuius titulus est, Hypocratis Lex, & hoc est Initium, Medicina omnium Artium præclarissima est, verum propter Ignorantiam, & eorum, qui eam exercent, & eorum, qui temere hos ipsos iudicant, omnium Artium prope infima censetur, qui quidem error ab hac potissimum causa prouenire videtur, soli namq; Medicinæ, nulla pœna in rebus publicis statuta est, præter, quam Ignominiæ.

16 Sed hoc vltimum non est simpliciter intelligendum, quoniam in Iure, pœnæ statutæ leguntur aduersus Medicos, non solum dolosos, sed etiam aduersus

uersus Imperitos, At raro imponuntur pœnæ, vel quia raro admittuntur culpæ, vel quia raro deprehenduntur, & raro probantur, adeo, vt non deficiat Ius, sed probatio, mea vero conclusio, quo ad dolosum, *probatur ex tex. in l. 3. ff. de var. & extraord. cogn. ibi*, si Medicus cui curandos oculos, quis commiserat periculum amittendorum per aduersa medicamenta inferendo, compulit, vt ei possessiones suas venderet æger, inciuile factum, præses coerceat, de Imperito vero, *est tex. in l. illicitas 6. §. ficuti ff. de off. præsid. ibi*, ficuti Medico imputari euentus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet, prætextu enim humanę fragilitatis Delictum decipientis in periculo homines Innoquum esse non debet.

17 Vltimo notent Medici, quod Deus ipse dicitur Medicus, *vt dixi in V. Deus & hic adde D. Aug. 10. confess. c. 28. ibi*, Medicus es, æger sum, misericors es, miser sum, *& eund. Aug.* Magnus de Cœlo descendit Medicus, quia magnus in terra iacebat Ægrotus, meminerint ergo Medici, Christum Dominum Medicum de Cœlo descendisse ad curandos, & sanandos, etiam Medicos, vnde mederi non recusent pauperibus Ægrotantibus, Christum Dominum repræsentantibus, vt ipsemet dixit, *Matt. 25. ibi*, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

PRIVIL. CCXLIX.

Mendicare.

SVMMARIVM.

1 *IVS publicè mendicandi solis veris pauperibus competit.*
2 *Dicitur pauper, qui vadit hostiatim victum quęrendo.*
3 *Ius mendicandi competit pauperibus de Iure etiam naturali, & Diuino, nec potest tolli per Concil. ñ.*
4 *An, & quando valeat lex ne pauperes hostiatim mendicent non ligat elemosinantes, vide versus.*
5 *Pauper licet nobilis debet mendicare potius, quam furari, & potius laborare, quam mendicare.*
6 *Pauper potest etiam per alium Elemosinas quęrere.*
7 *An, qui elemosinam accipit pro alio paupere, possit eam sibi retinere si pauper est.*
Licet aliquando verum tacere, non autē falsum dicere
8 *Diuites mendicantes etiam ad demandam superbiam tenentur veris pauperibus quęsitas Elemosinas restituere.*
9 *Possunt etiā Diuites mendicare peregrinationis causa.*
10 *Qui sua Bona dimisit, vt ingrediatur locum pauperū, iuste ingreditur.*
11 *Mendaces mendici, quęsitas Elemosinas non dantibus sed pauperibus restituunt ex communiori.*
12 *Simulati pauperes restituunt elemosinas quando paupertas non solum est impulsiua causa, sed finalis, & quid in paruis elemosinis n. 13.*
14 *Ius mendicandi competit Religiosis mendicantibus, & qui sint ordines mendicantes n. 15.*
16 *Ordines mendicantes habent pro dote mendicitatem, & quomodo definiantur.*
17 *Mendicantes possidentes, an teneantur ad contributiones.*
18 *Religiosi Mendicantes, non possunt à quæstuatione prohiberi, nec tenentur petere licentiam ab Episcopo n. 19. sed tenentur ei ostendere licentiam suorum Superiorum, quando quærunt extra loca Monasterij n. 20.*
21 *Regulares possunt ex Altari elemosinas recipere, sed non Ecclesiam ad id circumire.*
22 *Mendicantes Religiosi non sunt capaces Legatorum etiam ad Alimenta.*
23 *Aliqui Religiosi nec possidere, nec mendicare possunt.*
Demetrius interdixit sibi habere simul, & poscere.
24 *A se proprietatem abdicantes non sunt homicidæ sui nec tētatores Dei, Ab omni lege extrema necessitas est exempta.*
25 *Dans Fratribus Franciscanis elemosinam, quando possit illam, vsque ad consumptionem reuocare.*
26 *Ij quos pęnitet Bona pauperibus distribuisse, debent pęnitentiæ pænitentiam agere.*
27 *Religiosis Mendicantibus, mendicare licet vsque ad eorum indigentiam tantum, & quatenus Religiose viuant n. 28.*
29 *Regulares irregulariter viuentes amittunt priuilegia saltem in foro poli.*
30 *Pauperes tunc solum mendicare possunt quando sunt inualidi ad laborandum.*
31 *Habens artem, ex qua viuere possit, non dicitur omnino pauper.*
32 *Pauperes etiam in minus graui necessitate constituti mendicare possunt.*
33 *Mendicantes absq; necessitate puniuntur, vt ibi.*
34 *Pauperes verecundi possunt etiā priuatim mendicare*
35 *Pauper etiam nobilis si robustus est, debet potius laborare, quam mendicare.*
Pater tenetur alere filium, qui ex labore non potest sine dedecore victum quærere Non dicimur posse quod honeste non possumus.
36 *Religiosi quamuis corpore validi mendicare possunt.*
37 *Pauper quamuis validus, mendicans, nō peccat mortaliter, nisi vt ibi in fine.*
Lex pœnalis, Regulariter non obligat ad mortaņ.
38 *Si Testator iussit Bona inter pauperes distribui, distribuenda sunt pauperibus inualidis.*
39 *Mendici quærere debent Elemosinas extrà Ecclesias.*
40 *Per mendacia Elemosinas quæstuantes non obstantibus eorum priuilegijs, subijciuntur ordinarijs.*
41 *Pauper ex Elemosinis, debet Elemosinam facere, quatenus potest.*
42 *Mendicare, an quis teneatur, vt proximo subueniat.*
43 *Quęstuarij, prædicare prohibentur.*
44 *Mendicare suffragia an expediat.*
45 *Clerici non debent cum ordinis dedecore mendicare. Clerici sunt milites Cęlestis Militia, & eorum Arma sunt*

sunt Orationes, & lacryma.
Orantes Deum, Mendici Dei dicuntur.
46 *Mendicare quomodo sit pæna, & quomodo priuilegiũ.*
47 *Libertas quid sit.*
Vis conditionalis, & non præcisa non reddit Actum inuoluntarium.
48 *Licet pauperes accedant ad Domos Diuitum. non ideo sunt deterioris conditionis.*
sicut nec Medici accedentes ad Domos Infirmorum.
Data instantia corruit Argumentum:
Præmium Diuitum accedentium ad Domos pauperũ.

1 IVS publice mendicandi, solis veris pauperibus competit, *l. vnic C. de mendic. Valid. lib. 11. gl. ibi, in V. mendicitas*, in illis verbis, quia ignoratur vtrum vere egeant, *Bart. ibid. n. 2. confert tex. ps.* 108. *ibi*, persequutus est hominem Inopem, & Medicum, *& ps.* 39. Ego autem mendicus sum, & pauper, quasi ideo mendicus, quia pauper.

2 Immo, & mendicans, præsumitur in dubio pauper, dicitur enim pauper, qui vadit hostiatim victum quærendo, *Ias. in l. si constante n.* 146 *ff. sol. matrim. Rota in Perusina Dotis D.* 250. *n.* 4. *p.* 4. *Diuers.*

3 Amplia pr. vt etiam lex naturalis, & Diuina permittat, immo aliquando præcipiat pauperibus Elemosinas quærere, *c. quiescamus 42. Dist. c. p. §. p. de Rel. Dom. in sex. Nauar. cons. 79. de Regul. n. 3.* vnde infert non posse huiusmodi facultatem tolli, etiam per Concilium.

4 Sed an, & quando, & cui liceat legem facere, ne pauperes hostiatim mendicent, *vide apud Tannerum Disp. 2. q. 5. Dub 3. per tot. & Dominici Soti Apologiam in causa pauperum, quos citat Diana p. 5. tr. 8. Res. 36. in fine*, & nota, quod stante, etiam lege prædicta prohibitiua contra mendicantes, non comprehenderentur tamen, eis Elemosinas tribuentes, *vnde Io. Eudomen. lib. p. pag* 45.

Nudus Inopsq; tuas, si quis pulsauerit ædes
Quin'e stipem misero, qua ratione negas?
Mendicare stipem prohibet Lex Anglica dicis,
Esto, tamen miseris Lex dare nulla vetat.

Et nota etiam hic, quod Romę Mendicorum Hospitale fundauit, *Sixtus V. Const.* 57 & Ferrariæ adest, etiam Locus Pius Mendicantium.

5 Amplia 2. vt pauper in extrema, etiam necessitate constitutus teneatur mendicare, potius quam furari, etiam si sit nobilis cui mendicare Dedecus reputetur, *ad tradita post Malderum Titelmannũ Nauar. Viges per Dianam p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 24. licet referat Bannez. pro contraria*, An autẽ pauper nobilis, teneatur potius laborare, quam mendicare, dicam infra.

6 Amplia 3. vt pauperibus non solum per se ipsos liceat mendicare, sed etiam per alios Elemosinam quærere, *Nauar. cons. 79. n. 3. & 5. de Regular. & vide, quæ dixi in V. furtum.*

7 Ad Declarationem huius Ampliationis nota, quod Mulier, quæ pro alia certa paupere acciperet Elemosinam, & eam sibi retineret, bis peccaret, mentiendo scilicet, & retinendo rem alteri debitam, si autem acciperet pro paupere in genere, & sibi tanquam pauper retineret, non peccaret, licet enim aliquando verum tacere; quamuis non liceat aliquando falsum dicere, *iuxta tex. inc. ne quis 22. qu. 2. ita Nauarrus consultus respondit cons. vnic. de Mendicantibus lib. 3.*

8 Amplia 4. vt Diuites mendicantes teneantur Elemosinas restituere veris pauperibus, etiam si ad domandam propriam superbiam mẽdicassent, *Caietan. in 22. q. 187. art. 5. Dub. 2. Valent. in 22. Disp. 10. q. 5. puncto 4. Sanchez. in præcepta Decalogi p. 2. lib 7 c. 24. nu. 13. & 14.* Vnde patet, quod Ius mendicandi, vel mendicando Elemosinas quærendi, competit pauperibus priuatiue, quo ad alios.

9 Possunt tamen, etiam Diuites mendicare Peregrinationis causa, *Caietan. in 22. q. 187. art. 5. Dub. 2. Nauarr in comment. 2. de Regular. n. 37. & post alios Sanchez in præcept. Decal. p. 2. lib. 7. c. 24. n. 12.*

10. Adde quod, qui donauit, vel renunciauit omnia sua, vt ingrederetur locum pauperum, videtur esse capax eius loci, quia licet paupertas, hæc, videatur affectata, est tamen vera, & forte meritoria, *ita comprobat Nouar. in man. c. 17. n. 108. vers. huic loco congruit.*

11 Amplia 5. generaliter, vt qui mendaces potius, quam mendici sub Hypocrisi, vel simulata paupertate mendicando, vel aliter Elemosinas quærit, teneantur eas restituere, non quidem largienti, qui iam recepit mercedem suam, sed veris pauperibus, *Ità post Alex. Altisiodorens. Innoc. Andr. Panorm. Hostiens. Ant. Gabriel. Scot. Hadrian. Syluestr. Ang. Azzor. p. 3. lib. 4. c. 21. q. 8 & ante eum Nauar. in man. c. 17. nu. 107.* vbi quod hæc est communis Theologorum, Iuris consultorum, & Canonistarum Sententia.

Adde Dianam, qui alios plures refert p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 21. & 22. vbi tamen in princ. refert etiam Sotum, Lessium. & Turrianum, sensientes restituendum esse donanti, & in fine refert vasquiũ, & Castrũ sensientes, & danti, & pauperibus posse pro libito restitui cũ vtraq; opinio sit probabilis.

12 Declara Ampliationem, vt restitutio sit facienda, quando non solum impulsiua, sed finalis, etiã causa Elemosinæ, est paupertas, adeo, vt si dans non crederet pauperem eum cui dat, non daret, *Medina q. 23. de rebus rest. tuen. Azzor. p. 3. lib. 4 c. 21. q. 8. vers. 10. igitur & in vers. ex dicto seq.* Infert ad Ingredientes sine qualitatibus in Collegia pia, Montes Pietatis, vel Hospitalia, & ad puellas dotandas.

13 Adde etiam pro Declaratione, *Dianam p. 5. tr. 8. de elemos. Res. 21. vers. verum his non obstantibus, vbi post Sotum, & alios*, limitat Ampliationẽ supradictam, vt non procedat in paruis Elemosinis, seu quotidianis; quoniam eas, etiam fictus pau-

pauper non tenetur restituere,cum dari videantur magis intuitu Pietatis, quam paupertatis, Videtur tamen posse de hac limitatione, vel saltem de eius ratione dubitari, nam cessante causa paupertatis, cessare videtur causa Pietatis in casibus prędictis, *Ad quod vide quæ dixi in V. Testamentum, & in V. pia causa.*

14 Amplia 6. vt hoc Ius mendicandi, multo magis competat pauperibus Religiosis mendicantibus ab Ecclesia inter mendicantes approbatis, *ad tex.*

15 *in c. vnico §. Sane de Relig. Domib. in sex.* vbi numerantur minores, Prædicatores, Eremitani, & Carmelitæ, *Bart. in l. vnic. C. de mendic. lib. 11. n. 2.* Alios autem ordines mendicantium, vel participantium eorum priuilegia, *refert Barbos. in Collectan. Bullarij in V. mendicantes,* vbi recéset, vsq; ad numerum viginti nouem ordinum.

16 Immo ordines mendicantes habent pro Dote mendicitatem, *Cemm. conf. 40. Cherubin. in Compend. Bullar. ad consl. 49. Pij V. Schol. 2.* Dicuntur autem mendicantes, quasi manu dicant, & propriam paupertatem manifestent, *Archidiac. in Can. Diaconi 93. dist. n. 6. Calderinus conf. 17. de Regul. sub medium Fulgos. conf. 103. n. 3. Mandos. super Reg. Cancell. de mendicant. Reg. 23. q. 3. in princ. Cherubin. in Compendio Bullarij ad const. 60. Pauli V. Schol. p. & ad const. 49. Pij V.* Et ordines mendicantes definiuntur, seu describuntur esse illi, quibus ad sustentationem congruam, redditus, aut possessiones habere, professio, seu regula interdicit sed per quęstum publicum tribuere sibi victum solet incerta mendicitas, *c. p. de Relig. Dom. in*

17 *sex. Ancaran. conf. 109. n. 2.* vbi tamen concludit, quod mendicantes, qui de facto, vel ex permissione possident redditus, tenentur ad contributiones, sed in hoc, *vide Constitutionem Pij V. incipit Cum ad vberes.*

18 Amplia Ampliationem, vt Religiosi mendicantes nullatenus a quæstuatione quam de licentia suorum Superiorum faciunt, prohiberi possint, *vt resoluit Sac. Cong. epis. & Regul. teste Sel. in Select. canon. c. 16. n. 8. refert. Barbos. in Collectan. Bullar. V. mendicantes.*

19 Nec tenentur petere licentiam ab Episcopo, *vt resoluit ead. Cong. Episc. & Regul. die. 6. Octobris 1597. & Cong. Concilij an. 1621. Decreto impresso vt refert Gauant. in manc. Episc. V. Regularium iura sub Episcopus n. 48.*

20 Tenentur tamen Episcopo ostendere licentiam prædictam Regulares quæstuantes extra loca, in quibus habent Monasteria, *vt resoluit Sac. Cong. Concilij teste praxec. in praxi Episc. p. 2. c. 3. nu. 47. Refert Barbos. in Collect. Bullar. V. mendicantes, vbi tamen subdit de an. 1621. Sacram Congreg. Concilij Declarasse,* mendicantes prædictos non teneri ostendere licentiam, nisi in Diæcesibus, in quibus non habent Monasteria, seu Conuentus, *Adde eumd. Barbos. de pot. Episc. Alleg. 105. nu. 51. & Alleg. 109. n. 8. & Gauant. in man. Episc. V. Iura Regularium sub Episc. n. 50. & V. quæstores n. 2.*

21 Possunt etiam Regulares intra Missam vertere se ad Populum, & Elemosinas recipere, non tamẽ ab Altari discedere, & Ecclesiam circumire, *ita Resoluit Sac. Congreg. die p. & die 15. Decembris 1619. & ad hoc nota dispositionem Concilij Trid. sess. 22. in Decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missæ ibi,* Importunas, atque Illiberales Elemosinas, exactiones potius, quam postulationes, vel quæ a turpi quæstu non longe absunt, Episcopi prohibeant.

22 Amplia 7. vt Religiosi mendicantes non solum possint, sed teneantur, etiam mendicare, adeo, vt eis non possint Alimenta legari, *Bald. in Auth. Ingressi nu. 19. C. de Sac. Eccles. & post Imol. & Dec. tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 7. n. 11.*

23 Aliqui tamen Religiosi, quamuis nihil prorsus habeant in Bonis, attamen mendicare, nec tenentur, nec possunt, & hi sunt Clerici Regulares, quos alibi laudaui, referens etiam, *Demetrium Cynicum,* qui contra omnia naturę desideria pugnans interdixit sibi habere, interdixit, & poscere.

24 Nota ad Declarationem huius Ampliationis, quod Fratres à se omnem propietatem abdicantes non sunt homicidæ sui, nec tentatores Dei, quia si non deficiet fides Ecclesiæ ex Euang. nec Elemosina deficiet, quod si cuncta defecerent Iure poli ab omni lege, extrema necessitas est exempta, *ita disponit tex in c. exijt, qui seminat de verb. sign. in sex.*

25 Nota etiam, quod dans Fratribus Franciscanis Elemosinam, potest vsq; ad consumptionem eam reuocare cum Dominium, & Ius omne apud eum remaneat, *iuxta terminos dicti c. exijt, qui seminat de verb. sign. in Sex.*

26 Sed si quis hoc egerit, Pænitentiæ Pænitentiã aget, *ex Ambros. in can. sunt qui opes 17. q. 4. ibi,* sunt qui opes pænitet Bona pauperibus diuisisse, quos timere oportet, ne Pænitentię Pænitentiã agant.

27 Limita Ampliationem, vt Religiosis pauperibus Mendicantibus liceat mendicare, vsq; tamen ad eorum Indigentiam, & non vltra, ne incidant, *in D. Aug. de opere monacdorum c. 28. ibi,* omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptus lucrosæ egestatis, aut simulatæ pretium Sanctitatis) nec mirum, quoniam pauperibus, etiam Religiosis permittitur Elemosinarum vsus, sed non abusus.

28 Limita, quia etiam Elemosinarum vsus est illicitus Religiosis si desistant ab actibus Religiosis, quia scilicet defraudant mentem Dantium, quæ fuit, vt Religiose viuant, & dantes participent, *D. Thom. 22. q. 187. art. 4 quem sub verbis prædictis refert. p. Petrus Alagona in summula summa D. Thom.*

29 Adde generaliter, quod priuilegia mendicantium, seu Religiosorum, & Regularium, si ipsi irregulariter viuant, amittuntur in foro interiori, licet secus in exteriori, *Rodericus post alios to. p. q. Regular. q. p. art. 10. Cherubin in compend. Bullarij*

larij ad const. 41. Pij V. Schol. 2.

30 Limita pr. principalem Conclusionem, vt pauperes tunc demum mendicare possint quãdo sunt, etiam senes, vel Infirmi, vel alias inualidi, itaut fodere non valeant, & laborare non possint, secus si valeant sibi laborando victum quærere, tunc enim eis mendicare non permittitur, Immo prohibetur, *tex. est in l. vnic. C. de mendic. Valid. lib. 11. ibi*, exploretur Integritas corporis, & Robur annorum, & ibi, Inertibus, & absq; vlla debilitate, &c. *gl. in Rub. C. de mendic. valid. lib. 11.* vbi quod non debent Robusti mendicare, ne miseris, ac vere debilibus, panem auferant, *Bart. in ead. leg. vnic. C. de mend. in princ. confert ad id tex. in Auth. de quæstore §. si vero huius terra ibi*, si corporibus validis vtantur, ne frustra terræ onus esse permittantur, sed tradantur operibus, in quibus valeant laborare simul, & ali, & segnem in meliorem mutare vitam, *& tex. ad Ephes. 4.* qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operãdo manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti, intellige sibi prius, deinde proximo.

Et sane huiusmodi mendicantes validi, loco Elemosinæ mererentur accipere Responsionem illam Laconicam, *quam refert Plut. in Apopht. ibi*, mendicans à Lacone petijt, At ille si sibi dedero (inquit) magis mendicabis.

Nec est alienum, quod dixit, *Tacit. lib. 2. an. c. 5. ibi*, Dedit tibi Augustus pecuniam, sed non ea lege, vt semper daret, Languescit alioquin Industria, & si securi omnes aliena subsidia expectent, sibi ignaui, nobis graues.

Qui autem dicantur ad effectum prædictum mendicantes validi, *explicat Dec. 4 Catalon. quam refert Riccius in Collectan. Dec. 1906. in princ.*

31 Ratio autem Limitationis, scilicet cur validi non valeant mendicare, esse potest, quoniam qui laborare possunt, non videntur, præ ertim ad effectum prædictum, omnino pauperes, *ad gl. in l. si quis Argentum C. de Donat. Additio ad Bart. in l. Spadonum 17. §. est autem ff. de excus. tut. n. p.* vbi quod habens artem, ex qua possit viuere, non dicitur pauper, *& vide quæ dixi latius p. p. q. 3.*

Adde Plut. de ære alien. vitan. ibi, Dices, At quomodo Alar Hoccine te rogare æquim est, qui habeas Manus, Pedes, Vocem, qui Homo sis? vbi ex ordine litteræ nota, quod pauper prius ad manus, quam ad vocem confugiendo, tenetur laborare, potius, quam mendicare, remedium enim mendicandi cum sit subsidiarium, competere debet illis solis, qui non possunt alio modo, quam mendicando viuere, Vnde prædicta dici potest, non tam Limitatio, quam Declaratio, ex qua colligatur, quod hoc priuilegium competit solis pauperibus, qui tamen sint vere, & proprie, & stricte paupe-

32 res, competit autem etiam si non sint in extrema, vel graui necessitate, nam si sunt vere pauperes, habent Ius postulandi ad aliam, quamqunq; necessitatem subleuandam, *vt docet Sotus in Apologia, quam ad Regem Hispaniarum scripsit in causa pauperem c. 4. sub medium.*

33 Ampliatur autem Limitatio, seu Declaratio prædicta, vt mendicantes sine aliqua necessitate, puniantur pœna, *de qua in l. vnic. C. de mendic. valid. lib. 11.* scilicet, vt qui eum sic deprehenderit, si seruus sit, acquirat eius Dominium, si liber, Ius colonatus, sed quia pœna prædicta non videtur in vsu, puniri poterit extraordinaria Iudicis Arbitrio, *Bart. in d. l. vnic. C. de mendic. Io. de Plat. & Ang. ibid. quos sequitur Rip. de Remed. præseruat. cont. Pestem n. 173.* vbi vide, etiam fraudes mendicantium *Cherubin. in Compend. Bullar. ad Const. 57. Syxti V. Schol. 3.*

34 Declaratur, vt pauperes verecundi, qui publice non quærunt, sed clam forte ab Amicis, non incidant in pœnam, *d. l. vnic. C. de mendic. valid. Ita Bart. in d. l. vnic. C. de mend. n. p. ex tex. ibi*, (quos in publicum quæstum incerta mendicitas, &c. *confert tex. in l. in eadem 10. ff. quib. ex caus. maior. ibi*; In vinculis detentos, & eos accipimus, qui sine dedecore in publico parere non possunt.

35 *Idem tamen Bart in d. l. vnic. n. 6.* subdit, quod pauper Robustus corpore, sine Distinctione Natalium, & sic licet alias nobilis, publice mendicare non potest, sed potius laborare tenetur, quia maior erubescentia, & vt ipse loquitur ma or verecundia est, publice mend care, quam laborare, vnde & ego addo, quod licet, qui dixit, *Luc. 16.* fodere non valeo, mendicare erubesco, ferendus esset, ferendus tamen non videtur, qui fodere erubescit, mendicare non erubescit, quamuis quo ad Alimenta consequenda à Patre Diuite, nlius laborare non teneatur, *vt ibid per eumdem Bart.* si secundum conditionem Natalium esset sibi verecũdum operari, quia nõ possumus, quod honeste non possumus, *l. Nepos proculo 125. ff. de verb. sign. l. si filius 28. ff. de Cond. Instit. & dixi latius in V. Pater, & filius.*

36 Declaratur, etiam Limitatio prædicta, vt non procedat in Religiosis, quoniam Religiosi, quamuis alias corpore validi, mendicare, tamen possunt *c. exijt, qui seminat de verb. sign. in sex. qui est tex. Nicolai III. late Sanchez. in præcepta Decalogi p. 2. lib. 7. c. 24. n 6.* vbi confutat contrarium errorem, tanquam Hæreticalem.

37 Declaratur adhuc eadem Limitatio, vt qui vere est pauper, quamuis alias validus, mendicando, etiam ex causa otiositatis, vel cupiditatis, attamẽ moraliter non peccet, donec manet intra latitudinem paupertatis, *ad tradita per Caietan. in 22. q. 187. art. 5. ad 5. Alphons. de Castr. lib. p. de Leg. pæn. c. 9. Nauar. in Comment. de Leg. pæn. n. 25.* vbi adducit rationem, quoniam lex illa Codicis, scilicet *in d. l. vnic. C. de mend. valid.* non imponit culpam, sed pœnam, & lex pœnalis, regulariter non obligat ad mortale, *Nauarrum sequitur Aloisius Boriola in Aphorism. V. pauper, Aloisium sequitur Diana p. 5. tr. 8. de elem. Res. 21. vers. nota, etiam*

Ante

Aute cot, Sanchez. in precepta Decalogi p. 2. lib. 7. c. 24. n. 16. vbi limitat quando finis sic mendicantis non esset sola vita otiosa, sed Congregatio Diuitiarum; quia tunc mortaliter peccaret.

38 Ex prædicta Limitatione, sic declarata, infertur, quod si Testator iussit Bona sua inter pauperes distribui, distribuenda erunt inter pauperes debiles, non inter Robustos, de quibus non est verisimile, Testatorem sensisse, *ad tex. in l. vnic. C. de mend. valid. lib. 11. ibi,* siue Debilitate miserandis, *gl. in d. Rub. C. de mend.* vbi quod non debent Robusti, miseris, & vere debilibus panem auferre *Ang. in Add. ad Bart. in d. l. vnic. sub initium litt. A. confert tex. in d. l. si quis ad declinandam 37. C. de ep. & Cler. ibi,* pauperibus, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione egentibus, pecuniæ distribuantur, *& tex. clarior in can. p. 82. Dist. ibi,* Episcopus, pauperibus, qui Debilitate manibus laborare non possunt, victum, & vestimentum in quantum sibi possibile est, largiantur.

39 Limita 2. vt mendici quærere debeant Elemosinas, extra Ecclesiam, *vt probatur Matt. c. 20. ibi,* ecce duo cæci sedentes secus viam, & *Marci 10.* Cæcus sedebat secus viam mendicans, *& Luce 18. & act. Ap. 3.* quidam vir Claudus ex vtero Matris baiulabatur, quem ponebant ad portam templi, quæ dicitur speciosa, vt peteret Elemosinam ab introeuntibus in templum, *tradit Cherubin. in Cōpend. Bullarij to. 2. ad Const. 57. Syxti V. Schol. 2.*

Et quod dum Diuina celebrantur Officia, & tempore Prædicationum, & Missarum, pauperes quærere non possint Elemosinas in Ecclesijs, *constituit Pius V. an. 1566. cuius compend. refert ibi, Cherubin. & in Synodo Ferrariensi sub Eminentiss. Magalotto p. 3. sub tit. de Sac. Eccles. pag. 99.* disponitur sub his verbis, mendicantes in Ecclesijs, etiam Regularium ad Portam Ecclesiæ consistāt.

40 Limita 3. quia Elemosinas per mendacia quæstuantes, non obstantibus eorum priuilegijs, subiciuntur locorum ordinarijs, *Clem. 2. de pænit. et Remiss. Abb. ibid. n. 2.*

41 Limita 4. quia pauper ex elemosinis, quas etiam mendicando quærit, debet inquantum potest, elemosinas facere, *ad tex. in c. An in singulis 46. Dist. ibi,* Diues, & pauper, *& docet ibi glos. in V. pauper, & confert ad id tex. Aug. in can. habebat 12. q. p. ibi,* Habebat Dominus Loculos a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat, confert *etiam tex.*
42 *Apost. ad Ephes 4. ibi,* qui furabatur, iam non furetur, magis autem operetur manibus suis, vt habeat, vnde tribuat, necessitatem patienti, An autē teneatur quis mendicare, vt subueniat proximi necessitatibus, quibus alio modo subuenire non possit, esset pulcra quæstio ad quam conferunt, *quæ dixi in V. Elemosina.*

43 Limita 5. quia quæstores Elemosinarum, qui & quæstuarij, vulgo dicuntur, ne prædicare præsumant per se, vel per alium, *statuitur in Tridentino Concilio sess. 6. c. 2. in fine de Reform.* & eorum nomen penitus aboletur, *ab eod. conc. sess. 21. c. 9. de Reform.*

44 Adde si placet aliud mendicandi genus, quod exercetur ab illis, qui quæritant eligentium vota, quod est proprie mendicare suffragia, quod genus an vtile foret aboleri, videretur si non legalis, saltem politica, & accademica quæstio, *Tacitus lib. 13. an. c. 7.* sic ait. Augustus permisit Senatui deligere præfectos, Dein Ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur, nec diu mansit, quia sors deerrabat ad minus idoneos.

45 Adde etiam, quod non decet, eos, qui Diuino Ministerio sunt ascripti, cum ordinis dedecore mendicare, *vt disponit Trident. Conc. sess. 21. c. 2. de reform.* vbi propterea statuit ne quis sine beneficio, vel Pensione, vel Patrimonio sufficienti, ad maiores Ordines promoueatur, intellige tamen quod huiusmodi sic ordinati, mendicare non debeant ab hominibus, sed à Deo plus quam alij mendicare tenentur, *iuxta sensum D. Aug. serm. 15. in Euang. Matt. de verb. Domini ibi,* omnes quando oramus, Mendici Dei Sumus, Vnde cum Clerici dicantur Milites Cælestis Militiæ, dicitur etiam quod eorum Arma sunt Orationes, & Lacrimæ, *vt post alios tradit Euerard. in Topica in loco à Milite armata ad Militem Cęlestis Militia.*

46 Vltimo si quis dicat mendicare, pœnam esse potius, quam priuilegium, Respondeo, quod si hoc esset, non reperirentur, qui voluntarie id affectant, & qui etiam experti dixerint id esse suauissimum vitæ genus, quod qui semel assumpsit, raro dimittit, adeo, vt ad compescendos Robustiores, opus fuerit dispositione, *Legis vnicę C. de mendic. valid. lib. 11.* & temporaliter loquendo vulgo fertur non reperiri artem aliquam, Arte mendicandi dulciorem, nec vlla videtur esse minus laboriosa, & magis fructuosa, & quæ gaudeat priuilegio Laborandi etiam diebus Festiuis, immo in hac Arte laborantes, magis lucrantur diebus Festis, quam feriatis.

Non est tamen omittendum, quop spiritualiter loquendo, pauperes spiritu, mendicantes, & quærentes panem quotidianum, inueniunt, & accipiunt Panem, etiam Cęlestem, & gratiam, & gloriā consequuntur longe facilius, quam Diuites, *vt comprobauimus in V. Salus.*

Prætèrea dici, etiam potest, quod licet cogi mendicare, dici possit temporaliter pœna, vnde ne cogantur Clerici mendicare, gaudent Beneficio, seu priuilegio, *c. Odoardus de solut.* de quo suo loco disseruimus, attamen, posse mendicare, tanquam quid facultatiuum, dici potest esse priuilegium.

Quod si dixeris, quod etiam ex supradictis, mēdicare non permittitur, nisi qui cogitur ex vi necessitatis hoc est qui alio modo quam mendican-
47 do, viuere nequit, Respondebo, quod id non impedit Libertatem, quæ *in §. p. inst. tit. de iur. person.*

definitur esse facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod iure, aut vi prohibeatur.

Sed dici etiam potest, quod vis illa non est præcisa, sed conditionalis, quę non reddit actum omnino inuoluntarium, *vt dixi in V. furtum*, præterea lex pauperibus regulariter non imponit mendicandi necessitatem, sed tribuit facultatem, vnde negari non potest, quin in hoc, etiam dicatur eis tribuere priuilegium.

48 Postremo licet pauperes accedant ad Domos Diuitum, & non Diuites ad Domos pauperum, quas sæpe nec habent, non debet quis argumentum inde colligere, quod ideo deterioris conditionis sint pauperes, quam Diuites, vel quod ideo exoptabilius sit Diuitem esse, quam pauperem, nam si data instantia, corruit argumentum, *§. Pænonam insti. tit. de Rer. Diuis. cum similibus*, Respondeo, quod etiam Medici accedunt ad Domos Infirmorum, non autem Infirmi ad Domos Medicorum, nec tamen ideo exoptabilius est Infirmum esse, quam Medicum, hanc autem responsionem deduco ex eo ipso, quod Phylosophus, Respondit obiurganti, quod Phylosophi accederent ad Domos Diuitum, non autem Diuites ad Domos Phylosophorum, & ideo meliores esse Diuitias, quam Phylosophiam.

Adde quod Diuites timentes Deum, & Amantes æternitatis opes, accedunt, etiam ad Domos pauperum, & potissimum infirmorum, & Carceratorum, vt audiant vocem illam exultationis, Matt. 25. venite Benedicti, possidete Regnum in Carcere eram, & visitastis me, &c. vbi etiam dicitur, quod qui id non fecerint, contrariam vocem audient, Ite Maledicti, &c. in carcere eram, & non visitastis me, &c. & hic ad memoriam recolo versiculos, quos aliquando ad meam spiritualem instructionem confeci.

Necessarium est abire
Impossibile Redire
Nihil formidabilius est quam Ite
Nihil Delectabilius, quam Venite.

PRIVIL. CCL.

Melioramenta.

SVMMARIVM.

1 *Dominus fundi tenetur reficere possessori Bonæ fidei melioramenta necessaria, & vtilia, nisi Dominus sit pauper, tunc enim possessori permittitur Abrasio.*

2 *Potest Dominus impedire abrasionem, offerendo, quod inde percepturus est possessor, alias abrasio permittitur n. 3.*

4 *Regula, quod nemo cum alterius iactura locupletetur comprehendit Ecclesiam, Pupillos, & pauperes.*

5 *Pauper non tenetur reficere meliorationes excessiuas, cum quo ad ipsum, non dicantur vtiles, præsertim quando data opera factę sunt ad retinenda Bona pauperis n. 6.*

7 *Res meliorata relaxatur melioranti, vt ex fructibus satisfiat, & quando.*

1 QVamuis Dominus fundi teneatur restituere Bonæ fidei possessori melioramenta necessaria, & vtilia; si tamen Dominus sit, ita pauper, vt restituendo fieret Inops, non tenetur, sed possessori permittitur, vt tollat, quod potest absque magno detrimento fundi, *l. in fundo 39. ff. de Rei vendic. vers. finge pauperem vbi Bart. n. 8. c. p. §. si Vassallus vbi Feudista in. hic finitur Lex. Corradi leg. sed etiã si quid in princ. iuncta gl. ff. de vsufructu conferre potest aliquantisper tex. in l. cum & forte 45. ibi mediocrium facultatum sit ff. de Action. empt. Bald. in d. l. in fundo ff de Rei vendic. in 3. not. et post Bart. Bald. Crauettam Tiraq. Loriott. Menoch. de Recuper. poss. Rem. 15. n. 523. Surd. de Alim. tit. p. q. 42. n. 110. Ludouic. Decis. Perus. 58. quæ est vlt. p. p. n. p. & post Cora. Rolan. Valasc. Borgnin. & alios Costa de Rem. Subsid. Rem. 99. n. 3.*

2 Ampliatur, vt si Colonus vellet asportare melioramenta, possit Dominus impedire, offerendo pretium, quod Colonus asportando consequi posset, *Ita Bald. in d. l. in fundo ff. de Rei vendic. in 3. not. & probat ibi tex. in V Consumens vero. Ias. in l. 2. n. 33 C. de Iur. Emphyt. Marsil. sing. 410. Incipit quidam nobilis*, vbi loquitur non obstante pacto contrario inito inter partes, vt scilicet Colono liceat asportare melioramenta in fine Locationis.

3 Declaratur 3. vt si non offeratur pretium, permittatur Abrasio, seu Asportatio, ne pauper, cum alterius iactura locupletetur, *vt probat post alios Menoch de Recuper. Rem. 15. n. 524. & Ludouic. Decis. Perus. 58. quæ est vlt. p. p. n. 13. Magon. d. Dec. lucens. 33. n. 47. & 49.*

4 Ad quod confert, quod naturalis illa regula, ne quis cum alterius iactura locupletetur, comprehendit etiam Ecclesias, & Pupillos, *vt dixi D. Fer. 69. n. 13.* & quod non debet pauper cum alterius iactura ditari, generaliter, *dixit Ludouis. D. Perus. 62. n. 40.*

5 Sed quod pauper Dominus non teneatur reficere meliorationes excessiuas, cum quo ad ipsum non dicantur vtiles, *tex. est in l. vtilium 8 ff. de impens. in Reb. Dot. fact. ibi*, si aliunde soluere non potest *l. si seruos 25. ibi pecunia coactum ff. de pign. action. Tiraq. de Retract. Conuent. §. 7. gl. p. nu 5. Gayl. obseru 12. n. 6. lib. 2. Costa de Rem. subsid. Rem. 99. n. 2.*

6 Intellige hanc Conclusionem maxime, vel saltem quando huiusmodi impensæ fuerunt factę data opera, & in fraudem ad retinenda Bona Domini pauperis, ac impotentis ad reficiendum, *Bald. cons. 116. n. 4. vol. p. Gayl. de obseru. 12. n. 6 lib. 2. Magon. Decis. Lucens. 33. n. 27. & seq. Alberti*

in l. intra vtile §. p. ff. de minor. Tiraq. de Retract. Conuent. §. 2. gl. p. n. 8. Surd. de Alim. tit. p. q. 42. n. 108. Costa de Rem. subsid. Rem. 99. n. 2.

7 Sed quod res meliorata relaxanda sit melioranti, donec ex fructibus de meliorationibus satisfiat, *sensit Valasc. de Iure Emphyt. q. 25. n. 10. & Costa de Rem. subsid. Rem. 99. n. 2.* qui tamen intelligit quando sine dolo, & fraude vlla meliorationes factæ sunt. Et tu intellige quando Dominus non est omnino pauper, vt supra, quia si talis est, non videtur cogendus reficere, etiam per huiusmodi subtractionem fructuum.

PRIVIL. CCLI.

Merces p.

SVMMARIVM.

1 Merces de iure debetur in fine operis, pauperi tamen saltem pars debetur in princ. n. 2. & 3.

1 Quamuis merces regulariter non debeatur, nisi opera completa, *l. Diem functo 21. ff. locati gl. Bart. & alij in l. fide C. de locato Bald. Imol. & DD. in l. Diuortio in princ. ff. sol. Matrim. vbi Ias. n. 38. confert. tex. in l. nec Patronis 6. C. de oper. libert. Beniacas. de paupert. q. 8. spec. 8. nu. p. & 6. & seq.* vbi in specie de Medico, Aduocato, Procuratore, pensione Domus, cessante, tamen contraria consuetudine, *vt ibi n. 11.*

2 Pauperi tamen, qui non habet aliunde vnde viuat, soluenda est merces saltem pro parte in principio operis, siue operæ, *ad tex. in l. opus quod auersione 39. ff. Locati Bart. in l. p. §. Dnus n. 16. ff. de var. & extraord. cogn. Cyn. Bald. & DD. in l. 3. C. de Locato Bolognett. in l. Diem functo n. 21. ff. de offic. Assess. Beniacas. de paupert. q. 8. spec. 8. in contr. n. 16. & 17. & seq.* vbi etiam rationibus comprobat.

3 Confert *tex. Deut. 24. ibi,* eadem die reddes pauperi pretium laboris sui, quia pauper est, & ex eo sustentat Animam suam, & prius ibid. si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, & vide, quæ dixi in V. Salarium.

PRIVIL. CCLII.

Merces II.

SVMMARIVM.

1 Nemo tenetur proprijs stipendijs militare, nec gratis inseruire, etiam fratri, etiam Altari.

2 Pauperi tenetur quilibet operas gratis præstare, Recipit tamen mercedem de qua n. 3.

1 Quamuis regulariter, nemo teneatur proprijs stipendijs militare, *c. cum secundũ 16. de præb.* quod ampliatur, *gen. 9. ibi, nũquid* quia Frater meus es, gratis seruies mihi? & magis ampliatur, *in d. c. cũ secundum* vbi, & qui Altari seruit, de Altari viuere debet, & pro Ampliatione, *vide etiam quæ dixi D. 37. n. p.*

2 Attamen pauperi tenetur quisque suas operas gratis, & sine vlla mercede præstare, Immo etiam pauper pauperiori tenetur ad idem, *vt probat Caroccius de Locato p. p. q. 5. n. p. & 2. & nos comprobauimus in V. Aduocatus,* Procurator, Notarius, Iudex, Medicus, qui omnes pauperibus, gratis, & sine vlla mercede tenentur operari, ac inseruire.

3 Ego autem dico, quod hi non sine mercede laborabunt, nam licet præsentaneam à pauperibus non recipiant, à Deo tamen vtiq; mercedem recipient, quam Elemosinantibus pollicetur, qui non mentitur, & de qua *vide quæ dixi in hac ipsa p. 2. V. Elemosina 2. & p. 3. c. p. Rem. p.*

PRIVIL. CCLIII.

Merces III.

SVMMARIVM.

1 Sententia pro mercede est inappellabilis quando pauperi debetur, vt ibi.

2 In causa salarij debiti pauperi famulo proceditur, etiã diebus feriatis in honorem Dei.

3 Merces pauperis, succedit loco Alimentorum.

4 Paupertas præsumitur, præsertim in famulis, & operarijs ad reddẽdam causam mercedis inappellabilem.

5 In mercede conuenta, vel præsumpta, & non excessiua, signatura rescribit cum Clausula sine præiudicio exequtionis, Alias vero cum Clausula, si quid exequendum.

6 In causis mercedum, & miserabilium personarum, Ecclesiastici, etiã exempti conueniuntur corã Episcopo.

1 Sententia lata in fauorem petentis mercedem, est inappellabilis, quando tamen is est pauper non habens vnde se alat, *Rot. in Maceraten. Attentatorum D. 764. n. 3. p. p. Diuers. Ruginell. de Attentat. §. 2. c. 3. n. 280. Scacciа de App. q. 17. limit. 8. n. 8.* vbi etiam, quod in causa salarij debiti pauperi famulo, procedi potest, etiam tempore feriato in honorem Dei, *Confert tex. Deu. 24. ibi,* eadem die ante solis occasum reddes pauperi pretiũ laboris sui, quia pauper est, *& vide quæ dixi Dec. Fer. 37. n. p.*

3 Ratio Conclusionis esse potest quia stante paupertate merces succedit loco Alimentorum futurorum, *Scaccia de Appẽll q. 17. limit. 8. n. 8.*

4 Ampliatur, vt ad hunc effectum paupertas præsumatur, tanquam qualitas naturalis, *ad tradita per Beniacas. de paupert. q. 6. n. p. & per Mascard. de prob. Conclus. 1154. n. p. & seq. lib. 3. & in his terminis per Scacciam de App. q. 17. limit. 8. nu. 9*

 vbi

5 Vbi quod maxime præsumitur paupertas in famulis, & operarijs, & testatur, quod signatura solet rescribere cum Clausula, sine præiudicio executionis quando merces est conuenta, vel agitur inter solitos locare, & conducere si non appareat excessus, Alias vero cum Clausula, si quid exequendum.

6 Adde hic, quod in causis mercedum, & miserabilium personarum, Ecclesiastici licet alias exempti, coram Episcopo conueniri possunt ex dispositione *Conc. Trid. Sess. 7. c. 14. dixi in V. forus.*

PRIVIL. CCLIV.

Miles p.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Militię competunt pię causę.*
2 *Religione magis, quam labore Resp. sustinetur.*
3 *Priuilegia pię causę competunt paupertati.*
4 *Durus est hostis paupertas: & fortis est Miles, qui aduersus eam pugnat, & fortior qui eam expugnat.*
Labor omnia vincit.
Paupertatem licet duram, vel labor vincit, vel patientia mollit.
Superatur omnis fortuna ferendo.
5 *Paupertas durior, quam Militia, vnde & pauperes ad illam confugiunt.*
6 *Quæsitum à Palatinis, sit quasi Castrense peculium, quia ij non sunt alieni à labore Castrorum.*
7 *Militia, etiam diebus feriatis exercetur.*
Pauper potest diebus festis operari.
8 *Segnitię Crimen capitale est in Milite.*
9 *Priuilegia Militum, quę sint.*

1 Priuilegia Militiæ competunt piæ causæ, *l. Titius 26. in princ. ff. de milit. test. c. Relatum 11. de testam. l. in testamento 7. ff. ad leg. Falc. gl. in l. si vt proponitis C. de Rei vendic. & in c. pastoralis 12. q. 2. Euerard. in Topica loco 57. à milite ad Eccles. & piam causam,* vbi adducit decem illationes, *& sub finem in vers. Aduerte tamen,* limitat quando est diuersa ratio, & quando contrarium reperitur in Iure Decisum, *Tiraq. de pia caus. priu. 109. in princ. Grattan. Discept. forens. lib. 5. c. 893. n. 67.*

2 *Confert tex. in c. in qualibet 23. q. 8. ibi,* scimus magis Religionibus, quam Officijs, Labore, Sudore, nostram Remp. contineri.

3 Et cum omnia priuilegia piæ causæ competant paupertati, immo, & abundanter competant, *vt dixi in V. pia causa.* sequitur, paupertatem gaudere priuilegijs Militiæ, & pauperes priuilegijs

4 Militum. Et sane Durus est Hostis paupertas, & fortis est Miles, qui aduersus eam pugnat. & fortior, qui eam expugnat, *& si Virg. 1. Georg.* cecinit, Labor omnia vincit Improbus, & Duris vrgens in rebus egestas, & ego dicam, quod egestatem, duram licet, vel vincit labor, vel patientia mollit, & superat, *vt idem ipse Virg. cecinit 5. Æneidos ibi,* quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est, sed vide, *quæ dixi latius p. 3. c. 8. in Remedijs paupertatis.*

5 Accedit, quod paupertas durior est, quam Militia, vnde, vt paupertatem effugiant pauperes ad militiam plerumque confugiunt, *sic Iudic. 11.* dicitur, viri Inopes, & latrocinantes quasi principem eum sequebantur.

6 Additur quod si Aulici Palatini gaudent priuilegio Militum, quo ad hoc, vt ab eis quæsitum, castrense peculium reputetur, quia non sunt alieni a labore Castrorum, *vt loquitur tex. in l. vnic. C. de Castr. Palatin. pecul.* fortius congruent eadē priuilegia pauperibus, quorum labores superlatiuos esse, nemo non nouit.

7 Confert simile, quod sicut Miles potest pro Militia etiam diebus feriatis operari, *l. Diuus 9. ff. de Ferijs ibi,* ad Disciplinam Militarem pertinentia, etiam feriatis diebus peragenda sunt, sic etiam pauper potest diebus feriatis operari, *vt dixi in V. Festa.*

8 Ad idē est, quod sicut segnitiæ Crimen capitale est in Milite, *l. omne delictum 6. ff. de Re milit.* vnde Ouid. lib. 2. de Arte, Militiæ species Amor est, Discedite segnes, sic & in paupere grauior videtur esse ignauiæ culpa, ac negligentię, quem ad diligentiam, & laborem excitare debet stimulus paupertatis, *vt dixi latius p. 3. c. 8. in Remed. paupert.*

9 Vltimo ad materiam, Epilogum priuilegiorum quibus de iure communi gaudent Milites armatæ Militiæ Alphabetico ordine digestum, vide si placet, *apud Crispoldum post casus militares ab eodem congestos pag. mihi 27.*

PRIVIL. CCLV.

Miles II.

SVMMARIVM.

1 *Militibus, quibus non soluuntur stipendia in Bello Iusto, licet victū deprędari, sępe, vt n. 3.*
2 *Ob famis necessitatem, quę maior est omnibus, licet furari.*
3 *Militare non est Delictum, sed ob prędam militare, peccatum.*
4 *Milites debent suis stipendijs esse contenti.*
5 *Non semper criminosum, sed semper periculosum est Militare.*
6 *Lucani versus contra Milites, & Responsio.*
7 *Multi Milites in Vastitationibus ... in malitiam vertunt, & multa sępe fiunt more Belli, Immo more Bellico, vnde versus ...*

1 SI Bellum est Iustum, & Militibus stipendia non soluuntur, licet ipsis deprederi pro quærendo necessario victu, *Ang. in l. 2. ff. ad leg. Rhod. de Iactu. Felin. in c. quærelam de Iureiur. Ferrett. in tract. de Milit. instit. n. 158. Surd. de Alim. tit. p.*
2 *q. 76. n. 11.* vbi rationem adducit, quoniam ob famis necessitatem, quæ dicitur maior omnibus necessitatibus, licet furari, *de quo vide quæ copiosius dixi in V. furtum, & in V. necessitas.*
3 Cauere tamen debent Milites, ne sub prætextu stipendiorum, & victus absq; necessitate quærendi, prædatores efficiantur, *can. Militare 23. q. p. vbi Aug. ait,* Militare non esse Dilectum, sed propter prædam Militare, peccatum esse, At tunc non Militantes, sed mutato nomine Latrocinan-
4 tes essent, de quibus loquitur, *tex. Iudic. 9.* vnde, & interrogantibus Militibus, quid faciemus, & nos? Ioannes Baptista Respondit Contenti estote stipendijs vestris, *vt refert D. Luc. in Euang. c. 3. & D. Aug. in d. can. Militare 23. q. p.*
5 Ea nota, quod licet non semper criminosum sit, *vt probatur can. p. cum seq. 23. q. p.* semper tamen periculosum est, militare
6 Vnde, *Lucan. lib. 10. de Bello Ciuili.* nulla fides pietasq; viris, qui Castra sequuntur, & quamuis Lucanus Poetice nimis, ac licentiosis cecinerit, vnde, & Miles fortasse Respondendo canere posset, nulla fides pietasq; viris, qui falsa, vel ficta se-
7 quuntur, seu nulla fides falsis, nulla est adhibenda Poetis, nulla fides vano, nulla est adhibenda Lucano, vere tamen multi non solum licenter Militiam in lasciuiam vertunt, *vt loquitur Tacit. in vit. Agricola c. 2.* sed deteriori Metamorphosi Militiam in malitiam conuertunt, seu peruertunt; & multa sæpe peragantur in Bello, non tam more Belli, quam more Belluæ, & ego si liceret hic canerem, sæpe malus Miles, semper mala Bellua, Bellum.

PRIVIL. CCLVI.

Miles III.

SVMMARIVM.

1 *MIles pauper non tenetur pro debito, nisi in quantum facere potest, nec potest huic priuilegio renunciare n. 2. idemq; priuilegium competit Militi Iustitiæ, idest Doctori, & Aduocato n. 3. & Militi Cælestis Militiæ, idest Clerico n. 4. sed hoc priuilegium non prodest fideiussori, nec transit ad Hæredem n. 5.*

1 MIles armatæ Militiæ pauper, pro debito Ciuili non tenetur, nisi in quantum facere potest, idq; ne Militiam deserat, *ad tex. in l. Miles 6. ff. de Re iudic. Gennens. in praxi Archiep. Neapol. c. 3. n. p.*
2 Ampliatur p. vt huic priuilegio non possit Miles renunciare, *Ias. in d. l. Miles in princ. ff. de Re iudic. Dec. qui de com. testatur in c. Episcopus de præben. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 17.*
3 Ampliatur 2. vt hoc idem priuilegium competat Doctori, & præsertim Aduocato, qui dicitur Miles litteratæ Militiæ, & Miles Iustitiæ, *l. Aduocati 14. C. de Aduoc. Diuers. Iudic. vbi est ad hoc tex. alegans gl. in d. l. miles de Re iudic. & ibi etiam Bart. Alex. & alij, & Ias. ibid. nu. 9. communem dicens Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 22.*
4 Ampliatur 3. vt idem competat priuilegium Clerico, qui dicitur Miles Cælestis Militiæ, *dixi in V. Clericus.*
5 Limitatur, vt hoc priuilegium, tanquam personale non profit fideiussori, nec transeat ad hæredem, *ad tex. in l. & si fideiussor 24. cum seq. ff. de Re iudic.*

PRIVIL. CCLVII.

Minor I.

SVMMARIVM.

1 *MInor non habet legitimam personam ad Iudicia fallit in minore paupere in causa Alimentorum n. 2.*
3 *Venter non patitur dilationem.*

1 LIcet minor non habeat legitimam personam ad Iudicia sine Curatore, *glos. Bart. & alij in l. per. C. si aduers. Rem. Iudic. vant. de nullit. tit. de Inhabilitate ex defectu mand. n. 36. & seq. di-*
2 *xi D. 4. n. p.* attamen si minor est pauper, potest pro necessitate Alimentorum sine Curatore in Iudicio comparere, *spec. in tit. de Actore in princ. n. 3. Iuuen. post alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. 8. n. 2. & 3.* adducitur ratio, quoniam venter dilatio-
3 nem non patitur, *l. 2 ff. de ferijs l. p. C. de Alim. pup. præst. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 8. n. p. sub fine.*

PRIVIL. CCLVIII.

Minor II.

SVMMARIVM.

1 *MInor non potest alienare stabilia sine decreto, etiam si alienatio sit vtilis; fallit pro redimendis pauperibus captiuis n. 2. & 3. item pro necessitate famis n. 5.*
4 *Minor sine Decreto donare non potest, etiam Ecclesiæ, saltem quando magis ex liberalitate, quam ex charitate id agit.*
5 *Fames est Iusta causa alienandi stabilia minoris, non tamen sine Decreto, nisi quando necessitas non patitur dilationem.*

Quam-

1 QVamuis minor alienare non possit Immobilia sine Iudicis Decreto, etiam si Alienatio esset vtilis minori, *l. si fundus pen. ff. de Reb. eorum l. magis puto 5. §. si gs alienñ ff. eod. Surd. de Alim.*
2 *tit. 8. prin. 45. n. p.* potest tamen minor absq; solemnitate prædicta alienare ad Eleemosinam pro redimendis pauperibus captiuis, *ad tex. in Auth. si captiui vbi DD. C. de Ep. & Cler. Bald. Nouell. de Dote p. 6. prin. 63. cum alijs congestis à Simancha de Decretis tit. p. Inspect. 11. n. 75. Cherubin in Compend. Bullar. ad const. 27. Sixti V. Schol. 2.*

3 Et quod maior, decem & octo annis, possit contrahere pro Redemptione captiuorum, *tex. est in Auth. si captiui C. de Ep. & Cler.*

4 At minor sine Decreto, donare non potest Ecclesiæ, saltem quando id agit ex liberalitate magis, quam ex Charitate, *Simancha de Decretis lib. p. tit. 2. sub finem.*

5 Potest tamen pro necessitate famis, minor alienare stabilia, *gl. in l. ob æs C. de præd. minor Bart. in Auth. Res quæ C. com. de Legat. sub finem, & ibid. Padilla n. 81. & post Duennam, & Ias. tradit Surd. de Alim. tit. 8. prin. 45. n. 2. & 3.* vbi declarat prædictam esse quidem Iustam Alienationis causam, non tamen sine Decreto, nisi quando necessitas esset talis, quæ dilationem non pateretur, *vt ibi per eum, & vide quæ dixi in V. Alienatio.*

PRIVIL. CCLIX.

Minor III.

SVMMARIVM.

1 PAupertas æquiparatur minoritati.
2 Pauperes dicuntur minores, ac minimi.
3 Pauperes gaudent omnibus priuilegijs minorum, non econtra.
4 Pauper gaudet priuilegio fori, non minor.
5 Pauper est magis priuilegiatus, quam pupillus.
6 Piæ causæ, & minores æquiparantur, & Administratores piorum locorum æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus.
7 Ecclesiæ, & minores æquiparantur.
8 Pauperes gaudent priuilegijs piæ causæ, & Ecclesiæ.

1 PAupertas æquiparatur minori ætati, *Bald. cōs. 381. n. 3. lib. 3. Gargiar. cons. 57. Odd. de Rest. in integ. p. p. q. 11. art. 9. n. 48. vide Costam de Rem. subsid. Rem. 125. n. 6. & seq.*

2 Et pauperes, & minores non solum æquiparantur, sed videntur esse plus, quam minores, siue minus, quam minores, appellantur enim minimi, *in Euang. Matt. 25. ibi,* quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, *& in l. vnic. C. de Greg. Dominic. lib. 11. ibi,* maximi, minimiq; moneantur.

3 Et quod pauperes sint magis priuilegiati, quam minores, patet quoniam pauperes gaudent omnibus priuilegijs minorum, & tamen minores non gaudent omnibus priuilegijs pauperum.

4 Et pro nunc id patet ex eo, quod pauper gaudet priuilegio fori, vt dixi in V. Forus, quo tamen minor non gaudet ex veriori, & communiori, *ad tradita per Nouar. de elect. fori sect. 2. q. 4. n. 5. & seq. Dixi Dec. Fer. 181. n. 6.*

5 Immo quod pauper sit magis priuilegiatus, quā Pupillus, *patet ex ijs, quæ dixi in V. Alimenta, & sumptus litis in 5. Declaratione.*

6 Generaliter autem pia causa æquiparatur minoribus, *l. Orphanotrophos 30. vbi Bal. & Castr. C. de Ep. & Cler.* vbi etiam administratores piorum locorum æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus, *Clem. quia contingit, §. quia præmissa de Relig. Domib. et ibi, Imol. Roman. sing. 93. incipit habui quæstionem Mattesilan. sing. 44. incipit nota, quod Ecclesiæ, Tiraq. de pia caus. priu. 142.*

7 Et in specie Ecclesia, & minor æquiparantur, *c. p. c. Auditis 3. vbi late gl. De in Integr. Rest.*
8 *Euerard. in loco à minoribus ad Ecclesiam,* quod autem pauper gaudeat priuilegijs piæ causæ, & Ecclesiæ, *dixi satis in V. pia causa, & in V. Ecclesia.*

PRIVIL. CCLX.

Miserabilis.

SVMMARIVM.

1 PAuperes sunt miserabiles, sed non soli.
2 An Pupillus, & Vidua Diuites, gaudeant priuilegijs miserabilium, distingue, vt n. 3. & 4. & 5.
6 Sunt aliqui miseri, miseriores, & miserrimi, qui tamē non sunt miserabiles.
7 Viduæ, & Pupilli pauperes, præferuntur Viduis, & Pupillis non pauperibus.
8 Priuilegium paupertatis præfertur priuilegio Viduitatis, & Pupillaritatis.

1 SVpponendum est, pauperes esse miserabiles personas, & gaudere priuilegijs miserabiliū, vt dicam in subsequenti priuilegio, sed non solos pauperes esse miserabiles. *vt dixi p. p. q. 3.*

2 An vero Pupillus, & Vidua dicantur personæ miserabiles quando nō sunt pauperes, quæstio est.

Et pro negatiua sunt, *Specul. tit. de Instrum. Edit. §. nunc vero aliqua vers. & scias Abb. in c. significantibus in p. not. Felin. Card. & Imol. ibid. de offic. Deleg. Alex. cons. 121. col. fin. lib. p. Ias. in l. Tisiæ textores n. 31. ff. de leg. p. Marant. de ord. Iudic. Dist. 9. n. 79. Benintern. Dec. Bononien. 4. n. 12. Tiraq. de pia caus. in præfat. vers. tamen intellige procedere quando Pupillus est pauper, Franch. Dec. 100. quem refert Riccius Collectan. Dec. 226.* & loquitur quo ad priuilegium fori, *Negusans. Resp. 186. n. 5.* vbi de communi testatur, asserens ab ea Iudicando, vel consulendo non esse recedendum, *Diana Resol. moral.*

moral. p. 4. tr. p. de Immunit. Eccles. Res. 90. vers. notandum est tamen.

Confert pro hac parte, *tex. in c. significantibus 33 de offic. Deleg. ibi*, Iuliana Vidua mentiens se pauperem, *et D. Aug. lib. quæst. super Deut. q 43. ibi*, Hæ verecundæ sunt Viduæ, quæ etiam pauperes sunt, *& forte D. Paul. p. ad tim. 5. ibi*, Viduas honora, quæ vere Viduæ sunt, & ibi, quę autem vere Vidua est, & desolata, speret in Deũ, & instet Deprecationibus, & Orationibus Nocte, & Die, *not. tex. in can. 4. p. q. 2. ibi*, quæ autem non sunt vere Viduæ, idest, quæ suis, vel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur, Confert etiam ratio, quoniam Pupillus, & Vidua Diuites, non videntur personæ miseræ, ergo nec miserabiles, valet enim sic negatiue sumptum Argumentum, licet non valeat affirmatiue, est miser, ergo miserabilis, *vt dicetur in subsequenti priuilegio.*

Pro affirmatiua vero, quod videlicet Pupillus, & Vidua licet Diuites, reputentur miserabiles, & gaudeant priuilegijs miserabilium, *sentire videtur Alex. in l. Titia textores n. 7. ff. de leg. p. Dec. in c. cæterum de iudic. col. 10. vers. Aut si agatur*, vbi quod Vidua licet Regina, gaudet priuilegijs prædictis, *Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 6. nu 35. Natta cons. 590. n. 8. Rolan. cons. 76. n. 44. lib. p. Rim. sen. cons. 581. n. 15. lib. 3. Franc. Dec. 100. n. 19. & seq. Thesaur. Dec. 177. n. 3. declarando tamen vt n. 13. Marta de iurisd. p. 2. c. 21. Mascard. de prob. lib. 2. conclus. 1065. n. 4. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 66. n. 3. Nouar. de elect. for. q. 30. n. 30. per tot.* vbi quod alias miserabiles personæ, licet Diuites gaudeant priuilegio legis vnicæ, inquit esse veriorem, & communiorem Sententiam.

Ad materiam huius quæstionis, *vide Neuizzan. in Sylua nupt.* vbi etiam Distinxionem refert, *lib. 6. n. 35. & seq. Rolan. cons. 76. n. 40. & seq. lib. p. & cons. 20. n. 8. & seq. lib. 2. Mascard. de prob lib. 2. Conclus. 1061. n. 3. & 4. & 6. Marchesan. de Commiss. p. 2. c. 4. §. 2. n. 18. & seq. Menoch. pro vtraq; parte de Arbitr. cas. 66. n. 3. & seq. Gratian. Discept. forens. lib. p. c. 182. n. 2. & lib. 3. c. 506. n. 19.*

3 Inter prædictas, tamen pugnantes opiniones, aliqui conciliando distingunt, dicentes opinionem affirmatiuam procedere. quo ad priuilegium *legis vnicę C. quan. Imper. int. pup. & vid.* quo Vidua, & Pupillus gaudeant, etiam non pauperes, seu Diuites, quia per se stare non possint in Iudicio; negatiuam vero sententiam procedere, quo ad alia priuilegia, vt si Legatum sit Viduæ, Legatum, non dicetur Pium, nec gaudebit priuilegijs pię causæ, nisi Vidua Legataria sit, etiam pauper, *Ita Bald. Nouell. de Dote p. 9. spec. 16. & alij, quos refert, & sequitur Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 6. n. 35.*

4 Secunda Conciliatio esse potest, vt dicamus; quod an Pupillus, vel Vidua reputentur miserabiles personæ, relinquatur Iudicantis Arbitrio ex rationabilibus circumstantijs legitime regulando, *Parpal. in l. p. C. de Sac. Eccles. quem refert, & sequitur Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 6. n. 36. in fine*, vbi quod melius est, ita tenere.

Ad quod confert, quod etiam generaliter, quæ dicatur miserabilis persona, relinquitur Arbitrio Iudicis, *vt post quam plures tradit Nouar. de elect. fori sect. 2. in præfat. n. 3. & dixi p. p. q. 3.*

5 Tertia fortasse concordia posset adduci dicendo, quod Pupillus, & Vidua dicantur miserabiles licet non sint pauperes, secus si sint Diuites, datur enim medium inter Diuitias, & paupertatem, *vt ostendi p. p. q. 3. n. 5. sub finem*

Prima pars huius distinxionis probatur, quia si, requireretur paupertas ad constituendum Pupillum, & Viduam inter miserabiles, priuilegium Viduitatis, & Pupillaritatis ad nihilum fere prodesset, nam ipsa sola paupertas miserabilem reddit, etiam non Pupillum, & non Viduam, vt dicã in priu. subseq. & comprobare videtur, *tex. in l. vnic. C. quan. Imper. ibi*, Pupilli, Viduę alijq; fortunę Iniuria miserabiles.

Secunda vero pars probatur, quoniam Diuitię, vel humanam felicitatem includunt, vel certe miseriam excludunt, ergo, & miserabilitatem, *iuxt.*
6 *ea, quę dixi in subseq. priuil.* & qui non est miser, non potest esse miserabilis, licet possit esse miser, qui, nec sit miserabilis, *vt ibid. dixi*, & prout aliquando contingit in ipsis met Diuitibus, *vnde Ouid. 11 met.*

Attonitus nouitate mali, Diuesq; miserq;

Effugere optat opes, & quę modo vouerat, odit

Et Sen. in opusc. cuius titulus est, quod in sapientem non cadit Iniuria, miseriores sunt, hi enim exiguo, illi multo egent, *& Tacit. lib. 5. ann. c. 4.* plerique quamuis magnas per opes, misernimi, si eis inconsulte vtantur, sed quamuis Diuites prædicti sint miseri, *ex Ouid.* miseriores, *ex Sen.* miserrimi, *ex Tacit.* vt audisti, nunquam tamen miserabiles dici possunt, *vt dixi, etiam in priuil. subseq. & latius p. p. q. 3.*

7 Declara, vt omni in casu Vidua pauper in concursu, & cæteris paribus, præferatur Viduæ Diuiti, & Pupillus pauper, Pupillo Diuiti, seu etiã non pauperi, *Affl ict. Dec. 56. incipit fuit die 9. & ibi, Vrsillus n. p. & seq. Marchesan. de Commiss. p. 2. c. 4. §. 2. n. 55 Scaccia de App. q. 7. n. 129.*

8 Immo quod priuilegium paupertatis præferatur priuilegio Viduitatis, & Pupillaritatis, sentit, & bene probat, *Couar. pract. quæst. c. 7. n. 4. vers. p. & vers. seq. quem aduersus Afflict. & Carautt. cõtrarium sentientes sequi videtur Scaccia de Appell. q. 7. n. 128. vers. subrestringe p. & vers. occasione huius subrestrictionis*, vbi in fine sic ait, Ego tamen censeo, quod Aduocatus pauperum debeat potius pãtrocinium præstare pro paupere egeno, quam pro Pupillo Diuite, Conferre potest, *Ps. 81. ibi*, Iudicate Egeno, & Pupillo.

PRI-

PRIVIL. CCLXI.

Misericordia.

SVMMARIVM.

1 PRimo præmittendum est, quod misericordia est virtus, vt docet *Menoch. de Arbit. Iudic. lib. p. q. 8. n. 39. adducens verba Tullij in oratione pro*

pro Ligurio ibi, nulla ex virtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior misericordia est, *Azzor Inst. moral. p. p. c. 27. q. p.* vbi quod misericordia est virtus, quatenus est vis, ac voluntas subueniendi Inopiæ, ac Indigentiæ alterius, studio, & Gratia honestatis, *vnde, & Ps. 36.* dicitur, Iustus autem miseretur, & tribuet.

2 Contrarium videtur sensisse, *Sen. lib. 2. de Clem. ibi*, misericordia est vitium animi, licet plerique eam vti virtutem laudent, misericordia vicina est miseriæ, habet aliquid trahitque ex ea, non miserebitur Sapiens, sed succurret, & quo ad secundum verbum, consonat, *tex. Prou. 21.* Iustus tribuet, & non cessabit.

3 Conciliando dicas *ex D. Thom. 22. q. 30. art. 3.* quod misericordia est virtus, quatenus est motus regulatus à ratione, non autem quatenus est sensus, Seneca vero loquitur de misericordia secundo modo, quatenus videlicet est ægritudo quædã, seu miseria, seu sensus, seu passio, vnde etiã *Idem D. Thom. 22. q. 21. art. 3.* docet misericordiam Deo competere secundum affectum, non autem secundum passionem.

4 Dicitur etiam misericordia esse ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, *vt ex Tullio 4. Tuscul. quæst. refert Menoch. de Arbitr. lib. p. q. 8. n. 39. à quo non distat Arist. sec. Rhetor. c. 8. in princ. to. 6. pag. 87.* vbi dixit, quod Commiseratio est Dolor quidam ex apparente malo Dolorem inferente in non dignum, *& Azzor. p. p. lib. 3. c. 27. q. p.* vbi dixit, quod misericordia, prout est affectus Animæ, est Dolor, ac tristitia ex aduersis rebus alterius ab impulsu, & instinctu naturæ ducens initium, & addit, quod hoc modo sumpta misericordia non est virtus, sed bonus affectus, licet Stoici, malum affectum esse sensiant, tanquam Animæ perturbationem.

5 Immo misericordiam esse omnium virtutum moralium præstantissimam, *docet D. Thom. 22. q. 81. art. 6. Azzor. p. p. lib. 3. c. 30. q. 4.* vbi explicat quomodo id intelligatur, *prout explicat etiam D. Thom. 22. q. 30. art. 4.* vbi ait misericordiam non esse maximam virtutum, cum maior illa, sit Charitas, sed in se, vt respicit proximum inquit esse maximam, *Confert tex. Eccli. 35.* speciosa misericordia Dei in temporre tribulationis, quasi Nubes Pluuiæ in tempore siccitatis, *& eod. c. 35.* qui facit misericordiam, offert Sacrificium, Immo plus dicitur, *pro. 21.* facere misericordiam, & Iudicium, magis placet Domino, quam victimę, vnde, *& in can. Bene valet 50. Dist.* dicitur Sententiam, quæ misericordiam vetat non solum tenere, sed, & audire, fugite, quia potior est misericordia omnibus Holocautomatibus, & Sacrificijs, sic, & merito misericordia misericordibus promittitur, *vt dixit D. Aug. l. 9. confes. c. 13. ibi.* promisisti misericordiam misericordibus, promittitur autem *Matt. 5. ibi*, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, *& D. Petr. Crisol. serm. 71.* Homo (inquit) tu tibi misericordiæ factus es ipse mensura, quantum quæris misericordiæ, fac tantum, *Adde Sotum in Apologia in caus. pauperum ad Hispan. Regem c. 9. ibi*, misericordiam Deus vniuersis hominibus præcepit, malefactorũ autẽ vindictam, paucis Iustitię Ministris cõmisit.

6 Immo etiam in sensu, de quo supra, misericordia non solum est virtus, & virtus maxima, sed etiã reddit ipsum vitium, & peccatum longe tolerabilius, vnde misericordiæ causa delinquens, mitius punitur, *l. fin. post princ. ff. de Custod. Reorum l. et eleganter 7. §. item labeo ff. de dol. mal. ibi*, soluens misericordia motus compeditum seruum, tenetur in factum, alias furti, *Tiraq. docet in tract. de pan. temper. caus. 24. per tot. confert Sen. p. de Clem.* tam omnibus ignoscere Crudelitas est, quam nulli, modum tenere debemus, sed quia difficile est temperamentum, quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet, *& tex. D. Io. Crisost. in can. Alligant 26. q. 7. ibi*, si erramus modicam pænitentiam imponentes, melius est de misericordia, quam de Crudelitate reddere rationem, *& tex. in can. Odio 86. Dist. desumptus*

7 *ex S. Leonis Pap. Epist. 3. ibi*, odio sunt habenda peccata non homines, & si quæ seuerius castiganda sunt, non sæuientis plectantur animo, sed medentis, *vnde & Aug. in can. duo ista 23. q. 4.* dicitur homo peccator, non frustra, nam quia peccator est, corripe, quia homo, miserere licet magna pars hominum sit, quæ non peccatis irascitur, sed peccantibus, *vt dixit Sen. 2. de ira, et Seu. Boet. cecinit.*

Dilige Iure Bonos, & miseresce malis.

Confert, *& Sen. de vit. Beat. ibi*, ab homine exigitur, vt prosit hominibus si fieri potest multis, sin minus, paucis, sin minus proximis, sin minus sibi, *& p. de Clem.* quoties (inquit) nullam inueni misericordiæ causam, mihi peperci, *vnde & Eccli. 30.* dicitur, miserere Animæ tuæ placens Deo.

Cato tamen apud Plutarch. in Apo. Rom. relatus ait, omnibus, qui peccant, præterquam mihi veniam do, sed quam vere, hoc dixerit, Accademicorum sit Iudicium.

Pro Limitatione tamen prædictorum, & moderatione excessiuæ misericordiæ, si placet accipe, quæ sequuntur.

8 Et primo, *tex. Eccli. 5. ibi*, ne dicas misericordia Domini magna est, peccatorum meorum miserebitur, nota tamen quod hoc non pugnat cum *Ps. 50. ibi*, secundum magnam misericordiam tuã, & cum *Ps. 85. ibi*, quia misericordia tua, magna est super me, nam dictum Eccli. intelligitur contra nimium præsumentes, & Dei nostri gratiam transferentes in Luxuriam, *vt dixit Ap. Iud. in Ep. sua Cat. c. p.*

9 Nota etiam, quod maius est peccatum Desperatio, quam præsumptio, quia magis proprium est Dei parcere, quam punire, *ita docet D. Thom. 22. q. 21. art. 2.* & sic maior fit iniuria Deo credendo,

quod tanquam immisericors non parcat, quam credendo, quod tanquam Iniustus non puniat, Confert, *Ps. 111.* misericors, & miserator, & Iustus, vbi semel Iustus, bis misericors dicitur, *& Ps. 144.* miserationes eius super omnia opera eius.

10 Secundo *ad idem est tex. Exod. 23. ibi,* pauperis quoq; non misereberis in Iudicio, *& Aug. in can. ne amisso 23. q. 4. ibi,* ne sis pauperi in mala causa misericors, quod intellige, vt Declaraui *in V. Dubium, & vide quæ dixi Dec. Fer. 17. n. 46.* vbi probaui non posse Iudicem contra Iustitiam, misericordiam exercere.

11 Tertio *tex. Deut. 25.* si Vxor apprehenderit verenda Iurgantis secum viro suo, non flecteris super eam vlla misericordia.

12 Quarto *tex. lib. 2. Macchab. c. 6. ibi,* qui astabant, iniqua misericordia moti, iubebant afferri carnes.

Quinto *tex. Ambros. p. de offic. relatus in can. est iniusta 23. q. 4.* vbi ait, quod est iniusta misericordia, & quod Sacerdos non debet breui lacrimula, & ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus commoueri, quia cum vni indulget indigno, ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos, facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.

Sexto, *tex. D. Hieron. in can. sed illud 45. Dist. ibi,* quæ est ista misericordia, quæ est ista Iustitię inimica Bonitas, vni parcere, & multos in discrimen adducere, tu adde si placet non solum in discrimen, sed in crimen.

Et idem *Hieron. in can. non est Crudelis 23. q. 4. ibi,* non est Crudelis, qui Crudeles iugulat, *& idem in can. Legi 23. q. 8. ibi,* Pietas est Impios punire pro Deo.

Septimo, *tex. Aug. in can. non potest 23. q. 4. ibi,* cum Contagio peccandi multitudinem inuasit, Diuinę Disciplinæ seuera misericordia necessaria est, *& idem Aug. ad Macedonian. ep. 89.* est aliquando misericordia puniens, est, & Crudelitas parcens.

13 Octauo damnat, *D. Aug. nimiam misericordiam Origenis lib. 21. de Ciuit. Dei c. 17. ibi,* misericordior fuit Origenes, qui, & ipsum Diabolum post Diuturniora Supplicia ex illis Cruciatibus eruendum, ac Sanctis Angelis sociandum credidit.

14 Vltimo nota, *tex. D. Greg. ex 20. moral. c. 6. in can. Disciplina 45. Dist. ibi.* virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, sit ergo Districtio virgæ, quæ feriat, sit, & Consolatio baculi qui sustentet, sit Amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans; sit Zelus, sed non immoderate sæuiens, sit Pietas, sed non pluquam expediat, parcens, miscenda est ergo Lenitas cum seueritate, & faciendum ex vtraq; temperamentum, vt nec asperitate exulcerentur subditi, nec Benignitate soluantur, *& in tex. subseq. incipit omnis ead. 45. Dist. Idem Greg.* sic ait, omnis, qui Iuste iudicat, stateram in manu gestet, & in vtroque penso Iustitiam, & misericordiam portet.

15 Secundo præmittendum est, quod misericordię subiectum est miseria, & miser, *probat tex. in c. pen. de Cler. ægrotan.* vbi dicitur, quod non est addenda afflictio, afflicto, sed misero miserandum, *Aug. lib. p. confess. c. 6. ibi,* dic misericors mihi misero tuo, *& eod. lib. p. c. 13.* quid misereris misero non miseranti se ipsum, *& lib. 10. c. 28.* Medicus es, ęger sum, misericors es, miser sum, *& lib. 11. c. p.* veritas dixit, *Matt. 6.* nouit Pater vester quid opus sit vobis antequam petatis, sed tamen oramus, & sic affectum nostrum patefacimus in te confitendo miserias nostras, & misericordias tuas, *& idem Aug. serm. 27. de verb. Domini,* misericordia miseris necessaria est, *& adhuc idem Aug. lib. 3. de liber. Arbitr.* quid tam opus habens misericordia, quam miser, *& Petr. lib. 2. de Remed. vtr fort. Dial. 44.* nullius rei eget, qui virtutum Diues est, quarum indigentia vere miseros, ac proinde misericordiæ egentissimos facit, *& Azzor. p 2 lib. 12. c. 7.* inquit, si miseria nulla est, misericordiæ opus, & officium cessat, quia virtutis materia desinit, *& D. Greg. in ps. p. pænit.* Adest miser, Adsit misericordia, *& Senec. in opusc. quare bon. viris mal. accid. cum sit prouidentia,* persuadebo tibi ne vmquam boni viri miserearis; potest enim miser dici, non miser esse, *& Sot. in Apolog. in caus. pauper ad Hispan. Reg. c. 9. ibi,* misericordes esse in miseros.

16 Vnde, *Bellarmin. de Ascens. ment. in Deum c. 14* quærenti cur non potius dicitur miseria plena est terra, Respondet, quia miseria plena est terra, Ideo, *Ps. 118.* dicitur misericordia Domini plena est terra, ad Deum enim spectat miserias tollere, qui miserijs caret, *vt dixit idem ipse Bellarmin. in eod. opusc. eod. c. 14.* licet ibid etiam dixerit quod aliquando misericordia est, miseriam aliquam nō tollere.

17 Immo est aliquando misericordia puniens, & crudelitas parcens, *vt dixit Aug. ad Macedonian. Ep. 59* & Pietas est, impios punire pro Deo, *vt inquit Hieron. in can. Legi 23. q. 8.*

18 Nec omnis miseria misericordiam promeretur nec omnis miser, est miserabilis, vnde cecinit *Ouid. in Ibin.*

Sisq; miser semper, nec sis miserabilis vmquam
Gaudeat aduersis, Fæmina virq; tuis.

19 Et nota hic, quod misericordiæ alicuius facta Commissio, non necessario imponit, vt parcat, sed verba hæc (misericordiæ tuæ) committimus, important Arbitrium boni viri, *Ias. in l. si sic legatum n. 11. ff. de leg. p. Alex. cons. 70. viso processu n. 10. lib. p. & post alios Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. p. q. 8. n. 8 & 36.*

20 Nota tamen etiam, quod misericordiæ alicuius se subiciens, non dicitur fateri delictum, *Bart. in l. furti §. pactus ff. de his, qui not. in fam. Alex. d. cons. 70. n. 10 lib. p. Menocch. de Arbitr. lib. p. q. 8. n. 37.* vbi idem dicit in eo, qui se submittit

Bonæ

Bonæ gratiæ.

21 Tertiò præmittendum est, quod inter spirituales miserias, maxima est peccatum, vnde efficitur, etiam potissimum misericordiæ subiectum, sic *&* *ps.* 24. merito dicitur, misereberis peccato meo, multum est enim, *& lib.* 4. *Esdr. c.* 8. propter nos peccatores, misericors vocaberis.

22 Adde, quod Animæ miseria eo maior est quam corporis, quo maior est Anima ipsa, quam corpus & hæc vna videtur vera miseria, vnde *Petr.* 2. *de Rem. D.* 115. inquit, quod natura infert, durum potest esse non miserum, culpa enim caret, quæ miseriæ radix est.

23 Et merito peccatores dicuntur pauperes, *vt* suo loco probauimus, & vere pauperrimi sunt, nã quæ paupertas maior, quam carentia, seu indigentia Gratiæ Dei, qui est omnia in omnibus, & quo ideo qui carent, omnibus carent, & cum qui omne dicit, nihil excludat, *c. solitę 6. de mai. et obed. l.* 2. *C. de hęred. Instit.* verum est dicere, quod nihil habent, nam quid prodest homini si totum Mun-
24 dum lucretur, Animæ vero suæ detrimentum patiatur, Immo non solum nihil habent, sed nihil sunt, quia scilicet nihil fecerunt idest peccatum, quod est priuatio rectitudinis, & sic velut nihil, & ita intelligitur illud Ioan, sine ipso factũ est nihil, idest peccatum, *vnde, et in soliloq. c.* 5. *D. Aug.* quia (inquit nihil fecimus, ad nihilũ redacti sumus.

25 Inter temporales autem miserias, maxima videtur mors, vltima linea Rerum *vt Horat. cecinit lib. p. Epis. ad quintum*, Vltimum terribilium, *vt* Phylosophus dixit, & rerum omnium terribilissima, *vt post Tiraq. de nob. c.* 31. *n.* 58. *loquitur Mediees in memorabili tractatu, vel opusculo, mors omnia soluit p. p. n.* 167. *et vt dixit Petr. lib.* 2. *de Remed. Dial.* 91. loquens de terræ metu, Horrendum negocium, nisi Arcem terribilium mors teneret, hanc, qui timere desierit, nihil timebit, *et D. Petr. Crisol. serm.* 118. mors est Diaboli coniux, malorũ omnium Regina, *et Paulo post.* errauere, qui de bono mortis scribere sunt conati, tunc se Mundi Sapientes magnos æstimant, si id quod est summum malum, hoc esse sũmum bonum simplicibus persuaserint, *contra illud Isaiæ* 5. Veh, qui dixerint malum Bonum, & Bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.

26 Et quamuis Plutarch. de Consol. ad Appollon. ex Eschilo referat, misera mors inuisa est mortalibus, summum malorum, plurimorum remedium, & Tullius in paradoxis dixerit, miseros miserijs suis, mortem, Remedium expectare, Remedium tamen illud est periculosius, ac perniciosius morbo, & dici quidem potest, quod tunc soluit mala maius malũ, *sicut in simili Hypocrat. sect.* 2. *Aphorism.* 46. docet quod duobus doloribus, simul obortis, non eadem tamen in parte, vehementior, alterum obscurat.

27 Et quamuis *Iob. c.* 3. dicatur, quare misero data est lux, & vita ijs, qui in Amaritudina animę sunt, qui expectant mortem, & non venit, attamen quando venit, contingit, quod de sene illo fabulatur Esopus, qui cum vitæ thedio affectus, mortem vocasset, & illa statim accessisset, mutato consilio senex ei dixit, vocaueram te, non vt necares, sed vt adiuuares me ad superimponendum meis humeris onus hoc, quod hic fatigatus deposui.

28 Et quamuis, *Seneca* suo more moraliter, & argute pluribus in locis conetur ostendere, mortem non esse adeo duram vt vulgo creditur, nec esse dolendam, vel timendam, immo aliquando etiam exoptamdam *vt Epis.* 39. *ibi*, nullus dolor est in extremo Anhelitu, & si est, est in Breuitate solatium., *et Ep.* 91. nemo eorum, qui mortem accusant, expertus est, interea temeritas est damnare, quod nescias, *et in opusc. quare bonis viris mala accidant, cum sit prouidentia*, quod tam subito fit, timetis diu? quod alijs verbis, forsan elegantioribus expressit, *Petr. lib.* 2. *de Remed. vtr. fort. Dial.* 117 Turpis est viro, tam momentanei Discriminis, tam longæuus pauor, *et idem Sen. Ep.* 7. publicus finis generis humani, scopulum illum putamus dementissimi; portus est, aliquando petendus, nunquam recusandus, in quem si quis intra primos annos delatus est, non minus queri debet, quam qui cito nauigauit, *et adhuc idem de Consol. ad Polyb.* in hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari, nauigantibus nullus portus, nisi mortis est, *et iterum Ep.* 30. si quid incommodi, aut metus in hoc negocio est, morientis est vitiũ, & non mortis.

Hæc tamen, & similia, speculatiua videntur esse potius, quam practica, & in hoc ego credo Senecæ factis potius, quam verbis esse credendum, ipse enim mortem timuit, & euitauit quantum potuit, vt patet ex ijs, quæ leguntur, *apud Tacitum lib.* 14. *Ann. c.* 7.

29 Et quamuis, etiam *Plutarch. in moralibus veterum Phylosophorum nulli nisi Senecæ secundus in Libello de consolat. ad Apollon.* dixerit, mortuos non esse lugendos, quia nescimus, an bonis, vel malis priuati sint præsertim cum plura sint in hoc sæculo mala, quam Bona, Immo ego addo cum ipsa quæ dicuntur Bona, sint mala, vt non tam poetice, quam Phylosophice cecinit Guarinus, Questi Beni mortali, altro non son, che mali, quem liceat hic mihi laudare sicut licuit, *Thesauro Dec.* 270 *quę est vlt. n.* 17. adducere Carmina Areosti, & n. 18. versus Alemani, vel certe, vt, & ego aliquãdo canebam. Hæc Bona, vel mala sunt, vel Bona mixta malis, in quo tamen mixto pręualet malum, *et vt dixit Petr.* 2. *de Rem. D.* 88. in hac vita non facile reperies mel, cui non sit admixtum fel, & sæpius Amara præponderant.

Et quamuis etiam non minus Phylosophice, quam Poetice Petrarcha cecinerit in triumpho mortis, La morte è fin d' vna prigion oscura, attamen, *vt dixit Aug. lib.* 10. *de Spiritu, et Anima c.* 4. Diligit Anima carcerem suum, & formidat

interitum, quæ mori non potest, & ego, L' Alma dalla Prigion ricusa vscire, Teme la morte, & pur non può morire.

30 Conciliando pugnantes opiniones, dici posset, quod spiritualiter loquendo, mors Bona sit Iustis, mala autem peccatoribus, probatur hæc Conclusio, *ps.* 33. *ibi*, mors peccatorum pessima, *et ps.* 115. *ibi*, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, *et probat D. Petr. Crisol. serm.* 96. *ibi* sanctorum mors, somnus est; mors vero peccatorum, mors est, Confert, *Petr.* 2. *de Rem. D.* 125 *ibi*, præbuisti aurem veteri prouerbio, Bonum est peregre viuere, mori malum, cum tamen vtrumque bonum sit si bene fiat; hoc autem, vt bene facias, *lege Diuum Ambros. de Bono mortis, et Bellarmin. de Arte Ben. morien.*

Conferre potest ad hoc ipsum Petr. in triumpho mortis ibi, La morte è fin d' vna prigione oscura A gl' animi Gentili, à gl'altri è noia, che hanno posto nel fango ogni lor cura, *et Io. Eudomen. lib.* 3. *Ep.* 42.

Mors vitanda malo; Sancto inuitanda, malorum
Vltimus est finis, vel fine fine malum.
& in Epicis Epig. 33.
Formidanda malis, sequitur, quam pœna perennis,
Et contra felix mors solet esse Bonis.

31 Temporaliter, etiam loquendo dici potest, quod amara sit mors, quorum dulcis est vita, & econuerso, quod dulcis sit mors, quibus amara est vita, adeo vt mors sit dulcis pauperibus, & Amara Diuitibus.

Probatur hæc Conclusio, *Eccli.* 41. O mors, quam amara est memoria tua homini habenti pacem in substantijs suis, O mors bonum est Iudiciũ tuum homini indigenti minorato viribus defecto ætate.

32 Sed negari non potest, quin mors sit absolute miseria, cui misericordia debeatur, prout debetur mortuis, sed & mortui dicuntur pauperes, vt dixi *in V. sepultura*, Immo pauperrimi, ac inopes, cũ vtroque sanguine careant, & non solum Bona, sed nec vitam habeant.

33 Negari etiam non potest, quin post mortem, secundum saltem locum inter temporales miserias obtineat paupertas, probat ps. 11. propter miseriam Inopum, & Gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus, *& innuit Plut. in comment. cuius titulus est, num improbitas ad infelicitatem sufficiat ibi*, qua ratione fortuna reddes hominem dictum, ac miserum, Inopiam minaris, At quid irridet te metrocles.

34 Et quod paupertas ab aliquibus æquipararetur morti, dixi sup. in V. malum, & nunc adde quod vita misera non dicitur vita, *vnde Aug. de Stoic. & Epic. c.* 8. Habebunt Impij vitam æternam, non tamen Beatam, sed miseram, nec vita dicenda est, *sic & Iob.* 3. quare misero data est Lux.

35 Immo miseria paupertatis videtur aliquando præterri miseriæ mortis, *vt Eccli.* 40. fili in tempore vitæ tuæ, noli indigere, melius est enim mori, *& Eccli.* 30. melior est mors, quam vita amara, *& Eccli.* 41 O mors, Bonum est Iudicium tuum homini indigenti.

36 Et quod durior sit paupertas, quam mors, *dixit Bald. in l. certa forma C. de Iur. fisci lib.* 10. *Rolan. cons.* 87. *n.* 24. *lib.* 2. vbi quod pauperibus est mors solatium, & vita supplicium, *ex Bald. in l. cum filij C. qui bon. ced. poss. sed est ad id tex. in l. quisquis* §. *C. ad leg. Iul. maiest.*

37 Et certe durior, quam mors videtur esse paupertas, saltem tanquam inæqualis, *vnde Sen. de Consol. ad Polyb.* ideo (inquit) mihi videtur, quod grauissimum fecit natura, commune fecisse, vt Crudelitatem fati, consolaretur æqualitas.

His præmissis, inter prærogatiuas paupertatis, referatur hoc etiam, quod cum miseria sit Immediatum subiectum misericordiæ, & paupertas sit miseria, dicetur etiam paupertas subiectum misericordiæ.

38 Quod autem paupertas, tanquam miseria sit misericordiæ subiectum vltra prædicta, probat *Azzor. moral. Instit. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 7. *q* 3. *ibi* Inter omnes conuenit, neminem cogi ad Elemosinam erogandam quando nulli sunt pauperes, & egeni, etiam si habeat superuacanea vitæ, & status, nam si miseria nulla est, misericordiæ opus, & officium cessat, si quidem virtutis materia desinit, quemadmodum si nullum est fratris delictum, correctione opus non est, *Docet Sot. in deliberatione, seu Apolog. in caus. pauperum ad Hispan. Regem c.* 10. *sub initium*, vbi quod materia, & obiectum, quod misericordiæ corporali subicitur, nihil est aliud, quam miseria, & Inopia pauperum, *probat ps.* 78. cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis, Confert, *ad idem tex. Dan. c.* 4 *ibi*, peccata tua Elemosinis redime, & Iniquitates tuas misericordijs pauperum, *& Sap.* 4 exiguo conceditur misericordia; potentes potenter tormenta patientur, quod tamen vltimum tempera, *cum tex. Iob.* 35. Deus potentes non abicit, cum, & ipse sit potens, sed non saluat Impios.

39 Immo omnia fere misericordiæ opera circa pauperes exercentur, tam corporalia, quam spiritualia, quoniam etiã mortui, peccatores, ignorantes, dicuntur pauperes, vt suo loco comprobauimus *p. p. q.* 3.

40 Et quod pauper sit miser, *probat etiam tex. in l. vnic. C. publ. lætitiæ nunciatores, ne quid accipiant immodicum lib.* 12. *ibi*, ne quæratur a miseris prætium gaudiorum *vbi gl. in V. miseris*, exponit idest pauperibus, *Consonat Ouid.* 3. *de Arte.*

A miseris pretium scelus est sperare Poetis
Me miserum scelus hoc nulla puella timet.

Confert, *etiam tex. ps.* 87. Pauper sum ego, & in laboribus à Iuuentute mea, &c. elongasti à me Amicum, & proximum, & notos meos à miseria.

41 Et quamuis omnis miserabilis, sit miser, sed nõ omnis miser sit miserabilis, vt supra probaui, & probat

probat illud *Ouid. in Ibin.*
Sisq; miser semper, nec sit miserabilis vlli
Gaudeat aduersis, fœmina virq; tuis.

42 Pauper tamen non solum miser est, sed miserabilis persona, & propterea gaudet priuilegijs miserabilium *ad tex. in c. p. de Postulan. vt post Io. Andr. dixit Abb. in c. significantibus n. 6. de offic. deleg. Conar. practic. q. c. 6. n. p. & 3. Neuizzan. in Sylua. nupt. lib. 6. n. 31. Marchesan. de commiss. p. 2. c. 2. n. 9. Tesaur. Dec. 177. n. p. Crescet. Dec. 16. n. p. de priu. Nauar. de elect. fori sect. 4. q. 30. n. 6.* vbi quod paupertas per se sola facit miserabilem personam.

Confert ad id, *Concil. Trid. sess. 23. c. p. ibi,* pauperum aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere, nam dictio Alius ali a aliud est repetitiua similium, *gl. in l. si fugitiui in V. quolibet alia C. de Sac. Eccles. & post Bal. Ang. Castr. Salicet Euerard. in loco à natura dictionum implicatiuarum vers. aduerte etiam.*

43 Immo quod plus est, plures sentiunt, Pupillos, & Viduas non reputari miserabiles, nisi sint, etiam pauperes, *vt per Paris ad Bart. in l. vnic. C. quan. Imper. inter. pup. & vid. sed de hoc vide quæ copiosius dixi supra in antecedenti priuilegio V. miserabilis.*

44 Interea nota, quod licet non omnis miserabilis sit pauper, omnis tamen pauper videtur miserabilis, nisi forte in casu, *de quo disserui in V. priuilegium p.*

45 Miserabilis autem dicitur quasi miseriæ habilis, *Rebuff. de sent. prouis. art. 3. gl. vlt. n. 15. Scaccia de Appell. q. 7 nu. 138.* & miserabilis dicitur ille omnis, cuius natura nos mouet ad miserandum, *afflict. in Consti. lege præsenti in 3. not. Neuizzan. in Sylua lib. 6. n. 29. Scaccia de Appell. d. q. 7. nu. 138. confert Ouidianum illud primo de Arte.*
Vt voto potiare tuo miserabilis esto.

46 Et generaliter quis dicatur miserabilis, remittitur Arbitrio Iudicis sicut, & quis dicatur pauper, *vt ostendi p. p. q. 3. & q. vlt.*

47 Vltimo nota hic, quod pauperibus non solum quasi propria est misericordia passiua, sed communis est, etiam actiua, misericordia enim est virtus omnibus, etiam pauperibus communis, *Nauar. in man. c. 27. n. 270. Cherubin. ad Const. 61. Pij V. to. 2. Schol. 2. & vide quæ dixi in V. eleemosina sub fin.*

PRIVIL. CCLXII.

Missa I.

SVMMARIVM.

1 PAuperes Pastores excusantur ab accidentia Missæ, & quando.

1 EXcusantur ab Audientia Missæ Pastores, qui sunt, ita pauperes omnisq; auxilio destituti, vt secum non habeant, Adiutorem, qui Pecora custodiat, dum ipsi ad missam audiendam ad templum accedunt, *ita Azzor. p. p. lib. 7. c. 7. q. 7. & vide in V. vestis,* vbi posui alium casum, in quo paupertas excusat ab audienda Missa, *& vide V. festa.*

PRIVIL. CCLXIII.

Missa II.

SVMMARIVM.

1 SAcerdos pauper, an pro vna Missa possit accipere tot stipendia, quot sufficiant ad diurnam sustentationem n. p. & 4 & 5. & an pro sustentatione suorum n. 2. & quid in non paupere n. 3.

1 VTrum Sacerdos pauper possit pro vna Missa accipere tot stipendia, quot sufficiant ad eius diurnam substentationem, quæstio est, & pro vtraq; parte refert Authores, *Diana p. 2. tr. de celebr. Missa Res. 8.* & ostendit, affirmatiuam esse de Iure probabilem.

2 Ampliatur, vt procedat non solum pro sua, sed etiam pro necessaria sustentatione suorum Patris, & Matris, *Orellan. apud Vegam. in Sum. to. 2. c. 41. cas. p. post eumdem Vegham nugnus in c. p. to. p. q. 83. art. p. Dub. 10. conclus. 4. quos refert Diana d. M ss. Res. 8. vers. Deinde.*

3 Immo etiam à Sacerdote non paupere, pro vna Missa, duas Elemosinas honestæ sustentationi necessarias accipi posse, senserunt aliqui relati, *ab Eman. Sa. in Aphoris. in V. Missa n. 44. sub fin.*

4 Limitatur tamen vt prædicta procedere possint de Iure communi, sed hodie non procedunt stante Decreto Sacræ Congregationis mandantis, vt tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ Elemosinæ, præscriptæ fuerint, *ita Diana d. p. 2. tr. de Celebr. Miss. Res. 8. vers. sed hæc opinio.*

5 Considera tamen, quod Decretum loquitur in genere, & forte dubitari posset, an comprehendat pauperem, de quo supra, præsertim si extrema laboraret Inopia, *& conferre ad hoc possunt, quæ dixi in V. Generalitas, in V. Furtum, in V. Necessitas.*

PRIVIL. CCLXIV.

Missa III.

SVMMARIVM.

1 AN Sacerdos possit applicare Sacrificium pro primo offerente & n. 3. & quid in paupere n. 4.
2 Deo nec præterita transeunt, nec futura succedunt.

1 QVæritur an Sacerdos pauper, qui non habet pro currenti Die Elemosinam Missæ, possit

eam

eam celebrare, & applicare pro primo offerente, & ab eo Elemosinam accipere pro Missa, iam celebrata, & affirmatiue senserunt, *Enriquez. Vegha, Fernadez. Fraxinellus, Petrus de Aragona, Petr. à Nauar. Rodriquez. & alij recentiores, vt refert Diana p. 2. tr. 14. de Celebr. Miss. Res. 15. referens etiam Molfesium, & Reginaldum*, hanc Sententiam probabilem fateri, licet sequantur contrariam.

Ratio adducitur, quia licet opus illud sit præteritum, quo ad nos, attamen quo ad Dei accep-
2 tationem, & æternitatem, præsens est, Addo ego rationem rationis, quoniam Deo, nec præterita transeunt, nec futura succedunt, *vt loquitur D. Aug. in lib. meditationum c. 12.*

3 Contrarium tamen senserunt, *Riccius, Barbosa, Homobonus, Io. de la Crux, Fagundex, Corbula, Figlinec. Molfesius, Reginald. Suarez. Cenedo, quos refert Diana p. 2. tr. 14. de Celebr. Miss. Res. 15 vers. sed his non obstantibus.*

Et hanc Sententiam probauit Sacra Congregatio *sub Sanctiss. Clem. VIII. die 5 Nouembris 1605. vt post Cenedum, & Riccium testatur Diana d. p. 2. tr. 14. Res 15. vers & licet Illustrissimi.*

Adde, quod die 16. Iunij 1635. eadem Sacra Congregatio declarasse dicitur non posse, anticipate applicari Missam pro eo, qui oblaturus est Elemosinam, licet in partibus Flandriæ id fieri consueuerit, & hanc Declarationem, legi ego in Adnotationibus, *Eminentiss. D. mei Cardinalis Bentiuoli gloriosissima memoria.*

4 Posset hic etiam eadem insurgere Dubitatio non potestatis, sed voluntatis, si pauperes non essent in prædictis Declarationibus, specialiter expressi, *ex ijs, quæ dixi in fine præcedentis priuilegij.*

PRIVIL. CCLXV.

Modus.

SVMMARIVM.

1 *QVando modus est finalis, eo non seruato rescinditur contractus modalis, secus si impulsiuus, tunc enim solum agitur ad obseruantiam modi n. 2.*

3 *In Donatione modali facta Ecclesiæ, modus non præsumitur finalis.*

4 *Causa finalis donantis Ecclesiæ præsumitur pietas erga Deum, idem in Donatione facta pauperi n. 5.*

5 *Causa, quæ respicit pietatem, præsumitur finalis.*

1 QVando modus adiectus contractui est finalis, si modus non seruetur, contractus rescinditur, *l. cum te fundum 6. C. de pact. int. Empt. & vendit. l. p. c. de don. quæ sub modo Corsett. in sing.*
2 *in V. Contractus,* si vero modus non est finalis, sed impulsiuus tantummodo, eo non seruato, non rescinditur contractus, sed agitur ad obseruantiam modi, *ad tex. in l. ea conditione 14. C. de Rescind. vend. Corsett. in d. singul. in V. contractus.*

3 Sed fauore Ecclesiæ modus præsumitur non fuisse finalis in Donatione ei facta, vnde modo non seruato agitur ad obseruantiam modi, non autem ad rescissionem Donationis, *c. verum 4. de cond. Appos. Abb. ibid.* dicens textum similem se nescire alibi, *Corsett. in suis singul. in V. Contractus.*

4 Ratio est, quoniam causa finalis Donantis Ecclesiæ videtur esse Deus, & Donans Ecclesiæ, videtur donare propter Deum, *ad tex. in c. Requisisti 11. de testam. Corsett. in d. singul. V. Contractus.*

5 Vnde arguendo ab Ecclesia ad pauperem, videtur idem dicendum in Donatione facta pauperi, tum quia generaliter pauper gaudet priuilegijs Ecclesiæ, vt dixi in V. Ecclesia, tum quia in hac specie militat eadem ratio, quoniam donans pauperi, censetur donare pro Anima, *vt dixi in V. Testamentum,* & censetur donare propter Deum, Immo, & Deo, *vt dixi in V. Deus.*

6 Et quod causa, quæ respicit Pietatem, præsumatur finalis, *post Bart. Imol. Roman. Salsc. Ruin. docet Tiraq. & firmat Rota coram Ludouis. in Romana Census viginti millium Dec. 544. n. 6.*

PRIVIL. CCLXVI.

Monachus p.

SVMMARIVM.

1 *SI grauatus, si sine liberis decesserit, Religionem ingreditur Bonorum incapacem, substituto locus fit, & quid si Monachus ante professionem Bona fideicommissaria distribuit inter pauperes n. 2. & quid si pauperes sint substituti n. 3.*

1 LIcet quando grauatus si sine liberis decesserit, ingreditur Religionem, Bonorum incapacē, substituto locus fiat, ex quo tunc mors Ciuilis, naturali æquiparatur, *ad late tradita per Fusar. de subst. q. 429.*

2 Id tamen fallit quando Monachus ante professionem Bona fideicommisso subiecta distribuit inter pauperes, vel in alias pias causas, *Curt. Iun. cons. 187. col. vlt. Berous in c. in præsentia n. 491. de prob.* qui de pauperibus loquitur, *Intrigliol. de subst. cons. 3. q. 63. n. 62 Menocch. de præs. lib. 4. præs. 83. n. 64. & 71. in fine.*

Contrarium tamen, quod videlicet, etiam si Monachus ante professionem Religionis disposuerit ad fauorem pauperum, vel alterius piæ causæ,
1 adhuc substitutus admittatur, senserunt, *Bald. in c. in præsentia n. 13. de prob. Castrens. in Auth. nisi rogati n. 5. C. ad Trebell. & ibid. Carn. col. pen. Alex. cons. 13. n. 5. lib. 3. Soc. Sen. cons. 92. col. 2. in fine lib. 2. Dec. cons. 259. col. vlt.* vbi de comm. testatur, *Rustic. in l. cū Auus C. de fideicom. lib. 5.*

c. 2.

a. 2. n. 26. & seq. vbi dixit veriorem, & magis receptam, *Fusar. dicens hanc sibi magis placere, & esse tenendam de subst. q 429. n. 17. & 63.*

Sed pro prima confert, *tex. in §. sed & hoc præsenti Auth. de Sanctis. Episc. ibi,* si vsq; ad suam vitam, &c. ad pia opera relinquant.

3 Tenendo eamdem primam opinionem tanquã pauperibus fauentem, limita eam quando substituti essent captiui redimendi, vel pauperes, tunc enim Monachus non posset ad fauorem alterius piæ causæ disponere, etiam eius vita durante, sed omnino post eius professionem, substitutioni locus fieret. Ita se ipsum limitat, *tex. in d. §. sed & hoc præsenti in fine Auth. de Sanct. Episc. ibi,* si tamen in Redemptionem captiuorum, aut egenorum alimenta sub prædictis conditionibus, substitutio, aut restitutio fiat, ex nullo memoratorum modo, eam excludi permittimus.

PRIVIL. CCLXVII.

Monachus II.

SVMMARIVM.

1 *Regularis ad subueniendum pauperibus parentibus potest de superioris licentia retento habitu exire extra Claustra, etiam quando necessitas non est extrema, sed grauis n. 2. siue necessitas vigeret ante professionem, siue post superuenerit n. 3.*

4 *Ad hoc, vt possit Regularis extra Claustra, & sine habitu subuenire parentibus an requiratur licentia Pontificia.*

1 MOnachus, seu Regularis ad subueniendum necessitati pauperum parentum, potest de licentia sui Superioris, habitu tamen retento exire, & extra Claustra permanere, necessitate durante, *ad tradita per D. Thom. 22. q. 101. art. 4. Nauar. in man. c. 14. n. 14. & in Comment. de Regular. in can. nullum 18. q. 2. n. 48. & cons. 54. n. p. & cons. 55. n. 2. & cons. 65. n. 2. de Regular.*

2 Ampliatur pr. vt non solum id liceat quando necessitas est extrema, sed etiam quando est grauis, *Nauarr. d. cons. 54. n p. de Regular.*

3 Ampliatur 2. vt procedat, siue necessitas ante professionem vigeret, siue post eam superuenerit, *Nauarr d. cons. 54. n. p. et cons. 65. n. 2. de Regular.*

4 Limitatur, vt Licentia manendi sine habitu extra Claustra, etiam ad subueniendum pauperibus Parentibus, Regulari concedi non possit, nisi à Summo Pontifice, *c. 2. de Cler vel Monach. c. 2. de vit. & honest. Cler. can. Sanctimonialis 23. Dist. Nauar. in d. can. nullum 18 q. 2. n. 49. & cons. 54. n. 2. & cons. 55. n. 3.* vbi tamen videtur innuere posse licentiam dari à Superiore Regulari quando Monachus non potest retento habitu subuenire, *iungen. num. 2. cum 3. vt vbi per eum.*

PRIVIL. CCLXVIII.

Monachus III.

SVMMARIVM.

1 *ELemosina non potest fieri de alieno.*

2 *Monachus pauperi extreme, saltem indigenti potest Elemosinam facere de Bonis Monasterij, etiã sine licentia Abbatis quando necessitas vrget n. 3.*

4 *Superior Monasterij potest, & tenetur Elemosinari de Bonis Monasterij, modo de quo ibi.*

5 *Monachus potest Elemosinari de Bonis Monasterij in sex. casibus, vt ibi.*

6 *Monialis potest Elemosinari de Bonis eius vsui permissis, vt ibi.*

1 QVamuis Elemosina non possit licite fieri pauperibus de alieno, *vt dixi in V. Vxor n. p.*
2 *& seq.* Attamen Monachus, pauperi extreme, saltem indigenti potest Elemosinam facere de Bonis Monasterij, *ad tradita per D. Thom. 22. q. 32. art. 8. & prius art. 7.* vbi generaliter sentit, in extrema necessitate fieri omnia communia, & ideo tunc posse de alieno Elemosinam fieri, *Abb. in c. 3. n. 3. de furt. Beaincas de paupert. q. 7. spec. 9. in Iudic. n. 22. Rim. Sen. cons. 84. n. 22. lib. p Surd. de Alim. tit. 8. prim. 79. n. 12. Adde post Sanchez. Granad. F gluc. & alios Dianam p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 32.*

3 Ampliatur pr. vt Conclusio procedat, etiam sine Licentia Abbatis quando commode haberi nõ potest, & necessitas viget, *Abb. in d. c. 3. n. 3. de furt. Surd. de Alim. tit. 8. prim 79. n. 12.*

4 Ampliatur 3. vt Abbas, seu Superior Monasterij non solum possit, sed debeat, & teneatur pauperibus Elemosinam elargiri modo quo, *post Sanchez. Rodriquez. Sot. Suarez. docet Diana p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 33. & P. meus Pellizzarius de monialib. c. 4. n 21.*

5 Ampliatur 4. vt Monachus elargiri possit Elemosinam pauperibus, non solum in casu prædicto necessitatis extremæ, sed in sex casibus, de quibus per allegatos *à Tiraquell. in l. si vmquam C. de Reuoc. Donat. gl. 5. n. 219. & per Sanchez. in summa to. p. lib. 7. c. 19. n. 69. vsq; ad n. 104. quem sequitur Diana p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 32.*

6 Ampliatur 5. vt Monialis ex Bonis eius vsui permissis, possit pauperibus Elemosinam largiri moderatam, saltem, & de Licentia Superioris, etiam tacita, *vt post Tamburinum, Dianam, & alios docet in trac. de monialib. d. c. 4. prællegatus Venerandus Pater Franciscus Pellizzarius* Eruditissimus Autor, cuius Ego nomine glorior, in Libro Ferrariensium Decisionum mearum Dignum aliquid contineri cum in earum fronte legatur Approbatio eiusdem Authoris, qui eas diligenter recognouit, & humaniter commendauit.

PRI-

PRIVIL. CCLXIX.

Monasterium I.

SVMMARIVM.

1 *Si grauatus si sine liberis decesserit ingreditur Religionem capacem, Monasterium excludit substitutum, fallit quando est substitutus pauper, vel alia pia causa n. 2. etiamsi non sit, ita pia, vt Monasterium n. 3.*

4 *Causa pauperum est maxime pia.*

5 *Causae Alimentorum, Dotium, mercedis, & similium non sunt omnino piae, nisi quatenus paupertas concurrit.*

1 Licet quando grauatus sub Conditione si sine liberis decesserit, ingreditur Religionem Bonorum capacem, Monasterium, regulariter substitutum excludat, *c. in praesentia 8. de prob. §. sed, & hoc praesenti Auth. de Sanctis. Episc. late Menoch de praes. lib. 4. praes. 83 n. 58. & seq. & latius Fusar. de substit. q 429 n. 8. & seq.*

2 Attamen quando substituta est pia causa, Monasterium non admittitur, sed substitutioni locus fit, *d. §. sed & hoc praesenti Auth. de Sanct. Episc. & ibi gl. & in d. Auth. Tiraq. post multos de pia causa priuil 95. & post alios Menoch. de praes. lib. 4. praes. 83. nu. 87. in 10. declaratione, & post Rolan. Dec. Innocent. Abbat. Felin. & plures de commun. testantes, tradit Fusar. de substit. d. q 429. n. 56. & Pereg. de fideicom art. 28. nu. 84* loquens in specie, etiam de causa pauperum, *post tex. in d. §. sed & hoc praesenti Auth. de sanct. Episc.*

3 Ampliatur etiam si pius locus substitutus, non sit ita pius, sicut Monasterium, *Tiraq. de pia caus. priu. 95. post medium Mantic de Coniect. lib. 11. tit. 7. n. 12. in fine Peregrin. de fideicom. art. 28. n. 84. & post Intrigliol. Rustic. & alios Fusar. de substit. d. q. 429. n. 57.*

4 Fortius ergo procedit Conclusio quando pauperes sunt substituti, quoniam eorum causa est saepe magis pia, quam aliae causae piae, vt dixi in V. pia causa, Immo multae, quae dicuntur causae piae

5 non sunt, omnino piae, nisi quando paupertas concurrit, vt in Alimentis, In Dote, In mercede, & in alijs, *dixi in suis verbis.*

PRIVIL. CCLXX.

Monasterium II.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium tenetur alere Monachum, & aliquando eius Patrem, & filios.*

Monasterium negans Alimenta Monacho, priuatur Bonis à Monacho et quaesitis.

2 *Monasterium Inops non tenetur alere Monachum.*

1 Quamuis Monasterium teneatur alere Monachum cum is ei seruiat, & acquirat, *ad tex. in c. cum secundum 16. de praeben. et in c. cum olim vbi Innocen. de Priuil. Castrens. cons. 76. n. p. vel. p. Surd. de Alim. tit. p. q. 75. n. p. & seq* vbi ampliat, vt Monasterium negans Alimenta Monacho priuetur Bonis à Monacho quaesitis. Immo Monasterium tenetur aliquando alere Patrem, & filios Monachi, *vt dixi in V. pater.*

2 Attamen fallit quando Monasterium est Inops, & non potest supplere cum suis redditibus, quia tunc non tenetur Monachum alere, & ita nec vestire, *Bald. in l. p. §. sed seimus in fin. C. de latin. lib. tollen. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in Iudic. n. 25. Surd. de Alim. tit. p. q. 75. n. 5. & tit. 7. q. 35. n. 12. Gratian. D. scept. forens. lib. 3. c. 552. n. 25. Buratt. in Romana Hereditatis de Cusinis Dec. 756. n. 9.* vbi decidit Monacho in casu illo deberi Alimenta in Bonis Patris.

PRIVIL. CCLXXI.

Monasteriom III.

SVMMARIVM.

1 *Monachus translatus alendus est à secundo Monasterio, sed si hoc est egenum, tenetur primum n. 2.*

1 Simile est, quod licet Monachus, qui ex vno Monasterio transfertur ad aliud, alendus sit à secundo, *Monach. cons. 193. per tot. Surd. de Alim. tit. 9. q. 27. n. p.*

2 Attamen quando secundum Monasterium est egenum, tenetur primum, *Faber. in §. sed ea omnia inst. tit. de Hared. qualit. & differ.* sic etiam loquitur, *Menochc. d. cons. 193 n. 12* quando secundum Monasterium habet redditus sufficientes, alias non, *ita tradit Surd. de Alim. tit. 9. q. 27. n. 23.*

PRIVIL. CCLXXII.

Monialis I.

SVMMARIVM.

1 *Non licet recipere Moniales exacto precio, etiã sub praetextu paupertatis, de Iure.*

2 *Tot Moniales recipiendae sunt, quot. ex redditibus Monasterij viuere possunt.*

3 *Quando Monasterium est tenue, potest recipere Dotem congruam à Moniali, pro eius necessario victu n. 4.*

Lega-

5 *Legatum factum Monasterio cum hoc vt aliquam personam recipiat in Monachum, vel monialem, quando valeat.*
6 *De consuetudine, etiam Monasterium opulentum posse à Moniali recipere Dotem, & quando recipiendo, committat simoniam.*
7 *An liceat pacisci de soluendis fructibus, donec soluatur Dos Monialis.*

1 QVamuis de Iure communi Canonico non liceat Moniales exacto precio recipere, etiã sub prætextu paupertatis, *c. quoniam 40. de Simon. ibi*, quoniam Simoniaca labes, adeo pleraſq; Moniales infecit, vt vix aliquas sine precio recipiant in Sorores, paupertatis prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare, ne id de cætero fiat, penitus prohibemus.

3 Tot enim ſolummodo recipiendæ ſunt, quot ex redditibus Monaſterij ibi, viuere poſſint ſine penuria, *c. vnic. §. ſane de ſtat. Regul. in ſex.*

Attamen quando Monaſterium eſt vere Inops, poteſt licite, & abſq; vllo ſcrupulo à Monialibus ingredientibus recipere Dotem congruam, & ſufficientem ad earum ſuſtentationem, & hoc omnes concedere, *dixit Pater Pellizzarius in tract. de monial. c. 3. n. 41. sub initium.*

4 Et quod ſi Monaſterium eſt tenue, poſſit aliquid accipere pro victu perſonæ ingredientis, *sentit D. Thom. 2 2. q. 100. art. 2.*

5 Et quod valeat Legatum relictum Monaſterio cum eo, vt recipiat talem in Monachum, vel Monialem, & non ſit Simoniacum, ſi Monaſterium eſt ita tenue, vt dicere poſſit, nó comedes mecum, niſi portes tecum, *dixit Aug. quem refert, & sequitur Campeg. de Dote p. p. q. 42.*

6 Sed quod hodie ſtante, præſertim rationabili conſuetudine, poſſit, etiam opulentum Monaſterium ab ingrediente Moniali, Dotem recipere congruentem, *post Mirand. Layman. Tamburin. & Dianam oſtendit Pellizzarius de monial. d. c. 3. n. 40. & 41. quicquid contra ſenſerint aliqui eum Rodriquez.* qui tamen poſtea variauit, vt ibi per eum, & qui etiam meminit, Innocentium VIII. Monialibus ordinis minorum conceſſiſſe, vt in Dote recipienda, nullam incurrant ſimoniam, niſi quando paciſcuntur de aliquo dando, vel ſoluendo pro ingreſſu, vel recipiunt inhabiles ſub ſpe futuræ receptionis.

7 Sed an Abbatiſſa poſſit licite paciſci de certa ſumma pecuniæ, donec Monaſterio Dos Monialis perſoluatur, etiam ſi Monaſterium ſit opulentum, quærit, *Diana p. 3. tr. 2. de Dub. Regular. Ref. 97.* & reſpondet in hæc verba (quo ad Monaſteria opulenta, negatiue reſpondet, *Eman. Rodriquez. in q. Regular. to. 2. q. 48. art. 7.* ſcrupuloſe quidẽ, vnde poſtea ſe retractauit, *in additione ad ſum. to. 3. c. 144. n. 8.* & hanc Sententiam docet *etiam miranda tract. de monial. q. 8. art. 10. Concluſ. p. quem nouiſſime ſequitur Hieron. Rodriquez. in compẽd. q. q. Regul. Reſ. 98. n. 20.* vbi ſic ait) ratione damni emergentis licite poteſt paciſci de certa quantitate pecuniæ, donec Monaſterio Dos ſoluatur abſq; labe vſuræ, quemadmodum pro Dote Vxoris non eſſe computandos fructus poſſeſſionis pro illa pignori obligatæ, in ſorte principalem, diffinitur in cap. ſalubriter de vſur. & cum Dos detur ad Alimoniam Monialis, militat eadem ratio, etiam in Monaſterijs opulentis, *Hæc Diana, cui adde Pellizzarium de monial. d. c. 3. n. 59. post Rodriquez. Mirand. & Tamburin.* declarantem, quod liceat accipere ſolum pro vero damno emergenti, non autẽ pro lucro ceſſante, & rationem huius moderationis adducit, & probabile, quoniam cum, Religioſis, negociari non liceat, ceſſat in eis verus titulus liciti ſaltem lucri ceſſantis, vnde non poſſunt ex hoc titulo aliquid licite recipere, *vt ibi per eum n. 59. ſub medium.*

PRIVIL. CCLXXIII.

Monialis II.

SVMMARIVM.

1 *MOniales debent ſeruare Clauſuram, quæ venit ſub voto obedientiæ, fallit in tribus caſibus n. 2.*
3 *Monialibus Conuertitis quando, & quomodo liceat egredi Clauſuram.*
4 *An Monialis poſſit egredi Clauſuram ad ſubleuandos pauperes parentes.*

1 QVamuis à Monialibus ſit neceſſario ſeruanda Clauſura ex Iuribus adductis, *à Pellizzario de Monial. c. 5. n. 23. & ſeq.* & votum Clauſuræ veniat ſub voto obedientiæ, vt declarauit *Congr. Epiſc. & Regul. die 19. Aprilis. 1619.* vt vidi ego in Annotationibus, *Eminentiſs. D. Cardinalis Bentiuoli*, & regulariter Moniali exire de

2 Monaſterio non liceat, niſi ex cauſa Incendij Lepræ, vel Epidimiæ, *vt diſponit Trid. Conc. ſeſſ. 25. c. 5. & copioſe tradit Pellizzar. de monial. c. 5. n. 29. & ſeq.*

3 Attamen conceditur Monialibus conuertitis quando ſunt adeo pauperes, & egenæ, vt non habeant aliunde vnde ſe alant, vt poſſint egredi Clauſuram pro quærendis Elemoſinis, ita tamen, vt ſint annorum quadraginta, non formoſæ, & non pernoctent extra Monaſterium, *vt declarauit Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. 14. Aprilis 1615. & refert Gauant. in man. Epiſc. in V. Clauſura n. 19 & 20.*

4 An vero Monialis licite poſſit exire ad ſubleuandam neceſſitatem ſuorum Parentum, *vide apud Pellizzar. de Monial. c. 5. n. 65.* vbi reſoluit pro Indigentia, etiam graui non poſſe, pro extrema vero neceſſitate, poſſe.

PRIVIL. CCLXXIV.

Mons Pietatis.

SVMMARIVM.

1 *Disponentes de pecuniis Montis Pietatis in alios quam in pauperum vsus, excommunicati sunt.*

1 IN statu Ecclesiastico excommunicantur omnes Inferiores Episcopis, qui quouis prætextu præsumunt de pecuniis ad Montes Pios attinentibus, in alios, quam in vsus pauperum disponere cum obligatione restituendi, *ex Constitutione Pauli V. quam refert Naldus in V. furtum nu. 12. & Gauant. in man. Episc. V. Mons Pietatis n. 6.*

PRIVIL. CCLXXV.

Mora I.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas impedit moram committi, vel excusat à mora n. 2.*
3 *Pauper. & Pupillus æquiparantur.*
4 *Pupillus moram non committit.*
5 *Minor, an condemnetur in expensis, vel Tutor.*
6 *Paupertas æquiparatur Infirmitati.*
7 *Infirmitas excusat à mora etiam si prouenerit infirmitas ex culpa Infirmi, vt nu. 8. idemque in alijs impedimentis vt ibi.*
9 *Difficultas præstationis, an excuset à mora.*
10 *Æquitas cum paupere est præsertim seruanda.*

1 PAupertas, vel impedit moram committi, *vt per gl. in l. quod te ff. si cert. pet. Castr. in l. si Reus 73. n. 9. ff. de Proc. ex tex. ibi,* in V. faculta-
2 tem non habuit, *Mattesilan. sing. 199. quod est vltimum* vel excusat à mora, *vt per gl. in l. vinum ff. si cert. pet. cum alys per Caccialup. in l. omnes populi, n. 150. ff. de Iust. & Iur. Mantua sing. 198. n. p. & seq. Afflict. Dec. 377. n. p. Odd. de Rest. in integ. q. 1. n. 47.*
3 Confert ad hoc, quod pauper, & Pupillus æquiparantur, *Couar. pract. q. c. 6. n. 3.*
4 At Pupillus non potest moram facere, *Bald. cons. 86. vol. 6. Surd. de Alim. tit. p. q. 48. nu. 32.*
5 vbi quod ideo minor non condemnatur in expensis, sed Tutor, *l. non est ignotum 6. C. de Admin. tut.* sed in hoc vide in oppositum, *tex. in l. qui solidum 70. §. etiam ff. de leg. 2. & ibi Bart. nu. 3. Alex. in l. 4. n. 5. & 6. ff. de Re iud. & ibi Ias. n. 12.*
6 Confert etiam quod paupertas æquiparatur Infirmitati, dixi in V. Infirmitas, Infirmitas autē
7 excusat a mora, *l. si vehenda 10. §. idem Iuris ff. ad leg. Rhod. de iactu Bald. in l. diffamari nu. 5. C. de ingen. & manum Gratian. Discept. Forens. lib.*
8 *p. c. 19. n. 20.* quod procedit, etiam si Infirmitas prouenerit ex culpa ipsius Infirmi, *Alex. cons. 58 in fine incipit viso lib. 5. Crauetta Cons. 201. n. 29. in 5. Dub. Ias. in §. rursus n. 26. inst. tit. de action. Gratian. Discept. Forens. Lib. p. c. 19. n. 21. & 22. vbi post Abb. & alios idem dicit in similibus impedimentis.*
9 Quamuis, an difficultas præstationis excuset à mora, quæstio sit, in qua communem contra communem refert, *Ceuallos in Thesaur. Com. con. com. q. 473.* in fine tamen asserit, affirmatiuam esse magis receptam, & habere summam æquitatem, *ad tex. in l. quod si ephesi 5. ff. de eo quod cert. loco.*
10 Vnde id magis procedit in paupere, cum quo potissimum seruanda est æquitas, *vt ostendi in V. æquitas.* & eo magis quo paupertas non solum difficultatem facit, sed videtur inducere impossibilitatem, saltem moralem.

PRIVIL. CCLXXVI.

Mora II.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat ab incurrenda mora, & ab incursa.*
2 *Moræ purgatio admittitur de æquitate Canon. & Ciuili si soluatur interesse.*
3 *Pro pauperibus maxime seruatur æquitas.*
4 *Pauperi ad moram purgandam longius tempus conceditur, quam Diuiti.*
5 *Tempus in quo liceat moram purgare, est Iudici Arbitrarium.*
6 *Pauper an indigeat remedio purgationis moræ, et n. 7.*

1 PAupertas excusat ab incurrenda mora, vt supra diximus, sed in incursa purgandi faculta-
2 tem præstat, nam si de æquitate Canonica, & Ciuili semper admittitur moræ purgatio, *vt post Hostiens. Bald. Butrium, Imol. Alex. Curt. docet Seraphyn. in Romam. Capitis Marcilian. Dec. 3 89. n. 7. & post alias recentiores Rotæ Decisiones dixi ego Decis. 85. n. 12.* vbi quod admittitur, etiam quando est effectum deterius sui aduersarij, dummodo soluatur interesse, multo magis pro pauperibus ad-
3 mittetur, quorum fauore maxime seruatur æquitas, *vt dixi in V. æquitas.*
4 Ampliatur, vt pauperi tribuendum sit tempus longius ad moram purgandam, quam Diuiti, *Ias. in l. 2. n. 84. in fine C. de iure emphyt.* vbi Iudicem admonet, vt consideret diligenter, an pauper, & Inops sit Emphyteota, vel Diues, & pecuniosus, & Diuiti minus tempus tribuat ad moram purgandam, quam non Diuiti, *& Iasonem refert, & sequi-*
5 *tur post alios Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 7. n. 14. qui pr ius ibid. n. 13.* post alias sex opiniones, septimam

ptimam inquit esse crebriorem, scilicet tempus, in quo liceat moram purgare, esse Iudici Arbitrarium.

6 Animaduerto tamen, quod Iason, vbi supra, non loquitur simpliciter de paupere, vt Menoch. simpliciter refert, sed de non Diuite, vt ego retuli, forte quia pauper non indiget hoc remedio purgationis moræ, cum eam non incurrat, vt sentire videtur, *idem Iason. n. 53. in fine,* licet dicat non esse sine dubio.

7 Sed fortasse, etiam dici potest, quod vtrumque remedium, pauperi possit esse proficuum, quia si paupertas vigebat ante moram, excusat ab incurrenda, vt supra, si vero superueniat post incursam, tribuit Ius purgandi, vt hic.

PRIVIL. CCLXXVII.

Mora III.

SVMMARIVM.

1 *Mora non committitur sine interpellatione hominis, vel legis.*
Dies interpellat pro homine.
2 *Fauore minoris, mora committitur ipso iure, & fauore Ecclesiæ n. 3. & fauore piæ causæ n. 4. & fauore pauperis n. 5. & fauore fisci n. 6.*
7 *Pauper est magis priuilegiatus, quam Fiscus.*
8 *Debitor saltem iuratus, sciens creditorē indigere, statim est in mora.*
9 *Iuramentum constituit in mora absq; interpellatione, præsertim quando Creditor est pauper n. 10.*
11 *Contra Creditorem pauperem, facilius præsumitur solutio.*

1 Mora regulariter non committitur ipso Iure, sed solum post interpellationem hominis, vel Legis, vt quando Dies interpellat pro homine, *iuxta tex. in l. magnam 12. cum ibi not. C. de contr. & com. stip. & dixi D. 92. n. 2.*

2 Attamen fauore minoris, mora committitur ipso Iure absq; alia interpellatione, *l. in minorum 3. C. in quib. cauf. in integr. Restit. non est necess. Banera in tract. de mora p. 2. nu. 15. vers. 7. & post Alex. Socin. Ruin. & alios Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 220. n. 17. dixi D. 92. n. 5.*

3 Et fauore Ecclesiæ mora committitur ipso Iure, *Ias. in l. p. in fine C. de his quib. vt indign. Alex in l. quod te n. 8. ff. si cert. pet. Couar. Var. Res lib. 3. c. 17. n. 4.* qui de commun. testatur, *& post alios Menoch. de Arb. Iud lib. 2. cas. 220. n. 19.*

4 Et generaliter fauore piæ causæ, mora ipso Iure committitur, *l. Titia Seio 89. §. plures ff. de leg 2. gl. in §. item mixta V. iniudicium Inst. de Action. Bald. in Auth. hoc amplius col. pen. vbi etiam Ias. col. p. C. de fideicom. Roman. sing. 116. incipit Tu habes, quod in minore Tiraq. de pia cauf. priu. 141. Euerard. in loco à libertate ad piam causam vers. 33. ex ista æquiparatione.*

5 Vnde etiã fauore pauperis, mora ipso Iure cõmittetur, & quia eius causa dicitur valde pia, vt dixi in V. pia causa, & quia pauper æquiparatur minori, & Ecclesiæ, *vt dixi in V. Minor, & in V. Ecclesia.*

6 Et quod sicut fauore Fisci, ita & fauore Ecclesiæ, mora ipso Iure committatur, *docet post alios Euerard. in loco à fisco ad Ecclesiam vers. 17.* & tu dic, quod multo magis ergo fauore pauperis, qui

7 magis est priuilegiatus, quam Fiscus, *dixi in V. fiscus in V. dubium.*

8 Et in specie, quod Debitor sciens Creditorem indigere, saltem si iurauerit soluere, constituatur in mora & statim soluere teneatur absq; alia interpellatione, *tradit Ias. in l. quod te nu. 22. ff. si cert. pet. vbi Purpurat. n. 97. Mascin. de Iuramen. p. 4. effect. 42.*

9 Sed quod, & Iuramentum ipsum absq; alia interpellatione constituat in mora Debitorem Iuratum, videtur, *tex. in c. querelam 10. sec. vnum intellect. de iure iur. & in l. si quis maior 41. in V. Mox. C. de transact. & tradit post alios Euerard. in loco à vi iuramenti vers. 11. singularis effectus.*

10 Quod certe magis obtinere debet quando Creditor est pauper ex supradictis, *quibus adde tex. Deut. 24. ibi,* eadem die reddes pauperi pretium laboris sui, quia pauper est, & ex eo sustentat Animam suam, *& prius ibid.* sin autem pauper est, nõ pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum & in hac specie dicere possumus, quod paupertas ipsa Creditoris, satis interpellat pro homine, vel quod pro paupere satis interpellet ipsa Lex.

11 Nota tamen hic, quod contra Creditorem pauperem facilius præsumitur solutio, *ad tradita post alios per Surd. Dec. 105. n. 3.*

PRIVIL. CCLXXVIII.

Mora IV.

SVMMARIVM.

1 *Mora potest celeri satisfactione purgari, fallit fauore Alimentorum n. 2. quando pauperi debentur n. 3.*
4 *Donatarius cum onere alendi, potest moram purgare lite contextata intra modicum tempus quando Alimentandi modice interest.*
5 *Moræ purgatio impeditur fauore piæ causæ.*

1 Quamuis regulariter possit mora purgari, præsertim celeri satisfactione, *l. quod te 5. vbi DD. ff. si cert. pet. c. potuit fin. de Locato l. Amplius 15. ff. Rem. ratam haber. Dixi Dec. 85. n. 11. vbi vide si placet.*

2 Attamen qui tenetur Alimenta præstare, non potest moram purgare, *Bald. cons. 250. lib. 3. Alciat. cons. 108. n. 8. Castr. cons. 70. col. 6. lib. p. Surd. de Alim. tit. 8 priu. 47 n. 2.* vbi quod ideo, qui aliquid dedit, vt sibi præstentur Alimenta, si non sint præstita, reuocat datum, quod quidem
3 videtur intelligendum quando Alimenta pauperi debentur, *ad ea, quæ dixi in V. Alimenta 4 priu. 23.* & confert ratio, quam in his terminis adducit, *Bald. d. cons. 250.* quia non bene datur in præstatione Alimentorum, recompensatio temporis, ex quo forte Alimentarius fame laborauit, *& sequitur Surd. de Alim. tit 8. priu. 47. n. 2.* & confert ad idem proxima Limitatio.

4 Limitatur ergo, vt cum quis recipit Donationem cum onere Alimenta præstandi, possit moram purgare lite non contextata, intra modicum tamen tempus, & si aduersarij modice interest, *Cyn. in l. p. in fin, C. de Don quæ sub modo Surd. de Alim. tit. 8. priu. 47. n. 3. sub finem.*

5 Nota tamen, quod generaliter moræ purgatio impeditur fauore piæ causæ, *ad tex. in l. pen. C. de fideicom. libert. vbi Bald. Tiraq. de pia caus. priu. 96.* vnde, & fauore pauperis ex supra dictis hic, & in V. Pia Causa.

PRIVIL. CCXXIX.

Mulcta.

SVMMARIVM.

1 *OB paupertatem mulcta remittitur, vel minuitur, saltem quando Fisco debetur n. 2. & quid quando parti ibid.*

1 OB paupertatem mulcta remittitur, *l. Illicitas 6, §. præses ff. de off. præs. ibi,* si ex præsentibus facultatibus relligi non posse deprehenderit *Bart. ibi, Io Fab. in l. fin. C. de modo mulctar. Aldobrand. inst. tit de excus. tut. n. 17. Boer. Dec 349. n. 3. & post Bald. Marsil. Luc. de pen. & Hostiens. Rolan. à valle cons. 87. n. 45. lib, n. Menochiaca Controu. Illustr. c. 24. n. 15 Clar. com opin. § fin. q. 95. vers. Hæc autem omnia,* vbi quod, vel remittitur vel minuitur, seu reducitur ad qualtam partem, *late Tiraq. de pœn. temper. caus. 32. n p.* vbi quod quantum ad mulctam pertinet, omnibus in confesso est, minui, aut remitti ex causa paupertatis, *Medices de casib. fortuit. p 2. q. 4. n. 30.*

2 Declaratur, vt Conclusio procedat in mulcta applicanda Fisco, secus est in mulcta applicanda parti; hæc enim ob paupertatem non remittitur, *ad tex. in c. nisi 3. de offic. Deleg. gl. in l. 2. C. de in. Ius vocan. gl et Bald. in l. rescripta in fin. C. de prec Imper. offer. Barbat. in Addit. ad Bart. in d. l. Illicitas §. præses in princ. in V. quod propter ff de offic. præsid. & idem Barbat. cons. 11. col. ante pen. vers. capio nunc aliud dubium vol 4 Albert. de Rosate in l. quicunque C. de seru. Fug. col. 2. vers. præterea hic & col. 8. vers. item oppono, quod remitti Luc. de pen. in l. p. C. de ijs, qui ex public. Rationem. Io. de Plat. in l. p. vers. & quæ differentia C. de Fiscal. vsur. Boer. d. Dec. 349. n. 3 Clar. in §. fin. q. 95. vers.* sed quid si Reus, iuncto vers. hæc autem, vbi videtur innuere mulctam parti debitam ab eo, qui non habet in ære, commutandam esse in corporalem, quod sane durum videtur, *sed videas in V. pœn.*

PRIVIL. CCLXXX.

Munera I.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes excusantur à publicis muneribus.*
2 *Pauperes excusantur ab onere collectarum.*
3 *Excusatus ab aliquo munere ob paupertatem, illud suscipere non tenetur, etiam superuenientibus Diuitijs.*
4 *Pauperes excusantur à muneribus, idest à Donis.*
In necessitate, nemo liberalis existit.
A nemine accipere Inhumanum est: Ab omnibus vilissimum, omnia charissimum:
5 *Multi solent manus rogantium spectare, non vultus.*
Manum suam aperiens, aperit Iudicis aures, vide versus.
Munera capientes, capiuntur, vide versus.
6 *Pauperes excusantur a muneribus patrimonialibus, & an à personalibus n. 7.*
8 *Phylosophi excusantur à personalibus non à patrimonialibus, & quare.*
9 *Pauperes excusantur à muneribus, solum durante paupertate.*
10 *Tempore magnæ necessitatis publicæ, nemo à muneribus eximitur.*
11 *Paupertas est probanda ad munerum excusationem, & quare.*
12 *Curator non est temere dandus ratione furoris, quia multi eum fingunt, vt onera effugiant.*
13 *Pater, qui filium debilitauit, ve Bello Inhabilis fieret, deportatur est.*
14 *Iudex Arbitratur, quis dicatur pauper ad munerum excusationem.*
15 *Diuites non possunt munera personalia, pecunijs redimere.*

1 PAuperes excusantur à publicis muneribus, *l. cura 4. §. inopes ff de mun. & honor. Bart. in l. fin. C. de ijs, qui num. lib 10. Io. de Plat. in §. sed et propter inst. tit. de excus. tut. Beniucas. de paupert. q. 4. n. 26. vide Bart. in l. 2. C de Apoch. lib. 10, Ias. in l. si se non obtulit n 21. ff. de re iudic. Io. Andr. in c. Decet n. 5. de Reg. Iur. in sex. Medices de casib. fort. p. 2. q. 4. n. 13. Adde Plut. de exilio ibi,* mihi parum terræ datum est, At nec fortius sum

publi-

publici muneris impensas indeprecabiles, nec Imperia Principum, nec ministeria in Ciuilibus negocijs.

2 Ampliatur pr. vt pauperes excusentur, etiam ab oneribus, & solutionibus Collectarum, *gl. & Bart. in l. omnes 3. C. de Annon. & trib. lib. 10. Bald. in Auth. Defuncto C. ad Tertul. & in l. Acceptam C. de vsur. Ias. in l. Anni nu. 10. ff. de pact. Io. Andr. & Ant. de Butr. in c. licet de censibus Felin. in c. si qui te dixerit col. fin. de testib. Dec. in c. ex Epistolę n. 215. de prob. Gerard. sing. 75. et sing. 100. Benincas. de paupert. q. 4. n. 26. Dixi in V. Collectae, & in V. Gabella.*

3 Ampliatur 2. vt excusatus ab aliquo munere propter paupertatem, superuenientibus Diuitijs non cogatur suscipere munus illud pro ea vice, qua ei obuenerat tempore paupertatis, licet teneatur pro futuris, nec excusetur amplius durantibus Diuitijs, *ita intellexit tex. ind. l. Cura carnis 4. §. Deficientium ff. de vacat. & hon. Barbosa in l. si constante in princ. n. 35. ff. sol. matrim. Cyriac. controu. Forens. vol. 2. c. 277. n. 15.*

4 Ampliatur 3. vt multo magis pauperes excusari debeant a priuatis muneribus, idest Donis, quia in necessitate, nemo liberalis existit, *l. Remi. legatam 18. ff. de Adm. Leg.* & a pauperibus capere, vilissimum videtur, *ad tex. in l. 3. lens. 6. ff. de off. proc. & leg. ibi,* A nemine accipere inhumanum est, passim (sed ab omnibus) vilissimum, omnia, Auarissimum, *& consonat Ouid. 3 de Arte ibi,* A miseris pretium sceleris est sperare Poetis, licet subdat, Haec mihi scelus hoc nulla puella timet.

5 Et tanc hoc male seruatur ab ijs, qui solent magis manus nigantium spectare, quam vultus, *vt loquitur Hieron. ad Demetriad. de Virginitate,* Immo pauper, quia non habet quid offerat, saepe remanet oppressus, vt dixi in *V. Aequalitas, & ad de hic Io. Eudom. lib. vnic. Epig. 27.*

Miraris Clausae, quod sint tibi Iudicis Aures
Cum tua Iudicibus non sit aperta manus
Et generale est, *Illud Ouid. 3. de Arte.*
Munera crede mihi capiunt hominesq; Deosq;
Ipse vir accepto munere, mitis erit.

In quo tamen tu dic, quod qui capiunt, capiuntur, econtra vero in illo Euangelico, *Matt. 19* non omnes capiunt verbum hoc, capiuntur, qui non capiunt.

6 Limitatur pr. vt pauperes excusentur a muneribus patrimonialibus, non a personalibus, *l. Cura extruendi 4. §. Inopes ff. de mun. & hon. ibi,* Inopes, onera Patrimonij ipsa non habendi necessitate non sustinent, corpori aute indicta obsequia, soluunt, *& tex. in l. fin. C. de ijs, qui num. liber. lib. 10. ibi,* propter rerum angustias ad personalia vocantur obsequia.

7 Sed quod, nec ad onera personalia, teneantur pauperes cum sint occupati pro quaerendis sumptibus ad victum, *dixit Bald. in Auth. Defuncto C. ad Tertullian. & in l. Indictiones C. de Ann. lib. 10. Medices de casib. Fortuit. p. 2. q. 4. n. 13. & in opusc. mors omnia soluit p. 9. n. 103.*

8 Phylosophi vero excusantur a personalibus non a Patrimonialibus, *l. professio 6. C. de prof. & med. lib. 10. ibi,* professio, & desideria eorum non tamen se discrepant, nam cum Phylosophum te proponis, vinceris Auaritia, & onera patrimonij ita recusare conaris, *& in l. sendatur 8. C. eod. tit. de profess. et medic. lib. 10. ibi,* turpe est Phylosophum Patriae functiones ferre non posse, qui fortunae vim ferre se posse profitetur.

9 Limitatur 2. vt pauperes excusentur a muneribus durante paupertate, seu Inopia tantum, *tex. cit. in d. l. Cura carnis 4. §. deficientium ff. de mun. et hon. ibi,* Deficientium facultatibus ad munera, excusatio, temporalis est, non perpetua, nam si patrimonium incrementum acceperit, an Idoneus fit, aestimabitur, Ad Idem, *confert tex. in l. 2. C. de Alluuion. ibi,* Hi quos Inundatio fili fluminis reddit Ditiores, tributorum agnoscant augmentum, & qui suum deplorant Patrimonium diminutum, alieno functionis onere liberentur.

10 Limitatur 3. vt tempore magnae necessitatis publicae, nemo a publicis muneribus subeundis excusetur, *Bald. in l. Iubemus nulli C. de Sac. Eccles. Gerard. sing. 100. n. 14. Benincas. de paupert. q. 4. n. 26.*

11 Declaratur pr. Conclusio, vt ad eius effectum, maxime sit probanda paupertas cum finus in casu, in quo paupertas, vt vera, prodest, sic ficta illudaret, Confert ad hoc, *tex. in l. obseruare 6. ff. de Bon. eor. ibi,* ne temere Curator detur, nam plerique furorem, seu Dementiam fingunt, vt Curatore recepto Ciuilia onera detrectent.

12

13 Ad idem est exemplum fortius, *in l 4. §. cum, qui ff. de Re milit.* vbi Pater filium debilitauit, vt Bello Inhabilis fieret, vnde deportatus fuit.

14 Declaratur 3. vt Iudicare quis dicatur pauper ad effectum excusandi a muneribus, spectet ad Iudicis Arbitrium, *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 12.*

15 Nota hic, quod Diuites non excusantur a muneribus personalibus, etiam si ea vellent pecunijs redimere, *ad tex. in l. Illud 9. C. de excus. mun. lib. 10. ibi,* praecaueri conuenit, ne quis personalem functionem precio putet esse taxandam.

PRIVIL. CCLXXXI.

Munera II.

SVMMARIVM.

1 Etiam exempti coguntur ad munera personalia fauore pauperum, miserabilium, & pię causę.

2 Pauperes quo ad munera personalia, habent priuilegium actiuum, & passiuum, nam cogunt, & non coguntur.

Qui-

1 QViqunq; etiam exempti à muneribus personalibus, possunt tamen ad illa compelli fauore piæ causæ, & miserabilium personarum, & sic pauperum, *Odofred. in l. p. C. de Agricol. & cēsit Genuens. in practicab. Ecclesiast. q. 323. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 60. n. 7.*

2 Vnde patet pauperes, quo ad munera realia habere priuilegium passiuum, quia non coguntur vt supra, quo vero ad personalia, habere priuilegium actiuum, quoniam cogunt, & sic cogunt, & non coguntur, sicut alibi trahunt, & non trahuntur, *vt dixi in V. Forus.*

PRIVIL. CCLXXXII.

Mutuum.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur mutuare.*
Contractus sunt ab Initio voluntatis, ex post facto necessitatis.

2 *Illud (Mutuum date nihil Inde sperantes) quo ad primum, est consilium, quod ad secundum, est preceptum.*

3 *Illud (Vouete, & reddite) quo ad primum, est consilium, quo ad secundum, est praeceptum.*

4 *Illud (Alligatus es Vxori, &c.) quo ad primum est praeceptum, quo ad secundum est consilium.*

5 *Illud (quod superest Date Elemosinam) quo ad aliquos, continet aliquando preceptum, & quo ad alios, consilium.*

6 *Pauperi mutuo indigenti tenemur mutuare, probatur n. 7.*

8 *Diuites in magna Annona penuria coguntur à Iudice ad mutuandum pauperibus.*

9 *Vtilitas publica prefertur priuatę tanquam maius Bonum minori.*

10 *Tempore penuriç coguntur habentes pecunias ad eas Reip. mutuandas.*

11 *Etiam Ecclesia tenetur Indigentibus mutuare.*

12 *Valet pactum, vt mutuatarius minus restituat, non vt plus.*

13 *An Diues satisfaciat Indigenti mutuando, commodando, fideiubendo, distingue vt n. 14.*

15 *Sine necessitate, nemo debet mutuum accipere, & quare.*

16 *Quare iniquius sit denegare Depositum, quam mutuū.*

17 *Non mutuat, sed Das, qui Amicus est.*

18 *Remedia ad querendas pecunias Reip. absq; Collectis.*

1 NEmo regulariter mutuare tenetur, quoniam omnes contractus sunt ab Initio voluntatis, licet ex post facto necessitatis, *l. sicut 5. C. de Actiou. & oblig. Costa de Rem. subsid. Rem. 76. n. 2.*
2 *in fine*, vnde illud *Luca 6.* mutuum date, nihil inde sperantes, quo ad secundum, est præceptum negatiuum, quo vero ad primum, est Consilium affirmatiuum, *ad tex. in c. consuluit 10. de vsur.*
3 *Azzor. Inst. moral. p. 3. lib. 7. c. 11. q. p.* & simile est in illo, vouete, & reddite, *in c. magnę 7. de voto*, ubi primum ad Consilium, secundum ad Imperium refertur, & simile etiam *in illo 2. ad cor. 7.*
4 Alligatus es Vxori, noli quærere solutionem: solutus es ab Vxore, noli quærere Vxorem, nam prius ad præceptum pertinet, alterum Consilij sententia est, *vt sensit Aug. in lib. de Sanct. Virginit.*
5 Et pulcrius est illud *Lucę 11.* quod superest, Date Elemosinam, nam eadem verba, quo ad Clericos important aliquando præceptum, quo vero ad Laicos, important aliquando Consilium, *vt dixi in V. Beneficiatus, & in V. Elemosina.*
6 Sed pauperi mutuo indigenti, tenetur homo mutuare sub præcepto Charitatis, *Scot. in 4. Dist. 15 quem refert, & sequitur addens ad Cepollam de simulatione Contract. in prafat. in litt. A. in V. pecuniam mutuam Corrad. de Contr. q. 19. Conclus. 4. Bursatt. cons. 140. n. 23. lib. 4* vbi tamen requirit arctam necessitatem, & periculum, ne pauper fame pereat, *Azzor. Inst. mor. p. 3. lib. 7. c. 11. q. 2.* vbi plus videtur sentire, quod Diues non satisfaciat mutuando, quando pauper petit simpliciter non mutuum, sed Elemosinam, & non habet spem restituendi, *de quo vide, quod infra dicam hic.*
7 Probatur Conclusio, *Deut. c. 15. n. 7. & 8. ibi*, si vnus de fratribus tuis ad paupertatem venerit, non obturabis Cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris, *& eod c. 15. Deut. n. 9.* Caue ne auertas occulos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei mutuum, quod postulat commodare, *& Leuit. c. 25.* si attenuatus fuerit frater tuus, & susceperis eum, & vixerit tecum, ne accipias vsuras ab eo, nec amplius, quam dedisti, *& eod c. 22.* si pecuniam mutuam dederis Populo meo pauperi, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes, Ad idem, *Deut. c. 23.* fratri tuo absq; vsura, id quod indiges commodabis, *& Ps. 36.* tota die miseretur, & commodat, & semen eius in Benedictione erit, *& Ps. 111.* Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, *iuncto Deut. c. 15. ibi*, Commoda pauperi mutuum, quod postulat, Confert ad idem *prou. c. 22.* Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est fenerantis, & ad idem conferre forte pot. *Ps. 36.* mutuabitur peccator, & non soluet, Iustus autem miseretur, & tribuit, cum quo in prima secundæ partis parum consonare videtur, *Seneca lib. 2. de Clement. ibi*, non miserebitur Sapiens, sed succurret, *At vide, quod dixi in V. Misericordia*, & habebis consonantiam, *Adde Aug. lib. p. de sermon. Dom. in monte*, omni petenti te, da, & qui voluerit mutuari a te, ne auersatus fueris, omni petenti (inquit) non omnia petenti.
8 Ampliatur pr. vt multo magis Diuites in magna Annonę penuria, officio Iudicis compelli possint

sint ad mutuandum pauperibus Indigentibus, *ad glos. in fortioribus terminis in c. sicut in V. Esurientium 43. Dist. & in c. Domino Sancto in V. necessitate 50. Dist. cum alijs adductis per Azzor. p. 3. lib. 7. c. 11. q. 3.* vbi arguit à fortiori, nam si Diues officio Iudicis cogi potest ad Elemosinam largiendam pauperibus, *vt dixi in V. Elemosina p.* & sic si compellitur ad donandum, fortius ergo compelli poterit ad mutuandum, quod minus est.

9 Additur alia ratio specialis huic Ampliationi per eundem *Azzor. ibid.* quia scilicet vtilitas publica est anteferenda priuatæ, tanquam maius Bonum minori, ad quod *est tex. in c. licet 18. de Regular.*

10 Ampliatur 2. vt tempore necessitatis, habentes pecunias cogi possint eas mutuare Reip. gratis & teneantur expectare Restitutionem, donec exigantur Collectæ, *Ang. cons. 206. n. p.* dicens esse casum, *in l. fin. §. fin. ff. de pign. action. Castr. in l. si quis nec causam n. 6. ff. si cert. pet. Osasc. D. 95. n. 51. Vasq. controu. Illustr. lib. p. in præfat. c. 6. n. 7. Costa de Rem. subsid. Rem. 56. n. 5.* vbi quod pro necessarijs ad Bellum compelluntur Ciues ad mutuandas pecunias, *& n. 6.* vbi generalius quod quando Superior non habet de suo, vnde publicum Bonum tueatur, mutua pecunia extorquetur ab inuitis.

11 Ampliatur 3. prima Conclusio, & proxima ampliatio, vt procedat, etiam in Ecclesia, *Io. Andr. in c. 2. de solut. Felin. in c. si vero de Iuretur. n. 7.* vbi quod, cum Ecclesia teneatur de superfluo Elemosinam facere, *c. aurum 12. q. 2. c. fin. 16. q. p.* fortius tenetur indigentibus mutuare.

12 Ampliatur 4. quia valet pactum, vt mutuatarius minus restituat, non vero, vt plus restituat quam accepit, *l. Rogasti 11. §. si tibi ff. de Reb. Credit.*

13 An autem pauperi extreme indigenti satisfaciat Diues, mutuando, locando, commodando, vel etiam fideiubendo, est pro affirmatiua, *Felin. in c. si vero 4. de Iuretur. n. 6. in fin. Nauar. in man. c. 17. n. 61. & c. 24. n. 5. Toletus Conr. Hadrian. allegati per Azzor. & Dianam in locis statim allegandis, & affirmatiuam, sequitur Diana p. 5. tr. 8. de Elemos. Res. 5.* pro negatiua vero sunt, *Aragon. Villalob. Bannez. Granad. Valentia Turrianus. Suarez. Beccan. Lorca. Sotus Conninch. Reginald. quos refert, vbi sup. Diana, & pro eadem addit Medinam, maiorem Ledesmam, Cordubam eosq; sequitur Azzor. p. 2. lib. 12. c. 9.*

14 Supposita pro vera negatiua hac Sententia, quod scilicet mutuando non satisfiat, Limita quando pauper non indiget simpliciter, sed indiget hic, & nunc, & non semper, seu indiget hoc loco, & tempore, sed non omni loco, & tempore, vt quia alibi habet Bona, vel Artem, vel industriam, vel spem probabilem acquirendi, tunc enim, vt supra satisfit, *Ita post Sotum Medinam Ledesmam Azzor. p. 2. lib. 12. c. 9. q. 2.* vbi in fine ait, quod in his, & similibus casibus non militat præceptum Elemosinæ, sed misericordiæ cui per mutuum satisfit.

15 Adde hic, quod sicut extra necessitatem, Diues, non tenetur mutuare, sic etiam extra necessitatē, pauper non debet accipere mutuo, vnde Plutarch. de ære alieno vitando, Habes? (inquit) noli te ęre alieno obstringere, non habes? ne sumito mutuum non es enim soluendo, & noli paupertati multis alioquin incommodis onustæ, difficultates mutuum petendi, & ære alieno te obligandi accumulare, *& infra ibid.* paupertatem ferre non potes, & fæneratorem in ceruicem tuam imponis, onus cui ferendo, difficulter, etiam Diues sufficiat, sed ad hoc *vide alia plura in V. æs alienum.*

16 Ad ornatum nota hic, Cur Depositū denegare Iniquius sit, quam mutuem, Ad quod quæsitum respondet, *Aristoteles sect. 29. prob. 2.* in Hæc verba, An quod Amico Iniuriam facere, turpe est depositum igitur qui negat, Amico Iniuriam facit, nullus enim quicquam deponit, nisi credens, confidensq; at is cui debetur, Amicus non est, non enim mutuat, sed Dat, qui Amicus est.

17 Nota etiam, quod Ephesij in pecuniarum Inopia, Legem tulerunt, ne fœminæ aurum gestarent, & quod haberent, Ciuitati mutuum darent, *Ita refert Arist. lib. 2. de Re. fam. c. 19.*

Sic etiam Chij pecunijs indigentes, cum apud ipsos lex esset, vt æs alienum publicæ scripturæ mandaretur, decreuerunt, vt qui deberent, id ipsum, quod deberent, Ciuitati repræsentarent; Ciuitas vero ipsa ex suis prouentibus, vsuras ijs, qui fænerauerant, redderent, donec sortem adæquarent, ita narrat, *Idem Arist. lib. 2. de Re. fam. c. 12.* quæ quidem duo remedia ad cumulandas pecunias pro publicis necessitatibus videntur diligeter notanda; & eo magis quo subministrant suauem quemdam modum ad consequendum effectum absq; impositione vniuersalium Gabellarum, & absq; vlla læsione, & grauamine pauperum subditorum.

PRIVIL. CCLXXXIII.

Necessitas.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas, & paupertas, an et quando sint idem.*
2 *Necessitas in dubio intelligitur præcisa.*
3 *Propria necessitas dicitur, quæ habet principium necessarium.*
Aliquibus superflua, fiunt necessaria.
4 *Necessarium dicitur illud, cuius contrarium est impossibile.*
5 *Necessitas aliquando significat honestatem, non obstante dictione præcisa.*
6 *Verbum rogo, aliquando importat necessitatem.*

Ne-

7 *Necessitas aliquando significat vtilitatem, aliquando Alimenta n. 8.*

9 *Legatum factum pro necessitatibus intelligitur pro Alimentis.*

Nulla durior necessitas, quam fames.

10 *Relictum alicui pro suis necessitatibus, peti potest, etiam non subsistente necessitate, & quare.*

11 *Necessitas, aliquando sumitur pro paupertate.*

Dictio, seu, aliquando stat declaratiue, nõ alternatiue.

12 *Paupertas est species necessitatis.*

13 *Necessitas non habet legem, eximitur ab omni lege, ipsa sibi legem facit, & reddit licitum, quod alias foret illicitum. & necessitas non subiacet legi, sed lex subiacet necessitati, declara vt ibi.*

14 *Paupertas non subiacet legibus.*

15 *Paupertas extrema gaudet priuilegio Principis.*

16 *Pauper, supra Principem priuilegiatur, & quomodo.*

Princeps non ligatur legibus, declara vt ibi.

17 *Princeps non ligatur proprijs legibus, nec Antecessoris, & quare.*

Nemo sibi potest Imperare.

In generali sermone non comprehenditur persona loquentis.

Par in parem non habet Imperium.

18 *Diuinis legibus, humanus Princeps ligatur, & quare.*

Obediendum legi magis, quam Regi.

Facta subditorum Iudicat Pontifex, facta Pontificis Iudicat Deus.

19 *Extrema necessitas eximitur ab omni lege.*

Qui omne dicit, nihil excludit.

20 *Pro interpretatione legis, recurrendum est ad Superiorem, sed si tempus non adest, necessitas dispensat.*

Si res moram non patitur, potest Iudex punire, deinde scribere.

21 *Necessitas est interpres dubię dispositionis, & censetur facta ex causa, magis necessaria.*

22 *Lex magis subuenit actui facto ex necessitate, quam facto ex voluntate.*

23 *Necessitas, omnem excludit Immunitatem.*

24 *Necessitas, inseparabilia separat.*

25 *Necessitatem allegans, tenetur eam probare.*

26 *Quæ ob necessitatem conceduntur, regulantur pro modo necessitatis.*

27 *Annuum Legatum relictum respectu, certę necessitatis, debetur eo tempore, quo inest necessitas.*

28 *Relictę vestes hiemales, debentur de mense Septembris; æstiuę de mense Aprilis.*

Æstas incipit ab æquinoctio vernali, & finitur æquinoctio Autumnali.

29 *Necessitas non prodest ei, qui se in ipsam coniecit.*

30 *Agenti ex necessitate, nec pręmium debetur, nec pęna.*

31 *Necessitas non habet meritum, sed voluntas:*

Desinit esse necessitas, si voluntas accesserit.

32 *Necessitas est Indiuisibilis.*

33 *Necessitas publica, pręualet priuatæ, vt maius bonum minori.*

34 *Cum proprię vitę periculo, tenemur opem ferre saluti animę proximi, & quando.*

35 *Exceptio spoliationis quando debitori prosit, & n. 36.*

36 *Felix necessitas, quę compellit ad bonum.*

37 *In necessitate viuere, necessitas nulla est; Calcare ipsas necessitates licet.*

1 LIcet non omnis paupertas sit necessitas, nec omnis necessitas sit paupertas, si loquamur in Abstracto, attamen si loquamur in concreto iuxta subiectam materiam, rem ad homines referendo, necessitas non videtur esse aliud, quam extrema paupertas, sicut, & paupertas non est aliud, quam necessitas quædam extrema, vel grauis; vnde, & priuilegia necessitatis, dici poterunt priuilegia paupertatis, *vt latius infra* comprobabimus.

2 Interea supponendum est, quod in dubio verbũ necessitatis intelligitur de necessitate pręcisa, *l. obligamur 51. §. necessitate ff. de Action. & oblig. iuncta leg. Debitor 108. in V. inuito ff. de verb. sign. Bart. in l. p. §. quod si nemo ff. quod quisque iuris Cephal. cons. 64. n. 10. & seq. lib. p.* vbi quod secundum subiectam materiam, intelligitur de causatiua, vel præcisa, sed regulariter causatiua non excusat, *idem Cephal. cons. 451. nu. 305. lib. 4.* vbi quod non sufficit ingens penuria, nisi sit necessitas præcisa, & tanta, vt constituat in periculo mortis, nisi sic faciat, *Rim. Iun. Inst. tit. de oblig. n. 141. & cons. 384. n. 40. & 41. vol. 4.* vbi quod id magis procedit quando fit mentio de euidenti necessitate, *Thesaur. Dec. 257. Costa de Iudicijs in Rub. n. 60.*

3 Ad idem fere confert, quod propria necessitas dicitur illa, quæ habet principium necessarium, *Bald. cons. 20. vol. 3. Crauett. in Resp. pro Genero n. 93. Corn. cons. 297. nu. 5. vol. 2. Soc. Iun. cons. 130. in fin. vol. 2. Rim. Iun. cons. 384. n 42. vol. 4 Tiraq. de retract. § p. gl. 14. n. 15. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. nu. 52. Rota in Detrusen. onerum Sacristia D. 20. n. p. p. 2. diuers.* vbi quod illa proprie necessitas dicitur, quæ necessariam habet originem.

Huiusmodi autem non dicitur illa necessitas, in quam quis sua culpa se conijcit, *de qua diximus in V. priuilegia p. & de qua loquitur Sen. ep 39.* miserrimi eo peruenerunt, vt quæ superflua fuerant facta sint eis necessaria.

4 Dicitur etiam necessarium esse illud, cuius contrarium est impossibile, *Bald. in l. non quicquid ff. de Iudic. Menocch. de præs. lib. 4. præs. 88. n. 55.*

5 Aliquando tamen, necessitas secundum subiectã materiam sumitur pro honestate, *Roman. ad Bart. in l p. ff. de Iust. & Iur. in princ. in V. huius*, timore, qui ampliat, etiam si adiciatur dictio præcise, vel omnino, seu similis, adducens ad hoc, *textum cum gl. & Abb. in c. p. in V. debet omnino de Despons. impub. Ias. in l. p. ff. sol. matrim. nu. 44.* vbi ampliat etiam quando addita est dictio præcisa, omnino verbo necessitatiuo, vt si dictum sit esse omnino necessarium, & adducit ad *id tex. in c. p. de Despons. impub. in vers. omnino, & ibi gl. & Abb. not. Costa de Iudic. in Rub. nu. 60.* vbi ampliat

etiam

etiam si adsit dictio praecisa, & adducit simile, quod econtra, etiam verbum Rogo ex subiecta materia importat necessitatem, adducens, *tex. in d. c.p. de Desponſ. impub.*

7 Aliquando etiam necessitatis verbum exponitur pro vtilitate, *gl. in l. p. ſ. ſol. matrim. in V. necessarium*, vbi cum tex dicat Dotatas esse Faeminas ad Ciuitatem explendam, esse maxime necessarium, exponit glosa necessarium, idest vtile, *Alex. in l. contra n. 3. C. de neg. geſt. Iaſ. ibid. n. 44*

8 Aliquando necessitas significat Alimenta, *gl. in l. p. C. de Alen. liber. ac parent.* vbi cum textus dicat parentum necessitatibus, liberos succurrere, iustum est, *gl. ibi in V. necessitatibus*, exponit, idest Alimentis, non autem in aere alieno, potest ad id secundum vnum intellectum conferre, *ps. 24 ibi*, de necessitatibus meis erue me Domine, quasi vt posset semper orare, exoptaret Dauid liberari, etiam à necessitate corpus alendi.

9 Hinc est, quod Legatum factum pro necessitatibus, intelligitur, idest pro Alimentis, *l. pen. ſ. fin. l. fin. ſſ. de Alim. & Cib. leg. Ancar. inter conſ. Calderin. conſ. 21. col. p. tit. de teſtam. in 2. Dub. lib. 2. Cranetta conſ. 199. nu. 4. lib. p. Surd. de Alim. tit. 2. q. 5. n. p.* vbi dicit hoc esse indubitatum, *ex d. l. pen.* & quia nulla maior, ac durior est necessitas, fame, *vt in l. 2. vbi Albertus. C. de patrib. qui filios di ſtraxerunt.*

10 Nota tamen hic, quod Relictum alicui pro suis necessitatibus, debetur, & peti potest, etiam non subsistente necessitate, *Bald. & post eum Corn. obſ. 287. col. pen. verſ. his non obſtantibus vol. 3. Simon. de pret. de interpret. vlt. vol. lib. 4. dub. 8. n. 91 Surd. de Alim. tit. 5. q p. n. 42.* vbi quod dictio illa pro, non inducit causam finalem, sed impulsiuam, & non importat conditionem, sed modum.

11 Aliquando autem necessitas sumitur pro paupertate, & exponitur necessitas, idest paupertas; *Apostill. ad gl. in l. Illicitas ſ. preſes ſſ. de off. preſid. in V. necessitatem, Surd. de Alim. tit. p. q. 44. n. 26. in illis verbis, notum est quantum paupertas, seu necessitas possit contra Iuris Regulas* vbi verbum (seu) non ſtat alternatiue, sed declaratiue, *vt in Rub. ſi Ager vectigalis, seu Emphyteuticarius petatur, Castren. in l. ſi fundum per fideicommiſſum n. 3. ſſ. de leg. p.* in illis verbis, idest paupertas illius cui traditur facit praesumi Animum donandi.

Confert, *tex. Eccli. c. 18. ibi* memento paupertatis in tempore Abundantiae, & necessitatum paupertatis in die Diuitiarum, *& Tacit. lib. 3. ann. c. 9.* Intra animum medendum est his, nos pudor, pauperes necessitas, Diuites satietas in melius mutet, & de paupertate potest intelligi, *Gregorianum illud.*

Sancta necessitas, quae ad meliora compellit, *vt probaui in V. Salus.*

12 Et quod paupertas sit species necessitatis probant, *tex. in can. fin. 34. q. p. & in c. ſtatutum 11. ſ. insuper de Reſcript. in ſex. gl. & DD. in c. querelam de Iuretur. Archidiac. in can. pauper 11. q. 3. Iaſ. in l. Admonendi n. 214. ſſ. de Iureiur. Tiraq. de pen. temper. cauſ. 33. n. 4. post Bald. Felin. Roman. Alex. & alios Medices in memorabili tract. vel opusculo, cuius est titul. mors omnia soluit p. p. n. 103.*

His praemissis, inter priuilegia necessitatis, & sic paupertatis extremae, illud videtur esse praecipuum, quod alia plura priuilegia continere videtur in ventre, quod necessitas non habet legem, sed eximitur ab omni Lege, & ipsa sibi Legem facit, & reddit licitum, quod alias esset illicitum,

13 *can. Remiſſionem p. q. p. c. 2. de deſponſ. impub. c. p. de pignor. c. licet 3. de ferijs c. quod non eſt licitum 4 de Reg. Iur. cum alijs ſupra deductis in V. furtum docet Iaſ. in l. p. ſſ de offic. eius n. 73.* vbi infert ad multa, *Cephal. conſ. 451. lib. 4. n. 300.* vbi quod necessitas non subiacet Legi, sed Lex necessitati, *& prius n. 297.* vbi quod omnem Immunitatem excludit, *& prius etiam à n. 282. & ſeq.* vbi complura similia congerit, *Rolan. à Vall. conſ. p. lib. 2. nu. 69. & ſeq.* vbi alia similia cumulat, *& conſ. 80. per tot. primam columnam vol. p. Rim. Iun. conſ. 364. n. 30. et ſeq. lib. p. vbi plura refert, et conſ. 57. n. 36. et ſeq. eod. lib. p. Coſta de Retrotrac. c. 4. n. 21.* vbi quo ad necessitatem naturalem, & fatalē, & praecisam, simpliciter intelligit; quo vero ad Legalem, & causatiuam, intelligit, quod necessitas facit licitum, &c. in casibus tantum expressis in iure, *Confert tex. in l. nihil 4. C. de Palatin. lib. 12. ibi,* suis quisq; necessitatibus obsecundet.

14 Et indiuiduabiter, quod paupertas legi non subiaceat, dixerunt, *Goffredus in l. ſi quis ſolidum n. p. ſſ. de hered. inſtit. Alciat. lib. p. de verb. ſign. n. 58. Medices in tract. de caſib. fort. p. 2. q. 4. n. 29.*

15 Colligo hinc, quod paupertas, saltem extrema, quae proprie necessitas dicitur, gaudet priuilegio Principis, qui solutus legibus dicitur, *in l.*

16 *princeps 30 C. de legibus.* Sed plus dico, quod in hoc pauper, supra Principem priuilegiatur, nam Princeps, quamuis non ligetur Ciuilibus Legibus de necessitate, attamen de honestate ligatur, vnde dicitur, *in l. digna vox 4. C. de legibus*; digna vox est maiestate regnantis, licet legibus solutus, sit, legibus se tamen alligatum profiteri, ac legibus submittere Principatum, & licet legibus soluti simus, Legibus tamē viuimus, inquit Imperator ibi, *& in l. 2. ſſ. de legib.* dicitur oportet Legem, & Principem, & Ducem esse, vt aiebat Phylosophus summae Stoicae Sapientiae Crisippus, vel si loqui volumus, *cum D. Thom. 12. q. 96. art. 6.* licet Princeps non ligetur praedictis legibus, quo ad vim coactiuam, ligatur tamen quo ad vim directiuam.

Pauper autem indigens extreme, & paupertas, & necessitas, saltem extrema, omnino legibus nō ligatur, neq; de necessitate, neque de honestate, nec quo ad vim coactiuam, nec quo ad directiuam neq; in foro exteriori, nec in interiori, probat, *tex. in c. exijt, qui seminat de verb. ſign. in ſex. ibi, nec*

post ab omni lege extrema necessitas est exempta

17 Præterea licet Princeps supremus non recognoscens in suo statu Superiorem in terris non ligetur humanis legibus, modo quo diximus, non quidem proprijs, quoniam nemo potest sibi imperare, *l. pen. ff. de Arbitr. Glos. in can. nolite 11. q. 3. in V. vel teste*, & quia in generali sermone non comprehenditur regulariter persona loquentis, *l. Paulus 29. §. fin. ff. de pignor. l. inquisitio 18. C. de solut. dixi in V. electio*, non alienis, vel etiam Antecessoris, quoniam par in parem non habet Imperium, *c. innotuit. 20. de elect.*

18 Attamen Diuinis Legibus, humanus Princeps ligatur, *ad tex. in c. cum Inferior 16. de ma. & ob.* & Principibus, etiam dictum est, humiliamini sub potenti manu Dei, *p. Petr. 5.* Deus enim est Princeps Principum, Rex Regum, & Dominus Dominantium, & male, & hæreticaliter, *virg. ecimus*, Diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet, & hæreticalius blasphemauit, *Ouid. lib. 15. met. ibi*, Cæsar in Vrbe sua Deus est, nam de Imperatore legimus, *in can. Aug. qui resistit 11. q. 3.* si aliud iubet Imperator, aliud Deus, Responde, magis est obediendum Deo, quam hominibus; Tu Carcerem, ille Gehennam minatur, prout sic optime, Respondit adolescens, *lib. 2. Macchab. c. 7. ibi*, non obedio præcepto Regis, sed præcepto Legis, profecto Leuis Adolescentis verbum graue, & de Pontifice, ipse Pontifex dixit, *in can. facta 9. q. 3.* facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicat Deus.

19 At extrema paupertas, seu necessitas eximitur, etiam à Lege Diuina, vt patet ex ijs, quæ diximus *in V. furtum, & probat tex. in d. c. exijt, qui seminat de verb. signi. in fin. ibi*, Iure poli ab omni lege extrema necessitas est exempta, & qui omne dicit, nihil excludit, *c. solita 6. de ma. & ob. cum simil.*

20 Adde, quod licet pro interpretatione Legis, recurrendum sit ad Superiorem, attamen si nō adest tempus, necessitas dispensat, *ita D. Thom. sic referente p. Petr. Alagona 2 2. q. 96. art. 6.*

(Ego autē non miror necessitatem in hoc, fungi loco Principis, cum, & eam supra Principem esse, supra probauerim.)

Confert autem ad Conclusionem prædictam D. Thom. in fortioribus terminis tex. in l. si quis filio 6. §. quid tamen ff. de Iniust. rupt. &c. ibi, sustinenda est pœna, donec Princeps rescribat, quod si reo moram non patiatur, punire Iudici permittitur & deinde scribere.

21 Adde etiam, quod necessitas est Interpres dubiæ Dispositionis, quoniam censetur facta ex causa magis necessaria, *l. Gallus 29. §. quidam recte ff. de lib. & posthum. l. cum in corpus 36. ff. de Acquir. Rer. Dom. l. in ijs 6. §. sed si forte ff. de solut. & post Cagnol. & Bald. docet. Cranetta consil. 202. n. 10. libr.*

22 Et generaliter Lex magis subuenit actui facto ex necessitate, quam facto ex voluntate, *leg. pr. ff. Depositi.*

23 Et necessitas, omnem excludit Immunitatem, *vt probat post alios Cephal. cons. 451. n. 297. lib. 4. confert tex. in l. p. C. vt nem. liceat se excus. lib. 10. & l. pro Tyronibus 3. C. de priu. Dom. Aug. lib. 11.*

24 Adde quod necessitas facit, vt inseparabilia separentur, *vt post gl. & Bart. Alex. tradit. in l. pro herede § si quid tamen n. 7. ff. de Acqui. hered.* vbi exēplificat in feudatario, qui non sit soluendo, &c. vt a se possit abdicare iura, & commoditates feudi, licet de sui natura inseparabiles à persona feudatarij.

25 Nunc pro moderatione, & Declaratione præmissorum, notandum est Primo, quod necessitatem allegans, tenetur eam probare, *l. fideicommissa 11. §. si rem ff. de leg. 3. Menocch. ad Bart. in l. si quis mater C. de transl. n. 2. in V. Imperio.*

26 Secundo nota, quod quæ propter necessitatem conceduntur, regulantur pro modo necessitatis, & quatenus necessitas vrget, & æquitas dictat, *Bart. in l. p. §. fin. n. p. ff. de ferijs Dec. in l. si donatione n. 17. ante fin. C. de Collat. Gabr. cons. 128. n. 5. lib. p. Gratian. Discept. 570. n. 10. Rota in Anconitana Censuum Dec. 351. n. 19. p. 5. diuers.*

27 Vnde Annuum Legatū relictum respectu certæ necessitatis, debetur eo tempore, quo inest necessitas, *l. nec semel 12. §. si inhibita ff. quand. Dies leg. ced. Roman. sing. 595. incipit aliud nos scimus.*

28 Et sic relictis vestibus hiemalibus & æstiuis, debentur Hiemales de mense Septembris, æstiuæ autem de mense Aprilis, *ad tex. in l. p. 2. & 3. C. de milit. veste Roman. d. sing. 595. in fine Addere tu potes ad hoc tex. in l. p. §. æstatem ff. de Aqua quot.* æstatem incipere peritiores tradiderunt ab æquinoctio vernali, & finiri æquinoctio Autumnali, vbi glosa notat, id ex Plinio fuisse desumptum.

29 Tertio nota, quod necessitas non prodest ei, qui se in ipsam, sua culpa coniecit, ac veluti præcipitauit, *l. si fideiussor 7. §. si necessaria in fin. ff. qui sat. cog. l. pen. ff. de Iure Dot. l. interdum in fine ff. de Iudic. l. veteres 4. in fine ff. de Itin. act. priu. can. quicunq; secundo 12. q. 2. Surd. Dec. 59. n. 11. & de Alim. tit. 4. q. 5. n. 15. & tit. 6. q. 9. n. 14. & tit. 9. q. 43. n. 48. Gratian. Discept. Forens. lib. 5. c. 921. n. 46. & 47 Confert tex. in l. si mulier 21. ff. quod met. caus. ibi*, Liberta ingrata, metu seruitutis patrono soluens, non repetit, quoniam hunc sibi metum ipsa infert.

Nota tamen ad hoc, etiam *tex. in l. 2. §. si quis tamen ff. si quis caution. ibi*, si quis cum posset non incidere in tempestatem, ipse se arctauit, an exceptio prosit, causa cognita statuendum est, & vide omnino, quæ latius infra dixi de hac materia, *in V. priuilegia p.*

30 Quarto nota, quod faciens actum ex necessitate, non meretur Præmium, sicut, nec pœnam, *l. palam 43. ff. de Rit. nupt. l. 2. §. vtrum ff. ad Syllā. & post alios Ant. Franc. ad Abbat. in c. 4. n. 12. de Consuetud.*

31 Ratio est, quia necessitas non habet meritum,

sed

sed voluntas, *l. si seruo fideicommissaria* 84. *ff. de hered. Instit. l. vnum ex familia* 69. *§. p. ff. de leg.* 2 *Rim. Iun cons.* 569. *n.* 70. *vol.* 5. *confert. tex.* 2. *ad cor.* 9. *ibi*, vnusquisq; prout destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate, Hylarem enim Datorem diligit Deus, & nota hic verba, *Petrarchæ lib.* 2. *de Remed. vtr. fort. Dial.* 119. quicquid fit à volente, fit leuius, & definit esse necessitas, si voluntas accesserit, *& prius eod. lib. Dial.* 57. vis non cogi; fac sponte, quod cogeris, vis vt iter longum, Breue fiat; volens I.

32 Quinto ad Declarationem nota, quod necessitas est indiuisibilis, *Castr. in l. p. §. si vsusfructus ff. ad leg. Falc. n.* 3. vbi quod ideo cæteræ seruitutes prædiales præter vsum fructum non sunt Diuiduæ quia competunt pro fundi necessitate, & quod si ad sustentationem vnius, necessarij sunt duo panes, si is non habeat, nisi vnum, non sustentabitur, quia non potest pro parte viuere, & pro parte mori, sic in simili, si Tunica diuiditur, nemo vestitur, *vt ex D. Greg. dixi in V. electio*, vbi vide si placet.

Ad idem adde, quod Indigentia personæ dicitur indiuidua, *Cabal. in tract. Diuid. & Indiuid. p.* 3. *n.* 48. *Megon. Dec. Lucens.* 97. *n.* 10.

33 Sexto nota, quod necessitas publica præualet priuatæ, *l. vnic. sub. fin. C. de Caduc. Tollen. l. munerum* 18. *§. item ff. de mun. & hon. Rolan. à valle cons.* 12. *n.* 5. *lib.* 2. sicut etiam communis vtilitas priuatæ præfertur tanquam Bonum maius minori, *c. licet* 18. *de Regular.*

34 Octauo nota, quod etiam cum propiæ vitæ periculo tenetur quis opem ferre alienæ Animæ saluti, & quod sufficit ad id, grauis necessitas, vt quãdo quis non potest, nisi cum graui difficultate vitare damnationem æternam, nisi alio opitulante, *ita senserunt Suarez. Azzor. Baunez. Valentia, Filiuccius, Lorcha.* sed quod Physica necessitas ad id exigatur, *sensit Hurtadus de Mendozza & inclinare videtur Diana prædictos referens p.* 5. *tr.* 13. *primo Miscellaneo Res.* 24. vbi tamen limitat in ijs, qui ex officio tenentur Animam suam pro ouibus ponere, vt Episcopi, Parochi, immo idem dixit de Canonicis, & reliquis Beneficiatis.

35 Nono nota, quod in Dispositione hominis, necessitas non prodest Debitori, nec obest Creditori, vnde spoliatus, & in paupertate constitutus non liberatur a Creditoribus, *l. si te bonis* 10. *C. de Iur. Deliber.* qui tamen loquitur de Inopia Defuncti, *Bald. per illum tex. in l. si nulla, & in l. pignus C. de pign. action. tex. in l. Incendium* 11. *vbi Bald. in princ. C. si cert. petat.* & verba textus hæc sunt (Incendium, ære alieno non exuit Debitorem, *Afflict. D.* 19. *Crauett. cons.* 6. *n.* 86. *& seq. Cephal. cons.* 451. *n.* 303. *lib.* 4.

36 Hæc forte de Iure Ciuili, sed de Iure Canonico admittitur aliquando exceptio spoliationis, etiam à tertio prouenientis, *iuxta dispositionem tex in c. frequens quod est primum de Rest. spol. in sex. vbi in §. solet, dicitur, satis æquitati, & Iuri consonum, dixi ego in V. Actio vbi vide si placet.*

37 Decimo nota pro Coronide, quod dici potest Sancta necessitas, quæ ad meliora compellit, *prout ita dixit D. Greg.*

Et grauis quidem, sed pretiosa necessitas, quæ ad optima compellit, *vt loquitur Bellarm. de Arte ben. mor. lib.* 2. *c.* 13. & felix dicitur necessitas, quæ ducit ad Bonum, *ex Hieron. in cau. si quis fortitudinem* 23. *q.* 3. *& post tex. illum, dixit Nenezzã. in Sylua nupt. lib* 4. *n.* 10. *vbi ex Seneca*, quod Calamitas est virtutis occasio, & mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt, *vt dixit Greg. quem refert Hadrian. in quodlibet q.* 7. *col. pen. Nenizzan. in Sylua lib.* 4. *n.* 10.

Accedat, *Tacit. lib.* 3. *ann. c.* 9. nos pudor, Diuites satietas, pauperes necessitas in melius mutet, *& Petr. lib.* 2. *de Rem. Dial.* 10. O paupertas Amabilis, quæ continentiæ tibi assumis officium, vtile est cogi ad id, quod facere tua sponte debueras, *vide, quæ ad hoc dixi copiosius in V. Salus.*

38 Adde tamen hic in materia necessitatis, *Senecam ep.* 12. *ibi*, malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere, necessitas nulla est Calcare ipsas necessitates licet, *& ep.* 34. scis quem bonum dicam? quem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit, *& Val. Max. lib.* 6. *memorab. c.* 4. nulla est in h s necessitatis excusatio, nam quibus mori licuit, viuere necesse non fuit, cui cõsonat Cęsareum illud, vt nauigemus, vrget necessitas; vt viuamus, non vrget, vel quod refert *Sen. Ep.* 82. Ire Commilitones illo necesse est Redire non est necesse.

PRIVIL. CCLXXXIV.

Negotiatio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vel saltem constitutus in Sacris non potest Secalares negociationes exercere.*

2 *Negociator Clericus, & ex Inope Diues quasi pestis est fugiendus.*

3 *Diuino Ministerio ascriptus non debet cum Ordinis dedecore mendicare, nec turpem quæstum exercere, sed nec negociationem, etiam alias honestã n.* 4

5 *Prohibetur Clericis negotiatio, quę ex lucri cupiditate exercetur, vnde permittitur Conductio prædioli Animi gratia, vel ex coherentia.*

Clericus succedens locatori potest vsque ad finem locationis continuare.

6 *An Clericus in minoribus constitutus possit negotiari.*

7 *In fauorabilibus appellatione Clericorum veniunt etiam constituti in Sacris, & Appellatione Religiosorum etiam Nouitij.*

8 *Clerici etiam in Sacris si sunt pauperes possunt ad suã, & suorum sustentationem, honestam negociationẽ,*

vel artem exercere, & gaudent immunitate.

9 *Possunt Clerici Animalia emere, & locare ad pascendum in suo ad suam, & suorum sustentationem.*

10 *Possunt Clerici Terras conducere quando sua non sufficiunt ad suam, & suorum sustentationem, et possunt arare quando non sufficit Oremus nisi Aremus.*

11 *An Clericus artem exercens conueniri possit coram Iudice illius artis.*

12 *Ditioribus, & nobilioribus prohibetur mercimonium, vt facilius sit emendi, vendendique commercium.*

1 CLericus, saltem constitutus in Sacris non potest Seculares negociationes exercere, *c. 2. 88. dist. c. p. cum seq. in Nigro. & Rubr. ne Cler. vel Monach. secularib. negotijs se immisceant Rodoan. de spol. c. 2. n. 52. Burat. in Ferrarien. Bonorum dec. 908. n. 7. Costa de Rem. subsid. Rem. 73. n. p. Diana Res mor. p. 5, tr. p. de immun. Eccles. Res. 26.* vbi explicat, quæ nam dicatur negociatio Clericis interdicta.

2 Probatur etiam, *ex tex. in c. negotiatorem 88.*
Dist. qui est D. Hieron. ibi, negociatorem Clericum
3 & ex Inope Diuitem quasi Pestem fuge, *& ex Cōcil. Trident. sess. 21. c. 2. in princ. de Reform. ibi,*
non decet eos, qui Diuino Ministerio sunt ascripti cum ordinis dedecore mendicare, vel turpem aliquem quæstum exercere.

4 Ampliatur, vt Clerici non Indigentes non possint exercere negociationes, etiam alias honestas, *Rodoan. de Spolys c. 2. n. 41.*

5 Limitatur, & Declaratur, *vt per Costam de Rem. subsid. Rem. 72. n. p. & 9.* vt procedat quando negociatio, lucri cupiditate exercetur, alias non, vt in prædiolo conducto animi gratia, vel ratione cohærentiæ, vel quando Clericus succederet conductori, posset, enim vsq; ad finem Locationis continuare.

6 An autem Clericus in solis minoribus constitu-
tus, possit negociari, Dubium videtur, & affirma-
tiue respondit, *Bald. in l. Milites C. de locato, &*
Caroccius in tract. de locat. tit. quib. non est permis-
sum conducere n. 3. contrarium vero sensit, *Costa*
de Rem. sub. Rem. 73. n. 9. & 10. vbi rationem
7 adducit, quia in hac materia, quam fauorabilem
putat Religioni, & cultui Diuino, appellatione
Clericorum veniunt omnes cuiusq; ordinis, &
dignitatis sicut in fauorabilibus, nouitij veniunt
appellatione Religiosorum, *vt ibi per eum n. 11.*

8 Sed extra dubium versatur, quod siue minores, siue maiores Clerici quando sunt pauperes possunt ad suam, & suorum sustentationem exercere honestam aliquam negociationem, seu honestum aliquod artificium, *ad tex. in c. p. 21. q. p. ibi,* Ait enim Apostolus, Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ, *& tex. in c. p. ne Cler. vel Monachi ibi,* nec tamen iustum negocium est interdicēdum propter necessitates diuersas, quia legimus Sanctos Apostolos negociatos fuisse, & in Regula S. Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negocia Monasterij procurentur, *& tex. in can. Clericus 2. ex Conc. Chartagin. 90. Dist. ibi,* Clericus victum, & vestitum Artificiolo, vel Agricultura absq; officij sui detrimento quærat, *& tex. in can. Clericus qui est immediate subsequens, ex eod. Conc. ibi,* Clericus quilibet, Artificiolo victum quærat, *gl. in cap. peruenit 87. Dist. & in can. p. 21. q. p. Nauarr. cons. 3. n. 3. de succes. ab intest. Rodoan. de spolys c. 2. n. 7. & seq.* vbi quod pauper Clericus licite potest ex honesto Artificiolo victum quærere, *& nu. 16.* vbi quod Clerici possunt ex causa necessitatis negociari, *Costa de Rem. sub. Rem. 73. n. 2. & 3.* vbi quod tunc etiam gaudet Immunitate.

Adde iterum, *Nauar. in man. c. 25. n. 110 vers.* Clericus vero, in fine, cuius hæc sunt verba (possunt etiam negociari Clerici aliquo modo honesto, ad suam, & suorum necessariam sustentationē, prætertim per alium, *vt sensit gl. & S. Antoninus in c. peruenit 86. Dist. & in c. negotiatorem 88. Dist. & Panormitan. in c. p. ne Cler. vel Monach.*) Hæc Nauarrus ibi.

9 Et possunt Clerici Animalia emere, & locare ad pascendum in suo ad sui sustentationem, *Rodoan. de spol. c. 2 n. 14.*

10 Et possunt Clerici terras conducere quando eis sua non sufficiunt, *Rodoan. de spolys c. 2. n. 10. & 11.* ad suam, & suorum sustentationem, *vt n. 12.*

Immo Præsbiter ille, qui Rura Bobus exercebat suis, arguenti Episcopo, potuit argute respondere, non sufficit Oremus, nisi Aremus.

11 Nota tamen hic, quod Clericus Artifex poterit ratione Artis, quam exercet conueniri coram Iudice Laico illius Artis, *Bald. in Addit. ad spec. tit. de Reo 2. col. vers. scholaris Clericus, & in simili Idem Bald. in leg. vnic. C. in quib. caus. mil. for. præs. vti poss. & conferunt tradita per Ias. in l. testamenta omnia in 2. col. C. de testam. Marsil. sing. 694. incipit apud omnes.*

Sed an hoc habeat locum quando Clericus est pauper, & ex necessitate Artem exercet vt supra, dubitari potest, *ex traditis per Costam de Rem. subsid. Rem. 73. n. 3.* vbi quod tunc Clericus gaudet Immunitate.

Vltimo generaliter adde hic, quod negociatio,
12 & mercimonium, videtur, adeo, pauperibus per-
missum, vt Diuitibus, vel saltem ditioribus, & nobilioribus inhibitum videatur, *ad tex. in l. 3. C. de Commerc. & mercat. ibi,* nobiliores Natalibus, & honorum luce conspicuos, & Patrimonio Ditiores, perniciosum Vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vbi adducitur, etiam alia ratio, vt inter plebeios, & negociatores, facilius sit emendi, vendendiq; commercium.



PRIVIL. CCLXXXV.

Nobilitas.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas ex paupertate non amittitur.*
2 *Nec Diuitiæ dare possunt, nec paupertas auferre nobilitatem.*
3 *Nobilis potest esse pauper, & pauper potest esse nobilis.*
4 *Pauper retinere potest generis antiquam, & nouam virtutis acquirere nobilitatem.*
Virtus est vera nobilitas, & verus nobilis non nascitur, sed fit.
5 *Paupertas est vilis, sed apud viles, & despicitur, sed ab hominibus despiciendis.*
Contemnendorum hominum contemptus, contemnendus est.
6 *Nobilitas naturalis sine Diuitijs est defectiua.*
Vt fides sine operibus, sic nobilitas sine Diuitijs mortua dicitur.
7 *Virtutes intellectuales indigent adiumento Diuitiarum, non autem morales vtilior dicitur Sapientia cum Diuitijs, sed tutior sine Diuitijs.*

1 Nobilitas ex paupertate non amittitur, *probat Tiraq. de nobilit. c. 25. n. 5. & seq. vsque ad 8.* inclusiue, vbi quod ita est apud bene sentientes, quicquid contra sentiat Vulgus, siue vulgares, autumantes, Diuitias ipsas esse nobilitatem.

2 Et quod Diuitiæ non possint dare, nec paupertas auferre nobilitatem, *dixit Bart. in l. p. C. de Dignit. lib. 12.*

3 Et sicut nobilis potest esse pauper, sic, & pauper potest esse nobilis, *vt post Petram à Bellaptrica in l. Humilum. C. de Incest. nupt. tradit. Tiraq. de nobilit. d. c. 25. n. 5.*

4 Et non solum potest pauper retinere generis antiquam, sed virtutis nouam quoque acquirere nobilitatem, de qua loquitur, *Iuuen. lib. 3. sat. 8. ibi.* Tota licet veteres exornent vtique Cæræ,
Atria, nobilitas sola est, atq; vnica virtus.

Et sensit, *Petr. lib. 2. de Remed. Dial. 17. ibi*, verus nobilis non nascitur, sed fit, Immo genus hoc nobilitatis facilius cum paupertate coniungitur, & frequentius in pauperibus, quam in Diuitibus reperitur, *vt patet ex dictis in V. Salus, & ex tex. D. Hieron. in can. Gloria 12. q. 2. ibi*, Crates ille Thebanus Ditissimus cum ad Phylosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, nec se posse putauit, virtutes simul, & Diuitias possidere.

5 Non obstat, paupertatem dici vilem, *ad tex. in l. 2. C. quan. & quib. quart. part. deb. lib. 10. ibi*, paupertatis detegere vilitatem, quia respondetur, quod pauperes sunt viles apud viles, & despiciuntur ab hominibus despiciendis, quorum contemptus contemnendus est, *ad Sen. Ep. 76. & vide quæ dixi in V. æqualitas.*

6 Declaratur, vt nobilitas naturalis, seu generis, sine Diuitijs admodum manca sit, & mutila, *vt per Tiraq. de nob. c. 25. n. 9. vnde Curtius in tract. de nobilit. col. 2. vers. 4. & vlt.* dixit quod sicut fides sine operibus mortua est, sic, & nobilitas sine Diuitijs.

7 Nec est absurdum, nobilitatem indigere opum adminiculis, quibus, & virtus ipsa aliquando indigere videtur, *iuxta illud Iuuen. sat. 3.* Difficile emergunt quorum virtutibus abstat Res Angusta Domi, ad quod ego etiam, *in V. Magister.* Retuli Emblema Alciati, sed hæc intellige de virtutibus intellectualibus hoc est de scientijs, non autem de moralibus, quæ nullo indigent adiumento Diuitiarum, Immo frequentius sunt impedimenta, quam Adiumenta, *& vide quæ dixi in V. Salus,* & quamuis, *vt dicitur Eccles. 7.* vtilior fit Sapientia cum Diuitijs, tutior tamen sine Diuitijs, *sed iterum vide in V. Salus,* & fortasse vidisse non pigebit.

PRIVIL. CCLXXXVI.

Nobilis.

SVMMARIVM.

1 *Ad pauperem nobilem, qui sine verecundia non potest ad Iudicem accedere mittendus est Notarius ad accipiendum Iuramentum.*
2 *Pauper nobilis gaudet priuilegijs nobilitatis, & paupertatis.*

1 Ad pauperem nobilem, qui sine verecundia non possit ad Iudicem accedere, mittendus est Notarius ad accipiendum Iuramentum, *gl. in c. si qui testium de testib. Bart. in l. ad personas in princ. ff. de Iureiur. Roman. sing. 170.* vbi refert, ita Romæ fuisse Decisum in Rota.

2 Et sicut pauper nobilis gaudere potest priuilegijs nobilitatis, quæ per paupertatem non amittitur, vt supra diximus, ita etiam nobilis pauper potest gaudere priuilegijs paupertatis, nam ex eo, quod sit nobilis, non desinit esse pauper, Immo reputatur magis pauper, & miserabilior, est enim pauper, & verecundus, *vt dixi p. p. q. 3. & hac ead. p. 2. in V. Elemosina p.*

PRIVIL. CCLXXXVII.

Notarius I.

SVMMARIVM.

1 *Notarius pauperibus tenetur gratis scribere, nec excusatur, licet emerit officium n. 2. & procedit.*

dit in Instrumentis, & in actis n. 3.

3 *Iudex, ad quem, compellere potest Notarium Iudicis, à quo, vt det gratis pauperi appellanti copiam processus.*

4 *Notarius compellitur à Iudice, etiam sub pœna priuationis officij ad tradenda gratis pauperi Instrumenta, & acta, tam Ciuilia, quam Criminalia n. 5.*

5 *Pauperibus datur gratis copia Indiciorum, & processus, etiam Originalis eorum Aduocatis, vbi opus fuerit.*

6 *Notarius non tenetur pauperi gratis inseruire, nisi quando indiget extreme.*

7 *Artifex non tenetur Elemosinam facere de suo artificio, nisi quando Diues tenetur de sua pecunia.*

8 *Potest Notarius sibi reseruare ius repetendi à pauperibus, quatenus deuenerint ad pinguiorem fortunā.*

9 *Pauperi aduersus Notarium, vt gratis det Scripturas, non competit Actio, sed Iudicis officium.*

10 *Notarij male seruant priuilegium pauperibus.*

10 *Notarios, qui in exigendo salario plerumq; metas rationis excedunt, Iudices prudenter refrenent.*

1 NOtarius tenetur pauperibus gratis scribere, & Scripturas exhibere, & tradere, *ad l. prouidendum 7. §. p. C. de opinian. & in l. tam Dementis 21. in fine in sua gl. C. de Episc. Audien. vbi etiā Bald. A. ex. in l. Argentarius in fine princ. ff de eden. & ante eum Roman. in Rep. leg. si vero §. de viro limit. 25. ff. sol. matrim.* vbi ad id inducit rationem expressam, *in d. l. tam Dementis, & in can. Charitatem 12. q. 2. Ias in §. tripli col. pen. inst. tit. de Action. Felin. in c. si quis testium n. 10. de testib. Rip. in l. Centurio n. 35. ff. de vulg. Dec. in c. p. col. 26. vers. Restringitur hæc limitatio de probat. Foller. in praxi Crimin. in secunda secunda partis vers. recipiantur Defensiones Reorum n. 27. Rota Dec. 2. de de consti. in antiq.* vbi quod proced't in ijs, qui vere sunt pauperes, *Benincas. de paupert. q. 7. sec p. in Indic. n. 14. Gerard. sing. 73. incipit pauperes Gigas. de pens. q. 80. n. 4. Neuizzan. cons. 44. n. 13. & in Sylua nupt. lib. 6. n. 31. vbi etiam allegat Rotam in antiq. Dec. 804. incipit nota Couar. pract. q. c. 6. n. 4. Tiraq. de nob. c. 29. n. 41.* vbi tangit, an debeat hoc casu Notario salarium solui de publico, *Rolā. cons. 87. n. 31. & seq. lib. 2. Rim. Iun. cons. 329. n. 27. lib. 3. Caroccius de locato p. p. q. 8. n. 12. Nauar. in man. c. 15. n. 53.*

2 Ampliatur pr. vt Notarius teneatur, vt supra pauperibus, nec excusetur, licet emerit officium, *Frater Micchael. Sal. ad D. Thom. 22. q. 17. art. p. in fine conclus. vlt. quem ita refert, & seq. Scaccia de App. q. 15. n. 51. in fine.*

3 Ampliatur 2. vt procedat non solum in Notario publico instrumentante, seu cōficiente Instrumenta, sed etiam in Actitante, seu conficiente Acta, *Afflict. in Const. Regni Appellationum tempora in 5. notabili vers. Rursus quæro Neuizzan. cons. 44. n. 13 Rolan. cons. 87. nu. 35. lib. 2.* vbi quod ideo Iudex ad quem, compellere potest Notarium Iudicis, à quo stante paupertate appellantis, vt det copiam processus sine salario ex afflict. quem ad idem allegat, & sequitur etiam, *Neuizzan. d. cons 44. n. 13.*

4 Ampliatur 4. vt Iudex cogere ad id possit Notarium, etiam sub pœna priuationis officij, *Annot. ad stat. Parma in tit. de Ration. summar. reddend. miserab. person Nauar. in praxi priu. miserab. person. priu. 77 n. 4.* & vide, quæ dixi in fine secundæ Ampliationis.

5 Ampliatur 5. vt non solum procedat in Actis Ciuilibus, sed etiam in Criminalibus, vnde quod pauperibus, & miserabilibus personis debeat gratis dari copia Indiciorum, dixit *Foller. in pract. Crimin. V. Recipiuntur Defensiones n. 27. Baiard. ad Clar q. 49. n. 27. & 29.* vbi quod in Statu Ecclesiastico prouisum fuit per motum proprium Pij IV. super taxa mercedum Notariorum Criminalium Vrbis, & in fine, quod dentur pauperibus processus gratis, & vbi opus fuerit Originalia Aduocato, & Procuratori pauperum gratis sine aliqua impensa, remittendo eorum Arbitrio, quis sit pauper, *seq Nauar. in praxi priu. miser. priu. 51. n. 3. & priu 77 n. 3.*

6 Limitatur pr. vt procedat quando pauper est in extrema necessitate, adeo, vt si causa rueret, posset fame perire, alias Notarius non tenetur ei gratis inseruire, *Felin. in c. p. de offic. Iudic. quem refert Tiraq. de nob. c. 29. n. 46. in fine Gigas ad Dec. in c. p. n. 54. de prob. Rim. Iun. cons. 329. nu. 20. lib. 3.*

7 Artifex enim non tenetur Elemosinam facere de suo artificio, nisi quando Diues tenetur de sua pecunia, *vt ex Nauar. dixi in V. Elemosina,* vbi vide si placet.

8 Limitatur 2. vt Notarius non teneatur sibi debitas mercedas, gratis omnino donare pauperibus, sed possit sibi reseruare Ius petendi, quatenus paupertas cesset, vel si, & quando deuenerint ad pinguiorem fortunam, *Nauar. in man. c. 25. n. 53. & vide quæ dixi in V. elemosina p. in limitationibus, & in V. subsequenti n. 2. & 3.*

9 Limitatur 3. vt pauperi aduersus Notarium, vt gratis tradat Instrumenta, vel acta, non competat Actio, sed solum Iudicis officium, *ad tradita per gl. in c. sicut 47. Dist. in V. Esurientium, & in his terminis per Felin. in c. p. de Iudicijs, & post alios plures per Tiraq. de nob. c. 29. n. 46.*

10 Limitatur 4. vt hoc priuilegium male seruetur *Ias. in §. tripli col. 2. Instit. tit. de Action. Neuizzan. cons. 44. n. 13. ibi,* & tamen hic fit totum contrarium, nam Diues habet gratis, & pauper soluit, *Rolan. cons. 87. n. 32. col. 2.* vbi loquitur de Notarijs, Procuratoribus, & Aduocatis, *Scaccia de App. q. 15. n. 52. vers.* sed hæc Iuris communis Dispositio.

11 Nec mirum quo ad Notarios, *vnde & in c. statutum 11. §. Notariorum de Rescript. in sex.* dicitur Notarios, qui, vt plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, Iudices prudenter refrenent

nent, ſed meminerint Notarij, dum ſcribunt, quod Liber ſcriptus proferetur, in quo totũ continetur.

PRIVIL. CCLXXXVIII.

Notarius II.

SVMMARIVM.

1 *STante paupertate agitur aliquando absque confectione Regiſtri, & quando.*

2 *Pauper, qui speratur fore diues, non soluit, sed promittit taxas Notario.*

3 *Ex Edicto Regis Hispan. pauperes promittunt sub Iuramento soluere Notario debita ſtipendia cum poterunt.*

1 SI Orator vrgente paupertate, vel alia rationabili cauſa petat agi abſq; Regiſtri confectione, quando conceditur, additur Clauſula Arbitrio Iudicis, præſertim in Rota, vbi illi Sapientiſſimi Patres maxima Charitate pauperum Indemnitati conſulunt, *ita Marchesan. de Commiſſ. p. p. c. 2. n. 81.* vbi tamen ſubdit raro concedi propter Notariorum præiudicium.

2 Et nota hic addendo Superioribus, quod pauper, qui ſperatur eſſe Diues, non ſoluit taxas Notario, ſed promittit ſoluere cum poterit *Rot. Dec. 2. de Conſt. in Antiq.* vbi quod ita ſeruatur in Rota, *Cherubin. in Compend. Bullarij ad Bullam 106. Pij IV. ſchol. 2. Hinc dixit. Couar. in Reg. peccatum*

3 *p. p. §. p. n. 4. verſ. quid tamen post medium,* quod edicto Regis Sancitum eſt, quod pauperes litigantes nihil teneantur ſoluere tabellionibus, alijſque Iuſtitiæ Miniſtris, modo Iuramento promittant ſe ſoluturos ſtipendia cum ad pinguiorem fortunam deuenerint.

PRIVIL. CCLXXXIX.

Notarius III.

SVMMARIVM.

1 *CLericus prohibetur exercere tabellionatum; pauper tamen poteſt, ſaltem in cauſis Spiritualibus n. 2. Inſtrumenta tamen semper valent n. 3.*

1 QVamuis Clericus prohibeatur exercere tabellionatus, ſeu Notariatus officium, *c. ſicut 8. ne Cler. vel Monach. Caſſador. D. 2. de preben. n. 2. & 3. Dixi D. 103. n. 8.*

2 Clerici tamen pauperes in cauſis Spiritualibus, ſaltem admittuntur ad tabellionatum exercendũ, *Diaz. de luco in praxi Criminal. Canon. c. 53.* Conferunt dicta, *in V. negociatio.*

3 Adde, quod licet Clericus Tabellio prohibeatur Inſtrumenta conficere, ſi tamen confecerit Inſtrumenta, valent, *Caſſad. Dec. 2. n. 3. de preben. Dixi D. 103. n. 8.*

PRIVIL. CCXC.

Nouerca.

SVMMARIVM.

1 *PRiuignus non tenetur alere Nouercam, tenetur tamen quando illa eſt pauper, & quare n. 2. & præſertim quando ille eſt hæres Patris, eiuſq; bona poſſidet n. 3.*

3 *Hæredes tenentur illos alere, quos Defunctus alere tenebatur.*

1 QVamuis, Priuignus non teneatur alere Nouercam, *Ang. in Auth. preterea C. unde vir. & vxor. Corduba in l. ſi quis à liberis n. 37. ff. de lib. Agnoſc.*

2 Attamen quando Nouerca eſt pauper, non habens aliunde, tenetur Priuignus eam alere, *vt ſenſit Surd. de Alim. tit. p. q. 40. n. 5. verſ.* quando vero, ſcilicet ne cum Patris opprobrio mendicare cogatur, & alijs rationibus, *de quibus ibi per eum n. 6. & ſeq.*

3 Amplia, vt multo magis teneatur quando eſt hæres Patris, & eius bona poſſidet, ex eis enim debet alere ſuam Nouercam aliunde non habentem, *ad tex. in l. ſi quis à liberis §. item reſcriptum ff. de lib. Agnoſcen. & in §. ſi quis igitur habens Auth. quib. mod. Nat. effic. ſui, & post Iaſ. & alios tradit Surd. de Alim. tit. 40. n. 3. verſ. ſed ſi quæſtionem ponamus, & n. 4.* vbi adducit rationem, quia tenentur hæredes, eos alere, quos Defunctus alere tenebatur, *vide quæ dixi in V. Priuignus.*

PRIVIL. CCXCI.

Nullitas.

SVMMARIVM.

1 *NVllitates non ſubſtantiales ſolet ſignatura ſanare, & quare.*

2 *Signatura reſcribit aliquando, vt ſimul de nullitatibus, attentatis, & negocio principali cognoſcatur.*

1 VT Cauſæ Celerius expediantur, & ſumptib⁹ pauperum litigantium ſubueniatur, ſolet ſignatura, nullitates, quæ non ſunt ſubſtantiales, ſed de Iure poſitiuo, reijcere, & ſanare, *Staphil. de litteris gratiæ, & iuſtitiæ fol. 184. verſ. ſi in cauſa profana Vant. de nullit. tit. quib. modis ſent. null. defend. poſſit n. 125. Lancellot. de Attent. c. 30. quod eſt vltimum n. 243.*

Et

2 Et multo magis, ac facilius solet signatura ex causa prædicta, vel simili, rescribere, vt simul de nullitatibus, & attentatis, & negocio principali cognoscatur, *Staffil. de Litter. gratia & iustitiæ fol. 179. vers. qua ratione conceditur commissio Lancellot. de Attentat. d. c. 30. quod est vlt. n. 244. & 245.*

PRIVIL. CCXCII.

Oblationes I.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes sunt de Consilio non de præcepto, & necessariæ non voluntariæ n. 2.*

3 *Parochiani tenentur dare oblationes pauperibus Rectoribus Ecclesiarum.*

Oblationes, quibus casibus ex voluntarijs efficiuntur necessariæ.

4 *Pauperi Rectori debentur oblationes de Iure naturali, & de Iure Diuino n. 5. & de Iure Canonico n. 7.*

6 *Qui spiritualia seminat, temporalia metit.*

7 *Qui Altari seruit, de Altari viuere debet, sed non Luxuriari.*

8 *Nemo tenetur proprijs stipendijs militare.*

Clericus dicitur Miles Cælestis Militiæ, cuius Arma, Orationes, & lacrymæ.

Militans Deo, non debet se negocijs secularibus implicare.

9 *Pauperi Rectori debentur oblationes, etiam si posset operando sibi victum quærere, ac etiam si possit de proprio patrimonio viuere n. 10.*

11 *Pauper Parochus, potest Diuina officia subtrahere recusantibus necessarias oblationes tribuere.*

12 *Qui nõ facit, quod debet, nõ consequitur, quod oportet.*

13 *Pauperes Parochiani non tenentur ad oblationes.*

14 *Pauper non tenetur alere pauperem.*

15 *Parochus Diues, an teneatur alere pauperes Parochianos.*

1 Oblationes regulariter sunt de Consilio, potius, quam de præcepto, *Calcan. cons. 58.*
2 *n. 17.* & sunt voluntariæ, magis, quam necessariæ *D. Thom. 22. q. 86. art. p.*

3 Attamen pauperibus Rectoribus, ac Ministris Ecclesiæ non habentibus vnde viuant, tenentur Parochiani oblationes, dico non solum offerre, sed afferre, *ad tex. in c. Ecclesias 13. q. p. & in c. si Episcopus 6. de offic. ordin. in sex. D. Thom. 22. q. 86. art p.* vbi quod oblationes ex voluntarijs efficiuntur necessariæ, quando præcedit conuentio, vel promissio, vel consuetudo, vel necessitas Ecclesiæ, & Ministrorum, *Abb. Butr. Cardin. in Rub. de Parochis Archiepisc. Florent. in summ. p. 3. tit. 12. c. 2. Socin. in tract. de oblation. in 3. libello vers. 6. quaro Roman cons. 324. nu. 3. alias cons. 344. in casu proposita consultationis Calcan. cons. 58. n. 16. & 17.* vbi quod regula est in contrarium, sed fallit in quatuor casibus, de quibus, *per Diu. Thom. Alex. cons. 123. nu. p. lib. 5. Rim. Iun. cons. 264. n. 25. & seq. lib 3. Osasch. Dec. 99. n. 17. & n. 46.* & refert alios tres casus, in quibus oblationes sunt necessariæ, *Azzor. lib. 7. c. 27. q. 14.* vbi quod oblationes de Iure naturali debentur Rectori Indigenti, & Ecclesiæ quasi indigenti, *Barbos. de offic. Parochi c. 24. n. 10.*

4 Amplia p. vt pauperi Rectori debeantur oblationes de Iure naturali, *Azzor. lib. 7. c. 27. u. 14* naturaliter enim debemus Benefacienti benefacere, & sicut naturalem Patrem, sic, & spiritualem alere.

5 Immo id, est, etiam de Iure Diuino, *ad tex. Lucæ 10.* Dignus est operarius mercede sua, vel *vt legitur Matt. 10.* cibo suo, *& Deut. 24.* non negabis mercedem indigẽtis, & pauperis fratris tui, ergo fortius Patris tui.

6 Et non est magnum, vt qui spiritualia seminãt, temporalia metat, *vt dixit Apost p. ad Cor. 9. relatus in can. si Episcopus 6. de offic. ordin. in sex.*

7 Et de Iure, etiam Canonico, qui Altari seruit, de Altari viuere debet, *can. ex his 12. q. p. c. cum secundum 16. de praben.* quod intellige taxatiue, de Altari enim debet tantum viuere, & non luxuriari, *vt dixit D. Hieron. in can. p. 44. Dist. ibi* Tibi O Sacerdos, de Altari viuere, sed non luxuriari permittitur.

8 Quod si nemo tenetur proprijs stipendijs militare, *vt dicitur in d. c. cum secundum 16. de preben.* id militabit, etiam in Clerico, qui dicitur Miles Cælestis Militiæ, cuius Arma Orationes, & Lacrymæ, *ad tradita per Euerard. in loco A. milite armata militia ad militem Calestis militie, & dixit Apost. 2. ad tim. 2.* militans Deo, non debet se negocijs secularibus implicare, *& refertur. in c. p. in tit, ne Cler. vel Monach.*

9 Amplia 2. vt pauperi Rectori debeantur oblationes, etiam si posset operando sibi victum quærere, quia non tenetur, nec debet cum ordinis dedecore mendicare, vel laborare, *Roman cons. 344 n. 4. Crauett. cons. 199. n. 5. lib. p.*

10 Ampliatur 3. etiam si possit ex proprio Patrimonio viuere, quoniam adhuc de Altari viuere debet, nec tenetur proprijs stipendijs militare, *d. c. cum secundum 16. de praben. & dixi supra.*

11 Amplia 4. vt pauper Sacerdos possit Diuina Officia subtrahere Parochianis si recusent ei necessarias oblationes tribuere, *ad tex. in can. Charitatem 12. q. 2. & in c. cum sit 10. de Simon. gl. in can. omnis Christianus de cons. dist. p. in V. vaquus, licet Additio ibi referat Vgonem, & Rainerium dissentientes,* sed dictam glosam, tanquam notabilẽ, *sequitur Decius in c. cum inter n. 24. de except. & Marsil. sing. 688. incipit scribitur in c. cum secundum*
12 vbi adducit rationem, quia qui non facit, quod debet non consequitur, quod oportet, *l. quaro 56. §. inter locatorem ff. locati.*

13 Limita, quia Parochiani, qui sunt adeo tenues,

&

& pauperes, vt conferre non possint ad congruã Parochi sustentationem, non tenentur, *Suarez de Relig. to. p. tr. 2. lib. p. c. 5. n. 8. Barbos. de offic. Parochi c. 24. n. 11.*

14 Generale enim est, quod pauper non tenetur alere pauperem, *vt dixi in V. Alimenta, & in V. Elemosina, & alibi.*

15 Adde quod secundum quosdam, Parochus Diues tenetur alere pauperes filios spirituales, *vt refert Em. Sa. in Aphorism. V. Alimenta n. 6.* vbi tamen ita subdit, quæ mihi omnia, vt parum in more hominum sunt, ita multum videntur naturali Iuri consentanea, quantum vero peccent, qui nõ faciunt, non ausim dicere; illud autem opulentos moneo, vt cogitent, quod Diuus Paulus ait, qui suorum curam non habet, est Infideli deterior.

PRIVIL. CCXCIII.

Oblationes II.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes factæ Imagini depictæ in priuato Pariete debentur Rectori, in cuius Parochia situs est paries.*

2 *Parochus habet fundatam intentionem super oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam.*

3 *Oblationes factæ Imagini depictæ in priuato Pariete acquiruntur Domino Parietis si est pauper.*

4 *Oblationes sunt vota fidelium, pretiã peccatorũ, patrimonia pauperum, pauper est Imago Christi Domini. Facilius conceditur Retentio, quam Acquisitio.*

5 *Laicus est Incapax oblationum, non obstante consuetudine, & quando.*

6 *Nec Episcopus potest Laico permittere, vt disponat de oblationibus factis Imagini depicta in priuato Pariete extra casum supradictum.*

7 *Vt Laicus fiat capax oblationum, probare debet Immemorabilem, & famam priuilegij.*

8 *Oblationes Imaginis, regulariter non acquiruntur Domino Domus.*

9 *Oblationes factæ Imagini depictæ in priuato Pariete non spectant ad Parochum quando illis non indiget ad propriam Alimoniam, vel Ecclesiæ reparationẽ.*

10 *Oblationes factæ Imagini depicta in priuato Pariete spectare possunt ad Cathedralem quando eius redditus pro fabrica non sufficiunt.*

11 *Oblationes factæ in Ecclesijs Religiosorum, ad eos spectant, tanquam Elemosinæ.*

12 *Oblationes regulariter spectant ad Parochum, cessante tamen diuersa intentione offerentis, vel diuersa consuetudine.*

13 *Translatio Imaginis depictæ in priuato Pariete, fieri non potest sine consensu Parochi.*

14 *Oblationes factæ loco Pio, ei debẽtur, & nõ Parocho.*

15 *Oblatio facta Cappellæ sitæ in Ecclesia, in dubio, debetur Rectori, & non Cappellano.*

1 Oblationes factæ Imagini depictæ in priuato Pariete alicuius, non debentur regulariter Domino Parietis, sed Rectori Ecclesiæ Parochialis, sub cuius Parochia situs est Paries, *ad tex. in c. Pastoralis 9. de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli, & in c. quoniam 13. de Decim. Ant. Abb. Innoc. in d. c. Pastoralis de his, quæ fiunt à prælat. Iterum Abb. in c. nimis n. 3. de excessib. prælat. Marian. Socinus in tract. de oblation. libell. 18. q. 6.* vbi de communi testatur, *Capell. Tolosan. Decis. 482. Riccius Collectan. Decis. 1113. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 57. n. p.* vbi hanc dicit esse magis communem, *Caroccius de Locato p. 3. q. 17. tit. de oblat. n. 8. Costa de portione rata q. 23. n. 3.* vbi etiam ipse de magis communi testatur.

2 Confert ad hoc ratio, quoniam Parochus habet fundatam intentionem super oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam, *d. c. quoniam 13. de Decim. d. c. Pastoralis 9. de his, quę fiunt à prælat. Neuizzan. cons. 14. n. 5.* vbi loquitur de oblationibus factis in Oratorijs Sacris, ac etiam in Ecclesijs sitis intra Parochiam, *Riccius Collectan. Decis. 1265. & idem Riccius Decis. 128. Curia Archiep. Neap. Azzor. Inst. moral. p. p. lib. 7. c. 27. q. 13. Barbos. de offic. Paroch. c. 24. n. 5.* vbi quod oblationes sunt de Iure Parochiali.

3 Conclusio tamen fallit quando Dominus Parietis est pauper, tunc enim illi acquiruntur oblationes, *Troilus, Maluezz. de oblation. in quart. Dub. col. 6. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 57. n. p. Hieron. Carat. in opusc. de Iuribus Parochialib. tit. 3. c. 11. Barbos. de offic. Paroch. c. 24. n. 26.*

4 Confert ad hoc, quod oblationes, sunt vota fidelium, pretiã peccatorum, patrimonia pauperum *can. quia iuxta 61. q. p.* & quod pauper est Imago Christi Domini non ficta, seu Picta, sed vera, *ad tex. Matt. 25.* quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & si pauperi competeret petitio, *ex ijs, quæ diximus in V. Elemosina, & in V. Beneficiatus,* facilius competet Retentio, *ad ea, quæ dixi Decis. 2. n. 15. & Dec. 52. n. 4. & Dec. 69. n. 12.*

5 Neq; obstat, *tex. in can. hanc consuetudinem, qui est finalis 10. q. p.* quatenus disponit Laicos esse Incapaces oblationum, etiam stante consuetudine, quoniam intelligitur, prout loquitur de oblationibus, quæ fiunt Ecclesiæ (ibi) quæ intra Sanctam Ecclesiam offeruntur) non de ijs, quæ in loco priuato, ita respondet, *Carat. in d. opusc. de Iuribus Parochial. tit. 3. c. 11. Barbos. de offic. Parochi d. c. 24. n. 26.* quod si tibi videatur prædicta Responsione nimis coactari dispositionem dicti textus maxime cum eius ratio ibi (Sacerdotibus, qui quotidie Deo seruire videntur) militare possit etiam extra Ecclesiam ad fauorem Parochi, dummodo infra Parochiam, Dic, quod fallit fauore pauperis, saltem extra Ecclesiam, vt supra.

6 Adde hic, quod extra casum prædictum, nec Episcopus potest permittere, vt Laicus disponere possit de oblationibus factis Imagini depictæ in

priuato Pariete, *Lancellot. in Canonicis Institutio. lib. 2. tit. 26. de Decimis in glos.*

7 Et adde, quæ ad hoc dixit, *Garzia de Benef. p. p. c. 2. n. 43.* in illis verbis (Tenuit Rota in vna Calaguritana oblationum XXI Ottobris 1588. in qua fuit resolutum, quod, vt Laicus possit percipere oblationes, debet probari Immemorabilis, & fama priuilegij, cum Ius commune reddat Laicos, earum Incapaces, quia solis Clericis debentur, *Hostiens. in sum. de Parochi n. 3. Maluet'us in tract. oblation. Dub. 3.* vbi quod non valet consuetudo in contrarium, etiam quod magis est, quo ad oblationes, quæ fiunt Imagini sitæ in Domo priuata, *Socin. in tract. oblationum n. 18. Maluetius super 4. Dub.* vbi supra, ac etiam resistit, *Concilium sess. 25. c. 9. de Reform.* Hæc ibi Garzia.

8 Et quod oblationes Imaginis, non acquirantur Domino Domus, firmauit Rota in vna Calaguritana oblationum 21. Octobris 1588. coram Pamphylio quā refert *Riccius in Collectan. Decis. 1265.*

9 Ad limitationem primæ conclusionis, & communis, quæ est pro Parocho, adde quod quando Parochus non indiget dictis oblationibus, cum habeat aliunde sufficienter, vnde prospiciat Alimoniæ suæ, & reparationibus Ecclesiæ, ad eum non spectant, *Decian. cons. seu Responso 16. n. 12. Costa de portione Rata q. 239. n. 18. vers. 6. filet.*

10 Et quod oblationes factæ Imagini depictæ in priuato Pariete, spectent ad Cathedralem, precipue pro fabrica, seu reparatione necessaria quando eius redditus non sufficiunt, adducitur, *tex. in can. de his 10. q. p. & in can. licet 16. q. 3. & in c. ex transmissa 10. vbi glos. in V. Decimas de præscript. gl. in c. nulli 98 Dist. Aug. cons. 224. Costa de portione rata q. 239. n. p.*

11 Declara, vt oblationes factæ Religiosis in eorū Ecclesijs, ad eos spectent, non tanquam oblationes, sed tanquam Elemosinæ, *Abb. in c. nimis de excessib. prælat.*

12 Declara etiam, vt oblationes acquirantur, & debeantur Parocho in casibus, de quibus supra diximus, cessante tamen alia diuersa intentione offerentis, vel diuersa consuetudine, cui Ius non resistat, *Ita Riccius in Collectan. Decis. 1265.* quo vero ad consuetudinem, *vide quæ dixi supra.*

13 Vltimo ex prima Conclusione, & eius ratione inferas, quod Translatio Imaginis existentis intra aliquam Parochiam fieri non potest sine consensu Parochi, *Rota in Hispalen. translationis Imaginis IX. Martij 1598. coram Pamphilio, quam refert Riccius in Collectan. Decis. 1265. in fine.*

14 Adde, quod oblationes factæ loco pio, vel Religioso spectant ad eundem locum, & non ad Parochum, intra cuius Parochiam locus est situs, *tex est in §. si quis autem Auth. de Eccles. tit. & per illum tex. dixit Aug. in Disputatione, quæ incipit in Refulgenti Palatio, & c. Petr. de Perus. in tract. de quarta Canonica in quarto capitulo principali vers. 16. Abb. in c. p. in vlt. not. per illum tex. de stat. Monach. Dec. cons. 148. n. 2. vol. p.*

15 Nota etiam, quod oblatio facta Cappellæ, seu Altari, in dubio præsumitur facta intuitu Ecclesiæ, & ideo Rectori debetur, & non Cappellano, *Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 57. q. 2. n. 3. Gauantus in man. Episcop. in V. oblationes nu. 14.*

PRIVIL. CCXCIV.

Obligatus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factum non tenetur præcise, sed interesse soluendo liberatur, fallit fauore piæ causæ n. 2. & pauperis n. 3.*

4 *Obligatus cum iuram nto ad factum, tenetur præcise, nisi iurans sit impotens.*

5 *Obligatio facta pauperi tanquam iurata seruanda est.*

6 *Pauperi regulariter vtilius est dare, quam facere.*

1 Quamuis obligatus ad faciendum, non possit ad id precise compelli, sed interesse soluendo liberetur, *l. si quis ab alio 13. in fine ff. de Re Iudic. leg. stipulationes non diuiduntur 72. vers. Celsus ff. de verb. oblig.*

2 Attamen obligatus piæ causæ ad factum, potest ad id precise compelli, *ad tex. in l. quis Romæ 122. §. Flauius ff. de verb. oblig.* qui loquitur in libertate, *Cumanu Castrens. Franch. Aretin. Socin. & Ias. ibid. quos seq Tiraq. de pia caus. priu. 122.*

3 Vnde idem dicendum erit in obligatione facta pauperi, cuius causa est valde pia, vt diximus in *V.*

4 pia causa, & in hac ipsa specie conferre potest, quod obligatus cum Iuramento ad factum, potest precise compelli ex communi Doctorum Sententia, quos longa serie, *refert Ant. Gabriel. concl. 8. de Iureiur. n. p. & seq. vbi n. 4.* limitat stante impotentia Iurantis, quod pauperi etiam potest applicari, ergo etiam obligatus pauperi licet sine Iuramento præcise compelletur, quoniam obligatio facta pauperi, tanquam Iurata, seruanda est, &

5 paupertas supplet in hoc, & habet vim Iuramenti, *vt diximus in V. compensatio p. priu. 61.*

6 Et quamuis regulariter videatur etiam ipsi pauperi vtilius, ei dare, quam facere, potest tamen aliquando contingere, vt eidem magis expediat recipere factum, quam datum, quo casu poterit, vti & frui præsenti Priuilegio.

PRIVIL. CCXCV.

Officium Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non tenetur officium impartiri, nisi petenti, etiam in foro poli, fallit pro pia causa n. 2.*

Potest

3 *Potest Episcopus pro pauperibus ex officio procedere.*
4 *Potest Iudex ex officio, & per inquisitionem procedere ad fauorem miserabilium.*
5 *Iudex debet, etiam irrequisitus officium impartiri pro pauperibus, & miserabilibus, eosque tueri.*
6 *Iudex fauore pauperis, & piæ causæ tenetur etiam irrequisitus Officium impartiri, & supplere in Iure, & in facto, et vbiquuq; agitur de Animæ periculo*
7 *Paupertas interpellat pro homine.*
8 *Puniri potest Iudex, qui in causa pauperis, vel alias pia non impartitur officium suum, etiã irrequisitus.*

1 QVamuis Iudex non teneatur Officium suum impartiri, nisi petenti, *l. 4 §. hoc autem iudicium ff. de damn. infecto l. p. §. si Magistratus ff. de Magistrat. Conueniend. l. de pupillo 5. §. qui opus ff. de operis nou. nunc. Nauarr. qui loquitur in foro fori, & in polo poli consi. 22. n. 5. de paenit. & Remiss. sion. lib. 5. & post Felin. & Viuium, & communem dixi ego Dec. 36. n. 4.*

2 Attamen pro pia causa tenetur Iudex, etiam irrequisitus, officium impartiri, *Campeg. de Dote p. p. q. 96. Viuius in suis communibus opinionibus in V. Index non potest dixi dec. 36. n. 5.*

3 Et quod possit Episcopus pro pauperibus ex officio procedere, *post Bald. cons. 154. in fin. lib. 4. tradit Cranetta cons. 190. n. 10.*

4 Et quod possit Iudex ex officio, & per Inquisitionem procedere ad vtilitatem miserabilium personarum, colligitur, *ex tex. in l. nec quicquam 9. §. Aduocato ff. de offic. proc. & leg. & post Bart. tradit Roman. sing 519. in fine.*

5 Et non solum potest Iudex, sed debet fauore pauperum, & aliorum miserabilium, officium, etiã irrequisitus impartiri, eosq; tueri, ne forsan opprimantur, *spec. in tit. de Compet. Iud. Adde. § 3. vers. 19. Ant. Franc. in Addit. ad Abb. in c. significantibus 38. n. p. de offic. Deleg.*

6 Et generaliter, quod fauore pauperis, & piæ causæ teneatur Iudex, etiam non requisitus impartiri officium, & supplere, adducitur, *tex. in d. l. ne quicquam 9. §. fin. vers. pleruumque ff. de offic. proc. et leg. l. Diui 88. ff. ad leg. Falcid. l. si cum Dotem 23. §. nec non illud vers. ideoq; ff. sol matr. c. cum nobis olim 19. de elect. c. cum inhibitio 4. de Cland. Desponsi. Arettin. in c. p. de prob. n. 23. vers. 2. quia Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium in 3. qu. ff. de Damn. infect. Campeg. de Dote p. p. q. 96. & post alios Tiraq. de pia caus. priu. 152.* vbi ampliat vbiquunq; vertitur Animæ periculum, *Surd. de Alim, tit. 8 priu. 4. n. 2. & 3. & post alios Nouar. in praxi priu. miser. person. priu. 58. n. 9. & prius nu. 8.* vbi quod potest pro miserabilibus Iudex supplere, non solum in Iure, sed etiam in facto, *l. illicitas 6. §. & ne tenuis ff. de offic. præsid.*

7 Adde rationem, quoniam in Causis miserabilium, & si nemo alius requirat, lex requirit, & Deus, vt Iudex impartiatur officium, vnde non potest omnino dici irrequisitus, cum in specie, ipsa etiam paupertas interpellet pro homine, *vt dix in V. mora.*

Confert. *tex. Eccli.* 4. In Iudicio esto Pupillis misericors, & pro viro, Matri illarum, & miserebitur tui Deus, magis, quam Mater.

8 Amplia, vt puniri possit Iudex, qui in causa pauperis, vel alias pia, non impartitur officium suum etiam irrequisitus, *Alex. in d. l. 4. §. hoc autem Iudicium ff de Damn. infect. Campeg. de Dote p. 2. q. 96. Surd. de Alim tit. 8. priu. 4. n. 96.*

PRIVIL. CCXCVI.

Operarius I.

SVMMARIVM.

1 *COnductus ad opus, non est alendus à conductore, cessante consuetudine.*
2 *Inseruiens sine salario, debet habere, saltem victum necessarium.*
3 *Promittens operas non ex liberalitate, sed ex compensatione, tenetur gratis operari, sed si sit pauper est alendus ab eo, cui operatur n. 4.*
5 *Pactum de gratis inseruiendo, regulariter non valet, & saltem quando Inseruiens est Pauper.*

1 QVamuis operarius ad opus conductus, non debeat habere Alimenta à conductore, *Bart. in l. si non sortem §. libertus n. 32. ff. de condic. indeb. & ibid. Ias. n. 28. Bald. in l. quoniam liberi n. 5. C. de testib. & post alios tradit Surd. de Alim tit. p. q 66. n. p. & seq.* vbi limitat, nisi adsit consuetudo contraria.

2 Attamen id fallit in eo, qui inseruit sine salario, nam debet habere, saltem victum necessarium à Domino, *Bart. in d. l. si non sortem §. libertus n. 32. Ias. n. 29. ff. de condic. indeb. & post Felin. & Ferrett. Surd. de Alim d. tit. p. q. 66. n. 6. & 7.*

3 Et quamuis quando quis promittit operas non ex mera liberalitate, sed ex aliqua compensatione, teneatur gratis, etiam absq; Alimentis operari, *Bart. in l. liberti libertaque n. 11. C. de operis libert. & post Iacob. & Capicium tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 66. n. 8.*

4 Attamen quando operarius est pauper, non habens aliunde, licet ex causa remunerationis, promiserit operas, adhuc est alendus ab eo, cui operatur, *l. pen. ff. de operis libert. Bart. in d. §. libertus n. 23. Surd. de Alim. d. tit. p. q. 66. n. 9.*

5 Et pactum de gratis omnino inseruiendo, regulariter non videtur validum, *ad tex. in l. imponi 33 ff. de operis libert. ibi,* Imponi operæ, ita, vt se Libertus alat, non possunt, quod saltem erit omnino verum quando promittens est pauper.

PRIVIL. CCXCVII.

Operarius II.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur gratis inseruire, & dignus est operarius mercede sua.*

2 *Pauperi extreme indigenti, omnis operarius tenetur gratis operari, sicut tenetur Dives de pecunia, sic operarius tenetur de Arte sua, Elemosinari.*

3 *Operarius potest sibi reseruare Ius petendi mercedem à paupere, cessante necessitate paupertatis.*

4 *Pauperi inseruiens, etiam gratis, non inseruit sine mercede.*

Si qui pauperi gratis operātur, opera illorū sequnt illos.

5 *Operarius pauper tenetur sibi prius operari, quam alteri equę pauperi.*

1 QVamuis dignus sit operarius mercede sua, *Luca* 10, & nemo teneatur alteri gratis operari, vel inseruire, *vt dixi supra in V. Antecedentia & in V. Merces.*

2 Pauperi tamen extreme Indigenti omnis operarius tenetur gratis operari, & inseruire, *Nauar. in man. c.* 25. *n.* 29 vbi quod eodem modo tenetur quis Elemosinam facere de Arte sua, quo Dives tenetur de Bonis suis, *& vide, qua dixi in V. Aduocatus, Procurator, Medicus, Notarius,*

3 Intellige tamen operarium satisfacere inseruiendo gratis pro tunc, reseruato sibi Iure petendi mercedem cessante necessitate paupertatis, *ad tradita per Nauar in Comment. de Elemos. n.* 26, *ad quod vide, qua dixi in V Elemosina, et in V. Furtū*

4 Tu vero dic quod qui pauperi operatur, & inseruit quantumuis gratis, nunquam tamen sine mercede dicitur operari, quoniam à Deo semper mercedem recipiet, & in hoc sæculo temporalem & in alio infinitam, dicente Domino, ego vero merces tua magna nimis, & meminerint huiusmodi operarij, qui sic pauperibus gratis operantur, quod opera illorum sequuntur illos *Apoc.* 14.

5 Limitari autem potest Conclusio quando ipse operarius esset in æquali necessitate constitutus, tunc enim tenetur sibi prius operari, quoniam ordinata Charitas incipit à se ipso, *l. præses* 5. *C. de seruitut. dixi in V. Elemosina,* & pauper non tenetur alere pauperem, *dixi in V, Alimenta.*

PRIVIL. CCXCVIII.

Opinio.

SVMMARIVM.

1 *Communis opinio in dubio est præferenda.*

2 *Communis opinio est maximi momenti apud Iudices Ignaros, sed Ignarus est, contra eam Iudicans, nisi vt ibi.*

3 *Pro pauperibus sequi possumus, non cōmunem, contra communem.*

4 *Quando communis opinio est rigorosa, licet sequi contrariam equam, & benignam.*

1 INter plures diuersas, vel aduersas opiniones est semper in dubio præferenda communis, *Menoch. de præs. lib.* 2. *præs.* 71. *Ceuall. in prohem. comm. contr. comm. n.* 30. *& seq.*

2 Et licet *Conar.* dixerit hoc verbum (communis opinio) esse maximi momenti apud Iudices Ignaros, attamen, Ignarum esse Iudicem, qui contra communem iudicat quando non habet resistentem obseruantiam, vel rationem manifestam, vel textum expressum contradicentem, *ostendi ego Decis.* 94. *n.* 4.

3 Sed his non obstantibus fauore pauperum, & aliarum miserabilium personarum, possumus, & debemus sequi opinionem, etiam non communem contra communem, *Grammatic. conf.* 50. *n.* 46. *Boer. conf.* 40. *n.* 89. *Mantua conf.* 121. *nu.* 3. *lib.* 2. *Zazius conf.* 3. *lib p. Barbat. conf.* 6. *n.* 2. *lib. p. Duenna Reg.* 7. *n.* 8. *Marta de Iurisd. c.* 164. *p.* 3. *Nouar. in praxi priu. miser. priu.* 99. *n.* 3. *&* 4.

4 Accedat, quod quando communis opinio est rigorosa, licet sequi contrariam opinionem æquā, & Benignam, *Paris. conf.* 6. *nu.* 24. *Neuizzan. in Sylua nupt. lib.* 5. *n.* 68. *Menocch. de præs. lib.* 2. *præs.* 71. *n.* 25. *vide qua dixi in V. æquitas, & in V. Dubium.*

PRIVIL. CCXCIX.

Opresio.

SVMMARIVM.

1 *Oppressores pauperum non admittuntur ad faciēdas oblationes ad Altare, possunt tamen cogi ad oblationes extra Ecclesiam pro Parochi sustentatione n.* 2.

3 *Et Iudex, & Princeps defendere debent pauperes ab oppressionibus, maxime illorum, qui eos defendere tenentur.*

4 *Pauperes præsumantur opprimi à Ditioribus, & potentioribus.*

5 *Dominus liberabit pauperem à potente.*

1 OPpressores pauperum non admittuntur ad faciendas oblationes ad Altare, *can. Oblationes* 90. *dist. & ibi gl. in V. Dona D. Thom.* 22. *q.* 86. *art.* 3. *Fuscus de visitat. lib. p. c.* 24. *n.* 10. *& seq. Suarez. de Relig. to.* 2 *lib. p. de Diuino Cultu c.* 6. *n.* 4. *Barbos. de offic. & post Parochi c.* 24. *n.* 15.

2 Possunt tamen extra Ecclesiam cogi ad debitas oblationes pro congrua Parochi sustentatione

Sua-

Suarez. de Relig. to. 2. lib. p. de Diuino Cultu c. 6. n. 10. & seq. Barbos. de offic. & pot. Parochi c. 24. nu. 21.

3 Adde contra pauperum oppressores, *tex. in l. illicitas 6. §. 2. ff. de offic. præsid. ibi*, ne potentiores viri, humiliores iniurijs afficiant, neue defensores eorum, calumniosis criminibus insectentur innocentes, ad Religionem præsidis Prouintiæ pertinet

Ad idem est *tex. in l. 2. ff. de offic. Rectoris Prouintiæ ibi*, si quis potentiorum extiterit insolentior si præsides vindicare non possunt, ad nos referant, vt prouideatur publicæ Disciplinæ, & tenuioribus consulatur.

Ad idem est *tex. loquens de Iudice in Auth. vt differentes Iudices audire, &c. ab Episcopis cogantur sub finem princ. ibi*, nouissimis eum supplicijs subdi præcipimus, quoniã, qui debet vindicare oppressum ipsum opprimere reperitur.

4 Et nota, quod pauperes præsumuntur opprimi à Ditioribus, & potentioribus, *l. p. C. de Aduoc. pub. lib. 10. Afflict. in Const. Lege præsenti n. 8. Rolan. cons. 87. n. 58. lib. 2. & consonat ad id tex. Isidori in can. pauper 11. q. 3. ibi*, pauper dum non habet quid offerat, in Iudicio non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

5 At Dominus liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat Adiutor, *vt dicitur Ps. 71.* & in laqueo suo humiliabit eum, & inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum, *Ps. 9. & concordat Ps. 34. ibi*, eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem a diripientibus eum, *& vide quæ dixi in V. Forus, & in V. æquitas, & in V. æqualitas.*

PRIVIL. CCC.

Oratio.

SVMMARIVM.

1 *ORationes pauperum facilius audiuntur à Deo, & anticipate vt n. 2.*
2 *Desiderium pauperum exaudit Dominus.*
3 *Pauperes exaudiuntur pro se ipsis, & pro suis Benefactoribus.*
Orationes pauperũ, debent nostras Orationes adiuuare Miserum est aliorum incumbere famę, vel voci, vide versus.
4 *Pauperes exaudiuntur etiam contra malefactores.*
5 *Qui pauperes non exaudiunt, non exaudiuntur à Deo.*
6 *Pauperes male audiuntur ab hominibus, qui tamen puniuntur, vt ibi.*
In Iuditio, Surdi audiẽt, et Cæci in tenebris videbunt

1 INter pauperum priuilegia hoc quoq; numeretur, quod eorum Orationes facilius exaudiuntur à Deo, *vnde Ps. 85.* Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam Inops, & pauper sum ego, *& Ps. 11.* propter miseriam Inopum, & gemitum pauperum, nunc esurgam dicit Dominus, *& Ps. 10.* oculi eius in pauperem respiciunt, aures eius in preces eorum, *& Ps. 68.* exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit, *et Ps. 33.* Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum, *& Ps. 21.* timeat eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, neq; despexit deprecationẽ pauperum.

2 Ampliatur pr. *ex Ps. 9. & sec. Hebreos 10. ibi*, desiderium pauperum exaudiuit Dominus, Deprecationem Cordis eorum audiuit Auris tua, ex quo patet, quod pauperis oratio anticipate exauditur a Deo.

3 Ampliatur 2. vt pauperes non solum exaudiantur pro se ipsis, sed etiam pro alijs, & præsertim eorum Benefactoribus, *vnde Gen. 30. dicitur* Benedixit Dominus Phutiphar propter Ioseph.

Declara hanc Ampliationem, vt Orationibus pauperum sic debeamus incumbere, vt nostras adiuuent, non autẽ ita vt nos omnino omittamus orare, *vnde Ps. 76.* Voce mea ad Dominum clamaui, Voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Sic in simili, *Iuuen. lib. 3. sat. 8.*

Sed te censeri laude tuorum.
Pontice noluerim sic, vt nihil ipse futuræ.
Laudis Agas, miserum est aliorũ incũbere famę.

Et forte hic etiam dici potest, miserum est soli aliorum incumbere voci.

4 Ampliatur 3 vt pauperes non solum exaudiantur pro Benefactoribus, sed etiam contra Malefactores, *vnde Eccli. 34.* vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Dominus? *& Exod. 22.* si læseritis Viduam, vel Pupillum, vociferabuntur, & audiam, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli, *& Eccli. 4.* non auertas faciẽ tuam ab egeno. Ab Inope ne auertas oculos tuos, & non relinquas tibi retro maledicere, maledicentis enim in Amaritudine animæ suæ, exaudietur deprecatio illius.

5 Ampliatur 4. nam qui pauperes nõ exaudiunt, non exaudiuntur à Deo, *vnde pro. 21.* qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur.

6 Et sic, quod dixit, *Rolan. cons. 49. nu. p. lib. 2.* quod pauperes male audiuntur, intellige ab hominibus non à Deo, qui pauperes bene audit etiam contra eos ipsos, qui pauperes malę audiunt, & dic, quod, qui hoc faciunt, male audient etiam apud homines, & vel bene, vel male audient verbum malum in Nouissimo Die, Itę Maledicti, &c. *Matt. 25.* & sane nil mirum, quoniam Surdi audient in die illa, & Cæci in tenebris videbunt, vt vaticinatur, *Isaias Propheta c. 29.*



PRI-

PRIVIL. CCCI.

Ordo.

SVMMARIVM.

1 *ORdinari ad titulum litteraturæ, an quis possit, & n. 2. & 3. & 4.*
2 *Deploranda litteratorum inopia.*

1 QVamuis Doctorem, vel alium ordinari non posse ad titulum litteraturæ, suaderi videatur, *ex allegatis per Garziam de Benef. p. 2. c. 5. n. 127. et 128.* etiam si sit insignis litteratura, *ex traditis per Barbos. de pot. Episc. Alleg. 19. n. 31. & per Gauant. in man. Ep. V. Ordines maiores n. 23.*
2 Attamen, quod possit ad titulum litteraturæ, quis ordinari sustinent multi, *relati ab eodem Garzia de benef. d. p. 2. c. 5. n. 120. & 139.* qui subdit in fine hanc Sententiam sibi alias visam fuisse veriorem, & æquiorem, *& post alios idem sensit Gratian. Discept. Forens. lib. p c 57. n 30.*
3 Possunt hæ pugnantes opiniones fortasse conciliari dicendo primam procedere in habente patrimonium, secundam vero in non habente, & sic in paupere, præsertim cum ad eius fauorem seruanda sit æquitas, & in specie æquior opinio, *vt dixi in V. æquitas, & in V. opinio.*
4 Sed *Sac. Cong Concilij 26 Ian. 1630. consulta à D. Augustino Barbos. insignis litteraturæ viro.* An pro soluẽdo ęre alieno posset ipse alienare patrimonium, ad cuius titulum fuerat ordinatus, & subrogare litteraturam, censuit nihil esse rescribendum, sed Oratorem commendandum esse D. Datario, Ita vidi Ego in Annotationibus Eminentiss. Domini, & gloriosæ mem. *Card. Bentiuoli.*
5 Possem ego hic iuste deplorare calamitosam litteratorum hominum Inopiam, idq; libenter facerem si lacrymis posset durissima nostrorum temporum Auaritia commoueri, sed quid prodest ad inanes luctus, & degeneres eiulatus exorbitare, præterea inuitis pecunijs, satis Diuites esse, Sapientes, & Sapientiam longe exoptabiliorem esse, quã Diuitias, *ostendi p. 3. c. p. in remedio Sapientiæ.*

PRIVIL. CCCII.

Oraphanus I.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes æquiparantur Orphanis, & Pupillis.*
2 *Episcopus est generalis Pater pauperum.*
3 *Orphani, qui dicantur.*

1 PAuperes æquiparantur Orphanis, & Pupillis, *Couar. pract. q. c. 6. n. 3. Confert ad hoc Ps. 9. & sec. Hæb. 10. ibi,* Tibi derelictus est pauper; Orphano, tu eris Adiutor, *& Ps. 67.* turbabuntur à facie eius Patris Orphanorũ, & Iudicis Viduarũ.
2 Et hoc procedit non obstante, quod Episcopus dicatur esse generalis Pater pauperum, *vt ostendi in V. Episcopus.*
3 Nam Orphanus dicitur, qui caret Patre naturali, & præsidio paterno, & Tutore particulari, ad tradita post alios per *Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 666. n. p. & 2.* vbi adducit alios sentientes, Orphanum proprie dici eum, qui Patre, simul, & Matre careat.

PRIVIL. CCCIII.

Orphanus II.

SVMMARIVM.

1 *AN Legatum relictum pro maritandis Orphanis distribui possit habentibus Parentes, sed pauperes, & an orbatis solo Patre.*
2 *Legatum distribuendum pauperibus Viduis, an dari possit habentibus viros inutiles.*
3 *Ecclesia dicitur Viduata, inutilem habẽs Episcopum.*
4 *Mulier nupta seni, dicitur nupta, simul, & Vidua.*

1 AN Legatum relictum pro maritandis Orphanis, distribui possit habentibus Parentes, sed pauperes, & inutiles, quæstio est, & pro negatiua est, *Sanchez. in opusc. to. 2. lib. 4. c. 2. Dub. 13. n. 2.* vbi rationes adducit, & inter cæteras illam, quod verba testamentorum proprie sunt accipienda, *l. non aliter 67. ff de leg. 3.* pro affirmatiua, tamen cum Idelfolso lara est, *Diana Res. mor. p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 140.* qui testatur, ita seruatum a Doctis Iuris consultis, & quem sequitur in nouissima editione, *Nouarius de Electtion. fori sect. 2. q. 7. n. 3.* & pro hac affirmatiua vide etiam, *Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 066. n. 8* qui plus probat in casu suo Elemosinam Nuptialem Orphanis Puellis relictam solui posse, etiam orbatæ solo Patre.
2 Sic etiam Legatum distribuendum inter Viduas pauperes, posse etiam distribui habentibus viros inutiles, *licet contra Sanchez. probat Nouar. de Elect. fori d. sec. 2. q. 7. n. 3.*
3 Confert, *tex. in c. 2. de transl. Episc.* vbi quod iuxta communem vsum loquendi Ecclesia, dicitur Viduata, quæ inutilem habet Episcopum.
4 Adde hic ad ornatum, quod Mulier Nupta seni, quasi Viduæ videtur æquiparari, seu dici posse semi Vidua, nam, *vt ex Plauto refert Tiraq. de Legib. Connub. leg. 6. n. 11. in fine,* Adolescentula senem virum habens, dicitur Nupta, simul, & vidua, ex quo canere tu potes, & Nupta, & Vidua est Fæmina Nupta seni.

PRI-

PRIVIL. CCCIV.

Pactum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum non parit actionem, fallit fauore Alimentorum, saltem quando pauperi debentur n. 2. & fauore pia causa n. 3.*

1 Licet pactum nudum de Iure Ciuili non pariat Actionem, *l. Iurisgentium 7. ff. de pact. cum similibus.*

2 Attamen fauore Alimentorum parit Actionem *l. inter Socerum 26. §. conuenit ff. de pact. Dotal. Io. Fab. in §. in personam inst. tit. de Action. Roman. sing. 528. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 5. num. 3.* Et licet, *Ias. in d. §. in personam n. 69. Instit. de Action.* neget specialitatem, *in d. §. conuenit,* Attamen quando Alimenta pauperi sunt promissa, absq; dubio pactum nudum parit Actionem, quoniam causa pauperis est pia, *vt dixi in V. pia causa,* & præsertim quando agitur de illius Alimentis, vt dixi in V. Alimenta.

3 Et generaliter fauore piæ causæ pactum nudum parit Actionem, *l. ad exactionem 6. C. de Dot. promiss. l. si quis argentum 35. §. fin. C. de Donat. l. si tibi dederim rem 15. in princ. ff de Donat Roman. in Auth. similiter in 4. spec. contract. C. ad leg. Falc. Socin. Reg. 310. in 4. priu. Calcan. cons. 14. col. 2. vers. 2. quia fideiussor Felin. in c. p. col. 6. vers. 8. Declaratio de pact. Tiraq. de pia caus. priu. 111.*

PRIVIL. CCCV.

Parochus.

SVMMARIVM.

1 *Parochiani tenentur alere pauperem Parochum.*
2 *Spiritualia seminans, Temporalia metit.*
3 *Parochus denegare potest Sacramenta, denegantibus subuentionem, accedente tamen consensu Episcopi, sine quo non potest curam deserere.*
Qui non facit, quod debet, non consequitur, quod oportet.
4 *Parochiani, an teneantur alere Parochum quando sibi potest ex honesto artificio victum quærere, et n. 6.*
5 *Pater non tenetur alere filium industrium.*

1 Parochiani tenentur alere pauperem Parochū, si ei redditus Ecclesiæ non sufficiant, *gl. in c. omnis Christianus de cons. Dist. p. Abb. in c. de Rectoribus n. 6. de Cler. agrotan. Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 2.*

2 Nec est magnum, vt qui spiritualia seminat, temporalia metat, *vt ex D. Paul. p. ad Cor. 9. dixi Dec. 19. n. 8.*

3 Ampliatur, vt Parochus denegare possit Sacramentorum Administrationem Parochianis denegantibus ei necessariam subuentionem, *ad tex. in c. cum sit 10. de Simon. & in can. Caritatem 12. q. 2. gl. in d. can. omnis Christianus in V. Vaquus. de Cons. Dist. p. Dec. in c. cum inter n. 24. de except. Marsil. sing. 682. incipit scribitur,* vbi rationem adducit, quia, qui non facit, quod debet, non consequitur, quod oportet, *l. quæso 56. §. inter locatorē ff. locati Surd. de Alim. tit. p. q. 60. n. 3.* vbi temperat accedente Authoritate Episcopi, sine quo non potest curam deserere.

4 Limitatur, vt Parochiani non teneantur alere Parochum, licet pauperem, quando is potest ex honesto aliquo artificio sibi victum quærere, *ad tex. in c. Clericus victum 91. Dist. & in c. Clericus quilibet ead. 91. Dist. & in c. cum Apostolus 6. de Censib. Abb. in c. suum n. 10. de Simon. Surd. de Alim. tit. 7. q. 9. n. 18. & prius tit. p. q. 60. n. 5.* vbi quod sibi debet imputare, qui tenue beneficium acceptauit.

5 Et confert in simili, quod Pater non tenetur alere filium industrium, *l. si quis à liberis 5. ff. de lib. Agnosc. ibi,* sīmodo cum opificem te esse dicis in ea valetudine es, vt operi sufficere non possis, *Crauett. cons. 199. n. 10. sub finem lib. p.*

6 Contrarium tamen, quod videlicet, etiam si Parochus possit quærere sibi victum ex Artificio, adhuc tamen si aliunde non habeat, Parochiani teneantur ei necessaria ministrare, *probat Roman. cons. 344. n. 4. & sequitur Crauett. cons. 199. n. 5. lib. p.*

Surdus tamen de Alim. d. tit. 7. q. 9. n. 17. intelligit sententiam Romani veram esse, saltem quando esset introducta Consuetudo offerendi Parocho, *& tu vide, quę dixi in V. oblationes.*

PRIVIL. CCCVI.

Pater I.

SVMMARIVM.

1 *Filius Diues tenetur alere Patrem pauperem sicut & Matrem.*
2 *Si Pater Bona fideicommissaria dissipat, assignantur filio cum onere tamen ex eis alendi pauperem Patrē.*
3 *Etiam hæredes filij tenentur alere Inopem Patrem.*
4 *Pater debitor filij non tenetur, nisi deductis Alimentis, & si sit solum Pater spiritualis n. 5.*
6 *Filius emancipatus Diues, denegans alimenta Patri pauperi, reuocatur in patriam potestatem.*
7 *Filius tenetur alere Patrem pauperem, etiam excommunicatum, vel bannitum.*
Pater licet criminosus, Pater tamen est.
8 *Filius spiritualis tenetur alere Patrem spiritualem indigentem.*

Filia

9 *Filia potest à Marito Dotem repetere, vt Inopem Patrem alat.*
10 *Filius pauper non tenetur alere Patrem pauperem.*

1 Filius Diues tenetur alere Patrem pauperem, *l. fin. §. ipsum C. de Bon. quæ lib. l. filia 5. C. de Patr. pot. l. p. & 2. C. de Alen. lib. can. cæterum 86. Dist. l. p. §. p.* quæ loquitur de Matre, *ff. de tut. rat. distraben. Corn. cons. 113. Oldrad. cons. 27. n. 2 Benincas. de pauper. q. 7. spec. 2. in Ind. n. 26. Surd. de Alim. tit. p. q. 17. n. p.*

2 Ampliatur pr. vt procedat, etiam quando Pater Bona fideicommissaria dissipat, & filio assignantur, quoniam Pater pauper ex eis alendus est, *l. Imperator 50. ff. ad Trebell. in fin. ibi*, Paternæ Reuerentiæ congruum est, egenti forte Patri officio Iudicis ex accessionibus hæreditarijs emolumentum præstari, *& tradit ibi gl. in V. Emolumentum, & Costa de Rem. subsid. Rem. 4 n. 5.*

3 Ampliatur 2. vt etiam hæredes filij teneantur alere Patrem pauperem si in summam egestatem deductus sit, *vt loquitur tex. in l. si quis à liberis 5. §. item rescriptum ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. p. q. 24. n. p.*

4 Ampliatur 3. vt si Pater sit debitor filij, non possit ab eo exigi, vltra quam facere potest deductis Alimentis, §. sunt præterea vers. sed, & si quis *Inst. tit. de Action. l. sunt, qui in id 16. cum seq ff. de Re Iud. & post Ias. tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 3. & 4* vbi quod procedit in Parentibus vtriusq; sexus, & ratio est, Reuerentia eis debita, vel magis obligatio eos alendi, ex qua prouenit Regula Dolo petis, quod statim restituturus es, *vt ibi per eum.*

5 Ampliatur hæc Ampliatio, vt Pater spiritualis conueniri non possit a filio spirituali, nisi in quantum facere potest, deductis Alimentis, *Io Fab in d. §. sunt præterea col. p. Inst. tit. de Action. & ibid. Io. de Plat. & Aretin. Tiraq. in l. si vnquam in V. susceperit liberos n 32. C. de Reuoc. Donat. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 24.*

6 Ampliatur 4. vt si filius emancipatus Diues, Patri pauperi deneget Alimenta, possit in Pristinam Patriam potestatem reuocari, *Bart. in l. Alimenta §. Imperator ff. de lib Agnosc. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in Iudic. n. 27. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 65. n 5.* vbi quod potest filius ex eadem causa, etiam exhæredari.

7 Ampliatur 5. vt filius teneatur alere Patrem, etiam excommunicatum, vel Bannitum, *Surd. de Alim. tit. p. q. 17. n. 18.* vbi loquitur de Bannito, *& tit. p. q. 19. n. 13. & 14.* vbi de excommunicato, intelligendo, vt ibi, quando Pater indiget extreme, *Adde Costam de Rem. subsid. Rem. 4. n. 5. & tex. in §. si vero contigerit Auth. de Incest. nupt.* vbi dicitur, quod filij tenentur alere Parentes, licet criminosos, quia, quamuis Criminosi, Parentes tamen sunt.

8 Ampliatur 6. vt etiam filius spiritualis teneatur alere Patrem spiritualem indigentem, *Bellamer. in can. parsimoniam 41. Dist. præposit. in c. non sa. tis n. 20186. Dist.* qui plus dixit, præferendum in hoc esse Patrem spiritualem carnali, quam tamen Decisionem, duram esse dixit, *Surd. de Alim. tit. p. q. 99. n. 3.* licet subdat se non inuenisse contradicentem, *& vide quæ dixi in V. Filius.*

9 Ampliatur 7. vt Filia possit à Marito Dotem repetere, vt Inopem Patrem alat, *l. mutus 76. §. manente ff. de Iur. Dot. Socin. Iun. cons. 54. nu. 7. lib. 3. Benincas. de pauper. q. 7. spec. 2. in Iud. n. 26.*

10 Limitatur, vt Filius pauper non teneatur alere Patrem pauperem, *Ias in §. sed & si quis inst. tit. de Action. post N. col. de Neap. Caualcan. de vsufruc. mul. n. 189. Lancellott. Gall. in Const. Alex. in V. solidos q. 6. n. 142. Surd. de Alim. tit. 7. q. 14. n. 10. Rot. in Bononien. census D. 177. n. 10. p. p. Recens.*

PRIVIL. CCCVII.

Pater II.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus denegans alimenta pauperi Patri legitimo, priuatur legitimatione amplius legitimari non potest n. 2.*
2 *Filius emancipatus ingratus, redigitur in potestatem non amplius emancipandus.*
3 *Legitimatus per subsequens matrimonium, licet deneget Alimenta patri, non amittit Legitimationem.*

1 SI Filius Legitimatus Diues, deneget Alimenta Patri pauperi, & aliunde non habenti, amittit Legitimationem, *ad tex. in l. manumissiones 4. ff. de Iust. & Iur. Bald. in c. p. §. filij nati in fine si de feud. fuer controu. inter. Dom. & Agnat. Surd. de Alim. tit. 8 priu. 67. n. p & seq.*

2 Ampliatur, vt Filius sic ingratus, nec possit amplius legitimari, *ita post Ias. sup Gherard. & alios probat Surd. de Alim. tit. 8 priu. 67. n. 3.* vbi idẽ dicit in filio emancipato, vt amplius emancipari non possit.

3 Limitatur hęc Ampliatio in legitimato per subsequens Matrimonium, is enim licet deneget Alimenta Patri, non tamen amittit Legitimationem, *Roman. sing. 225. Gerard. sing. p. n. 19. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 67. n. 4.*

PRIVIL. CCCVIII.

Pater III.

SVMMARIVM.

1 *Habens Parentes, qui ex se sustentari non possunt, non debet ingredi Religionem, professus autem,*

autem, debet eos adiuuare, non tamen claustrum deserendo.

2 *An filius Religionem deserere possit, vt pauperibus Parentibus succurrat.*

3 *An Superior possit dare licentiam professo deserendi claustrum, vt Parentum necessitati subueniat.*

4 *Religiosus, factus Episcopus, debet sui ordinis habitum gestare, Idem in Cardinali, sed si non gestarent, non inciderent in excom. n. 5.*

6 *Quando Parentum necessitati subuenire non posset professus habito retento, posset ei concedi licentia illum dimittendi.*

7 *Filius quando peccet ingrediendo Religionem, vel nõ egrediendo, constitutis in necessitate Parentibus.*

8 *Filius Patrem Inopem deserens, Religionem ingrediendo, mort. peccat.*

9 *Pater Inops extreme indigens, vel qui salua existimatione viuere, alias nequit, potest impedire, ne filius Religionem ingrediatur.*

10 *Dubius, an Parentum necessitas sit grauis, an possit ingredi Religionem, In dubio potior est cõditio possidentis libertatem.*

11 *Monasterium quando teneatur alere filium, vel Patrem Monachi.*

1 HAbens Parentes, qui ex se sustentari non possunt, non debet ingredi Religionem, illis relictis, quia id esset contra Præceptum Dei, Honora Parentes, & licet, qui etiam in Religione professus, non debeat deserere Claustrum occasione subueniendi Parentes, potest tamen de Licentia Superioris, pium studium exhibere ad subueniendum illis, *ita D. Thom. 22. q. 101. art. 4. & sic eum refert, & sequitur Pater Petrus Alagona in summula summæ eiusd. D. Thom.*

2 Et quod Parentum grauissi necessitati subueniẽdum sit ante Religionis ingressum, facta vero professione faciendum, quod possit, salua obedientia, & ante professionem si possit subueniri, egrediendum potius, quã deserantur *probat post alios Eman. Sa. in Aphorism V. Religio n. 2. vbi in fine cum D. Thom. & Lessio.* sensit nõ obligari professum egredi, si pater post eius proffessionem in extremam necessitatem prolapsus sic, nec posse inuito superiore.

Sed quod filius possit impune exire de Religione, vt alat patrem Inopem, & ei victum paret, arguitur, *ex tex. in l. qui cum vno 4. §. fin. ff. de Re milit. ibi,* datur venia valetudini, affectioni Parentum, &c. vbi à Crimine desertionis excusatur, qui ob Parentum affectionem, aliquandiu Castra deseruit, etiam sine Superioris Licentia, idq; sensit, *Rainer. de Forolituio in d. l. qui cum vno Nellus in tract. Bannitorum in p. p. sec. temp. n. 48. in fine Marsil. sing. 149. incipit vouentes tenentur & post alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 68. n. 2. qui tamen n. 7. in fine,* ait, quod cum hoc ad Theologos spectet, ipse non firmat, Vnde intellige accedente Superioris licentia iuxta mox dicenda

3 Quærit ergo, *Diana p. 3. tr. 2. de Dub. Regular. Res. 90.* An prælatus possit dare licentiam subdito manendi extra Claustra ad subueniendum Parentibus non solum in extrema necessitate constitutis sed etiam in graui, & respondet in hæc verba (Ad hoc quęsitum affirmatiue respondit, *Laurent. Portell. in Dub Regular. vers. parentum fratres nu. 2.* vbi sic ait) etiam si necessitas non sit extrema, sed solum grauis, potest Prælatus dare Licentiam, vt Religiosus cum habitu maneat extra Claustra ad seruiendum Patri, vel Matri, ita ille, qui citat, *Nauar. lib. 3. cons. tit. de Regular. cons. 54.* sed si Prelatus neget Licentiam subdito, vt extra Claustra subueniat parentibus grauiter tantum indigentibus, putat Portellus non posse subditum de bonis sibi in vsum concessis, parentibus subuenire, debet ergo ad illa donanda procurare Licentiam, & Prælatus recte faciet, illam concedens intra terminos suæ Regulæ, *hæc Diana.*

Cuius ego verba (nunquam tamen tacito eius nomine) ne videar alienæ laudis fur, fideliter, ac libenter refero, quando longiora non sunt, & moueor exemplo ipsius, qui, & hic, & alibi sæpe idem fecit aliorum verba congrua semper ratione inferendo, vnde si idem ipse aliquando, id mihi forsã exprobraret, responderem, prout iocose, & argute respondit maximo, *Martialis lib. 2. Ep. 18.*

Capto tuam, pudet heu, sed capto maxime cęnam
Tu captas aliam, iam sumus ergo pares.

Sic, & ego dicerem, ego te refero, tuqu; refers alios, iam sumus ergo pares.

Adde tamen hic, quod *Nauar. in prealleg. cons. 54. n. p. de Regular.* respondit, quod in casu illo Prouincialis, iustam habuit causam concedendi licentiam manendi extra Claustra ad subueniendũ Matri, & Sorori pauperibus, quia inquit, *vt post vtrumq; Thom. in 22. q. 101. art. 4. diximus in mã. c. 14. n. 14. & in Commentario de Regularib. c. nullam 18. q. 2. n. 48. & seq.* necessitas non solum extrema, sed grandis, non solum præcedens, sed etiam superueniens Parentibus filiorum Religiosorum etiam post professionem eorum, est iusta causa, vt Superiores possint ipsis dare licentiam manendi extra Monasterium causa eis subueniendi, non tamen extra habitum, *vt probat ibid. Nauar. n. 2.* quoniam huiusmodi Licentia potest à solo Papa concedi, vt ibi per eum.

4 Ad quod confert, quod Religiosus, etiam factus Episcopus, debet sui ordinis habitum gestare, *ad tex. in can. Clerici 15. tempore. de vita; & honest. Cleric. ibi,* Pontifices in publico, & in Ecclesia super indumentis lineis omnes vtantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem.

5 Et quod etiam Cardinales Religiosi teneantur portare habitum suæ Religionis, *post Suarez. & Pacian. tradit Diana p. 5. tr. 2. de pot & priu. Card. Res. 66. vbi tamen contra Riminald. Pacian. Maiolum, Surdum, eum Sanchez. Barbosa, Lezzana, Rodriquez. Toppia, Lopez.* probat, Religiosos Episcopos

copos, vel Cardinales, si habitum Religionis deponerent, non incidere in Excommunicationem latam in Religiosos habitum deponentes, *in c. 2. ne Cler. vel Monachi in sex.*

6 Sed quando subuentio Parentum non posset sequi habitu retento, posset Religioso concedi Licentia, etiam dimittendi habitum, *vt docet Nauar. in c. nullam 18. q. 2. & conf. 55. de Regular.*

7 Et ad Declarationem materiæ adde hic, etiam verba eiusdem, *Nauarr. in man. c. 14. n. etiam 14. super quarto præcepto Decalogi,* in illis verbis (vndecimo m. p. filius, qui Parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusq; auxilio, & ope indigentibus, ingreditur Religionem, vel ab ea non egreditur, etiam si sit professus, quando verisimile est, egrediendo ipsis posse subuenire, aliter vero minime, *arg. c. pasce 80. dist.* vel quando Parentes ita grauis premit necessitas, quæ licet non sit extrema, est tamen talis, quæ alium obligat ex præcepto ad eorum Inopiam subleuandam, alius vero minime, & eo non obstante ingreditur Religionem, *S. Thom. 22. q. 101. ar. 4.* quamuis hoc in casu si iam est professus non teneatur e ire, debet tamen pro viribus in suo statu perseuerando eis subuenire, *secundum Caietanum in d. ar 4.* per quam resolutionem duæ opiniones, contraria sentientes, *scilicet D. Thom. d art. 4. & Lyman. super Matt. 15. & Io. mai in 4 Sent. dist. 38. q. 16.* possunt ad concordiam reduci, illud autem addimus, quod ille non tetigit, nempe quod si Parentes, sunt in tali necessitate constituti quando filius ingreditur Religionem, tunc tenetur egredi, quando non egrediendo, tali necessitati subuenire non posset, egrediendo vero posset, quoniam huiusmodi debitum præcessit ipsum Religionis ingressum, id, quod optime Io. Ma vbi supra videtur intellexisse, quæ quidem omnia post hæc scripsimus in tract. de paupertate super *c. nullam 18. q. 2. n. 48. hac ibi Nauarr.*

8 Et ad probandum, quod filius, qui deserit Inopem Patrem, & Religionē ingreditur, mort. peccet, *adducitur etiā tex in c. p. 30. dist. D. Thom. 22. q. 86 art. 3. Felin. in c. In. præsentia n 39. de prob. Surd. de Alim. tit. p. q. 29. n. 6. & 12.*

9 Et quod possit Pater Inopia laborans impedire ne filius Religionem ingrediatur, *tradunt Alex. de Ales. in 3. p. sum. de 4. præcepto qu. 5. §. 2. D. Thom. in 3 quolibet q. 5.* qui additidem esse, licet Pater non laboret extrema Inopia, sed viuere non possit sine iactura existimationis, vt quia nobilis sit, & cogeretur alijs seruire, vel mendicare, *sequitur Aug. Clauas. in summ. in V. Religiosus qu. 11. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 68. n. 4.*

10 An autem dubius vtrum Parentum necessitas sit grauis, possit ingredi Religionem; Affirmatiue Respondit, *Diana p. 4. tr. 3. de Consci. Dub. Res. 57. & ante eum Sanchez. in sum. to. p. lib. 4. c. 20. n. 8. & Bartolom. de Vecchis in praxi nouitiorum Disp. 2. Dub. 8. n. 8.* quia cum præceptum, hoc in casu, sit dubium, potior erit conditio filij possidentis libertatem ad ingrediendam Religionem, *ad tex. in l. in pari 171. ff. de Reg. Iur. & dixi Dec. 59. n 49.* & in his terminis sequitur hanc eamdem rationem, *Diana vbi supra.*

11 Vltimo accedat, quod Monasterium tenetur alere filios Monachi egenos, & econtra Patrem egenum ingressi, *ad tex. in l. si quis à liberis 5. §. rescriptum ff. de lib. agnosc. & post Aug. spec. & alios Surd. de Alim tit. p. q. 29. n. p. & 10.* qui rationem adducit, quoniam onus alendi, transit ad hæredes, vnde forsan erit hoc intelligendum quādo Monasterium esset hæres, & possideret bona ingressi, seu professi, & faciunt ad hoc tradita per eumdem *Surd. de Alim. tit. p. q. 37. n. p. & 2.*

PRIVIL. CCCIX.

Pater IV.

SVMMARIVM.

1 *Paternum officium est, filiam dotare.*

2 *Pater dotare tenetur, etiam filiam naturalem, de Iure Can.*

3 *Pater tenetur iterum dotare filiam, quę sine dolo Dotem amisit.*

4 *Pater pauper non tenetur filiam dotare, sed tunc Mater tenetur, & quando pater dicatur ad id pauper nu. 5.*

1 Officium Paternum est, filiam Dotare, *l. fin. C. de Dot. promiss. gl. in l. cum post. §. gener. in V. placuit ff. de Iur. Dot. Bart. in l. p. nu. 11. ff.*

2 *sol. matrim.* adeo, vt etiam filiam naturalem tantum teneatur Pater dotare de Iure Canon. *c. cum haberet vbi gl. fin. & Canonist. de eo, qui duxit in matrim. quam pollu. per adult. Bald Nouell. in tract. de Dote p. 6. priu. 16.* vbi addit hoc esse seruandum etiam interris Imperij, *Beninca. de paupert. qu. 8. spec. 3. in contr. n. 6.*

3 Immo, & si filia semel à Patre dotata sine dolo Dotem amisit, tenetur eam Pater de nouo dotare, *Boer. Dec. 131. n. 5. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 3. in contrac. n. 14.*

4 Si autem Pater sic pauper, non tenetur filiam dotare, *l. fin. §. vbi autem, & ibi Bald. C. de Dot. promiss. Bart. in Auth. Res. quæ n. 3. C. com. de leg.* vbi quod quando Pater est pauper, onus dotandi transit ad Matrem, *Benincas. de paupert. q. 8. spec. 3. in contrac. n. 17.*

5 Et pauper dicitur Pater ad hunc effectum quādo dotando non remaneret ei, vnde commode, & secundum suam qualitatem viuere posset, *Din. in §. Item si de Dote Inst. tit. de Action. Aug. & Imol in l. Neseunius §. fin. de Re Iudic. Aretin. cons. 17. col. pen. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 3. in contr. n. 24. & vide alia, quę dixi in V. Dos, & in V. filia.*

PRI-

PRIVIL. CCCX.

Pater V.

SVMMARIVM.

1 *Pater ex necessitate famis potest pignorare, ac vendere filium.*
2 *Inter necessitates, nulla sæuior, quam fames, nil miserius quam fame perire n. 8.*
3 *Ex fame Matres, filios proprios comederunt.*
4 *Aliqui ex fame, proprias carnes comederunt, vide versus.*
5 *An Mater ex fame possit filium alienare, & an Auus Maternus Nepotem.*
Verbum (si quis) vtrumq; sexum comprehendit.
Appellatione Parentis comprehenditur Pater, & Mater.
6 *Pater aliunde non habens, potest, vt se alat, alienare Aduentitia filij.*
7 *Ex famis necessitate potest quis vendere Originarios Rusticos, & seruos censitos, absq; terra.*
8 *Ex sola famis necessitate, non ex alia, potest Pater filium distrahere, & an possit id facere, vt se redimat n. 9.*
10 *Pater etiam ex fame non potest filium Sacerdotem alienare.*
11 *Vir ex necessitate famis non potest vendere vxorem, potest tamen inuita Vxore vendere se ipsum n. 12.*
13 *Filius ex necessitate famis à patre venditus, non fit seruus, sed seruiens, Filius Patri non est seruus, licet ei seruire teneatur.*
14 *Pater veniens ad pinguiorem fortunam, tenetur redimere filium, quem ex famis necessitate vendidit.*

1 PAter extreme pauper, ex necessitate famis potest pignorare, vel etiam vendere filium, *l. 2. vbi Bald. C. de patrib. qui fil. distr. gl. in c. si quis propter necessitatem de furt. & in c. Discipulos in V. fame de Cons. Dist. 5. Abb. in c. non ne bene col. fin. de præsumpt. Marsil. sing. 101. Benincas. de pauper. q. 8. spec. 5. in contr. n. 15. Tiraq. de Retract. Lign. §. 26. gl. p. n. 16. & 17.* dicens, legem illam non esse alienam à Pietate Paterna, *Rolan. à Valle cons. 80. n. 12. lib. 3.*

2 Confert ad hoc, quod inter alias necessitates nulla sæuior est miseriorq; quam fames, *vt tradit Tiraq. de pæn. temper. caus. 33. n. 3. & de Retract. Lignag. §. 26. gl. p. n. 24. & dixi in V. furtum,* vnde non solum inuenti sunt, qui ex hac causa filios vendiderunt, *vt cecinit Ouid. 8. Met. sub fin. ibi,* filia restabat non illo digna Parente: Hanc quoq; vendit Inops, sed etiam inuenti sunt Patres, im-
3 mo, & misericordiores Matres, quę proprios filios comederunt, vt patet exemplum, *lib. 4. Reg. c. 7. ibi,* Coximus filium meum, & comedimus, &c.

4 Sed quod plus est, alij ex hac eadem causa, proprias carnes comedere ausi sunt, *vt cecinit Ouid. 8. Met. ibi,*

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cæpit, & Infelix minuendo corpus alebat.

5 Ampliatur pr. vt non solum Pater, sed etiam Mater ex famis necessitate possit vendere filium, *arg. tex. in d. l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax.* ponderando dictionem, si quis, quæ tam Masculos, quam Fæminas comprehendit, *l. p. ff. de verb. sign.* & ponderando verba ibi (propter nimiam paupertatem) quasi non propter patriam potestatem id concedatur, & ponderando, *tex. in l. p. C. eod. tit. de patrib. qui fil. distraxerunt,* qui loquitur de Parentibus, quod vtiq; commune nomen est, tam Patrem, quam Matrem complectens, *l. Appellatione parentis 51. ff. de verb. sign. in fine.* & ita pro Matre sensit, *Benincas. de paupert. q. 8. spec. 5. in contr. n. 17. & seq.* reprobans glosam, contrariũ sentientem.

Sed quod Matri nõ competat hoc priuilegium *post Azzor. Alberic. Bald Salicet. Syluester. Rebuff. Cordub. Pinell. Clem. sensit Surd. de Alim. tit. 8. prin. 38. n. 17. & Em. Sa. addens Decium, & Garziam in Aphorism. V. parentes n. 11.*

Et nec Auo Paterno competere hoc Ius, *post Bald. & Salicet, sensit idem Surd. de Alim. d. tit. 8. prin. 38. n. 20. licet referat Ascanium contra sentientem.*

6 Ampliatur 2. vt Pater graui laborans egestate, & non habens aliunde, possit, vt se alat alienare Aduentitia filij, *Corduba in l. si quis à liberis in princ. ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. 8. prin. 37. n. 4.*

7 Ampliatur 3. vt multo magis ex necessitate famis, vendere quis possit sine terra, Originarios Rusticos, & censitos seruos contra prohibitionem, *tex. in l. quemadmodum 7. C. de Agric. & Censitis lib. 11. gl. in d. l. quemadmodum in V. vendi arg. tex. in d. l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax. Bart. & Io. de Plat. in d. l. quemadmodum sequens gl. Tiraq. de Retract. Lignag. §. 26. gl. p. n. 18.*

8 Limitatur pr. vt Conclusio procedat, prout loquitur in sola famis necessitate, & non in alia, *Bald. Ang. Salicet. Castrens. in d. l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax. Dyn. in c. in argumentum 78 de Reg. Iur. in sex. cum alijs relatis à Tiraq. de Retract. Lignag. §. 26. gl. p. n. 23. & seq.* vbi eruditissime Prophanis, & Sacris Authoritatibus comprobat, famem, omnes omnino necessitates antecellere, & miserrimum mortis genus esse, perire fame, *Surd. de Alim. tit. 8. prin. 38. n. 14.*

9 Sed quod etiam, vt se redimat ab hostibus, possit Pater filium vendere, *post DD. in d. l. p. C. de patrib. qui fil. distrax. & Cagnol. in d. l. non debet de Reg. Iur. videtur sentire Surd. de Alim. tit. 6. q. 8. nu. 99.*

10 Limitatur 2. vt non procedat in filio Sacerdote, siue etiam Clerico, quoniam ex causa, etiam famis à Patre vendi non potest, *Hostiens. in c. Indecorum de ætat. & qualit. Io. Andr. in c. si quis pro-*

pter col. 2. de furt. Gerard. sing. vlt. n. 16. Marsil. sing. 101. Beninca. de paupert. q. 8. spec. 5. in Cotr. n. 29. & post alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. 38. n. 16.

11 Limitatur 3. vt vir, etiam ex necessitate famis Vxorem vendere non possit, Sylu. in V. Emptio n. 5. Garzia de Contr. c. 17. Eman. Sa. in Aphorism. V. Parentes n. 11.

12 Potest tamen vir ob ingentem necessitatem vendere se ipsum inuita Vxore, Em. Sa. in Aphorism. V. venditio n. 13. vbi etiam adducit exemplū D. Paulini, qui se ipsum seruū exhibuit, vt Viduę filiū libertate donaret seu a seruitute redimeret.

13 Declaratur pr. vt filius à Patre venditus ex causa prædicta, non fiat seruus, sed seruiens, Bald. in d. l. 2. in princ. C. de patrib. qui fili. distrax. Castrens. ibid. Beninca. de paupert. q. 8. spec. 5. in Cotr. n. 27. vbi dicit notandum, ad tex. in §. pen. Inst. de Iure person. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 38. n. 22. vbi etiam, quod filius Patri non est seruus, licet ei seruire teneatur.

14 Declaratur 2. vt Pater deueniens ad pinguiorem fortunam, teneatur filium redimere, Bald. in c. ex rescripto de Iuretur. Felin. in c. cum dilecta n. 8. vers. fallit de Rescript. Couar. Var. Res. lib. 3. c. 14. n. 4. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 38. n. 24. Eman. Sa. in Aphorism. V. Parentes. n. 11. Cenall. in Thesaur. Com. contr. tom. q. 729. n. 7.

PRIVIL. CCCXI.

Patronus I.

SVMMARIVM.

1 Patronus pauper alendus est à liberto.
2 Libertus Diues tenetur, etiam alere Parentes, & filios pauperes Patroni, declara vt n. 3.
4 Patronus Debitor conueniri non potest à liberto, vltra, quam facere potest deducto ne egeat.
5 Patronus Diues tenetur alere pauperem libertum.
6 Libertus pauper conueniri non potest à Patrono, vltra quam potest deducto ne egeat.
Libertus non alens pauperem Patronum, amittit libertatem, & Patronus non alens pauperem libertum, amittit Ius patronatus.
Qui liber esse nescit, seruus esse debet.
Quibus est perniciosa libertas, est salutifera seruitus.
7 An, & quando pretium operarum peti possit.
8 Patronus alit libertum, qui se alere non potest ad operas.
9 Non possunt operę sic imponi, vt se libertus alat, saltē quando est pauper.

1 Patronus secularis pauper aliunde nō habēs alēdus est à liberto, l. 1. C. de operis liberto ibi, defectis facultatibus Patroni, eum alere cogebaris, l. fin. ff. de lib. Agnosc. Couar. Var. Resol. lib. 2. c. 6. n. 2. [illegible] probet pauper, alem, vt ibi Surd. de Alim. tit. p. q. 51. n. p.

2 Ampliatur pr. vt non solum Patronum, sed etiā eius Parentes, & filios pauperes alere teneatur, libertus Diues, Surd. de Alim. d. tit. p. q. 51. n. 5.

3 Declara hanc Ampliationem, vt libertus non teneatur simpliciter alere filios Patroni, nisi vt loquitur, tex. in l. si quis à liberis 9. §. solent ff. de lib. Agnoscen. ibi, puta causa cognita Iudices, & liberos quoq; patronorum alendos decernere, non quidem tam facile, vt Patronos, sed non nunquā, & ipsos.

4 Ampliatur 2. vt Patronus conueniri non possit à liberto Creditore, vltra quam facere potest deducto ne egeat, §. sunt praterea Inst. tit. de Action. vers. sed, & si quis leg. Patronus 17. ff. de Re Iudic. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 7.

5 Ampliatur 3. vt etiam econtra Patronus Diues, teneatur alere libertum pauperem, Surd. de Alim. tit. p. q. 51. n. 8.

Sicut etiam libertus pauper conueniri non potest à Patrono Creditore, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n. 8.

6 Ampliatur 4. vt libertus non alens pauperem Patronum, tanquam ingratus, amittat libertatem, & reuocetur in Pristinam seruitutem; Patronus vero non alens pauperem libertum, tanquam indignus, amittat Ius patronatus, vt vtrumq; probat, tex. in l. Diuus 5. ff. de Iur. Patron. & primum tradit, Surd. de Alim. tit. 8. priu. 66. n. 2. & seq. & tit. p. q. 51. n. 9. secundum vero tradit, Surd. de Alim. tit. 8. priu. 64. n. p. & tit. p. q. 51. n. 10.

Et ad primū confert, quod de Instituto Athenarum, legitur apud Val. max. lib. 2. memorab. c. p. in his terminis ibi, seruus esto, quia liber esse nescisti, & quod dixit D. Greg.

Quibus est perniciosa libertas, sit salutifera seruitus.

7 Ad Declarationem nota hic, quod licet operas impositas præstare teneatur libertus Patrono, & conuenire possit, vt pro operis aliquid præstetur, non tamen earum pretium peti potest, nisi quando propter Inopiam pro Alimentis id extra ordinem peti necessitas suaserit, vt dicitur in l. p. C. de operis libert.

8 Nota etiam, quod liberto, qui alere se non possit ad operas, Alimenta Patronus præstat, l. suo victu 18. ff. de operis libert.

9 Et imponi operæ, ita vt se libertus alat, non possunt, vt dicitur in l. Imponi 33. ff. de oper. libert. quod saltem intelligendum est esse indubitanter verum quando Libertus est pauper, ita, vt alere se possit, vt loquitur praallegatus tex. in l. suo victu 18. ff. eod. tit. de operis libert.



PRI-

PRIVIL. CCCXII.

Patronus II.

SVMMARIVM.

1 *Patronus Ecclesię pauper alendus est ab Ecclesia patronata.*
2 *Benefacienti benefacere tenemur.*
3 *Ecclesia tenetur alere Patronum in Domo ipsius Patroni.*
4 *Ecclesia tenetur alere Patronum pauperem, licet Dos sit perempta.*
5 *Res perit Domino.*
6 *Obligatio ex recepto Beneficio durat, etiã re perẽpta.*
7 *Ecclesia tenetur alere, etiam filios pauperes Patroni.*
8 *Ecclesia non tenetur alere Patronum pauperem, nisi deductis necessarijs sibi, & inseruientibus.*
Ecclesia dicitur pauper, quę non habet necessaria pro Ministris.
9 *Ecclesia non tenetur alere Patronum pauperem quando habet aliunde, vel alium, qui teneatur cũ alere.*
10 *Ecclesia non tenetur alere vniuersitatem Patronam, licet pauperem, sed eius Rectores tantum.*
11 *Qualis paupertas requiratur in Patrono, vt consequi possit Alimenta ab Ecclesia.*

1 Patronus Ecclesiasticus pauper aliunde non habens, consequi debet Alimenta ab Ecclesia, quam fundauit, & Dotauit, *can. quicunq; 16. q. 7. ibi,* Fundatores Ecclesiæ, & filij ad Inopiam vergere incipientes, temporalis subsidij suffragia percipiant, *c. nobis 25. de Iur. patron. c. fin. 10. q. 2. Roman. cons. 324. n. 4. Felin. in c. cum omnes n. 32. de Const. Cittadin. de Iure patron p. 6. art. 4. n. 157. & 158. Cassador. Dec. 3. n. 2. de Iure patrõ. & post Io. Andr. Innoc. Rocchum, Burgos, Gigas de pens. q. 23. n. 2. & q. 24. n. 4. & post Lambertin. Io. de Plat. Rip. Duen. Berorum, Cordub. Surd. de Alim. tit. p. q. 54. nu. 9. Gratian. Discept. Forens. lib. 3. c. 552. n. 12.*

2 Et hoc prouenit ex Iure quodam gratitudinis, *Abb. in d. c. nobis de Iure patron Castad. D. 3. de Iur. patron. port. de Alim. c. 11. n. 5. Boer. de Inope debit. c. 17. n. 7. Rota in Regien. Prioratus D. 594 n. 5. p. 4. Diuers.* quo quidem Iure tenemur Benefacienti Benefacere, *c. cum in officijs 7. de testam. C. sed si lege 28. §. consuluit ff. de pet. hæred. Surd. de Alim. tit. p. q. 54. n. 2.*

3 Ampliatur pr. vt Ecclesia teneatur alere Patronum in Domo propria ipsius Patroni, *Io. Andr. in c. nobis in vers. inopiam de Iure patron. Cordub. in l. si quis, à liberis §. solẽt n. 28. ff. de lib. Agnos. & post Cittadin. Rebuff. Roccum, Surd. de Alim. tit. 4. q. 14. n. 22.*

4 Ampliatur 2. vt Patrono pauperi Alimenta debeantur ab Ecclesia habente redditus sufficientes, etiam si Dos data per Patronum Ecclesiæ, esset perempta, *Bald. in l. p. n. 10. C. de Iure Emphyt Cittadin. de Iure patron. p. 6. art. 4. n. 165. & post. Cyn. Ang. Albericum, Ias. Cordub. Surd. de Alim. tit. p. q. 54. n. 10. & post alios Gratian. Discept. Forens. lib. 4. c. 552. n. 13.*

5 Et duplex huius Ampliationis ratio adducitur prima, quia res perit Domino, *ad tex. in l. pignus 9. C. de pign. Action.*

6 Secunda, quia obligatio ex recepto Beneficio durat, etiam Re perempta, quam rationem magis probat, *Surd. de Alim. tit. p q. 54. n. 9. & 10.*

7 Ampliatur 3. vt etiam filios pauperes patroni, aliunde non habentes alendi sint ab Ecclesia, *can. quicunque can. filijs 16. q. 7. Lambertin. de Iure patron. lib. 3. q. 3. princ. art. 6. n. 9. & 3. Cordub. in l. si quis à liberis §. solent n. 28. ff. de lib. Agn. Surd. de Alim. tit. p q. 54. n. 12. & tit. 7. q. 32. nu. 30.* vbi loquitur de filijs, & de Familia Patroni.

8 Limitatur pr. vt Patrono pauperi debeantur Alimenta ab Ecclesia, deductis, tamen prius necessarijs pro Ministris, & seruitio ipsius Ecclesiæ, & non alias, *c. ita nos 25. q. 2. gl. in d. c. quicunque in V. Inopiam 16. q. 6. Lambertin. de Iure patron. lib. 3. art. 2. q. 3. princ. n. 2. Cittadin eod. tract. p. 6. art. 4. n. 3. & 5. Rocchus eod. tract. in V. & vtile n. p. & 2. & post Salicet Rol. cons. 5. n. 33. lib. 3.* vbi quod Cappellanus si redditus vix ei sufficiant non tenetur alere Patronum Inopem, *Surd. post alios de Alim tit. 7. q. 32. n. 2. & 3.* vbi quod Ecclesia dicitur pauper, quæ non habet integra Alimenta pro inseruientibus, *Gratian. Discept. Foren. lib. 3. c. 552. n. 14. post Rotam in Neapolitana Alimentorum coram Mezzanedo & Puteana.*

9 Limitatur 2. vt Alimenta Patrono non debeantur quando habet aliunde, vel alium, qui teneatur eum alere, *gl. in l. qui filium in V. hæc aliter ff. vbi pup. educ. deb. Cyn. in l. 2. nu. 2. vbi etiam Alberic. n. p. C. de Alen. lib. Surd. de Alim. tit p. q. 25. in princ. & q. 54. n. 16. Gratian. Discept. Forens. lib. 3. c. 552. n. 17. & seq.* vbi exemplificat in habente Fratrem, & in Monacho, quem tenetur alere Monasterium, nisi sit Inops.

10 Declaratur pr. vt quando vniuersitas est Patrona, Ecclesia non teneatur vniuersitatem alere, quamuis fortasse pauperem, sed teneatur alere solos eius Rectores, seu Administratores, vniuersitatem repræsentantes, *Archid. in c. si plures 16. q. 7. Cittadin. de Iur. patron. p. 6. ar. 4. n. 161. Surd. de Alim. tit. p. q. 54. n. 17. & tit. 7. q. 32. n. 21.* vbi rationem adducit, quoniam singulares personæ non sunt Patroni, sed vniuersitas.

11 Declaratur 2. vt ad effectum, vt Patronus consequatur Alimenta ex redditibus Ecclesiæ, summam ægestatem probare teneatur, *ad tex. in c. ita nos in fine 25. q. 2. & in c. quicunque vbi gl. in V. Ad inopiam vers. istud autem intelligas 16. q. 7. & in c. nobis 25. de Iur. patron. Bald. in l. fin. in fine C. de Reuoc. Donat. Surd. de Alim. tit. p. q. 54. n. 15 et 16.* vbi ait summam egestatem intelligi quando Patro-

Patronus non habet de proprio, & viuere non potest ex industria, *& post alios Rota in Regien. Prioratus p. Iul. 1596. coram Penia D. 594. n. p. p. 4. Diuers* vbi tamen subdit, quod maior pars Dominorum sensiebat sufficere talem paupertatem, quę consideratis circumstantijs, Bonorum, personarum, & rerum, postulare videatur esse locum prętationi Alimentorum.

Et quod verior opinio sit sufficere si Patronus incipiat vergere ad paupertatem, & non habeat quantum sufficit ad condecentem eius statum, *probat Gratian. Discept. Forens. lib. 3. c. 552. n. 26. post Rotam in d. Regien. coram Penia, & in alia Neapolitana coram Pirouano, & post Cittadin. de Iure Patron. p. 6. art. 4. n. 158. & Couar. Var. Resol. lib. 2. c. 6. n. 8. & Menocch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 9. & Surd. de Alim. tit. 7. q. 32. n. 29. qui tamen refert Cittadin. sed non firmat.*

PRIVIL. CCCXIII.

Patronus III.

SVMMARIVM.

1 *Patronus debet presentare, magis pauperem, quā Diuitem.*

2 *In Elemosina preferendus est Indigentior.*

1 Patronus tenetur prēsentare ad Beneficium potius pauperem, quam Diuitem, *Rocchus de Iure Patron. in V. onerosum q. 3. Rolan. à valle cons. 47. n. 82. & 83. lib. p.* vbi rationem adducit,
2 quia in Elemosina facienda, debet quis præferre, magis indigentem, sed de hoc priuilegio *vide, quę dixi in V. Beneficium,* & quo ad rationem *vide, quę dixi in V. Elemosina.*

PRIVIL. CCCXIV.

Pensio I.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest regulariter imponere pensionem Beneficio, quia est contra Canones, nisi ex causis. de quibus ibi, & de consensu Rectoris n. 2.*

3 *Potest Episcopus imponere pensionem Ecclesijs ditioribus ad fauorem suorum pauperum Canonicorum.*

4 *Potest Episcopus imponere pensionem super Beneficio vnius, ad sustentandum alium Clericum pauperem.*

5 *Potest Episcopus imponere pensionem Beneficio, quod confert, ad alendum Clericum pauperem.*

6 *Potest Episcopus ante Collationem Beneficij subtrahere de illius fructibus ad pios vsus.*

7 *Potest Episcopus pro Iusta causa, vt pro Bono pacis, vel studio Scholaris pauperis, vel pro Ecclesię vtilitate, pensionem reseruare.*

1 Licet regulariter non posit Episcopus imponere pensionem Beneficio, quia est contra Canones, *& tot. tit. vt Eccles. Benef. sine Dim. aliq. conf. Oldrad cons. 226. quidam Episcopus Ancaran. cons. 274. quæstio proponitur Gigas de pens. q. p. n. 4 & q 6 n. 2.* vbi tamen quod non potest, nisi ex causa iusta, & rationabili, & Ecclesiæ vtilitatem concernente, *Garzia de Benef. p. p. c. 5. §. 2. n. 295 & seq.* vbi quod non potest, nisi pro causa iusta, & Ecclesiæ vtili, vel pro Bono pacis, & concordiæ.

2 Nec potest regulariter imponere, nisi de consensu Rectoris, *ad tradita per Innoc. in c. vt nostrā vt Eccles. Benef. sine Dim. aliq. confer. in gl. in V. Constituatur gl. in Clem. si vna de Reb. Eccles. non alien. et in c. Dudum eod. tit. in 6. Roman. cons. 369 incipit circa primum Oldrad. cons. 226. incipit quidam Episcopus Ancaran. cons. 279. incipit quæstio proponitur Gigas de pens. q. 10. n. p.*

3 Potest tamen Episcopus imponere pensionem Ecclesijs Ditioribus ad fauorem suorum pauperū Canonicorum, *ad tex. in c. exposuisti de praben. Abb. ibid.* dicens sibi videri bonam, & memorabilem practicam, licet nunquam viderit factum, *Nauar. cons. 2. n. 3. de Reb. Eccles. non alien. vol. p.*

4 Et potest imponere super Beneficio vnius, pensionem ad sustentandum alium Clericum pauperem, *ad tex. in c. nisi 21. & in c. extirpanda 30. de preb. Nauar. d. cons. 2. n. 2. de Reb. Eccles. non alien. vol. p.*

5 Et potest imponere Beneficio, quod confert pensionem ad alendum Clericum pauperem, *Em. Sa. in Amphorysm. V. Episcopus n. 23.*

6 Et quod possit Episcopus ante Collationem Beneficij, subtrahere de illius fructibus ad pios vsus, *sensit D. Thom. 22. q 10. art. 4. quem sequitur Em. Sa. in V. pension. 5. sub fin.* dicens sibi videri verum, licet parum in vsu.

7 Sed quod possit Episcopus pro iusta causa, puta pro Bono pacis, vel studio Scholaris pauperis, vel in vtilitatem Ecclesiæ reseruare pensionem, & imponere, *post DD. & Rotam probat Barbosa de pot. Episc. allegat. 69. n. 15. Gauant. in Enchyridio, seu man. Episc. in V. pensio n. 3.*

PRIVIL. CCCXV.

Pensio II.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas Clerici est iusta causa, vt ei possit assignari pensio à Legato, vel Episcopo.*

2 *Episcopus est omnium pauperum Pater, & presertim Clericorum.*

3 *Quis dicatur pauper.*

4 *Cū nobilibus, et litteratis Ius Canonicū, largius agit.*

5 *Clericus habens tenue Beneficium, sibi debet imputare, qui sterilem Vxorem accepit.*

6 *An Clericus opulentus cogi possit ad erogandam pensionem, vel subuentionem pauperi Clerico.*
7 *Beneficiati non debent ex redditibus Ecclesiasticis luxuriari.*
8 *Paupertas est iustior causa pensionis imponendæ, quã Renuntiatio.*

ALiud priuilegium paupertatis in hac materia colligo, *ex Gambaro in tract. de potest. Legati de Latere lib. 6. cuius* hæc sunt verba.
1 Paupertas Clerici est iusta causa, vt sibi possit assignari de redditibus Ecclesiæ pensio à Legato, vel Episcopo, ne in opprobrium Clericalis ordinis mendicet, *can. Diaconi 96. Dist.*
2 Debet enim Episcopus esse omnium pauperum Pater, & in eos erogare Bona Ecclesiarum, *c. peruenit 74. dist. c. Aurum c. multi 12. qu. 2.* tanto specialius pauperum Clericorum, quibus specialius debentur redditus Ecclesiæ, *c. cum secundum de præben.*
3 Et intelligitur alias pauper, non ideo, quia sit omnino mendicans, sed qui secundum suorum Natalium statum, vel gradus conditionem in aliquo sustentatione eget, *Casus est secundum Bald. in l. si quis ad declinandam C. de Ep. & Cler.* quod etiam accidere potest ex qualitate loci, & ægritudinis, quare idem redditus apud vnum faciet eum Diuitem, apud alium, pauperem, attendetur ergo qua-
4 litas. Clerici an nobilis, An litteratus, cum istis enim Ius Canonicum largius agit, *c. de multa de præben.*
5 Tamen quando Clericus est Beneficiatus, licet non habeat sufficientes redditus, non potest conquerri de Episcopo cum imputandum sit illi, qui sterilem Vxorem accepit, *c. conquerente de Cler. non resident. c. p. de Celebr. Miss.*
6 Ad hæc quære, Clericus vnus valde eget, Alius habet Beneficium opulentum, An Episcopus possit onerare illum pensione, pauperi Clerico eroganda, Consensiente Rectore, poterit pensionem constituere, nolente vero, ex officio compellet Episcopus, vel Legatus subuenire alterius Inopiæ, de his, quæ à decentia victus eius superant, *arg. in d. c. sicut 47. Dist. & in c. Aurum habet Ecclesia 12. q. 2.*
7 Nec credant isti helluones, & Patrimonij Christi Deuoratores, licere sibi cum primum e stercore erecti sunt, mulas argento ornare, sericis vestiri splendentia auro laquearia, & parietes superbis aulicis personatos incolere, satellitum caterua stipari, dum pauper Clericus mendicat in Plateis, & honestæ, ac melioris alioquin vitæ Sacerdotes in Domini lege versati, etiam victui necessa rijs indigent, coacti mercenaria opera ab istis Ecclesiasticorum redditũum Deuoratoribus plerumque infantissimis, & peßimis, iuris perexiguam stipẽ quærere, auferet igitur, qui iurisdictioni, præest
8 etiam ab his ee inuitis, & egenti præbebit. Et ista causa pensionis constituendæ salte Rectore consensiente est iustior, quam causa Renunciationis, quæ hodie pro iusta Canonizatur, & tamen fit cõmuniter mille præcedentib⁹ pactionib⁹ Simoniacis *Hac Gambarus d. lib. 6. de potest Legati.*

PRIVIL. CCCXVI.

Pensio III.

SVMMARIVM.

1 *PEnsio reseruata cum expressione, vt Pensionarius commodius viuere possit, æquiparatur Alimentis, quando Pensionarius est pauper, secus si Diues n. 2.*

1 PEnsio reseruata cum expressione, vt Pensionarius commodius sustentari valeat, æquiparatur Alimentis, *Roman. cons. 388. n. 3. Crescent. Dec. 3. n. 5. de solut. Gigas de pens. q. 51. nu. 2. Caccialup. cod. trac. q. 9. n. 13. Mandos. super Reg. de Infirm. q. 11. n. 6. Buratt. in Bisignanen. pensionis D. 261. n. 2.*
2 Hoc tamen procedit quando pensio reseruata est pauperi, secus si Diuiti, vt probat, *Sanchez. in præcepta Decalogi lib. 6. c. 6. n. 8. & late per tot. caput. & Ferentill. ad Buratt. in d. Bisignanen. pensionis D. 261. n. 12. & conferunt ad hac, quæ dixi in V. Alimenta.*

PRIVIL. CCCXVII.

Pensio IV.

SVMMARIVM.

1 *PEnsio super Beneficio assignata pauperi tanquam Clerico, sustinetur licet non sit Clericus, dummodo sit pauper.*

1 PEnsio super Beneficio assignata alicui pauperi tanquam Clerico, qui tamen esset Laicus, adhuc sustinetur, *vt probat Gig. de pens. qu. 22. in princ.*

PRIVIL. CCCXVIII.

Pensio V.

SVMMARIVM.

1 *VT pensio non sit excessiua, sed tolerabilis, debet Rectori, & Prælato remanere tantum quantum ei sufficiat ad commodam sustentationem n. 2.*

1 PEnsio non est licita quando est, adeo excessiua, vt Rectori Ecclesiæ non remaneat tantũ

ex

ex quo commode viuere possit, *ad tex. in c. vacante, & in c. cum causam de prab. Abb. in c. conquerente col 2. de Cler. non residen. Felin. in cap. ad Audientiam col. p. Re Rescript. vers. secunda Conclusio Gig. s de pens. q. 4 n. p.*

2 Et ad hoc, vt pensio sit tolerabilis, & honesta, tantum remanere debet Ecclesiæ, vnde Prælatus, seu Rector il ius, valeat commode sustentari, *Cacialup de pens q 8. Gigas. q. 9. in princ.*

PRIVIL. CCCXIX.

Pensio VI.

SVMMARIVM.

1 *Pauper Clericus, pensionem non soluens, excusatur à pæna.*

1 Paupertas excusat pauperem Clericum non soluentem pensionem a priuatione Beneficij, *probat Gigas. de pens. q 80. n. 8. & per tot. seq. Medices de Casib fortuit. p. 2. q. 4. n. 43, & vide quæ dixi in V. Emphyteota, & in V. excommunicatio.*

PRIVIL. CCCXX.

Pia Causa.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas gaudet priuilegijs piæ causæ.*
2 *Legatum pauperibus relictum dicitur pium.*
3 *Elemosina est pia causa.*
4 *Relictum pro Anima, dicitur relictum ad pias causas.*
5 *Relictum Diuiti, etiam pro anima non dicitur pium.*
6 *Relictum pauperi, an, & quando dicatur pium.*
7 *Mons Pietatis, quia fauorem pauperum respicit, gaudet priuilegijs loci pij.*
8 *Hospitale licet non sit locus Religiosus, vel Sacer, est tamen semper locus Pius, cum sit publica Domus pauperum.*
9 *Multæ eatenus sunt piæ causæ, quatenus sunt cum paupertate coniunctæ.*
10 *Causæ pauperum sunt aliquando magis priuilegiatæ, quam aliæ piæ causæ.*
11 *Priuilegia piæ causæ, quæ collegit Romanus, & Tiraquellus, pauperibus omnia competunt.*

1 Paupertas gaudet omnibus priuilegijs piæ causæ, *Benincas. de paupert. q. 5. per tot.* vbi ad partes examinat, & in fine ita concludit, *Felin. in c. significantibus n. 7 de offic. Deleg. Tiraq. de pia causa in prohem. vers. item relicta Couar. in c. quamuis pactum de pact. in 6. p. 2. §. 2. n. 3. sub fin. Caualcan. de vsufruct. mulier. n. 226. fol. mihi 758. Menocch. de pres. lib. 4. pres. 115. n. 6. Vmus dec. 222. per tot. Cancler. in Romana Legati D. 27. n. 3.* vbi quod paupertas Legatarij sufficit ad præsumendum Legatum esse pium, *Medices de Casib. fortuit. p. 2 q 4. n. 49.* vb. quod in hoc DD. omnes conueniunt.

2 Ad idem confert, quod Legatum pauperibus relictum, dicitur pium, *l. id quod pauperibus 24 l. si quis ad declinandam n. 37. C. de Ep. & Cler. Bart. & alij in l. p. C. de Sac. Eccles. Dec. qui de commun. testatur cons. 120. n. 4. Benincas de paupert. qu. 4. n. 25. in fine & q. 5. per tot. & post spec & Roman. Tiraq. de priu piæ caus. in præfac. vers. item relicta pauperibus*, vbi quod in hoc omnes conueniunt, *Odd. de Rest. in integr. p. p. q. 3. art. 7. n. 50. Mascard. de prob. lib. 3. Conc. 1172. n. p* vbi ampliat, etiam si simpliciter relictum sit, & nihil expressum quod fiat ad piam causam, *Nouar. in praxi priuil. miser. priu. 32. n. 5.* vbi quod Legatum dicitur pium si miserabilibus personis relinquitur.

3 Et quod Elemosinam facere, sit pia causa, *dixit Brunus cons. 164. n. 6. ad quod vide quæ dixi in V. Elemosina.*

4 Et quamuis relictum pro Anima quomodocunq; dicatur relictum ad pias causas, *ad tex. in l. si quis Titio 17. ff. de leg. 2. vbi gl. & Bart. Abb. in c. 2. n. 10. in fine de præscript.*

5 Attamen si Legatum relictum fuisset non pauperi, sed Diuiti, etiam pro Anima, non diceretur pium, *Bart. in l. p. n. 33. C. de Sac. Eccles. Roman. in Auth. similiter n. p. C. de Sac. Eccles. Barbat. in c. relatum p. nu. 14. de testam. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n. 23. & vide quæ dixi in V. Testamentum.*

6 Declaratur, vt relictum pauperi dicatur pium quando ei relinquitur propter Deum, secus si propter Consanguinitatem, vel aliam causam, *Bald. in l. p. nu. 28. C. de Sac. Eccles. quem refert Surd. de Alim. tit. 8. priu. p. n. 11.*

Contrarium tamen, quod pauperi relictum, etiam si non exprimatur ob Amorem Dei, adhuc tamen dicatur pium, *sensit Corduba in l. si quis à liberis §. idem rescripsit ff. de lib. Agnosc. n. 77. per tex. in l. nam, et si parentibus 15. in princ. ff. de Inoff. testam. ibi*, pium dicitur, Parentibus, vel liberis relictum, *& seq. Surd. licet non ex d. tex. de Alim. tit. 8. priu. p. n. 24. vers. ego tamen, & vide quæ dixi in V. Testamentum.*

7 Infertur ex Conclusione, quod Mons Pietatis, ideo sic appellatur, quoniam ad pauperum necessitates sublevandas institutus, & ordinatus est, & propterea dicitur locus pius, & gaudet priuilegijs loci pij, *vt post alios late comprobat Nouar. de Election. fori sect. 2. q. 57. n. p. & seq. & per tot.*

8 Sic etiam Hospitale licet non sit locus Religiosus, vel Sacer, quia tamen semper est publica Domus pauperum, est semper locus pius, *vt post alios comprobat Garzia de Benef. p. 5. c. p. §. 11. n. 602.*

9 Immo, & multæ intantum sunt piæ causæ, in quantum cum paupertate coniunguntur, *vt dixi in*

in V. Alimenta, in V. Merces, in V. Dos, in V. adificium, in V. Miserabilis, & alibi.

10 Et quod causæ pauperum sint aliquando magis priuilegiatæ, quam aliæ causæ piæ, dixi in V. Appellatio, in V. quarta Canonica, in V. Decima, et alibi.

11 Sequitur etiam, quod omnia priuilegia piæ causæ, quæ colligit, Romanus in Auth. similiter C. ad leg. Falcid. & Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causa, competunt multo magis pauperibus.

PRIVIL. CCCXXI.

Pignus.

SVMMARIVM.

1 Creditor sciens, & tacens in Alienatione pignoris sibi non præiudicat, secus si consentiat.

2 Si Debitor donet piæ causæ rem pignoratam, Creditore tacente, Pignus remissum censetur, Idem fauore libertatis, vel Fisci, vel pauperis n. 3.

1 Licet Creditor sciens, & tacens in Alienatione rei sibi pignoratæ, sibi non præiudicet, quia videlicet scit vbique sibi pignus durare, & rem transire cum onere suo, tex. est in l. sicut 8. §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel Hypot. solu. quamuis secus sit quando expresse simpliciter consensit, l. si debitor 4. §. p. ff. eod.

2 Attamen si Debitor donet pio loco, seu piæ causæ rem pignoratam, sciente, & tacente Creditore, Ius pignoris remissum censetur, l. p. quæ loquitur in Libertate, C. de Remiss. pignor. l. si Hypotecas 8. cum gl. C. eod. qui tex. loquitur de Fisco Bald. in d. l. p. C. de Remiss. pignor. Roman. & Alex. in l. quæ Dotis ff. sol. matrim. Euerard. in loco à Libertate ad piam causam, vbi dicit Conclusionem probari, in Auth. si Seruus sciente C. de Ep. & Cler.

3 Idemq; dicendum est fauore pauperis, qui gaudet priuilegijs Fisci, & Piæ Causæ, vt dixi in V. Fiscus, & in V. piacausa.

PRIVIL. CCCXXII.

Pœna I.

SVMMARIVM.

1 Pœna pecuniaria pauperi minuitur, & aliquando remittitur n. 2.

3 Paupertas ipsa, est pœna.

4 Pauperibus magis misericordia, quam pœna debetur.

5 Ob paupertatem delinquens, mitius punitur.

Culpabilior videtur spectator, quam lusor, hunc enim necessitas, illum voluptas trahit.

Tolerabilior est, qui necessitatis causa discit, quam qui voluptatis causa docet.

6 Paupertas impedit pœnam committi in spiritualibus.

7 Pœna ob paupertatem remissa, vel diminuta, non alteratur, licet Reus efficiatur soluendo.

8 Pœna corporalis ob paupertatem non remittitur, decl. lara, vt ibi.

9 Pœna semel imposita non minuitur, etiam ob paupertatem: secus mulcta.

10 Qui non habet in ære, luit in corpore, et quando, et n. 12.

11 Pecuniaria pœna modica, non cõmutatur in corporalẽ.

12 Quælibet pœna corporalis est maior quacunq; pecuniaria, saltem in persona non vili.

13 Pauperes, an sint viles.

14 Commutatio pecuniariæ in corporalem, non fit quando pœna imponitur pro sola culpa, & non pro Dolo.

15 Si Statutum imponat pecuniariam, & si eam non soluat Reus infra terminum, imponat corporalem, & Reus de facto in termino non soluat, adhuc potest Iudex in Bonis exequi.

16 Si Reus eligat, magis corporalem, quam pecuniariã, adhuc si habet in Bonis, cogi pot. vt pecuniariam soluat.

17 Dictum Phylosophi ad mortem damnati.

1 Pœna pecuniaria ob paupertatem, pauperi minuitur, Bart. in l. Illicitas §. præses n. 2. ff. de off. præsid. Tiraq. de pæn. temper. caus. 32. 33. & 37. Ottoet. Inst. tit. quib. ex caus. man. non licet in princ. n. 11.

2 Immo aliquando videtur remittenda, ad tex. in l. hos accusare 12. §. omnibus ff. de Accusat. vbi loquendo de seruis ait; quæ pœna in seruum nõ cadit, & gl. ibi rationem reddit, quia nihil habet, & vide, quæ ad hoc dixi in V. mulcta.

3 Confert ratio, quoniam paupertas ipsa, videtur pœna, ad tex. in l. qu squis 5. C. ad leg. Iul. maiest. ibi, sint perpetuo egentes, & Malacch. 2. mittam in vos egestatem, & Iob. 27. apprehendet eum quasi Aqua, Inopia, Nocte opprimet eum tempestas, & D. Greg. Homil. 40. quæ est vltima in Euang. ibi, poterat ad pœnam sine ægritudine sufficere paupertas, vide in V. Gabella, in V. Misericordia, in V. Malum.

4 Et quod pauperes, misericordiam magis, quam pœnam debeant inuenire, dixit Demosthenes, quem refert Tiraq. de pæn. temper. caus. 33. n. 2.

5 Et generaliter qui ob paupertatem, vel paupertatis causa delinquit, mitius punitur, quam Diues, ad tex. in c. si quis propter 3, de de furtis Medices in Rep. can. erit autem lex. n. 101. 4. Dist.

Accedat, Petrarcha p. de Rem. Dial. 30. ibi, In omni sane delicto plurimum interest vtrum Inopia; an Libidine, seu Superbia, quis delinquat, & Idem ibid. Paulo ante, non facile dictu est (inquit) An Lusor sit infamior, vel spectator, nisi quod illum sæpe paupertas, hunc semper Vanitas trahit, cui simile est illud, Sen. Ep. 47. ad Lucillum Infelix, qui huic vni rei viuit, vt Altilia decenter secet, nisi quod miserior est, qui hæc, voluptatis causa docet, quam, qui necessitatis discit, vide, quæ

dixi in V. furtum, & in V. necessitas.

6 Et quod paupertas impediat pœnam committi in spiritualibus, *dixit Innoc. in c. p. & G. de offic. Deleg. Mattesilan. sing. 199. quod est vltimum, & conferunt tradita per Gigant. de pens. q. 80.*

7 Ampliatur, vt etiam si pauper post Remissionem, vel Absolutionem, vel Diminutionem pœnæ, efficiatur soluendo, adhuc non teneatur ad pœnam remissam, quatenus remissa fuerit, *ad tex. in l. sed si vnus 17. §. sed si ante ff. de Iniurijs, & l. Illicitas 6. §. præses ff. de offic. præsid. ibi,* si ex præsentibus, *& ibi,* remissa propter Inopiam mulcta, exigi non debet, *& gl. ibi in V. Reprehensa. & Bart. ibid. in princ. & n. p.* vbi bis inquit id esse notandum, *Bald. dicens ad id textum esse meliorem in Iure in d. l. sed si vnus ff. de Iniurijs, Confert gl. in c. sicut dignum de homicid. & post Ang. Alberic. Guglielm. Castr. Rom. Barbat. Felin. tradit Boerius D. 349. n. 4.*

8 Limitatur pr. vt Conclusio, seu priuilegium nō procedat in pœna corporali, quoniam illa pauperi ob paupertatem non remittitur, Immo potius augetur, *ad tex. in l. pedius 4. ff. de Incend. Ruin. Naufrag. & l. nemo 3. in fine C. de Sum. Trin. & Fid. Cattol. Bart. in d. l. Illicitas §. præses n. p. ff. de offic. præsid.* hæc tamen Limitatio declaranda videtur, vt procedat quando paupertas nō fuit causa delinquendi. nam si fuit, semper excusat, vel à toto, vel à tanto, *iuxta ea, quæ dixi supra in V. furtū.*

9 Limitatur 2. vt pœna, post quam imposita est, non possit ob paupertatem minui, licet mulcta, etiam imposita possit minui, *vt post Bart. Bald. Ant. Abb. tradit concludendo Tiraq. de pæn. temper. caus. 32. n. 4.*

10 Limitatur 3. vt Conclusio procedat in pœna pecuniaria extraordinaria, nam illa condonatur pauperi, vel minoratur, vt supra, sed pœna pecuniaria ordinaria, nec remittitur, nec minuitur, sed commutatur in corporalem, vt qui non habet in ære, luat in corpore, *l. p. §. fin. ff. de pæn. ibi,* præsides ijs, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt extraordinariam coërtionem indicunt, *l. 2. in fin. ff. eod. tit. de pæn. l. quicunq; 4. C. de seruis fugit. l. ob fænus 49. ff. de Admin. & peric. tut.* vbi Tutor non habens in ære, luit in corpore, etiam si solum omittendo peccauerit in officio, *l. fin. ff. de in Ius vocan. ibi,* castigatur si Inopia dignoscitur laborare, *c. finem litib. 5. in fine de Dol. & contum.* vbi damnatus in expensis si non est soluendo, alio modo punitur, & in corpore, vt intelligit, *Abb. gl. in d. c. finem litibus in V. soluendo de Dolo, & contum. vbi concordātes adducit Abb. in c. olim n. 2. de Rest. spol.* vbi quod Inopia differt solutionem quando ciuiliter agitur, sed quando criminaliter ad vindictam, fit commutatio in corporalem, *Boer. D. 349. n. 3.* vbi differentiam ponit inter mulctam, & pœnam proprie dictam, *Clar. in §. fin. q. 95. vers. sed quid si Reus.*

11 Sublimita pr. hanc Limitationem, vt non procedat in pecuniaria pœna modica, nam illa non commutatur in corporalem, *ad tex. in l. Illicitas 6. §. præses ff. de offic. præsid. Bart. ibi. n. p. in fine princ. ff. si quis Ius dicenti non obtemp. Bald. in l. quicunqs C. de seru. fug. Alex. in Add. ad Bart. in d. l. Illicitas §. præses ff. de off. præsid. Boer. D. 349. n. 7.*

12 Sublimita 2. vt non habeat locum prædicta commutatio pecuniariæ in corporalem, nisi in persona alias vili, quia in persona non vili qualibet minima pœna corporalis, maior est quaqunq; pecuniaria, *ad tex. in l. In. seruorum 10. ff. de pæn. docet Bart. in l. p. §. fin. ff. eod. tit. de pæn. Salicet in l. & si seuerior col. 2. vers. oppono 11. C. ex quib. caus. Infam. irrog. Paris. de put. de Syndicatu vers. Index, quia in Criminalibus,* vbi quod in vilibus fustigatio, modica pœna est, *Boer. d. Dec. 349. n. 10. vers. tertio limita.*

13 Nec dicas, pauperes esse, & censeri viles, quoniam contrarium ostendi, *in V. Æquitas, & in V. Testis.*

14 Sublimita 3. vt commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, locum habeat quando pœna imponitur pro Dolo, secus si sine Dolo, licet pro culpa, *ad tex. in l. quod si minor 25. §. si seruus ff. de minor. & l. si quis id 7. §. in seruo ff. de Iurisd. omn. Iudic. l. fin. ff. de in Ius vocan. l. p. §. generaliter ff. de pæn. & docet Bart. Inst. tit. quibus ex caus. man. non licet n. 6.*

15 Nota hic, quod si Statutum imponit pœnam mille, & si delinquens non soluat infra mensem, disponit, vt ei manus amputetur, si contingat eum in termino non soluere, adhuc potest Iudex in Bonis exequi, *Bart. in l. cum duobus §. fin. n. 2. ff. pro Soc. & Ang. ad Ang. de malefi. in V. quas si non soluerit n. 18 Corn. cons. 5. lib. 3. vbi in hac facti specie consulius Clar. in §. fin. q. 85. vers. sed hic quæro.*

16 Nota etiam, quod si Reus velit magis subire pœnam corporalem, quam pecuniariā, si tamen habeat in Bonis, præcise cogendus est, vt pecuniā soluat, *Dec. in l. si quis id, quod n. 22. & seq. ff. de Iurisd. omn. Iudic.* vbi quod est communis opinio, *sequitur Clar. in §. fin. q. 95. vers. quæro etiam.*

17 Vltimo ad materiem adde festiuum Dictum, *quod Plutarchus refert in Apophte. ibi,* Thestamenes morti damnatus, Lætor (inquit) quod hanc soluo mulctam, quam, nec à quoquam petij, nec mutuo accepi.

PRIVIL. CCCXXIII.

Pœna II.

SVMMARIVM.

1 *Patri cui veniat amputanda manus, mitiganda vel commutanda est pœna, si habet filios paupetes, qui viuere nequeant, nisi ex manuali industria Patris.*

1 SI quis habens filios, vel filias infantes non habentes aliunde, quam ex industria Patris, cui ex delicto veniat amputanda manus tunc, ne dicti pauperes filij fame pereant, erit mitiganda, vel ammutanda pœna, huiusmodi delinquenti, *ad tex. in l. p. ff. sol. matrim. & in leg. Ad Bestias 31. ff. de pœn. cum vtrobiq; not. Paris de put. in tract. de Syndicatu col. fin. pag. 73.* vbi quod ita consuluit in contingentia facti, *sequitur Marsilius sing. 602.* incipit ex delicto.

PRIVIL. CCCXXIV.

Prædicator.

SVMMARIVM.

1 *PRO Prędicatione nihil exigi potest, sicut, nec pro Sacramentis, nec pro Sacramentalibus n. 2.*
3 *Prędicare est officium Curę, & dicitur munus Episcopi n. 4. frequentius exercendum n. 5.*
6 *Bona opera sunt perpetuum prędicandi genus.*
Integritas pręsidentium, salus est subditorum.
Prædicatores, magis prodessent faciendo, quę dicunt, quam dicendo, quę non faciunt.
Adulatio, vetus in Rep. malum.
Multi dicunt, & non faciunt, alij nec dicunt, nec faciunt, vel mala dicunt, & peiora faciunt.
7 *Prędicator pauper, aliunde non habens, alendus est à populo, cui prędicat, seu ab Episcopo, vel Parocho n. 9.*
8 *Spiritualia seminans, temporalia metit.*
Fames, & sitis audiendi Verbum Domini.
Vhe Pastoribus, qui se ipsos, & non Oues pascunt.

1 PRædicator regulariter non potest aliquid pro Prædicatione ab inuitis exigere, sed tenetur gratis prædicare Verbum Dei, prout quilibet Sacerdos debet gratis Sacramenta ministrare, *ad tradita per glos. in c. suam nobis in V. exequijs, & ibi Ann. n. p. de Simon. Surd. de Alim. tit. p. q. 59. n. 3. & 4.* vbi quod, qui pro Sacramentis ministrandis ex conuentione aliquid ab inuitis accipit, dicitur committere Simoniam.

2 Vnde, & idem videtur dicendum si pro Sacramentalibus exigatur, prout si non Sacramentum, saltem lato modo Sacramentale videtur esse verbum Dei, & eius Prædicatio.

3 Et cum prædicare sit officium Curę, *gl. in Clem. p. de Regular. in V. officium,* & ad illud teneatur quiqunq; habet curam Animarum, *Abb. in c. quod Dei n. 2. de stat. Monach.*

4 Præsertim Episcopus gratis prædicare tenebitur cum proprium dicatur munus Episcopi, prædicare, *Abb. in c. inter catera n. p. de off. ordin. & probat tex. in Clem. Dudum sub med. vbi Card. not. de sepult.*

5 Et præcipuum Episcoporum munus esse, prædicationem Euangelicam, *dicitur in Trid. Conc. sess. 5. c. 2. de Reform. & sess. 24. de Ref. c. 4.* in primis verbis, vbi quod optat frequentius, quam fieri possit, exerceri.

6 Sed datur, etiam continuum prædicandi Genus *ex eod. Conc. Trid. sess. 22. c. p. de Ref. ibi,* Episcopi, factis, etiam ipsis, & vitæ actionibus, quod est perpetuum quoddam prædicandi genus, se suo muneri conformes ostendant, *& sess. 6. c. p. de Reform.* Integritas præsidentium, salus dicitur subditorum, Immo magis prodessent faciendo, quæ dicunt, quam dicendo, quæ non faciunt, *ex Aug. lib. 4. de Doctrina Christ. c. 27. ibi,* multis prosunt dicendo, quæ non faciunt, longe pluribus prodessent, faciendo, quæ dicunt, sed quod dixit, *Tacit. lib. 2. ann. c. 4. ibi,* Adulationes retuli, vt sciretur vetus id in Rep. malum, dici etiam potest in hac materia, *iux. tex. Matt. 26. ibi,* dicunt, & non faciunt, Immo faxit Deus, vt non reperiantur, qui, nec bene dicant, nec bene faciant, vel qui male dicant, & peiora faciant, sed non est munus meum hic Prædicatoribus prædicare.

7 Redeo igitur, & dico, quod licet gratis sit prædicandum, attamen quando Prædicator est pauper, & aliunde non habet, habere debet Alimenta a Populo, cui prædicat, *ad tex. Hieron. in can. Apostolicis 16. q. p. ibi,* Apostolicis viris Euangelizatoribus Christi in necessarijs vsibus nolle tribuere, se ipsum condemnare est, *vbi gl. in V. necessarijs,* exponit, idest in victu, & vestitu, *spec. in tit. qui fil. sint legitim. §. fin. n. 25. Alfons. de Castr. lib. 9. de Hęret. pag. 16. Cordub. in l. si quis à liberis §. & si impubes n. 29. ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. p. q. 50. n. p.*

8 Et non est magnum, vt qui spiritualia seminat, temporalia, seu carnalia metat, *vt loquitur Apost. p. ad cor. 9. relatus in c. cum ex officij 16. de pręscript. & in c. si Episcopus 6. de offic. ordin. in 16.* qui quidem tex. optime probat, quoniam verbum Dei, dicitur semen, *in Euang. Matt. 13. & Luca 11.*

Confert etiam, *tex. Luca 10.* Dignus est operarius mercede sua, *& Matt. 10.* Dignus est operarius cibo suo, & recte Prædicator dici potest operarius in vinea, seu in Agro Domini, *ad tex. Ioan. 4.* messis quidem multa, operarij autem pauci.

Cui accedit, quod dicitur, *p. Reg. 3. ibi,* in diebus Eliæ pretiosus erat Sermo Domini, idest Rarus, & forte tunc vigebat fames, de qua dicitur, *Amos. 8.* mittam famem, non famem panis, neq; sitim vini, sed audiendi verbum Domini, nec enim in solo Pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, *Matt. 4.* & hic est, etiam quotidianus panis, quem Oratione Dominica postulamus, vnde deduci potest alia elegans, & obligans ratio, quia si Prædicator Populum pascit, cōgruum est, vt, & ipse pascatur, à Populo, & confert, *tex. Ezech. 34.* Vhe Pastoribus Israel, qui pascebāt se ipsos, dabo Pastorem, qui pascat oues.

9 Qui autem teneatur alere Prædicatorem, *vide*

apud Surd. de Alim. tit. p. q. 59. n. p. Barbof. in Collectan. Bullar. V. Prædicator Dian. p. 3. tr. 5. Ref. 71. vbi quod cessante consuetudine, & in dubio spectat ad Episcopos, & Parochos, vt ibi, & nota ad hoc, Conc. sess. 24. c. 4. de Refor. ibi, expensis eorum, qui eas præstare, vel tenentur, vel solent.

PRIVIL. CCCXXV.

Prælatio.

SVMMARIVM.

1 PAuperes Creditores in discussionibus preferuntur.
2 Pauperes in multis gaudent Prelatione.

1 CReditores vere pauperes, & miserabiles in discussionibus coram A. C. præferuntur cæteris Creditoribus, ita statuit Pius V. in sua Const. 27. edita an. 1567. quam Paulus V. Const. 72. statuit coram omnibus ordinarijs esse seruandam, refert Cherubin. in Compend. Bullarij to. 2. ad d. Const. 27. Pij V. Schol. p. & 2. vbi quod hoc priuilegio non gaudet Vidua, nisi sit pauper.

2 Simile vide in V. Legatum, in V. Leg. quoties C. de Rei vendic. & in V. Locatio.

PRIVIL. CCCXXVI.

Prælatus.

SVMMARIVM.

1 PRalatus, rem Ecclesie donare non potest consuetudine cessante, potest tamen pauperi de rebus Ecclesie Elemosinam facere n. 2.

1 QVamuis Prælatus rem Ecclesiæ, licet modicam donare non possit cessante consuetudine, c. cæterum 3 de Donat.

2 Potest tamen pauperi de rebus Ecclesiæ, Elemosinam facere, c. quoniam 16. q. p. & per illum tex. Abb. in d. c. cæterum 3. de Donat, n. 3.

Sed vide, quæ dixi in V. Alienatio.

PRIVIL. CCCXXVII.

Præscriptio.

SVMMARIVM.

1 COntra pauperes non currit minor prescriptio, quã quadrag. ann. & an maior n. 2.
3 Contra Ecclesiam, venerabiles locos, & piam causam non prescribitur, nisi annis quadraginta.
4 Contra piam causam non præscribitur, nisi spatio quadraginta annorum, & an triginta.
5 Relicta pauperibus, dicuntur relicta ad pias causas, & causa pauperis est valde pia.
6 Pauperes in præscriptione gaudent priuilegio Ecclesie.
7 Contra pauperes ipso Iure non currit prescriptio, & quid in centenaria.
8 Contra minores non currit prescriptio longi temporis.
9 Currit contra minores prescriptio Judicialis, sed restituuntur, vt ibi.
10 Pauperes priuilegiantur, etiam in prescriptione Iudiciali.
11 Charitatiuum subsidium est Impræscriptibile.

1 PRæscriptio contra pauperes non admittitur, nisi quadragenaria, ad tex. in §. cum pro temporalibus Auth. de Eccles. tit. Bald. in Auth. quas actiones C. de Sac. Eccles. Abb. in c. de quarta n. 7. de præscript. Ias. in l. p. in p. Col. C. de Sac. Eccles. & in §. ex maleficijs Inst. tit. de Action. Benincas. de paupert. q 4. n. 25. Felin. in d. c. de quarta n. 2. dicens esse bene notandum, de præscript. Balb. in tract. de præscript. p. p. quinta partis principalis n. 5. Couar. in c. quamuis pactum p. 2. §. 2. n. 3. de pact. in 6. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 35.

2 Immo, Couar. in prealleg. c. quamuis pactum p. 2. §. 2. n. 3. de pac. in 6. vers. immo, et hec quadragenaria refert Antonij, et Imole sententiã, quod Legata pauperibus relicta non præscribuntur, etiã quadragenaria, ea scilicet ratione, quia cum pauperes sint impediti, non possunt agere, & non valenti agere non currit præscriptio, l. p. C. de Ann. except. sed eam reprobat, quia potest pro eis agere Episcopus, prout eadem ratione reprobat prædictam Sententiam, Abb. in d. c. de quarta n. 10. in fine de præscript. ibi, nec obstat ratio D. Anton.

3 Probat tamen primam Conclusionem, tex. in d. §. pro temporalibus Auth. de Eccles. tit. vbi relicta ad pias causas non præscribuntur, nisi spatio quadradinta annorum, vt ibi in fine dicitur, & prius idem ibi, dicitur in Ecclesia, & venerabilibus locis, & de Ecclesia loquitur etiam, tex. in Auth. quas Actiones C. de Sac. Eccles.

4 Et generaliter quod contra piam causam non præscribatur, nisi spatio quadraginta annorum senserunt, Bald. in d Auth. quas actiones C. de Sac. Eccles. Abb. in d. c. de quarta in sex. notab. de prescript. Felin. ibid. col. p. & 2. Tiraq. de pia causa priu. 139. Euerard. in loco ab Ecclesia ad piam causam vers. & inter alia, vbi dicit esse casum, in d. §. pro temporalibus Auth. de Eccles. tit.

Licet quod contra piam causam sufficiant anni triginta, senserint, Fed. de Sen. Marian, & Iason. quos refert Tiraq. de pia caus. d. priu. 139.

5 Quod autem relicta pauperibus dicantur relicta ad pias causas, tradit Decius qui de comm. testatur cons. 120. n. 4. Benincas de paupert. q. 4. n. 25. in fine, & latius q. 5. per tot. & nos diximus in V. Testamentum, & quod causa pauperis sit valde pia, diximus in V. pia causa.

Sed

6 Sed, & in specie, quod pauperes, & miserabiles personæ, quo ad præscriptionem gaudeant priuilegio Ecclesiæ, *tradit post Bald. Iason. in Auth. quas actiones C. de Sac. Eccles. sub initium, & in §. ex maleficijs col. 11. inst. tit. de Action. Ab. in d.c. de quarta n. 11. de præscript. Felin. ibid. n. 10.*

7 Immo quod contra pauperes non præscribatur, nisi centum annis, videntur sensisse, *Boerius D. 39. Riccius Collectan. D. 285. in fine*

Et quod præscriptio contra pauperem ipso Iure non currat, sensit *Card. in Clem. vn. in 10. q. de Rest. in integr. Iodoch. Daumad. in Enchyridio pauperum, seu similium in V. Bona Pupillorum.*

8 Confert quod contra minores non currit præscriptio longi temporis, *l. fin. C. in quib. caus. Rest. in integr. non est necess. Euerard. in loco à minor. ad furiosos vers. 6. ex. isto seq.*

9 Limitatur tamen in præscriptione Iudiciali, quæ currit, etiam contra minores, sed eis competit restitutio, si Administratores non sint soluendo, *l. properandum in fine vbi Bald. Ang. Salicet. C. de Iud. Euerard. in loco à minoribus ad furiosos vers. 6. ex. isto seq. ibi, hoc tamen quod dixi.*

10 Sed in hac etiam præscriptionis specie, vide Priuilegia pauperum *in V. Appellatio p. & 2.*

11 Vltimo adde hic, quod Charitatiuum subsidiũ dicitur impræscriptibile, *Felin. post Abb. & Card. in c. delictus n. 5. de offic. ordin.*

PRIVIL. CCCXXVIII.

Præsumptio.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas in dubio præsumitur, & allegatione probatur.*

2 *Præsumitur inesse qualitas, quæ naturaliter inest.*

3 *Mutatio non præsumitur.*

4 *Diuitię si non sunt contra, sunt pręter naturam, & sunt accidentia.*

5 *Accidens non præsumitur.*

6 *Diuitię melius fortunæ, quam substantiæ nuncupãtur.*

7 *Quilibet nascitur pauper, & quare. immo nemo tam pauper viuit, quam nascitur, sed vide n. 8.*

8 *Licet quilibet, nudus nascatur, non tamen quilibet pauper, & n. 9. & 10.*

Impares nascimur, at pares morimur.

9 *Filius censetur quasi Dominus Bonorum Patris viuentis.*

10 *Qui in vtero est, habetur pro iam nato, quo ad eius fauorem.*

Diuitię Diuitibus dantur, & pauper nascens, pauper moritur.

11 *Facta non prę sumuntur sicut, nec accidentia.*

12 *Negatiua transfundit in Aduersarium, onus probandi contrarium, Asserens bona nõ sufficere transfundit in Aduersarium, onus probandi.*

13 *Negatiua prę sertim qualitatis accidentalis transfundit in aduersarium onus probandi.*

14 *Paupertas probanda est ab allegante quando est fundamentum intentionis ipsius, siue simus in actore, siue in Reo n. 15.*

16 *Quilibet prę sumitur esse soluendo, saltem in materia discussionis.*

17 *Fiscus semper prę sumitur idoneus, & soluendo, etiam ad effectum non satisdandi.*

1 IN dubio paupertas præsumitur, *Crot. in l. si cõstante n. 14 ff. sol. matr.* asserens assertionem paupertatis esse speciem probationis, ideoq; esse allegandam in termino Legali, *Couar. Var. Resol. lib. 2. c. 6. n. 3.* vbi quod per assertionem probatur, *vt ibi, Eugen. cons. 4. n. 55. Rim. Iun. cons. 752. n. 4. lib. 7. Mascard. de prob. Conclus. 525. n. 2. lib. p. & Conclus. 1154. n. p. lib. 3. Benmten. Dec. 22. n. 11. & seq Giurb. Dec. 18. n. 12. Scaccia de App. q. 17. limit. 8. n. 9. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 73. n. 11. Caualler. in Romana Dotis de Boncompagnis D. 233. n. p. & vide Menoch. de præs. lib. 6. præs. 25.*

2 Ratio est, quia præsumitur inesse qualitas, quę

3 naturaliter inest, *vt probat Alciat. de præs. Reg. p. per tot.*

3 Et mutatio non præsumitur, *vt idem Alciatus comprobat in eod. tract. Reg. 2. per tot.*

4 Qualitas autem Diuitiarum, naturæ repugnat, *Alciat. de præs. Reg. 2. præs. 27. Menoch. in eod. tract. lib. 6. præs. 25. n. 8.* & licet non sint Diuitię contra naturam, sunt tamen præter naturam, & sunt Accidentia, *vt tradit Menocch. d. lib. 6. de præs. c. 28. n. 6. & nos diximus p. p. q 4. & 6.*

5 Accidens autem non præsumitur, *vt probat Menoch. de præs. lib. 4. præs. 165. n. 3.*

6 Et quamuis Diuitiæ appellentur substantiæ, vere tamen, & absolute non sunt substantiæ, nisi secundum quid, vel substantiæ huius mundi, immo in eis non est substantia, & vera substantia nõ subiacet accidentibus, prout ista subiacet in acquirendo conseruando, & amittendo.

Et non solum Diuitię sunt accidentia, quia possunt adesse, & abesse præter substantiæ, & subiecti corruptionem, sed sunt infirmiora, quam cętera accidentia, nam illa substantijs, hęc vero alijs accidentibus subiacent, & satis est dicere, quod fortunæ subiaceant, quæ super omnia accidentia variabilis est, & in sola variatione constans, vnde, & nomen ipsum merito Diuitijs communicauit, quæ propterea congruentius fortunæ, quam substantiæ nuncupabuntur, sed de his vide, quæ copiosus diximus *p. p. q. 4.*

7 Ratio autem primæ rationis hoc est, cur paupertas sit qualitas naturalis, adducitur, quoniam vnusquisq; nascitur pauper, vnde *Iob. c. p.* nudus egressus sum de vtero Matris meę, & nudus reuertar illuc, *& p. ad tim. 6.* nihil in hunc mundum intulimus, haud dubium, quia nec auferre quid possu-

possumus, *& Eccles.* 5. sicut egressus est nudus de vtero Matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum, *& Sap.* 7. vnus est omnibus introitus ad vitam, & similis exitus, *& D. Ambros. in can. sicut* 47. *Dist.* quando de ventre Matris existi, quibus quæso facultatibus stipatus existi? *& D. Hieron. de Custod. Virgin. ad Eustoch.* Illa tibi semper in ore vox resonet, nudus egressus sum de vtero Matris meæ, & nudus reuertar illuc; nihil in hunc Mundum intulimus, haud dubium, quia, nec auferre, quid possumus, *& Sen. Ep.* 102. *ad Lucillum*, non licet plus efferre, quam intuleris, immo etiam ex eo, quod in uitam attulisti, pars magna ponenda est, *& Boet. de Consl. Philos. lib.* 3. *metr.* 3. Defunctumq; leues non comitantur opes, *& iterum Sen. clarius in opusc.* quare bonis viris mala accidant, cum sit prouidentia, contemnite(inquit) paupertatem, nemo tam pauper viuit, quam natus est.

8 Hæc tamen ratio videtur impugnari posse, nam licet omnis homo nudus nascatur, *vt supra dixit Iob.* non tamen videtur omnis nasci pauper, & licet nihil in hunc Mundum inferamus, vt dixit Apostolus, aliquando tamen illatum inuenimus, acquisitum a maioribus nostris, qui sæpe laborant, vt otiosis quæsita dimittant, *vt dicitur Eccles.* 2. vnde, *& Sen. Ep.* 91. Impares (inquit) nascimur, pares morimur.

9 Sic filius Diuitis etiam cum nascitur, non potest dici pauper, cum censeatur quasi Dominus Bonorum Patris, etiam viuentis, *l. in suis* 14. *cum ibi*
10 *not. ff. de lib. & posthum.* & quando venter est hæres, qui nascitur, statim Diues, & verus Bonorum Dominus est, immo, & in ventre, cum quo ad eius fauores, habeatur pro iam nato, *l. qui in vtero* 7. *ff. de stat. Homin.* Immo etiam fortasse frequentius contingere videtur, Diuitem nasci, quam Diuitem fieri, vnde Mart. quem retuli in V. Donatio.

Semper eris pauper, si pauper es Emiliane
Dantur opes nulli nunc, nisi Diuitibus.

11 Potest tamen, & alia ratio forsan assignari, cur paupertas præsumatur in dubio, quia videlicet facta non præsumuntur, nisi probentur, *l. in Bello* 12. *§. facta ff. de Capt. & postlim. Reuers. Menoch. de præs. lib.* 4. *præs.* 165. *n.* 3. sicut, nec Accidentia præsumuntur, vt supra diximus.

12 At paupertas consistit in non facto, & in negatiua, cum sit Carentia Diuitiarum, vt suo loco diximus, negatiua vero transfundit in aduersarium onus probandi contrarium, *l.* 2. *ff. de prob. ibi*, ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat, *Ercul. de negatiua Gabr. Conclus.* 6. *de prob. & Concl.* 7. *n. p.* vbi in specie tradit, quod etiam asserens Bona non sufficere, transfundit in Aduersarium onus probandi contrarium, secundum communem
13 vt ibi patet. Idq; magis procedit quando sumus in negatiua qualitatis accidentalis, cuiusmodi est paupertas ex prædictis *Alberic. in d. l. ei incumbit n.* 7. *ff. de prob. Lanfranch. in c. quoniam nu.* 15. *de prob, Gabr. concl.* 6. *n.* 9. *eod. tit. de prob. dixi D.* 62. *n.* 2.

14 Limitantur prædicta, quoniam paupertas probanda est ab allegante quando est fundamentum intentionis ipsius, *gl. in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui sat. cog.* quam ibi signandam dixit, *Bart. n.* 6. *in illis verbis, vide gl. & signa Bald. in l. paupertas ff. de excus. tut. in princ. et in illis verbis in tex. ibi*, probare, nota expressum, quod qui allegat paupertatem, debet eam probare, *Castrens in l. si decesserit §. si vero n.* 5. *ff. qui sat. cog. Ruin. cons.* 81. *n.* 4. *lib.* 5. *Rim. Iun. cons.* 593. *nu.* 65. *lib.* 5. *& cons.* 752. *n.* 3. *lib.* 7. *Conar. Var. Res. lib.* 2. *nu.* 2. vbi refert Authoritates, & rationes, *Alciat. de præs. Reg.* 2. *præs.* 27. *Mascard. de prob. concl.* 78. *n.* 15. *lib.* 9. *Surd. de Alim. tit.* 7. *q.* 8 *n.* 14. *Ciriacus controu. forens. lib. p. c.* 5. *n.* 39. *Noner. in praxi priu. miserab. prin.* 73. *n.* 14. *Beninten. Dec.* 22. *n.* 13. *Magon. D. Florent.* 26. *n.* 31. *Surd. D.* 141. *n.* 2. *Giurba D.* 18. *n.* 4.

Confert *Tacitus p. ann. c.* 14. *ibi*, propertio celeri veniam ordini ob paupertatem petenti, decies sestestertium largitus est Tiberius, tentantes eadem alios, probare causam senatui iussit, vnde cæteri silentium, & paupertatem, confessionis & Beneficio præposuere.

15 Amplia limitationem, vt procedat siue simus in Actore, siue in Reo dummodo sit fundamentum intentionis, vt supra, quia probanda est paupertas ab allegante, *Conar. Var. Res. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 2. *Marche, an. de commiss. p. p. c.* 28. *n.* 23.

16 Pro moderatione tamen, nota quod quilibet præsumitur esse soluendo, *c. dudum* 16. *de præs. l. si Creditores* 15. *ff. de pecul. credit Costa de Rem. subsid. Rem.* 5. *n.* 4. vbi loquitur in materia excusfionis.

17 Sed in omni materia speciale est in fisco, vt semper idoneus, & soluendo præsumatur etiam ad effectum satisdandi, *l.* 2. *ff. de fund. dot. l. nisi* 3. *§. item ff. si cui plus quam per leg. Falc. l. p. §. si ad fiscum ff. vt leg. nom. cau. dixi in V. Cautio.*

PRIVIL. CCCXXIX.

Pretium.

SVMMARIVM.

1 *Læsus infra dimidium iusti pretij non potest rescindere contractum, vel petere supplementum pretij, fallit in paupere n.* 2.

1 Quamuis læsus infra dimidium iusti pretij, nõ possit de Iure Ciuili, vel Canonico contractum rescindere, vel agere ad supplementum, *l.* 2. *C. de Rescind. vend. c. cum causa* 6. *vbi DD. de emp. & vend. Cepolla de simul. contr. n.* 18. *&* 23.

2 Attamen quando venditor erat pauper tempore contractus, cum præsumatur egestate compulsus vendidisse minoris, tunc saltem in foro Conscientiæ

scientiæ venditor tenetur ei iustum pretium supplere, *S. Bernard. de Senis de Contract. & vsur.*
8 *serm. 32. art. 2. in 3. particula c. 7. Cepolla de simulat. contr. n. 24. & 26.* quod est valde notandum, quia frequenter contingit.

PRIVIL. CCCXXX.

Princeps.

SVMMARIVM.

1 *Potest Princeps pro filia dotanda, collectam imponere, sed contra n. 2. potest quando est pauper n. 3.*
4 *Non potest Princeps imponere Collectam, nisi quando eius redditus non sufficiunt.*
5 *Pauper Princeps potest imponere collectam, etiam subditis mediatis pro Stipendijs Militum quando communis Bursa non sufficit.*
6 *Potest Princeps pro necessitatibus à Subditis exigere Charitatiuum subsidium.*
7 *Subditi tenentur alere Principem in necessitate constitutum, & quare n. 8. valet argumentum à liberto ad Vassallum.*
9 *Pauperes non tenentur ad collectas; & charitatiua subsidia, licet male seruetur.*
Pasqua Diuitum, sunt pauperes.
10 *Collecta restringenda est intra limites necessitatis.*
11 *Reges habentes Thesauros, an dicantur habere superfluum.*
Datur superfluum, ac necessarium natura, & status.
12 *Miseriores sunt, qui pluribus egent, & quibus superfluum fit necessarium.*
13 *Principes etiam à pauperibus, obolos mendicant, & colligunt ex collectis.*
Principes sunt pauperibus indigentiores, & quare.
14 *Principi tributũ debetur de Iure naturali, ac Diuino.*
15 *Princeps, qui sua culpa incidit in egestatem, an possit exigere tributum.*
16 *Paruo assuescere, necessarium; multa difficultates locorum, & temporum, etiam Regibus.*
Ambitione exhaustum ærarium, per scelera suppletur.
Magnum vectigal, Parsimonia.
17 *Appellare pauperem, qui non sit, est iniuria, idem appellare debitorem.*
18 *Iniuria sine animo iniuriandi non admittitur.*

1 QVod possit Princeps pro filia dotanda, subditis Collectam imponere, senserunt, *gl. in l. placet in V. Canonicam C. de Sac. Eccles. spec. & Roffred. quos refert Guido Papa D. 57. nu. p. & 2. Hostien. in summ. tit. de Immunit. Eccles. §. à quibus muneribus col. p. Alberic. in suo lexico in V. Dominus Martin. Laudens. in c. p. sub finem tit. an apud Iudic. vel Dom. Alex. ad Bart. in l. placet C. de excus. mun. lib. 10. Ias. in l. placet C. de Sac. Eccles. in p. lect. col. p. & in 2. lect. col. 4. Boer. D. 126. n. 11. in fine Zazius in tract. feudorum p. 7. tit. ad quid Vassallus Domino teneatur.*

2 Sed contrarium, quod immo non possit Princeps pro filia dotanda, collectam subditis imponere, sed quod ad id teneatur de suo, tradiderunt, *Io. Fab. & Castr. in l. 3. C. de Stat. & Imagin. Bald. & Castr. in l. neminem Angariarum C. de Sac. Eccles. & in l. fin. C. de Stat. & Imag. Bald. iterum in l. ex hoc Iure sub fin. vers. 10. quæritur ff. de Iust. et Iur. & in c. conquerente in fine de offic. ordin.* vbi adducit in argumentum, *textum in l. ab omnibus §. si Titio ff. de leg. p. Iac. de S. Georg. in tract. de Homag. col. 10. vers. nunc,* quæro nunquid Princeps, *Dominic. de S. Gemin. Castan. Afflict. & alij, quos refert Boer. D. 126. n. 6. Alberic. Corrad. Iacobin. & alij, quos refert Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 181. n. 3. & alij, quos prius refert, & sequitur Tiraq. de Iure primog. q. 69. n. 4.*

3 Sed inter has extremas, ac pugnantes opiniones, media videtur verior, receptiorq; Sententia, posse videlicet Principem subditis imponere Collectam pro filia dotanda, & Vassallum teneri eo casu Dominum adiuuare, quando Princeps ipse, seu Dominus est pauper, *ita fatentur allegati per Boerium D. 126. n. 6. Guid. Pap. sing. 13. incipit, quod Imperator, vel Rex. Petr. Rauen. in Iuris compend. fol. 101. Cuman. cons. 161. vers. sequitur etiã Bart. in Auth. Res quæ C. com. de legat. in fine ibi, & idem puto, & Ang. ibid. & Ias. in 11. limit. Rebuff. Bologniui Io de Anan. relati per Boer. d. D. 126. n. 7.* vbi quod Principes, & Domini possunt Collectam imponere si ratione paupertatis non possunt commode filiam dotare, *Tiraq. de iure primogen. q. 69. n. 9. Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cas. 181. n. 4.* vbi affirmat Collectam hanc exigi posse quando Dominus est pauper, & quod hæc Sententia sibi semper magis placuit.

4 Et generale est, quod non possit Princeps imponere subditis Collectam, nisi quando eius redditus non sufficiunt, *ad erudita per Nattam cons. 557. n. 10. Rolan. cons. p. n. 62. & seq. vol. 2. Plot. de in litem Iurand. §. 11. n. 23. Surd. de Alim. tit. 7. q. 32. n. 6.* vbi loquitur in causa defensionis status, & dicit, quod Princeps debet impendere de suo quicquid habet, quod tamen tu sane intellige iuxta ea, quæ diximus infra.

5 Ampliatur pr. vt pauper Princeps possit imponere collectam subditis suis, etiam mediatis pro soluendis Militum stipendijs quando communis Bursa non sufficit, *Bald. cons. 406. n. 2. vol. 3. Rolan. cons. p. per tot. vol. 2. Natta cons. 157. n. 6. & cons. 487. per tot. Surd. de Alim. tit. p. q. 76. n. 15.*

6 Et generaliter pro necessitatibus potest Princeps à subditis exigere Charitatiuum subsidium, *ad tex. in l. p. C. de oper. libert. in fine vbi Bald. Ant. Frunch. ad Abb. in c. 4. nu. 12. de censibus Alciat. cons. 2. per tot. lib. 3.* vbi erat casus inter summum Pontificem, & tunc Excellentissimum Ducem Ferrariæ, & vide, quæ dixi *in V. Charitatiuum subsidium.*

Amplia-

7 Ampliatur 2. vt multo magis subditi teneantur
alere Principem in necessitate constitutum, *spec.*
in tit. de feudis §. quoniam n. 32. vers. item homo Bo-
rons cōs. 81. n. 7. vol. p. Surd. de Alim. licet referat con-
trarium sensientes) tit. p. q. 57. n. 2. & seq. vbi ra-
8 tiones adducit arguendo à liberto ad Vassallum,
& quia si potest Princeps exigere à subditis Cha-
ritatiuum subsidium pro defensione status, & sic
pro rerum conseruatione, multo magis poterit pro
defensione, & necessitate personę, ac vitę proprię,
& vide, quæ dixi *in V. subditus.*
9 Limita, vt pauper subditus ad prædicta subsidia
non teneatur, *ad tradita per Petrasanct. sing. 73.* vbi
generaliter loquitur de Collectis impositis per
Principes, vel Communitates, licet subdat male
seruari, præsertim in partibus suis, *Allegat Bald.*
in l. ex hoc iure in fine ff. de Iust. & Iur. vbi ait, quod
Principes hodie (proh Dolor) vitam populorū
excoriant, & vix precario spiritum dimittunt.
Tu si placet adde, *tex. Eccli. 13* Venatio Leo-
nis, Onager in Eremo, & Pasqua Diuitum sunt
Pauperes. Vndè patet longe ante tempora Petri
Berardi de Petrasancta, hoc viguisse malum.
10 Declara pr. vt omni in casu Collecta per Prin-
cipem imponenda, non debeat esse immoderata,
sed restricta, & regulata ad limites necessitatis, *ad*
tex. in c. vnico sub medium 10. q. 3. specul. Bald. Fed.
Aluarott. quos refert, & sequitur Tiraq. de primog.
q. 96. n. 9. vbi quod possunt subditi implorare Su-
perioris officiū si Dominus excedat, & opprimat.
11 Declara 2. vt Reges, & Magni Principes, qui
Thesauros possident ad Bella repositos, quæ pro-
babiliter contra suas Resp. timent, aut, quæ pro
illis gerere debent, non censeantur habere super-
flua, *ita Nauar. in man. c. 24. n. 6. in fine.*
Nam sicut datur superfluum naturæ, & super-
fluum status, ita dari debet necessarium naturæ, &
necessarium status, vnde, *Sen. Ep. 123. ad Lucil-*
lum. necessarium est (inquit) paruo assuescere,
multæ difficultates locorum, multæ temporum,
etiam Regibus.
12 Immo dici potest aliquando de Principus, quod
de alijs dixit, *Seneca ad serenum in opusc.* quod in
Sapientem non cadit Iniuria, ibi, miseriores sunt,
illi enim exiguo, hi multo egent, & quod idem di-
xit, *Ep. 39. ad Lucillum,* miserrimi eo peruenerunt,
vt, quæ superflua fuerant, facta sint eis necessaria,
& quod dixit, *Gellius lib. 9. c. 8. relatus à Neniz-*
zan. in Sylua Nupt. lib. 4. n. 7. multis eget, quia
multa habet, cui consonat, *Sen. Ep. 119.* neminem
pecunia Diuitem fecit, immo nulli non maiorem
sui cupiditatem incussit, quæris causam? plus inci-
pit habere posse, qui plus habet, *& Petr. lib. 2. de*
remed. Dial. 15. multa desunt pauperibus, quan-
to plura desunt Regibus, *& Sen. Ep. 119.* nunquā
multum est, quod satis non est, post Darium, &
Indos, pauper est Alexander, *& iterum Petr. p. de*
rem. D. 96. Arius Antoninus homo Sanctus, vt
Historiæ loquuntur, vt Ego fateor, vir prudens
Neruam miseratus est, quod Imperium accepisset.
vere enim frustra Principes premit inuidia, cùm
illis potius miseratio debeatur, *Adde Bellarm. in*
opusc. de æterna felicitate sanctorum lib. p. c. 5. ibi,
sed fortasse Diuitiæ Regum puræ sunt, nec admi-
xtam habent pauperiem? immo nulli omnino ma-
gis egeni, ac pauperes Regibus inueniuntur, ha-
bent magnos redditus, ac magnos Thesauros, sed
habent æs alienum, aliquando longe grandius, &
non tam ille pauper est, qui parum habet, quam,
13 qui multa desiderat, quia multis indiget, & non ne
magnum est paupertatis argumentum, quod ab ip-
sis etiam pauperibus, Obolos quasi mendicant,
dum vectigalia exigunt minuta ab ementibus, quę
sunt ad victum necessarium, neque hæc dico quasi
reprehendere audeam exactiones vectigalium,
scio enim iustum esse, vt vectigalia, & tributa pen-
dantur Regibus, dicente Apostolo, *ad Rom. 13.*
reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tribu-
tum, cui vectigal, vectigal, sed ostendere volui
miseram conditionem Regum mortalium, qui ne-
cesse habent Diuitijs abundare, & coguntur, etiā
à pauperibus, ac egenis earum partem colligere.
Addo ego, & colligo ex prædictis, quod licet Prin-
cipes aliqui non sint dicendi pauperes, aliqui tamē
si non sunt pauperibus pauperiores, certe dici, sal-
tem poterunt indigentiores, quam pauperes ipsi,
hi enim indigent necessarijs, illi vero indigent sæ-
pe superfluis, quæ tamen facta sunt eis necessaria,
14 vt supra hic ex Sen. dixi.
Adde, quod debetur Principi tributum de iure
naturali, ac Diuino, quoniam dignus est opera-
rius mercede sua, *Luca 10.* & per hanc potissimam
rationem, *Alfons. Cast. de leg. pan. c. 10. & post*
D. Thom. in trac. de Regimine Principum c. 13. se-
quitur Nauarr. in eod tract. de leg. pan. & in c. fra-
ternitatis 12. q. 2. n. 41. dicens non esse Chatoli-
cum, qui hoc negat, probat *tex. supra allegatus ad*
Rom. 13. ibi, subditi estote non solum propter
Iram, sed etiam propter Conscientiam, ideo enim
& tributa præstatis, Ministri enim Dei sunt, in hoc
ipsum seruientes, Reddite ergo omnibus Debita,
cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal, *&*
tex. D. Ambros in c. magnum 11. q. p. Censum fi-
lius Dei soluit, tu quis tantus es, qui putas esse non
soluendum? & vide, quæ dixi *in V. Gabella, & in*
V. Collecta.
Quærit, *Diana p. p. tr. 3. de Comitijs, seu parla-*
15 *mento Res. 4.* An Rex (si culpa sua propter largi-
tiones immoderatas, Ludos, Iniusta Bella, &c. in
egestatem inciderit) possit iuste imponere tribu-
tum, & Regnum, illi Donatiuum præbere, & res-
pondet in hæc verba. Respondeo, quod sic, & in
tali casu tenentur subditi largiri omnia necessaria
ad defensionem, & Conseruationem Reip. & ad
id, quod necessarium esset ad Principis sustenta-
tionem, considerata dignitate eius, nam totum hoc
postulat Bonum publicum, quicquid sit de peccato
Regis, *sic aduersus Medinam de Restit. q. 13. Ga-*

brielem

brielem in 4. dist. 15. q. 5. ar. p. concl. 3. & D. Antonin. communiter tenent neoterici, & inter illos præcipue Malderus in 22. tr. 5. c. 6. punc. 4. Lessius l. 2. c. 43. dub. 6. n. 48. Turrianus in 22. to. 2. disp. 44. dub. 2. n. 5. Molin. de Inst. tr. 2. q. 667. n. 4. Bart. à S. Faust. in specul. confess. disp. 33. q. 11. Molfesius in sum to. 3. tr. 12. c. 22. n. 72. Vasq. opusc. de restit. c. 6. §. p. Dub. 2. n. 24.

Et ratio est, quoniam Inopia Regis vergit ad perniciem totius Regni, vt ergo imminenti malo prouideatur, licitum erit, tributa imponere, vel de nouo augere; parum ergo refert si in Inopiam inciderit Rex culpa sua, modo tributis impositis, vel denuo auctis, publico Bono prouideatur.

Notat vero Lessius cum alijs, vbi supra, quod Principes in tali casu, tenentur, omnes sumptus parum necessarios excidere, & in posterum continere se à prodigalitatibus: quod maxime notandum esse ait Molina à Confessarijs, & Consiliarijs Regum) *hac vbi supra Digna.*

16 Repetendum est hic, quod dixit *Sen. Ep. 123. ad Lucillum* necessarium est paruo assuescere, multæ difficultates locorum, multæ temporum etiam Regibus, nec est omittendum, quod dixit *Tacitus lib. 4. hist. c. 2.* prætores publicam paupertatem quæsti, modum impensis postulauerunt, & quod idem, *Tacitus 2. ann. c. 5.* si Ambitione exhauserimus ærarium, per scelera supplendum erit, & quod Tullius in Paradoxis, O Dij Immortales non intelligunt Homines, quam magnum vectigal sit Parsimonia, Vtinam hoc vniuersi Principes intelligerent, vtiq; rarius, ac minus indigerent Charitatiuo subsidio subditorum.

17 Vltimo addo, quod licet, appellare aliquem pauperem, qui non sit talis, dicatur iniuria, *vt dixit Magon. dec. Lucens. 26. n. 22. & probat. tex. in l. item 15. §. si quis bona ff. de iniurijs,* vbi si quis non debitorem, debitorem appellauerit, Iniuriarum tenetur.

18 Attamen Iniuria sine animo iniuriandi non cõmittitur, *ad tex. in l. eum qui 18. §. fin. ff. de iniurijs,* & in his terminis sensit etiam, *Magon. d. dec. Lucens. 26. n. 22.*

Vnde ego protestor hic me, Principes inter pauperes numerasse, non ad eorum ignominiam, vel notam aliquam; sed ad pauperum potius consolationem, ac leuamentum quoddam, & sic non, vt Principes deprimerem, sed, vt pauperes erigerẽ, ac subleuarem.

PRIVIL. CCCXXXI.

Priuignus.

SVMMARIVM.

1 *Nouerca tenetur alere Priuignum pauperem si deductis proprijs Alimentis, & filiorum, habet quod superest.*

2 *Vitricus non tenetur alere Priuignos.*
Vitricus non succedit Priuigno, nec econtra.

3 *Frequentia sunt odia Nouercalia, sed aliquãdo Nouerca est quasi mater Priuigno, qui se quasi filiũ gerat.*

4 *Minus malum, Nouercę odium, quam nimius Amor, vide exemplum Antonini Imp. qui Nouercam instigantem cognouit.*

1 Nouerca tenetur alere priuignum pauperem si deductis prius proprijs Alimentis, & filiorum, aliquid superest, *Cyn. in l. vbi adhuc q. 10. C. de Iure Dot. Bart. in l. si constante in fine ff. sol. matr. Alex. ibi, n. 40. Crot. n. 199. Surd. de Alim. d. tit. p. q. 41. n. 10.*

2 Vitricus tamen non tenetur alere Priuignos, *l. si Paterno, vbi Bald. not. n. 2. C. de neg. gest. & ibid. Salicet. n. p. & Alex. in princ. & post Iaſ. & alios Surd. de Alim. d. tit. p. q. 41. n. p. & 12.* vbi quod Vitricus non succedit Priuigno, nec econtra *iuxta tex. in l. vitrico 3. C. Com. de success. cũ ibi not.*

3 Nota hic, quod quamuis Nouerca soleat odisse Priuignum, vnde, *Tacit. lib. 6. Ann. c. etiam p.* inquit Nouercalibus odijs suspecta Liuia, *& tex. in. l. 4 ff. de Inoff. test.* Nouercalibus delinimentis corrupti aduersus liberos, &c. attamen quando Priuignus se vti filium gerit, illa etiam se quasi Matrem ostendit, *vnde Sen. de consol. ad Matrem* Nouercam (inquit) obsequio, & pietate quanta vix in filio conspici potest, Matrem fieri coegisti.

4 Et omni in casu nota, quod minus malum est, erga Priuignum, Nouercæ odium, quam nimius amor, *ad tradit. per Petrarcam lib. 2. de Remed. Dial. 42. de Nouerca,* vnde, & in simili, *Ouid. 2. met.* cecinit, hic Amor est odio, maius scelus, exemplum est autem in his terminis in Nouerca Imperatoris Antonini Caracalli, quæ cum veluti per imprudentiam corpus magna ex parte nudasset, & Caracallus dixisset (vellem si liceret) illa nimiũ diligens, Respondit, si Libet, Licet, quæ Mulieris vox, Caracallum ad detestabile facinus pertraxit, *vt refert Manut. lib. 6. Apophteg.*

PRIVIL. CCCXXXII.

Priuilegia I.

SVMMARIVM.

1 *Qui grauatur in vno, releuatur in alio.*
Paupertatis onus graue, potest alleuari.

2 *Non est addenda Afflictio Afflicto.*
Afflictus, an quis sit pro purgatione, vel pro vindicta, ignoratur.
Multę tribulationes Iustorũ, multa flagella peccatoris.

3 *Priuilegia stricte interpretantur, quo ad præiudicium tertij, late vero quo ad concedentem.*

4 *Priuilegia pauperum, late sunt interpretãda, et quare.*

5 *Priuilegia pauperũ sunt extendenda, sed nõ excedẽda. Priuilegium meretur amittere, qui eo abutitur. Sub prætextu priuilegij curandum ne publica vacillet vtilitas.*

1 PRima ratio Priuilegiorum paupertatis in genere, esse potest, quia, qui grauatur in vno, debet in alio releuari, *l. eum, qui 18. in princ. ff. de Iniurijs Cep. de seruit. Rust. praed. tit. de Aquę ductu n. 90. Scaccia de Appell. q. 17. limit. 40. n. 6.* paupertatem vero esse grauamen, ostendimus, *in V. Misericordia, in V. Gabella, in V. Malum,* & alibi, sed diximus, etiam quomodo possit hoc onus graue, fieri leue, *p. 3. e. p.* inter remedia paupertatis, & sane priuilegia paupertatis erunt alleuiamenta Legalia, remedia vero, alleuiamenta moralia.

2 Secunda est ratio, quia non est addenda afflictio afflicto, *vt diximus in V. Gabella, & adde hic Gregor. in c. cum percussio 7. q. p. ibi,* cum percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione, an pro vindicta cõtingat, Dei in hoc Iudicium ignoratur, ideo nõ debet a nobis addi flagellatis Afflictio, & ratio primi dicti est, quoniam multæ tribulationes Iustorum, *Ps. 33.* & multa flagella peccatoris, *Ps. 31.*

3 Tertia ratio in multis est, Impotentia, saltem moralis, vt suis in locis patet, & in V. necessitas.

Et quamuis Priuilegia regulariter sint strictè interpretanda, *e quanto 26. de priu. DD. in l. beneficium ff. de const. princ.* intellige quo ad præiudicium tertij, licet late quo ad præiudicium concedentis, *vt dixi D. 163. n. 3.*

4 Attamen Priuilegia pauperum, tanquam fauorabilia, videntur late interpretanda, primo, quia non exorbitant à Regulis Iuris communis, sed fundantur in eis, secundo, quia sunt ex titulo oneroso, tertio, quoniam intuitu humanitatis, & miserationis conceduntur, quarto quia in Dubio pro pauperibus est interpretandum, & iudicandum, vt dixi *in V. interpretatio, & in V. dubium.*

5 Limita, vt priuilegia, etiam pauperum sint extendenda, sed non excedenda, *tot. tit. de priuil. & excess. priuilegiatorum,* vnde, *in can. tuarum 11. de priuil. et exces. priuilegiat.* dictum, quod priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur facultate, *& in Conc. Trident. sess. 24. c. 11. de Reform.* priuilegia, & exemptiones, perturbationem in Episcoporum Iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, *& in l. 2. C. de priuil. Scholar. lib. 10.* curandũ ne sub prætextu priuilegij, vel flagitiorum crescat Authoritas, vel publica vacillet vtilitas, & in his terminis confert dictum, *August in can. ne amiss 23. q. 4. ibi,* ne sis pauperi in mala causa misericors, ne eum nequiorem reddas.

PRIVIL. CCCXXXIII.

Priuilegia II.

SVMMARIVM.

1 *Pauperum appellatione veniunt, eis inseruientes, & pauperum priuilegijs gaudent.*
2 *Priuilegium alicui concessum, extenditur etiã ad eius Ministros necessarios.*
3 *Si quis leget Vxori, eius causa parata, intelligitur etiã legasse parata pro Ancillis.*

1 PAuperum appellatione veniunt, etiam ij, qui pauperibus inseruire solent, vnde, & pauperum priuilegia ad eos quoq; videntur extendi, *ad tradita per Bald. in l. omnis n. 4. C. de Ep. & Cler. Oldrad. cons. 11. per tot.* vbi quod vere in vsum pauperum videtur conuerti, quod in necessarium vium deseruientium pauperibus conuertitur, *Beneincas. de paupert. q. 8. spec. 3. in contr. n. 27.* vbi quod pauperibus dicitur erogatum, quod seruientibus pauperum datum est.

2 Confert ratio, quia Priuilegium alicui concessum, extenditur etiam ad eius Ministros, sine quibus ille stare non potest, *l. administrantes 44. in princ. ff. de excus. tut. Bald. in Auth. habita col. p. C. ne fil. pro patre Oldrad. cons. 11. Beneincas. de papert. d. q. 8. spec. 3. in cont. n. 26. adde tex. in l. p. & 2. C. de vxorib. militum.*

3 Ad idem confert, quod si quis legauerit Vxori, eius causa parata, veniunt in Legato, etiam vestes, & alia comparata pro Ancillis eiusdem Vxoris, *l. vxori 14. ff. de aur. & arg. legat. cum alijs per Oldrad. d. cons. 11. n. p. vers. & hoc expresse indicat lex.*

PRIVIL. CCCXXXIV.

Priuilegia III.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium pauperis extẽditur ad litis Consortes.*
2 *An Pater fily miserabilis gaudeat priuilegio filij*
3 *An Vxor Viri miserabilis gaudeat priuilegio Viri.*
4 *An Cessionarius personæ miserabilis gaudeat priuilegio Cedentis.*
5 *Paupertas vnius alteri non nocet, sicut nec mora.*
6 *Paupertas vnius aliquando alteri prodest, & aliquando nocet, vt ibi, & n. 7.*
7 *Obligatus etiam insolidum, conueniri debet vna cum correo, nisi Correus sit absens, vel non soluendo.*
8 *Paupertas vnius Correi facit alium perdere Beneficium diuisionis.*
9 *Diuitiæ vnius ex Correis supplent inopiam alterius, vnde infertur, vt ibi.*
10 *Ex vnius inopia aliquando in alterum datur actio.*

Pri-

1 Priuilegium pauperis, vel alias miserabilis personæ, extenditur, etiam ad litis consortes, licet non miserabiles, *vt post Thesaur. Nattam Marchesan. Couar. tradit Scaccia loquens in priuilegio legis vnicæ C. quan. Imper. de App. q. 7. n. 112.*

2 An autem Pater filij miserabilis, gaudeat eodē priuilegio quo filius, *tradit Nouarius de elect. fori sect. 3. q. 9.*

3 Et an Vxor viri miserabilis gaudeat priuilegio viri; *idem Nouar. de elect. fori sect. 3. q. 3.*

4 Et an Cessionarius personæ miserabilis gaudeat priuilegio Cedentis, *Idem Nouar. de elect. fori sect. 3. q. 14.*

5 Nota hic, quod regulariter paupertas vnius nō debet alteri nocere, *ad tex. in l. mora 32. §. sin. ff. de vsur. & per illum tex. tradit Ias. in l. si constante n. 42. ff. sol. matr.* tex. autem ille loquitur de mora ibi, sed & si duo Rei promittendi sint, alterius mora, alteri non nocet.

6 Sed sicut paupertas vnius, aliquando alteri prodest expræd ictus, sic & aliquando nocet, exemplū elegans est, *in l. & eleganter 7 §. si seruum ff. de dolo,* vbi si quadrupes tua Damnum dedit Dolo alterius, ago de Dolo contra eum, si tu soluendo non es, sed ibi forte dici potest obesse proprius Dolus, magis, quam aliena paupertas.

7 Aliud exemplum esse potest, *in Auth. de duob. Reis,* vbi quod obligatus, etiam in solidum, debet conueniri vna cum Correo, nisi tamen Correus sit Absens, vel non soluendo, tunc enim alius conueniri potest solus, vt ibi.

8 Et quod paupertas vnius, faciat alium Correum perdere Beneficium Diuisionis, probat, *tex in Auth. ita C. de duob. Reis ibi,* si alter Inops sit, *Bart. in l. si constante ff. sol. matr. quem refert ibi, Ias. n. 40. & vide ibid. Iasonem n. 42. vers. tertia fuit opi-*

9 *nio subtilium Vltramontanorū,* vbi probat, ob Inopiam vnius ex Correis debitoribus Dotis, contra neutrum dari repetitionem constante matrimonio, quia Diuitiæ vnius Correi, supplere debent Inopiam alterius iuxta textum, quem dicit valde notabilem, *in l. si plures 28. §. preterea 2. ff. de fideiussor. ibi,* si quæratur, an principalis fideiussor soluendo sit, etiam vires sequentis fideiussoris ei aggregandæ sunt.

10 Sed, & quod ex vnius Inopia aliquando in alterum detur Actio, *tradit glosa,* concordantes textus adducens, *in l. si apud minorem 13. in V. Alioquin ff. de minor.*

PRIVIL. CCCXXXV.

Priuilegia IV.

SVMMARIVM.

1 *Quod ex propria culpa incidens in paupertatem non gaudeat priuilegijs pauperum, qui sense-rint, & qui contra n. 12. Distingue, vt n. 18. & nu. 36.*

2 *Necessitas culpabilis non est vera species necessitatis, nec excusat eum qui in necessitatem se coniecit.*

3 *Paupertas est pæna, & aliquando filijs imponitur ob Delictum paternum.*

4 *Nemo debet ex propria culpa, præmium consequi.*

5 *Non excusat casus, quem culpa præcessit.*

6 *Qui non ex culpa, sed ex fortuna iniuria miseri sunt. hi soli miserabiles videntur.*

7 *Commiseratio quid nam sit.*
Dignus pati, videtur miser, at non miserabilis, vide versus.

8 *Mendax amittit priuilegium ne conueniatur vltra quam potest, sic Filius fam. qui se Patremfam. simulat.*

9 *Non debemus esse, pauperi in mala causa misericordes.*
Vulnus ei panis tollitur, qui de cibo securus, iustitiam negligit.
Industria languescit si securi omnes, aliena subsidia expectent

10 *Quæ ex vitio prouenit, dici potest vilis paupertas, & turpis egestas.*
Alia vero Innoxia, & honesta.

11 *Ex maleficio Diues, non gaudet priuilegijs Diuitum.*

12 *Quod ex propria, etiam culpa incidens in paupertatē gaudent eius priuilegijs, qui sensiant.*

13 *Ex Diuite factus pauper, est maxime adiuuandus. Dictio (maxime) implicat idem in casu contrario.*

14 *Paupertas frequentior, est culpabilis, & voluntaria, quam casualis, & necessaria.*

15 *Quæ ab initio sunt voluntatis, fiunt ex post facto necessitatis.*

16 *Bonis debetur dilectio; malis autem miseratio. Deus propter peccatores, misericors vocatur. Pauperi, sine bono, sine malo, subueniendum est de æquitate Canonica.*

17 *Distributiones quotidianæ debentur etiam ei, qui ex culpa incidit in infirmitatem.*

19 *Qui dolo facit, quo minus possit, amittit beneficium, ne conueniatur vltra, quam facere potest, secus si desijt posse ex sola culpa.*

20 *Qui sciens se præstare non posse, promittit, amittit beneficium, ne conueniatur vltra, quam facere possit.*

21 *Relictis alimentis, debentur etiam medicinæ, nisi alimentandus inciderit ex culpa in infirmitatem, vt n. 22.*

22 *Sæpe ex peccato prouenit infirmitas, & spiritualiter, & naturaliter, vt ibi.*

23 *Iracundia sanitati aduersatur; minuit Dies, & interficit.*

24 *Iracundus raro senescit, sæpe macrescit opimis, & marcescit.*

25 *Plures occidit Gula, quam gladius. Innumerabiles esse morbos non miratur, qui Cocos numerat.*

26 *Vincit cuncta Venena Venus, & Bruta etiam Animantia exanimat. flores, & herbæ emisso semine exiccantur.*

Tt 2 Qui

27 *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam, immo, & carnem suam.*

28 *Filijs, & alij, quibus iure natura debentur alimenta, & medicina, debentur, licet propria culpa in pauperiatem, vel infirmitatem inciderint: debentur tamen, eo casu non secundum dignitatem, sed secundum necessitatem, vt n. 30.*

29 *Pater licet Criminosus sit, pater tamen est.*

31 *Elemosina debetur pauperi licet ex culpa in paupertatem inciderit.*

Abraam, quia omnes recipiebat, suscepit, & Angelos

32 *Etiam Excommunicato extreme egenti, elemosina debetur, licet propria culpa inciderit.*

33 *Elemosina prius iustis, quam peccatoribus danda est.*

Non peccatori, sed homini, vel humanitati dandum est.

Odio sunt habenda peccata, non homines.

34 *Male meritus, egestate laborare debet, sed non expirare, & criminosus est egestate premendus, sed non perimendus.*

35 *Paupertas est casus fortuitus, quando culpa non probatur, quę nec pręsumitur.*

1 QVod, qui ex propria culpa, vel ex proprio maleficio in paupertatem inciderit, non gaudeat priuilegijs paupertatis, senserunt, *Bald. in c. quę in Ecclesiarum de Const. n. 3.* vbi generaliter id firmat, *Felin in eod. c. quæ in Ecclesiarum n. 67. vers. & in quantum, & in c. si qui testium n. 11. de testib.* loquens de beneficio, ne quis conueniatur vltra posse, & de alijs, *Ias. in Auth. Res quæ C. com. de legat. n. 20. & seq.* vbi de facultate alienandi, & de alijs, & in fine generaliter, ex *Bald. Afflict. in Const. Regni Dub. 37. q. 7. n. 28. lib. p. Marsil. sing. 104. sub. fin. incipit pater tenetur,* vbi generaliter loquitur, *Mantic. sing. 31. n. 5. Ant. Tigr. sing. 23 n. 4. Benincas. de paupert. q. 5. n. 23. Calcan. de vsufruct. mul. n. 226. vers. & debet ista paupertas fol. 761.* loquens ad effectum, vt Legatum dicatur pium, quo ad detractionem Falcidiæ, *post Castr. in l. etiam §. fin. ff sol. matrim. & Benincas. vbi supra Rolan. à Vall. cons. 87. n. 56. lib. 2.* vbi loquitur ad effectum, vt pauper excusetur a solutione sportularum, sed generaliter sentit, incidentem in paupertatem ex culpa propria non gaudere priuilegio pauperis, *post gl. in c. quæ in Ecclesiarum de Const. Marsilum in prac. §. ordine n. 13. Decium in l. 4. §. Cato n. 247. Crotum nu. 69. de verb. oblig. Surd. de Alim. tit. 7. q. 15. n. 12. & 13. Lancellott. de Attent. c. 12. Ampl. p. n. 60. Scaccia de Appell. q. 7. n. 136. vers. restringe nono,* loquens de priuilegio legis vnicæ *C. quan. Imper. Rota Rom. coram Coccino in viterbien. fideicommissi D. 104. n. 7.* loquens ad effectum facultatis alienandi inalienabilia, *& coram Buratto in Lucana bonorum D. 323. n. 4.* loquens in priuilegio reseruandi fructus, & expensas in fine litis, & post rem iudicatam.

2 Primo fauet huic Sententiæ, *tex. in l. si fideiussor. 7. §. si necessaria ff. qui sat. cog. ibi,* neq; enim id meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit, per quem dixit, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 37. & 38.* quod necessitas culpabilis non est vera species necessitatis, sed casus per quem quis in naturalem, vel fatalem necessitatem incidit, & quod ideo regulariter iusta non est, nec excusabilis, cum sit imputandum ei, qui in eam se coniecit, *vt in d. l. si fideiussor.*

3 Secundo fauet, *tex. in l. Bona Fides 31. ff. Depositi ibi,* male meritus, vt alijs exemplo sit ad deterrenda maleficia, etiam egestate laborare debet, & consonat, *tex. Malach. 2.* mittam in vos egestatem, *& tex. in l. quisquis 5. C. ad leg. Iul. maiest. ibi,* sint perpetuo egentes, vbi textus est fortior, sed durior, quoniam ob culpam Parentum, filij pœnam patiuntur, & quia Patres comederunt vuam acerbam, Dentes filiorum obstupescunt, licet id, *Hierem. c. 31.* prohibeatur.

4 Tertio fauet ratio, quia nemo debet ex delicto, vel culpa propria, præmium, vel Beneficium, vel priuilegium consequi, *c. intelleximus 7. de Iudic. ibi* ne videatur ex sua malitia commodum reportare, *Odd. de Rest. in integ. q. 11. art. 10. n. 55. Menoch. de Arbitr. cas. 182. n. 60.*

5 Quarto quamuis paupertas dicatur casus fortuitus, vt infra comprobabo, attamen non excusat casus, quem culpa præcessit, *l. contractus 24. ff. de Reg. Iur. ibi,* casus morteiq; quæ sine culpa accidunt à nullo præstantur.

6 Confert, *ad idẽ tex. in l. vnic. quan. Imper. int. pup. & vid. ibi,* fortunæ iniuria miserabiles, quasi, qui non fortuna, sed culpa sunt pauperes, non sint miserabiles, licet sint miseri, *& tex. Ambros. in can. consideranda 86. dist. ibi,* & si quis ex Diuitijs in egestatem incidit, & maxime si sine suo vitio, *vbi gl.* exponit verbum, maxime, idest tantum.

7 Quinto accedit, *Aristot. lib. 2. Rethor. c. 8. in princ. mihi to. 6. pag 87.* vbi ait, quod Commiseratio est Dolor quidem ex apparente malo in non dignum pati, ergo, qui digne patitur, non videtur miserabilis, licet sit miser, iuxta illud, *Ouidianum in Ibin.*

Sisq; miser semper, nec sis miserabilis vnquã,

Et confert, etiam aliud *eiusd. Ouid. Epist. 5.*

Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum est

Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

8 Sexto facit, *tex. in l. sed, & si ex parte 4. ff. ad Sen. Cons. Maced.* vbi mendax amittit priuilegium, ne conueniatur vltra, quam facere potest, idemq; dicitur de filio fam. qui se Patrem fam. simulauit, perdit enim priuilegium prædictum, & in solidum conuenitur.

9 Septimo, *tex. Aug. in can. ne amisso 23. q. 4. ibi* ne sis pauperi in mala causa misericors, ne nequiorem eum reddas, *& tex. eiusd. Aug. in can. non omnis 5. q. 5. ibi,* vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus, iustitiam negligat, & confert *Tacitus lib. 2. Ann. c. 5. ibi,* Languescit industria si securi omnes aliena subsidia expectent, sibi ignaui,

nobis graues.

10 Octauo vilis paupertas dici potest, quæ ex malis moribus, ac vitijs prouenit, *ad tradita per Tiraq. de nobilit. c. 25. n. 5.* immo, & turpis, iuxta illud, *Virg. 6. Eneid. quem, & ibi Tiraq. adducit n. 3.*

Et metus, & male suada fames, & turpis egestas.

Quemadmodum econuerso, honestam paupertatem dixit, *Tacitus lib. 2. ann. c. 8. ibi,* honestam Innocentium paupertatem leuauit Tiberius, At prodigos, & ob flagitia egentes mouit senatu, & simile est, quod apud eumdem, *Tacitum legitur lib. 13. ann. c. 8. ibi,* oblatis quingentis sestertijs messalæ, vt innoxiam paupertatem sustentaret.

11 Nono ad idem conferre videtur, quod ex maleficio Diues non gaudet priuilegijs, & prærogatiuis Diuitum, *vt ostendi p. p. q. 5.* ergo pari ratione ex maleficio pauper, gaudere non debet priuilegijs pauperum.

12 Sed contrarium, quod immo pauper etiam si in paupertatem inciderit, facto, & culpa sua, adhuc gaudeat priuilegijs pauperum, senserunt, *Imola post Io. Andr. in c. quæ in Ecclesiarum de Constit. Fulgos. in Auth. Res, quæ C. Com. de leg.* loquitur tamen ex verisimili mente ad effectum facultatis alienandi fideicommissa pro Redemptione personæ, *& sequitur Alex. in l. quamuis ff. sol. matr. Bald. & Imol. in d. l. quamuis per illum tex. cum seq. ff. sol. matr.* vbi quod executores deputati ad distribuendum bona in pios vsus, possunt distribuere pro redemptione condemnatorum pro suo Delicto, *refert, & sequitur Ias. in d. Auth. Res quæ C. Com. de legat. n. 20. post medium,* qui tamen declarat id esse verum quando non agitur de præiudicio alicuius, & vide, quod de hoc dixi *in V. Alienatio bonorum Ecclesiæ Felin.* qui hanc Sententiam, saltē de æquitate procedere innuit, *in c. si qui testiū n. 11. de testib. Rim. Iun. cons.* 14. *lib. p. n. 19. vbi post gl. Bald. Castr. Alex. Tiraq.* firmat quod quicquid impenditur pro Redemptione Captiui, vel Carcerati, etiam pro suo Delicto, dicitur pium, *Couar. pract. q. c. 6. n. 3. vers. sed si quis in paupertatem* loquens de priuilegio legis vnicæ, & reprobans Matteum de Isernia, & afflictum sensientes contrarium, *Oddus. de rest. in integr. q. 11. art. 10. n. 54. & seq.* loquens de Restitutione in integrum post *Ioan. Andr. Imol. Felin. Rodoan. Beninecas. adde Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 73. n. 4. & seq.* vbi post alios, hanc Partem defendit, & practicatam testatur in Sac. Consilio, in magna Curia Vicariæ, in Regia Camera, & in Audiētia Apuliæ.

13 Fauet huic Sententiæ, *tex. Ambros. in can. considerenda 86. dist. ibi,* est adiuuanda Debilitas, & si quis ex Diuitijs cecidit in egestatem, & maxime si sine suo vitio, nam dictio, maxime, implicat idem. in casu contrario, *ad tradita per Euerard. in loco à natura dictionum implicatiuarum,* & licet glosa ibi, exponat, maxime, idestantum, videtur tamen iniuriam inferre litteræ ipsius textus.

14 Fauet, & hæc ratio, nam si vera esset contraria Sententia, nimis restringerentur, immo fere redigerentur ad nihilium priuilegia paupertatis, nam vt experientia docet, & vulgo dicitur, rara paupertas est absq; Ignauia, vel alia culpa, & rara est mere casualis, de qua loqui videtur, *tex. in l. vnic. C. quan. Imper. int. pup. & vid. ibi,* fortunæ iniuria miserabiles personæ, &c. frequentior autem est paupertas si non voluntaria, saltem voluptuaria iuxta illud, Diues eram dudum, fecerunt me tria nudum, Alea vina venus, per quæ sum factus egenus, & hæc etiam, voluntaria dici potest inspecto

15 initio, sed necessaria, inspecto fine, vt cadat, etiam sub regu la illa, quæ ab initio sunt voluntatis, fiunt ex post facto necessitatis, *l. sicut 5. C. de action. & oblig.*

16 Confert ad idem, quod debetur Bonis Dilectio, malis autem miseratio, vnde *Boet. lib. 4. de Cons. Phylos. metr. 4.*

Dilige Iure Bonos, & miseresce malis.

Et Deus ipse propter peccatores, misericors vocatur, vnde, *Esdra lib. 4. c. 8.* propter nos peccatores misericors vocaberis, *& Sen. lib. p. de Clem.* sola hæc virtus Clementia, inter Innocentes cessat.

Confert, *& tex. Aug. in can. Ista 23. q. 2.* non frustra dicitur Homo peccator, nam quia peccator est, corripe, quia homo miserere, & pauperi, siue Bono, siue malo subueniendum est de æquitate Canonica, *ad tex. Io. Crisost. in can. quiescamus 42. Dist. & per illum tex. dixit Costa de Rem. subsid. remed. 26. n. 18.*

17 Confert simile, quod distributiones quotidianæ debentur, etiam ei, qui sua culpa incidit in infirmitatem, *vt tradit post alios Riccius in praxi Res. 344. to. 2. Moneta de Distribution. quotid. p. 2. q. 6. n. 22. Guttierez. can. qq. c. p. n. 138. lib. p. Ceued. in suis qq. q. p. n. 8. Nouar. in praxi priuil. miserab. priu. 73. n. 6.*

18 Inter has pugnantes opiniones, sunt, qui sic distingunt, aut culpa præordinata erat ad paupertatem, & procedit prima opinio, Aut non erat præordinata, & procedit secunda, *Ita Bart. in l. 2. §. fin. ff. si quis caution. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum de Constit. n. 137. & 138. Aldobrand. in §. item propter n. 7. inst. de excusat. tut. Ant. Canar. de excusatore in 2. p. n. 8. Benincas. de paupert. q. 4. n. 48. Felin. in c. si qui testium n. 11. de testib. Ias. in Auth. Res, quæ C. Com. de Legat. n. 21. vbi allegat textum in c. quia diuersitatem 5. & ibi Abb. in fin. de Concess. prab. Surd. post alios de Alim. tit. 4. q. 5. n. 16. Odd. de Rest. in integr. q. 11 art. 10. n. 57.* dicens hanc esse veram, & communem distinxionem, licet putet raro contingibile casum culpæ, ita præordinatæ ad paupertatem, vt quis ex proposito vellit esse pauper, vt gaudeat priuilegijs paupertatis, *latissime post alios Menocch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 182. n. 39. & 41. & seq.* qui tamen vna cum relatis, *n. 45.* sequitur indistinctè negatiuam Sententiam, & comprobat octo fundamentis, scilicet:

quo

quo ad facultatem alienandi, *Costa qui post Felinū, Vtuium, Nattam, Crauettam, & Corbulum de æquoui, et communiori testatur de Rem. subsid. Remed.* 25. *n.* 9. fauet huic distinxioni, *textus in l. nemo* 68. *§. Illud ff. pro Soc.* vbi disponitur, quod qui dolo facit, quo minus possit, amittit Beneficium, ne conueniatur vltra, quam facere potest, secus si culpa desijt posse.

20 Ad idem, *tex. in l. pen. ff. de Iure Dot.* vbi qui sciens se præstare non posse, promisit, perdit Beneficium prædictum, ne conueniatur vltra, quam facere potest.

21 Supposita distinxione prædicta infertur, quod quamuis Alimentis relictis, debeantur etiam Medicinæ, *l. quos nos* 234 *§. verbum viuere ff. de verbor. sign. vbi notant Alciat. & Rebuff. l. verbo vict⁹ tus* 43. *ff. eod. tit. per quem ita sensit Bart. in l. Legatis ff. de Alim. & Cib. Legat. & post alios Surd. de Alim. tit.* 4. *q.* 5. *n. p.*

22 Attamen Alimentario non tenetur quis præstare Medicinas, quando culpa sua incidit in infirmitatem (saltem quando culpa erat ad id præordinata, iuxta supra dicta) *ad tex. in l. peculium* 10. *§. sed si ipse ff. de pecul. vbi Castrens. Surd. de Alim. tit.* 4. *q.* 5. *n.* 13.

Quod quidem videtur intelligendum quando culpa erat ad infirmitatem ordinata, Alias enim rara est infirmitas sine culpa, & rara sine peccato, vnde, quod dicitur, *in c. cum infirmitas* 13. *de pænit. & Remiss.* quod infirmitas sæpe ex peccato proueniat, intelligi potest, non solum spiritualiter, quia propter peccata veniunt aduersa, & multa flagella peccatoris, *vt in Ps.* 31. sed etiam naturaliter, præsertim si intelligamus de peccato, Iræ, Inuidiæ, Gulæ, Luxuriæ.

23 Nam quo ad Iram Medicus ipse, & schola Medicorum canit, Irasci crede Prophanum.

Et Eccli. 30. dicitur, Zelus, & Iracundia minuunt Dies, *Et Iob.* 3. stultum interficit Iracundia.

24 Quo ad inuidiam *Horat. cecinit.*

Inuidus, Alterius macrescit rebus opimis.

Immo non solum macrescit, sed marcescit, & raro senescit, *& Iob.* 3. dicitur, paruulum occidit Inuidia.

25 Quo ad Gulam, vulgatum est, nec verum minus, quod plures occidit Gula, quam Gladius, *& Sen. Ep.* 24. voluptates in tormenta vertuntur, epulę surditatem afferunt, ebietates, neruorum torporem, tremoremque, *& Ep.* 95. Innumerabiles esse morbos miraris? Cocos numera, vide quæ dixi *latius p.* 3. *c.* 2. in Remedio mortis, & in Remedio sanitatis.

26 Quo ad Luxuriam vero, *Sen. d. Ep.* 24. Libidines, pedū, manuum, articulorum omnium deprauationes afferunt.

Et Medicus etiam concinit, Vincit Cuncta Venena Venus

Nec solum homines, sed bruta etiam animantia exanimat.

Vnde de Equis loquens, *Virgil. lib.* 3. *Georg.*

Sed non vlla magis vires industria firmat

Quam Venerem, & Cæci stimulos auertere Amoris.

Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo.

Fœmina, nec nemoris patitur meminisse, nec herbæ.

Et Passares præ nimia Libidine Triennio consumi fertur, immo Mares, nec annum excedere, *refert Aristot. de Hist. Animalium lib.* 9. *c.* 7. *to.* 4. *pag. mihi* 327. *& vide, quæ copiose ad hoc congerit Tiraq. de Legib. Connub. leg.* 15. *n.* 6. *& seq.* Immo etiam Inanimantia, huiusce veritatis velut animatum tribuunt argumentum, flores enim, & herbæ ipsę, postquam semē emiserint, exiccantr.

27 Et generaliter idem comprobare potest, *dictum Bernardi serm. de Conuersione ad Clericos c.* 4. *ibi,* dicitur in *Ps.* 10. qui diligit Iniquitatem, odit animam suam, Ego autem dico, odit, & carnem suā.

28 Sed, vt ex moralibus ad legalia reuertamur, proxime Firmata Conclusio fallit in filijs, & alijs, quibus iure naturæ debentur alimenta, ijs enim debentur, licet propria culpa, vel in paupertatem, vel necessitatem inciderint, & sic etiam eisdem Medicinæ debentur, licet in infirmitatē, ex quauis eorum culpa ceciderint, *Iac. de Arct. in l. libertus qui operarum ff. de oper. liber. Bart. Ang. Roman. & alij plures. quos seq. Surd. de Alim. tit.* 4. *q.* 5. *n.* 17. & nota ex numero antecedenti, quod Surdus videtur intelligendus, etiam quando culpa esset ordinata ad casum, alias enim nihil esset specialitatis in filijs, & similibus, *adde Marsilium sing.* 104. *incipit pater tenetur, vbi post Iac. de Aret.* loquitur etiam quando Pater assignauit Alimenta filio, qui ea ludendo, vel alio modo simili dissipauit.

29 Restringe tamen hanc Limitationem, vt licet ij, quibus Iure Sanguinis Alimenta debentur, debeantur etiam si propria culpa inciderint in paupertatem, immo etiam si sint Criminosi, vt de Patre dixit, *tex. in §. si vero euntigerit Auth. de nupt.* quia licet Impius, & legum contemptor sit, Pater tamen est, *vt ibi subditur.*

30 Attamen in casibus prædictis alimenta non debentur secundum dignitatem, sed secundum necessitatem, & ad eius limites tantum regulanda sunt, *Cordub. in l. si quis a liberis §. sed si fil. us n.* 72 *ff. de lib. & posthum. & post alios tradit Surd. de Alim. tit.* 4. *q.* 18. *n.* 58. *& seq. & tit.* 7. *q.* 5. *n.* 11. *&* 12. vbi videtur sentire, quod per modum Elemosinæ succurratur in tali casu quando dolo, & fraude filius prodigius portionem suam cōsumpsit.

31 Declaratur, etiam Conclusio, seu Distinxio supra firmata, vt non procedat, quo ad Elemosinā, nam illa præstanda est pauperi, etiam si ex quauis culpa, & quouis Delicto in paupertatem ceciderit, *ad tex. in c. pia vbi gl. p. q.* 2. *& in c. quiescamus* 42. *dist. ex Io. Crisost. ibi,* Abraam, quoniam omnes recipiebat, suscepit, & Angelos, non enim ex vita

eorum

eorum, quos accipis, mercedem tibi, retributurus est Deus, sed ex voluntate, *gl. in can. considerandа 86. dist. ibi*, redimere non teneor, sed dare Elemosinam bene, *Conferunt tradita per Dec. in c. quę in Ecclesiarum de Const. n. 36. vers. 3. & vltimus casus, & per Felin. ibid. n. 66.* vbi quod succurritur ne egeat, *Couar. Var. Resol. lib. 2. c. 16. n. 9. vers. Contrariam post alios Menoceh. de Arbitr. cas. 182. n. 42. Surd. de Alim. tit. 7. q. 5. n. 22.* vbi loquitur in filio prodigo, qui viuendo luxuriose dissipauerit portionem sibi a Patre viuente assignatã pro legitima, vel Alimentis, docens adhuc ei per modum Elemosinæ fore subueniendum, *Idem Surd. de Alim. tit. 4. q. 5. n. 19.* vbi quod Medicinę, quæ pauperibus debentur ex Christiana Pietate, debentur etiam si illi inciderint ex propria culpa in infirmitatem, *& n. 20.* vbi quod Elemosina pauperi largienda est, siue is bonus sit, siue malus, & quod inhumana est opinio, *Docij Couar. & Menocehij*, quatenus videntur sentire Elemosinam denegandam esse ei, qui propria culpa, etiam

32 ad id ordinata inciderit in paupertatẽ, *Idem Surd. de Alim. tit. 8. q. 82. n. 10. & 11.* vbi loquatur in Excommunicato, firmans ei Elemosinam deberi si reperiatur in extrema necessitate, licet in eam inciderit ex propria culpa.

33 Adde, *tex. Greg. in can. fratrem in fine 86. Dist. ibi*, prius Iustis, quam peccatoribus, quibus tamen dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores, ergo licet prius Iustis, quam peccatoribus Elemosina danda sit, danda tamen est etiam peccatoribus post Iustos, datur enim homini, vt homini, non vt peccatori, odio enim sunt habenda peccata, non homines, *vt dixit D. Aug. in can. odio ead. 86. Dist.* vel si tibi minus placeat homini peccatori dandum esse, dicas, vt tuo more moraliter, & argute dixit, *Seneca 4. de Benef.* non homini, sed humanitati damus.

34 Et quamuis male meritus, vt alijs exemplo sit, debeat egestate laborare, *vt dicitur in l. Bona fides 31. ff. depositi.* tu dic, quod egestate laborare debet, sed non expirare, vel laborare debet, vsque ad mortem, exclusiue tamen, nam si laborare debet, viuere debet, alias enim laborare non posset.

Et quamuis, *ex tex. in l. Bona fides 31. ff. depositi Surd. de Alim. tit. 4. q. 18. n. 59.* dixerit quod Criminosi sunt egestate premendi, tu dic, quod sunt premendi, sed non perimendi.

35 Vltimo nota, quod paupertas dicitur casus fortuitus, & inter casus fortuitos numeratur, *l. 2. §. si eo tempore ff. de Admin. Re. ad Ciuit. pertin. Afflict. D. 172. n. 2. Bald. cons. 382. n. 2. vol. 5. Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Don. V. Bona n. 5. vers. sed Casu fortuito Medices de casib. Fortuit. p. 2. q. 4. n. 9.* quod intelligo, saltem in dubio, & quando non probatur culpa iuxta supradicta, quæ tamen non est præsumẽda, *ad tex. in l. merito 51. ff. pro Soc.*

Colligi potest ex serie omnium prędictorum in quæstione principali multiplex Distinctio.

36 Prima sit, quod Aut culpa præordinata est ad casum, aut non, primo casu procedat prima opinio, secundo vero, secunda, vt supra satis exposuimus.

Secunda esse potest, quod aut loquimur de rigore, & procedat prima opinio, scilicet, quod pauper culpabilis amittat priuilegia pauperum, aut loquimur de æquitate, & procedat secunda.

Tertia sit, quod absolute loquendo procedere potest prima opinio, secunda vero per modum Elemosinæ.

Quarta, quod pauper culpabilis, vel dolosus amittat aliqua priuilegia pauperum, aliqua vero, & forsan plura non amittat, vt videre poteris per te ipsum in casibus singularibus, quos in hoc opere congessi, *in V. Alienatio, V. Cautio, V. Cessio, Clericus, Collecta, excommunicatus, feudum, infirmitas l. ad personas l. vnic. Maritus, mora, Princeps, restitutio in integrum, salarium, Testis, Vasallus, Votum, Vxor. & in alijs verbis.*

Quinta esse potest huic proxima, vt regula sit, quod etiam culpabilis pauper gaudeat priuilegijs paupertatis, quæ tamen regula limitetur, & fallat in casibus expressis in Iure.

Sexta demum, & vltima esse potest, vt quando gaudere debeat huiusmodi pauper culpabilis, priuilegijs pauperum, relinquatur Arbitrio Iudicis, cui regulariter relinquitur dignoscendum, quis dicatur pauper, & quis dicatur miserabilis, vt diximus suis locis.

PRIVIL. CCCXXXVI.

Priuilegia V.

SVMMARIVM.

1 *AN priuilegiatus naturaliter, vt pupillus, præferatur priuilegiato accidentaliter, vt Vidua, vel pauperi, & n. 3.*
2 *Causa naturalis præualet accidentali.*
4 *Pupillus Diues, an gaudeat priuilegijs miserabilium.*
5 *Pauper est priuilegiatus super omnes priuilegiatos.*
6 *Priuilegiatus pauper vtitur priuilegio contra priuilegiatum non pauperem.*
7 *Contra pauperem, nemo iuuatur priuilegio ne conuenietur vltra, quam facere possit.*

1 QVod priuilegiatus naturaliter, vt Pupillus præferatur priuilegiato accidentaliter, vt pauperi, vel Viduæ, senserunt, *Afflict. in Const. Regni Dub. 37. statuimus q. 12. n. 35. lib. 9. Caranit. Ritu 23. item quod Aduocatus n. 11. & 12.* vbi in specie, quod Procurator, vel Aduocatus pauperum, tenetur magis defendere Pupillum, quam Viduam, vel pauperem.

2 Et huic parti fauet, *tex. in l. qui habent 3. ff. de tutel.*

tutel. vbi causa naturalis præualet accidentali.

3 Sed quod immo paupertatis priuilegium præferatur, comprobat, *Couar. pract. q. c. 7. n. 4. vers. p. Seaccia de App. q. 7. n. 128. vers. occasione,* vbi quod ideo Aduocatus pauperum debet, potius patrocinium præstare pro paupere egeno, quam pro Diuite Pupillo.

4 Confert huic Sententiæ, eorum opinio, qui sentiunt Pupillum non gaudere priuilegio miserabilium, nisi sit etiam pauper, de quo vide, quæ dixi *in V. Miserabilis.*

5 Accedat, quod licet in aliquibus, Pupillus sit magis priuilegiatus, quam pauper, *vt dixi in d. V. Miserabilis,* attamen generaliter videtur posse sustineri, quod non detur in Iure maior priuilegiatus, quam pauper, vel qui habeat priuilegia maiora, vel plura, quam ipse, quæ quidem Conclusio comprobari videtur ex hoc tractatu meo, saltem simul sumpto.

6 Adde hic, quod priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quando ipse est, etiam pauper, & aduersarius Diues, *Marchesan. de Commiss. p. 2. c. 4. n. 56. Rolan. cons. 76. n. 37. & seq. lib. p.*

7 Adde etiam, quod contra pauperem non iuuatur quis priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere possit, *Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 3. n. 14.*

PRIVIL. CCCXXXVII.

Priuilegia VI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia pauperum non reuocantur ex Clausulis generalibus, etiam cum illis verbis, licet specialem mentionem requirant, fallit n. 5.*

2 *Ex Clausula non obstantibus priuilegijs, non fit præiudicium priuilegijs pauperum.*

3 *Per Clausulam non obstantibus, non derogatur priuilegijs Clausis in corpore Iuris.*

4 *Clausula, non obstantibus, non afficit causas pias.*

1 Priuilegia concessa pauperibus, ac miserabilibus personis non reuocantur ex Clausulis generalibus, sed requirunt expressam, & specialem derogationem, *Menocch. post alios de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 166. n. 39. & 40. Mastrill. D. 127. n. 14. & 15. Thesaur. D. 177. late Castill. D. 39.* vbi ait necessario requiri, vt dicatur, non obstante, quod essent ad instantiam miserabilium personarū, *Franch. D. 192.* vbi subdit non sufficere Clausulam amplissimam (etiam si specialem mentionem requirant) *Borell. in sum. Decis. tit. de Iuram. perhorrescentiæ n. 37.* vbi quod requiritur indiuidua Derogatio, *Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 101. n. p. & 2.*

2 Et in specie, quod Clausula non, obstantibus priuilegijs, non intelligatur derogare priuilegijs pauperum, ac miserabilium personarum, *Felin. in c. nulli n. 19. de Rescript. Cyn. in l. vnic. C. quan. Imper. int. pup. & Vid. Petr. Barbos. in l. p. art. 4. n. 72. de Iudic. Aug. Barbos. de Clausul. Clausul. 44. n. 12. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 37. n. p.*

3 Confert ratio, quia per talem Clausulam non derogatur priuilegijs Clausis in corpore Iuris, *ad tex. in Clem. p. in fin. de sepult. glos. in l. 3. C. de silent. lib. 12. Ceuall. in Thesaur. com. contr. comm. q. 611.*

4 Confert, & alia ratio, quoniam talis Clausula non extenditur ad causas pias, *c. si propter tua debita 10. de Rescript. in sex. l. Liberti 18. §. posthumos ff. de Alim. & Cib. Legat. Barbos. de Clausul. Claus. 44. n. 10.*

5 Limitatur Conclusio quando verba derogatoria, sunt adeo ampla, vt necessario comprehendant, etiam priuilegia miserabilium, *Petr. Barbos. in l. p. ff. de Iudic. art. 4. n. 72. quem sequitur Aug. Iunior. Barbos. de Claus. d. Clausul. 44. n. 12.*

PRIVIL. CCCXXXVIII.

Priuilegia VII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia paupertatis, ea durante durant, eaque cessante, cessant.*

2 *Mandatum de prouidendo pauperem Clericum, expirat, si interim aliud Beneficium consequatur.*

3 *Beneficium cessionis, cessat auctis facultatibus.*

4 *Priuilegium Immunitatis concessum intuitu paupertatis, superuenientibus Diuitijs, cessat.*

5 *Si seminarium remanet dotatum, portio ex Beneficijs, ei amplius non debetur; Moises cum pro Sanctuario satisfuisset oblatum, edixit, ne quis vltra offerret quicquam.*

6 *Cautio præstita pro securitate, non tollitur superuenientibus Diuitijs.*

7 *Cautio ob Diuitias remissa, illis cessantibus non præstatur.*

8 *Semel ob paupertatem excusatus à munere subeundo, ad illud non tenetur, licet Diuitiæ superueniant, secus si munus superueniat.*

9 *An per superuenientem paupertatem sponsalia de futuro dissolui possint.*

10 *Paupertatis priuilegia male seruantur, sed responde, vt n. 11. & seq.*

11 *Non spectandum quid factum sit, etiam Romæ, sed quid fieri debeat.*

12 *Abusus non est consuetudo, sed vetustas erroris, & Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget.*

13 *Qui pauperes hic non audiunt, non audiuntur à Deo, & qui pauperes hic irrident, irridentur à Deo.*

Pauper-

1 PAupertatis priuilegia durāt durante paupertate, & cessant illa cessante, *ad tex. in l. non tantum 20. §. eos ff. de excus. tut. & in l. Cura 4. §. deficientium ff. de mun. & hon. & in l. his oneribus 10. §. auctis ff. de vac. mun. & in §. fin. Inst. tit. de Action. & in c. si pauper 30. de preben. in sex. Bart. in d. l. non tantum §. eos ff. de excus. tut. Tiraq. in tract. de causa cessante n. 193. & seq. Medices de Casib. fortuitis p. 2. q. 4. n. 52. & in opusc. memorando, Mors omnia soluit p. p. n. 103. in fine.*

2 Infertur pr. ex Conclusione prædicta, quod mādatum de prouidendo pauperem Clericum de Beneficio, cessat si interim aliud Beneficium consequatur, *c. si pauper Clericus 30. de preb. in sex. tradit Surd. de Alim. tit. 7. q. 42. n. 9.*

3 Infertur 2. vt cessionis Beneficium, cesset auctis facultatibus, *§. fin. inst. tit. de Action. Surd. de Alim. tit. 7. q. 42. n. 9. dixi in V. Cessio.*

4 Infertur 3. quod Immunitatis priuilegium concessum intuitu paupertatis, superuenientibus Diuitijs cessat, *l. his oneribus 10. §. auctis ff. de vac. mun. ibi,* auctis medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur, *tradit Castr. cons. 210. Laderchia cons. 35. n. 14. Surd. de Alim. tit. 7. q. 42. n. 8.*

5 Infertur 4. quod succedente casu, vt seminariū dotatum remaneat, portio ex Beneficijs detracta remittatur, *ita disponit Trid. Conc. sess. 23. c. 18. de Reform.*

Confert ad hoc, *tex. exodi 36. ibi,* cum pro sanctuario plusquam necessarium populus obtulisset iussit Moises, præconis voce cantari, ne quis vltra offerret quicquam.

6 Sed pro moderatione prædictorum, nota, quod cautio à paupere prestita pro securitate non tollitur per superuenientes Diuitias, quia videlicet istæ tendunt ad eumdem effectum securitatis, *ad tex. in l. sciendum 15. §. fin. vbi Bart. & Castr. ff. qui sat. cog. Tiraq. de caus. cess. limit. 14. n. 3.*

7 Sed, & econuerso, Cautio semel ob Diuitias remissa, illis cessantibus, nec est præstanda, *casus est in d. l. sciendum 15. §. fin. ff. qui sat. cog ibi,* possessor, an quis sit, vel ne, tempus cautionis spectatdum, nam sicut ei, qui post cautionem vēdidit, nihil obest, ita nec prodest ei, qui post cautionem possidere cæpit, de his tamen vide quę dixi *in V. Cautio.*

8 Nota etiam pro moderatione prædictorum, quod excusatus semel à munere ob paupertatem, non cogitur illud suscipere pro illa vice, etiam si Diuitię superueniant, licet teneatur pro futuris, vt post Barbosam, & Ciriaccum dixi in V. munus, vide etiam pro moderatione, quę dixi *in V. mulcta in V. Coniux, in V. Alienatio Bonorum fideicommissorum.*

9 An autem per superuenientem paupertatem sponsæ, sponsalia de futuro dirimi possint, tradit *Couar. in Epitom. sponsal. p. p. c. 5. n. 4.*

10 Vltimo non est hic omittendum, quod paupertatis priuilegia male seruantur, *Corsett. in Repert. ad Abb. in V. pauper,* vbi ait male seruari, subdens hodie dicitur, si nihil attuleris, ibis Homere foras, qui versiculus est, *Orudij 2. de Arte Cassador. D. 6. n. 3. de Appell.* et quod, vt plurimum paupere excluduntur, & non audiuntur ab ijs, qui debe rent eos benigne iuuare, *& citat Iuuenalem sat 3. ibi,* non habet Infelix paupertas durius, quam quod ridiculos homines facit, *Caroccius de Locato p. p. q. 7. n. 52.* vbi quod Iudices nostri temporis, & præsertim Latrunculatores, minime obseruāt, *Scaccia de App. q. 17. limit. 40. n. 7.* vbi quod priuilegia paupertatis hodie Iudices male obseruant, & subdit versus

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Census Amicitias; pauper vbiq; iacet,
Qui sunt versus Ouidij primo fastorum.

11 Sed tu Respōde primo, quod prçallegati DD. non loquntur de omnibus priuilegijs paupertatis, sed de aliquibus tantum, de quibus ibi per eos, secundo, quod non debemus attendere, solummodo quid factum sit, sed quid sit faciendum, *c. cum causam 27. de elect.* & spectandum non quid Romæ factum sit, sed quid fieri debuit, *l. sed licet 12. ff. de offic. presid.*

12 Et contrarius iniquus vsus, seu abusus, & corruptela non consuetudo est, sed vetustas erroris, *vt loqitur D. Cyprianus relatus in can. veritate 8. dist.* nec sub pretextu Consuetudinis reatum suum quis tueatur, quia Diuturnitas temporis non diminuit peccatum, sed auget.

13 Tertio, etiam lex Diuina, communiter male seruatur, non tamen ideo minus ligat, & qui male seruant priuilegia pauperum, male habebunt in nouissimo, & qui eos non audient, non audientur à Deo, & si pauperes nunc non audiunt, audient Deum ipsum dicentem, ite maledicti, *Matt. 25.* & si pauperes male audiuntur ab homine, bene tamen audiuntur à Deo etiam aduersus homines in humanos, qui pauperes ipsos male audiunt, vt ostendi *in V. Oratio,* & qui pauperes hic irrident, irridentur à Deo *iux. Ps. 2.* qui habitat in Cœlis irridebit eos, & vide, quæ dixi *in V. Testis, & in V. æqualitas.*

PRIVIL. CCCXXXIX.

Procurator I.

SVMMARIVM.

1 *PRocurator tenetur pro pauperibus gratis procurare, & si recuset, m. p. n. 2. & potest puniri n. 3. licet male seruetur n. 4.*

5 *Procuratores mali, sunt excoriatores pauperum. Pascua Diuitum, pauperes.*

6 *Ex Stat. Ferr. Prior Collegij Procuratorum, debet esse Procurator pauperum iurantium se non habere*

V u Procu-

1 PRocurator tenetur pro pauperibus gratis agere causas, & defendere, *ad tex. in l. prouidendum 7. §. p. C. de postulan. & tradita per gl. in l. tam dementis C. de Ep. Aud. Alex. in l. Argentarius in fin. ff. de eden. Ias. in §. tripli col. pen. inst. tit. de Action. Rip. in l. Centurio n. 35. ff. de vulg. Foller. in praxi Crimin. in sec. secunda part. principalis vers. recipiantur Defensiones Reorum n. 27. Benincas. de paupert. q. 7. spec. p. in Iud. n. 14 Gerard. sing. 73. incipit pauperes Caroc. de locato. p. p. q. 8. n. 12.*

2 Ampliatur pr. vt quando pauper est in extrema necessitate patrocinij Procuratoris, si is illud præstare recuset, mortaliter peccet, *Frater Micchaël Salon. ad D. Thom. q. 17. ar. p. controu. p. quem refert, & seq. Scaccia de Appell. q. 15. n. 53.*

3 Ampliatur 2. vt recusans postulare, & procurare pro paupere, vt supra, possit etiam peculiaribus pœnis affici, *vt tradit Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 56. n. 31.*

4 Limitatur, vt hoc priuilegium male seruetur, *Scaccia de Appell. q. 15. n. 52. vers. sed hac Iuris communis dispositio*, vbi quod Procuratorum Charitas frigescit, immo, quod erubescunt, etiam mercede soluta, pauperum suscipere Clientelam contra Diuites, & Nobiles quasi tuentes pauperū causas, parui æstimentur (tu dic ab iniquis rerum æstimatoribus.

5 Immo, & quod Procuratores sint excoriatores pauperum, dixerunt, *Petrasanct. sing. 73. Caroc. de locato p. p. q. 7. n. 53.* sed hoc intellige de malis Procuratoribus, prout etiam de malis Diuitibus, intellige generale illud Eccli. Pasqua Diuitum pauperes, & omnino ad hanc Conclusionem vide, quæ dixi *in V. Aduocatus* de quo dicta, possunt etiam hoc ex eadem ratione transferri.

6 Adde, *Stat. Ferr. lib. 11. tit. quod Prior Collegij Procuratorum sit Procurator pauperum sine mercede* vbi idem, quod in rubro, disponitur in nigro, & quod ille sit Procurator gratis omnium iurantium se non habere, vnde soluant, nisi Procurator ipse contrarium probauerit, sed in hoc vidi ego fieri extractionem singuto Bimestri, & ego ipse loco Eminentissimi Legati Ferrariæ in Audientia pauperum pluries extraxi.

PRIVIL. CCCXL.

Procurator II.

SVMMARIVM.

1 PRocurator tenetur appellare nisi iuste succubuerit, non tamen tenetur prosequi appellationem n. 2.

3 Procurator excusatur si ob inopiam omisit appellare, non tamen excusatur si omisit Domino denuntiare, num. 4.

1 PRocurator tenetur appellare, & si non appellauerit, tenetur Domino actione mandati, *l. liberto 32. §. fin. ff. de neg. gest. spec. in tit. de Appellat. §. p. n. 2. vers. breuiter Scaccia de Appellat. q. 5. n. 21. & q. 12. n. 124. vide tamen d. q. 5. n. 22 vers. declara sec.* vbi limitat quando iuste succubuit prout in dubio præsumitur, quia tunc appellare non tenetur.

2 Non tamen tenetur Procurator Appellationē prosequi, *vt dixi Dec. 122. n. p.*

3 Sed etiam in casu, in quo tenetur Procurator appellare, excusatur, si ob Inopiam omisit appellare, *ad tex. in l. si Procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mandati gl. in l. inuitus 17. in V. extendere vbi Salicet n. 6. C. de Proc. port. inst. tit. de excus. tut. in princ. n. 13. Scaccia de Appell. q. 5. n. 22. Medices de casibus fortuit. p. 2. q. 4. n. 38.*

4 Declaratur, vt Procurator, etiam pauper, & Inops, licet excusetur ab appellando, non tamen excusetur à denunciando ipsi Domino, vt possit appellare si velit, *spec. in tit. de Appell. §. p. nu. 2. vers. breuiter Scaccia de Appell. q. 5. nu. 22. vers. subdeclara.*

PRIVIL. CCCXLI.

Protestatio.

SVMMARIVM.

1 PAupertas excusat à protestando, quando est notoria n. 2. & requirit expensam n. 3.

4 Qui ob metum non appellat infra decem dies, debet tamen protestari.

1 PAupertas excusat à protestatione, *Bald. in c. p. de Rescript. Felin in c. si qui testiū n. 10. de testib. Benincas. de paupert. q. 4. n. 22. Barbat. in d. c. 3 de rescript. Cassad. Dec. 6. n. 2. de Appell.* vbi quod, qui ob paupertatem nō est protestatus, nec potuit protestari, habetur pro protestante, *Gigas. de pens. q. 80. n. 2. Odd. de rest. in integ. q. 28. art. 3. n. 20. Scaccia de Appell. q. 5. n. 48. Magon. Decis. Lucēs. 40. n. 7. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 37.*

2 Declaratur pr. vt paupertas tunc excuset à protestatione, quando est notoria, *Benincas. de paupert. q. 4. n. 22. & post alios Giurba D. 116. n. 17. Scaccia de Appell. q. 15. nu. 49.* vbi quod etiam Thesaurus, qui Dec. 10. sentit, pauperem non excusari à protestatione, fatetur tamen eum excusari quando paupertas est notoria.

3 Declaratur 2 vt paupertas excuset à protestando, quando protestatio requirit expensam, alias non, *ad tex. in l. si Procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mandati Barbat. in c. 3. de rescript. Corsett. in Repert. ad Abbat. in V. pauper.*

4 Adde, quod, qui metuēs infra decemdiū nō appellat, debet tamen protestari, *c. fin. de Appell.* intellige, nisi metus influat, etiam in protestationem.

PRI-

PRIVIL. CCCXLII.

Puella p.

SVMMARIVM.

1 Legatum relictum Puellis maritandis non potest dari iam nuptis.
2 Relictum Puellis dotandis, potest dari nuptis sine Dote, vel cum modica quando Maritus est pauper.
3 Relictum pro pauperibus dotandis dari potest, etiam illis, quæ viuunt ex suo labore, sed aliunde non habent.

1 QVamuis Legatum relictum Puellis maritandis, seu nubendis, non possit dari iam nuptis, quia verba Legati non conueniunt, *Bald. in l. fin. n. 11. C. de sen. quę sine cert. quant. Ias. in l. quo minus n. 133. vers. 5. pro eadem parte ff. de flumin. Sanchez. de matrim. lib. 7. Disp. 91. n. 64.*

2 Attamen si relictum sit ad Puellas dotandas, potest Legatum conferri iam nuptis sine Dote, vel cum modica Dote, quando vir tali paupertate laborat, vt onera matrimonij nequeat sustinere, quoniam militat ratio Pietatis, & verba non repugnant, *Bald. Nouell. de Dote p. 5. n. 12. Lupus in c. per vestras de Donat. inter vir, & vxor not. 3. §. 12. n. 8. Sanchez. de matrim. lib. 7. Disp. 91. n. 63.*

3 Nota hic, quod relictum pro pauperibus Dotandis; intelligitur etiam de illis, quæ viuunt ex suo labore si aliunde, quam ex laboribus non habent Alimenta, *Bald. in l. paupertas 9. sub initium post tex. & glos. ibi ff. de excus. tut. Ias. in l. si constante n. 151. ff. sol. matrim. Mantica de Coniectur. lib. 8. tit. 5. n. 22.*

PRIVIL. CCCXLIII.

Puella II.

SVMMARIVM.

1 Relictum pro nubendis, intelligitur de primo nubentibus, sed quando non adessent Puellę nubiles, posset dari secundo nubentibus n. 2.
3 Difficilius est conseruare Vidualem Castitatem, quã Virginalem.

1 RElinquens Legatum pro maritandis, seu Dotandis pauperibus Mulieribus, non intelligitur sensisse de Viduis secundo nubentibus, sed de primis nuptijs, *ad tex. in l. Boues 89. §. hoc sermone ff. de verb. sign. Bald. in Probem. Decretal. n. 25. Ias. in l. duobus §. si ei qui n. 2. ff. de Iureiur. Mantica de Coniect. lib. 8. tit. 5. n. 21. Sanchez. dicens hanc veriorem, & tenendam de matrim lib. 7. Disp. 91. n. 55.*

2 Attamen quando nullæ adessent Puellę pauperes, ætate Nubiles, tunc ex verisimili Testatoris mente, poterit Legatum Viduis pauperibus solui, *Aloys. Bariol. in Aphorism. in litt. L. in V. Legatum, qui adducit Sanchez. de matrim. to. 2. lib. 7. Disp. 91. n. 57. Diana Res. mor. p. 4. tr. 4. Miscellan. Res. 140. vers. notandum est hic obiter.*

3 Adde, quod in hac materia (non resistente mente disponentis) possumus, & debemus Viduis valde fauere, quoniam difficilius est conseruare Vidualẽ Castitatem, quam Virginalem, *Nauar. in man. c. 23. de Luxuria tertio vitio Capitali n. 112.*

PRIVIL. CCCXLIV.

Puella III.

SVMMARIVM.

1 Relictum certis Virginibus nubendis, debetur etiam si Religionem ingrediantur, fallit quando relictum est Puellę, si nubat certę personę.
2 Relicta ad Virgines maritandas in genere, an debeãtur ingredientibus Religionem.
Pia vltima voluntas, non potest in aliam, etiam ęque, vel magis piam causam ab exequtoribus cõmutari.
3 Relictum ad maritandas filias hęredum, debetur etiã si Religionem ingrediantur.

1 QVando Testator reliquit Dotes certis, & determinatis Virginibus, maritandis, debetur illis, etiam si Religionem ingrediantur, *tex. est in §. sed & hoc presentis Auth. de Sanctiß. Episc. & in Auth. nisi rogati C. ad S. Conc. Treb. & post Socin. Fulgos. Felin. Nattam, Bald. Nouell. Sylvestr. Conar. Mantic. Menocch. Molin. Guttierez, & alios docet Sanchez. de matrim. lib. 9. Disp. 33.* vbi limitat quando quis legauit puellę si nubat certæ personæ, *& vide post alias Pellizzar. de monial. c. 10. n. 47, & 48.* vbi optime materiam discutit.

2 Sed Exequtores relictorum in genere ad Virgines maritandas non possent ingredientibus Monasterium applicare relicta, quoniam id non habent in mandatis, & quia Puellas maritare est pia causa, vnde non potest in aliam commutari, licet æqualem, vel magis piam, *Clem. quia contingit 2. de Relig. Domib. & in his terminis Bald. in Auth. nisi rogati n. 11. vers. quæro vtrumquid Monasterium C. ad Treb. Felin. in c. Ecclesia Sanctę Marię n. 93. de Const. Natta cons. 296. n. 9. & 3. Mantica de Coniect. lib. 8. tit. 5. n. 22. Sanchez. de matrim. lib. 9. Disp. 33. n. 31. & 32.* sed contra vide, *Dian. p. 5. tr. 14. Res. 35.* quem refert *Pellizzar. de monial. c. 9. n. 48.*

3 Sed si Testator reliquit aliquid erogandum in subsidium maritandi filias hæredum, intelligitur etiam si velint ingredi Religionem, *Natta cons. 296.* vbi diuersitatis rationes adducit, *Mantica de Coniect.*

Coniect. lib. 8. tit. 5. n. 22. in fine Sanchez. de matrim. lib. p. Disp. 33. n. 32. vers. hoc tamen fatendũ Ludouis. in Bononien. Legati D. 301. n. p. & seq.

PRIVIL. CCCXLV.

Puella IV.

SVMMARIVM.

1 *DOS Puellę relicta, si decesserit ante matrimoniũ non transit ad eius hęredem, & quare, & an & quando alteri sit applicanda n. 3.*
Legatum conditionale, ante conditionis euentum non transmittitur.
2 *Potest esse matrimonium sine Dote, sed non Dos sine matrimonio.*
3 *Personalia non egrediuntur personam.*

1 SI quis Dotem tali Puellæ nominatim reliquerit, & illa decesserit ante contractum matrimonium, relictum non transmittitur ad hæredem Puellæ, quia Legatum Dotis, relictum ab extraneo censetur Conditionale, si scilicet contrahatur matrimonium, & Conditionale Legatum ante Conditionis euentum non est transmissibile, *l. intercidit 58. ff. de Cond. & Dem. l. vnic. §. fin. autem C. de Caduc. Tollen. & in his terminis tradit Ludouis. in Bononien. Legati D. 346. n. 2.*

2 Ratio autem rationis cur, scilicet in Legato Dotis insit tacita conditio matrimonij est, quia licet possit esse matrimonium sine Dote, Dos tamẽ sine matrimonio esse non potest, *l. 3. ff. de Iur. Dot. l. fin C. de Don. ante nupt. vide, quod dixi Dec. 34. n. 16.*

3 Sed quæritur, an tale Legatum, ita caducatum applicari debeat alteri Puellæ pauperi, presertim si pauper erat illa, cui relictum fuerat, & distinguitur, quod si Testator in relicto principaliter respexit fauorem personæ ipsius Puellæ, vt puta, quia ipsi inseruierit, & tunc alteri non debetur, quia videtur ei remunerandi gratia relictum, *ad tex. in l. nec adiecit 9. ff. pro Soc.* & quia personalia, regulariter personam non egrediuntur, *l. exceptiones 7. ff. de excep.* si vero Testator principaliter respexit paupertatem Legatariæ, & animæ propriæ fauorem, & salutem, & tunc erit alteri Puellæ pauperi applicandum Legatum, colligitur hæc Distinctio ex Doctrina, *Bartoli in l. pater §. Tusculanus ff. de Leg. 3. & ita distinguit Abb. in c. nos quidem in fin. de testam. Mantica de Coniect. lib. 8. tit. 5. n. 23. & vide si placet, quę dixi in V. Testamentum.*



PRIVIL. CCCXLVI.

Quarta Canonica.

SVMMARIVM.

1 *DE relicto pauperibus non debetur quarta Canonica, declara vt ibi.*
2 *De Relicto pauperibus, Episcopus nihil detrahit.*
3 *De Legato relicto pro nubendis pauperibus puellis, quarta non debetur.*
4 *De Relicto pauperibus, non debetur quarta Ecclesię Parochiali.*
5 *De Legatis Pijs debetur quarta Parochialis, & Episcopalis.*
6 *Quarta Canonica debetur de Relictis Ecclesia etiam pro anima, ac etiam si testator eam prohibuerit, & quare.*
7 *De omnibus Legatis relictis Ecclesijs existentibus in Diœcesi, debetur Episcopo quarta pars.*
8 *Causa pauperum est aliquando, magis priuilegiata, quam causa Ecclesiæ, vel alias Pia.*

1 DE Relicto pauperibus indistincte, siue alias personis pauperum, non debetur quarta Canonica Episcopo, licet secus sit, quando Relictum est pauperibus certi loci, *Io. And. in c. Dudum de conuers. coniugat Abb cons. 31. col. 2. p. p. Benincas. de paupert. q. 9. spec. 6. in vlt. vol. n. 24. Tiraq. post alios de pia caus. priu. 28. Seraphin in Syracusana quarta D. 726. n. p. & 2. Barbos. de pot. Episc. Alleg. 86. n. 21. & seq. Gauant. in man. Episc. in V. quarta Episcopalis n. 6.*

2 Adde, *tex. in l si quis ad declinandam 37. C. de Episc. & Cler* vbi quod de Relicto pauperibus, Episcopus nihil detrahit.

3 Sic, & de Legato relicto pro maritandis pauperibus Puellis, quarta non debetur, *vt resoluit Sac. Congreg. Episc. & Regul. die 24. septembris 1592.*

4 Ampliatur, vt de Relicto pauperibus, nec etiam debeatur quarta Ecclesiæ Parochiali, *gl. in c. 2. de Sepult. Franc. Aretin. in l. p. col. vlt. C. de Sac. Eccles. Tiraq. de pia causa priu. 28.*

5 Limita, vt hoc priuilegium non competat alijs pijs Relictis extra pauperes, quoniam de illis debetur quarta Parochialis, & Episcopalis, *c. Requisisti 15. c. officij 14. cum ibi not. de testam. Bart. cons. 463. incipit de omni relicto lib. 2.*

6 Ampliatur hæc Limitatio, vt quarta Canonica debeatur de Relictis Ecclesiæ, etiam pro Anima, ac etiam si Testator huiusmodi quartam prohibuerit, *d. c. Requisisti 15. vers. secus autem de testam. Lancellott. inst. canon. lib. 2. tit. 25. §. Canonica portio in fine*, vbi adducitur ratio, quoniam priuata Testatoris dispositio, generalem Canonis Constitutionem immutare non potest.

7 Et quod de omnibus Legatis relictis Ecclesijs existentibus in Diœcesi, debeatur Episcopo quarta

pars

pars, *tradit Sylu. in §. 4. in V. Canonica portio Gauant. in man. Episc. in V. quarta Episcopalus n. p.*

8 Ex quibus collige, quod in hoc, causa pauperum est, magis priuilegiata, quam causa Ecclesiæ, vel alias pia.

PRIVIL. CCCXLVII.

Redditio Rationis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier secundo nubens non reddita ratione tutelę filiorum, incidit in pœnam nubentis infra annum luctus, sed paupertas excusat n. 4.*

2 *Pro redditione rationis administratę tutelæ filiorum hypotecantur Bona Matris, ac secundi viri.*

3 *Sublatę sunt pœnę secundo nubentium inducta in odiū Matrimonij, non autem inductę in fauorem filiorū.*

1 MVlier secundo nubens, ante quam reddat rationem administratæ tutelæ filiorum, & soluat, quod debet, incidit in pœnam nubentis in-
2 fra annum luctus, *Auth. eisd. C. de Sec. Nupt. et vide tex. in §. si autem tutelam Auth. de nupt.* vbi pro redditione rationis tutelæ Mulieris transeuntis ad secunda, vota, non solum hypotecantur Bona Mulieris, sed etiam Bona secundi Mariti.

3 Et nota, quod hæc pœna, cum inducta non sit in odium secundi Matrimonij, sed in fauorem filiorum, non est sublata à Iure Canonico, *ad late tradita per Ant. Gabr. concl. 6. n. p. de sec. nupt.*

4 Paupertas tamen excusat Matrem si non reddat rationem tutelæ, antequam transeat ad secunda vota, *ad tex. in l. p. & 2. C. de Sec. nupt. Bald. in Auth. eisd. C. eod. Gigas. qui textus praedictos, & Bald. adducit de pens. q. 80. n. 7.*

PRIVIL. CCCXLIII.

Regularis.

SVMMARIVM.

1 *Regulari, stabilium, etiam vsusfructus prohibetur, mobilium vsus quomodo permittatur, & n. 2.*

3 *Contra votum solemne Castitatis, & paupertatis, an possit Pontifex dispensare.*

1 REgulari, Bonorum stabilium vsusfructus, vel etiam vsus concedi non potest, etiam à Superiore; mobilium tamen vsus, ita permittitur, vt eorum supellex statui paupertatis, quam professus est, conueniat, nihil superflui in ea sit, & nihil, quod sit necessarium denegetur, *Ita disponit Conc. Trid. sess. 25. de Regular. c. 2.*

2 Et super, *d. c. Sacra Congregatio in vna Carmelitarum die 2. Decembris 1634.* declarauit Regularem, vltra supellectilem statui paupertatis conuenientem, retinere non posse alia Bona, etiam de Licentia Superioris, ac dependenter ab eius nutu, *vt Legitur Annotationibus Eminentissimi Cardinalis Bentiuoli Gloriosissimę memorię.*

3 Confert, *tex. in c. ad monasterium de stat. Regular. ibi,* Abdicatio proprietatis, & Custodia Castitatis, est adeo propria Regulæ Monachali, vt contra eam, nec Summus Pontifex possit Licentiam indulgere, sed vide, quæ dixi *in V. Monachus, & in V. Votum.*

PRIVIL. CCCXLIX.

Renunciatio I.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes renunciare nō possunt eorum priuilegijs.*

2 *Pauperes modico præsenti recepto, renunciare solent.*

3 *Super Alimentis sine Iudicis Decreto inualide transigitur.*

4 *Actus contra misericordiam non subsistit.*

5 *Sententia contra misericordiam non est tenenda, nec audienda.*

Potior est misericordia Sacrificijs.

6 *Priuilegium concessum causa misericordię, non potest renunciari.*

7 *Legatarius Pius potest ad illud agere non obstante renunciatione, & quare.*

Legatum Pium censetur factum ad exonerationem Conscientię.

8 *Renunciatio specialis priuilegio pio facta, an teneat.*

1 PAuperes, & miserabiles personæ renunciare non possunt priuilegijs inductis in eorum fauorem, *gl. in l. vnic. C. quan Imper. int. pup. & Vid. quam sequitur ibi Bald. & Salicet. & Flor.* dicens eam non esse alibi, *Felin. in c. si diligenti n. 16. de For. comp. & post gl. & Felin. Paris. ad Bart. in d. l. vnic. C. quan. Imper.* appellans glosam illam singularem, *Crauetta cons. 116. n. 2. Curt. in l. si quis in conscribendo C. de pact. Neuizzan. in Sylua Nupt. lib. 6. n. 37. Rebuff. de sent. prouis. art. 3. gl. vlt. in fin. n. 38. post Neuizzan. Franch. Nattam Thesaur. Marchesan. Scaccia de Appell. qu. 7. n. 115. & 116. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 57. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 86. n. p. et 2.*

2 Prima ratio Conclusionis esse potest, quoniam pauperes, & miserabiles, facile, & modico dato renunciarent, *Rebuff. de Litt. prouis. Art. 3. gl. vltim. in fin. n. 38. Scaccia de Appell. q. 7. n. 115. vers. rationem.*

3 Confert, *tex. in l. cum ii. 8. ff. de transl. ibi,* cum ij, quibus Alimenta relicta erant, facile transigerent con-

contenti modico præsente, Diuus Marcus Oratione recitata in senatu effecit, ne aliter Alimentorum transactio rata esset, quam Authore Prætore facta.

4 Secunda sit ratio, quoniam renunciatio hæc tolleret Misericordiam, & sic esset contra Bonos mores, & non subsisteret, *ad tex. in c. fin. de pact. Felin. in c. si diligenti n. 16. de foro comp. & post Craucttam, & Franchum, Seacсia de Appell. qu. 7. n. 115. vers. rationem.*

5 Confert, *tex. in can. ponderet 50. Dist. ibi,* Sententiam, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed, & audire fugite, quia potior est misericordia omnibus Holocautomatibus, & Sacrificijs.

6 Infertur pr. quod quando conceditur priuilegium ex causa misericordiæ, non potest renunciari, *ita post gl. in d. l. vnic. C. quand. Imper. quam ad hoc singularem dicit, tradit Paris ad Bart. in ead. leg. vnica.*

7 Infertur 2. vt is, cui relictum est Legatum pium possit ad illud agere non obstante renunciatione, vt firmat *Nonar. in praxi priu. miser. priu. 3. nu. 9. & seq.* ea ratione vltra prædictas, quoniam Legatum pium censetur factum ad exonerationem Conscientiæ, vnde non potest Legatarius renunciare in præiudicium Animæ Testatoris.

8 Declaratur, vt Renunciatio non valeat quando est generalis, secus si esset specialis, & facta præcedente Certioratione, *ad tradita per Nouar. in praxi priuil. miser. priu. 86. n. p. & 2.*

Sed cogita super hac Declaratione, quoniam tres rationes adductæ supra, militare videntur, etiam in Renunciatione speciali, & propterea de illius, etiam viribus valde dubitarem, & in dubio, etiam nullam pronunciare non dubitarem.

PRIVIL. CCCL.

Renunciatio II.

SVMMARIVM.

1 *AN, & quando valeat super Alimentis transactio, compromissum, renuntiatio e[t] Iuramento.*

2 *Superueniente paupertate possunt Alimenta peti non obstante renunciatione iurata.*

1 AN, & quando quis possit super Alimentis transigere, compromittere, renunciare, saltem cum Iuramento, longa est quæstio, quam ad partes discutit, *Surd. de Alim. tit. 8. priu. 56. per tot.*

2 Certum tamen est, quod Renunciatio, etiam Iurata non obstat quando post eam superuenit extrema paupertas in eo, cui Alimenta debebantur, poterit enim illa petere non obstante quaqunque renunciatione, *Fed. de sen. cons. 64. in fine Imola in c. cum contingat. de iureiur. Alciat. cons. 267. n. 7. Felin. in c. ex Rescripto n. 12. de iureiur. Vitalin in tract. Claus. vers. an possit renunciari alimentis Surd. de Alim. tit. 8. priu. 56. n. 60.*

PRIVIL. CCCLI.

Rescriptum.

1 *RESCRIPTUM contra miserabilem non valet, nisi sit expressa persona, & miseria, qua illa reperitur affecta.*

2 *Littera generales etiam Pontificiæ, quod omnes soluant, non comprehendunt Moniales specialiter exemptas.*

3 *Rescriptum contra miserabiles personas non valet, nisi sit expressum, quod dictę personæ sint miserabiles.*

4 *Rescriptū est surreptitium quoties non narratur Principi, quicquid eum difficilem reddere posset ad gratiam.*

1 RESCRIPTUM Impetratum contra miserabilem non valet, nisi sit expressum, qua miseria sit ille affectus, *Innoc. in c. significantibus de offic. Deleg. Card. cons. 136. sub finem Felin. in d. c. significantibus n. 6. de offic. Deleg. Castrens. in l. vn. C. quan. Imper. n. 3.* vbi quod oportet fieri expressam mentionem personarum, vt valeat rescriptum, vel priuilegium alteri concessum contra miserabiles personas.

2 Confert ad id, quod Concesso Monialibus priuilegio exemptionis, à quibusdam grauaminibus Sedi Apostolicæ soluendis, licet inde veniat Legatus cum litteris generalibus, quod omnes soluant, non tamen intelligitur derogatum priuilegio prędicto concesso Monialibus, tanquam miserabilibus personis, ex quo de qualitate illarum in dictis litteris generalibus non fuit facta mentio specialis, *ita sensit Cyn. quem refert, & seq. Castr. in d. l. vnic. n. 3. C. quand. Imper. int. pup. & vid.*

3 Et quod impetrans rescriptum contra miserabiles personas, debeat exprimere, quod personæ illæ, contra quas impetrat, sint miserabiles, alias impetratum rescriptum non valeat, senserunt, *Zabarell. cons. 136. n. 10. Tuscus Conclus. 274. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 40. n. p. & 2.* vbi rationem adducit, quoniam facta mentione prædicta, forte Princeps non concessisset, debet autē

4 Principi manifestari omne id, quod eum difficilem reddere posset ad gratiam concedendam, alias rescriptum est surreptitium, vt ibi per eum, & ante eum, *per Trentacinq; Var. Resol. lib. p. Res. p. tit. de Rescript. & per Pereiram Decis. Lusitan. 70.*

PRIVIL. CCCLII.

Residentia.

SVMMARIVM.

1 *Residentia Episcoporum, & Parochorũ, an sit de Iure Diuino, licet eis abesse ex causis, de quibus n. 2.*

3 *Ex capite Christianę Charitatis, permittitur Regulari relinquere Residentiam Monasterij.*

1 QVamuis Residentia Episcoporum, & Parochorum sit de Iure Diuino, *ex Conc. Trid. sess. 23. c. p. de Reform. ibi*, cum præcepto Diuino mandatum sit omnibus, &c. *Garzia de Benef. p. 3. c. 2. n. 16. Ceuall. in Thesaur. Commun. con. com. q. 585.* licet referat communem contra communẽ.

2 Attamen non solum ex debita Obedientia, vel ex euidenti Ecclesiæ vtilitate, vel ex vrgenti necessitate, sed etiam ex Christiana Charitate, licet Abesse à Residentia pro tempore ad id necessario, *Conc. Trid. d. sess. 23. c. p. de Reform. Barbos. de offic. paroch. c. 8. n. 46.*

3 Vide, quæ in simili dixi *in V. Pater*, vbi ex capite Christianæ Charitatis dispensatur, etiam Regularis, vt possit relinquere Residentiam Monasterij.

PRIVIL. CCCLIII.

Restitutio I.

SVMMARIVM.

1 *NON remittitur peccatum, nisi restituatur Ablatum, fallit in paupere impotente n. 2. dummodo habeat voluntatem restituendi n. 3.*

1 QVamuis non remittatur peccatum, nisi restituatur Ablatum, *ex tex. D. Aug. in can. peccatum 4. de Reg. Iur. in 6. & in c. cum tu 5. de vsur.*

2 Id tamen fallit in eo, qui est omnino pauper, & Inops, & non habet quid restituat, *tex. est in d. c. cum tu 5. de vsur. ibi*, dummodo in facultatibus habeant, & clarius ibi, illi autem, qui non habent in facultatibus, vnde vsuras valeant restituere, non debent vlla pœna mulctari, cum eos nota paupertatis euidenter excuset.

Ad Idem, *tex. in c. quamquam quod est secundum, & postremum de vsur. in 6. sub initium ibi*, patiuntur facultates, & sub finem ibi, pro suarum viribus facultatum, *tradit Lucas de penn. in l. fin. C. de his, qui num. lib. se excus. lib. 10. col. 2. vers. 2. propter paupertatem Abb. in d. c. cum tu n. 4. in fin. de vsur.* vbi quod non valens restituere, ex quo pænitet, excusatur à pœna æterna, *Rolan. cons. 87. n. 43. lib. 2.* vbi quod pauperes excusantur à pœna æterna si non valent restituere illicite capta, dummodo peniteant.

3 Declara, vt qui non habet facultatem, debeat tamen, & teneatur habere voluntatem restituendi, nam ab obligatione restitutionis ablatorum, excusat quidem paupertas, sed cum voluntate restituendi, & cum tanta Contritione, quanta est possibilis, *D. Thom. in 4. Sent. Dist. 12. q. p. art. 5. circa medium, quem refert Bellencin. ad Abb. in c. 2. de Rescript. in princ.*

PRIVIL. CCCLIV.

Restitutio II.

SVMMARIVM.

1 *QVæsita ex turpi quęstu quando turpitudo est ex parte dantis, & recipientis, restituenda sunt pauperibus, declarà vt n. 3.*

2 *Quæsita ex Adulterijs, Adultera, an teneatur restituere Marito, vel pauperibus, vel possit ea sibi retinere.*

3 *Pecunia Simoniaca eroganda est in Ecclesię vtilitatem, in cuius fuerit soluta dispendium.*

4 *Quęsita ex illicita negociatione sine alicuius calumnia non sunt restituenda pauperibus, nisi de Consilio.*

1 EX Delicto, seu turpi quæstu quæsita, quando turpitudo est ex parte dantis, & ex parte recipientis, restituenda sunt pauperibus, *gl. fin. in Reg. peccatum de Reg. Iur. in sex. Paludan. in 4. Sent. Dist. 15. q. 3. art. 5. vers. tertia Conclusio Ioan. à Medin. de Rest. q. 2. c. 2. & hanc. Sententiam frequenti Doctorum consensu receptam esse fatetur Couar. in d. Reg. peccatum de Reg. Iur. in sex. p. §. 2. n. 7. vers. ex tertia Conclusione*, licet eam ipse non sequatur simpliciter, sed cum Declaratione, de qua infra, & hanc etiam esse communem Iuris

2 cons. & Canonistarum Sententiam, *ostendit Diana p. 2. tr. 17. Miscellan. Res. 7. vers. dices secundo*, quamuis ipse aliam sequatur ibi, tanquam probabiliorem, seu Benigniorem in casu illo, vt scilicet Mulier Adultera non teneatur restituere Marito, vel pauperibus quæsita ex Adulterijs, sed possit ea sibi retinere.

3 Declaratur, vt procedat Conclusio quando interuenit materia vendibilis, vt est etiam in Meretrice Labor; Alias secus, vt in Simonia, pecunia enim tunc eroganda est in Ecclesiæ vtilitatem, in cuius fuerit soluta dispendium, *ita Couar. in d. Reg. peccatum de Reg. Iur. in 6. p. 2. §. 2. n. 7. vers. ex tertia Conclusione*, sed quo ad Meretricem, vide, quæ dixi *in V. Incerta*.

4 Quesita vero ex illicita negociatione sine alicuius Calumnia, pauperibus distribuenda sunt de

Consilio

Consilio; non de præcepto, *ad tex. in c. qui habetis in c. non sane in can. fin. 14. q. 5. Innoc. in c. quia pleriq; de Immun. Eccles. Abb. in c. cum sit 16. n. 2. de Iudeis*, vbi adducit ad id etiam, *tex. in c. fin. de Simon. Neuizz. in Sylua Nupt. lib. p. n. 28.* vbi loquitur in Meretrice, *ad tradita per DD. in c quia pleriq; de Immun. Eccles. Nauar. in man. c. 17. n. 30. & 31.* vbi testatur de communi Canonistarum, & Theologorum Sententia.

PRIVIL. CCCLV.

Restitutio III.

SVMMARIVM.

1 *QVI tenetur pauperibus restituere, vel distribuere, si vere pauper est, potest retinendo, sibi elemosinam facere saltem in foro poli, & de Consilio Confessoris, & quando restitutio facienda est pauperibus in genere n. 2.*

1 QVI tenetur pauperibus aliquid restituere, vel distribuere, potest sibi retinere, tanquam vnus pauper si vere pauper est, *ad tradita per Bald. in l. id, quod pauperibus qu. 22. C. de Episc. & Cler. Calderin. cons. 39. de Testam. Aucaran cons. 84. incipit D. Apolonia Maugrell. addens. ad Bart. in l. illicitas §. prætes ff. de offic. præsid. in V: si non potest soluere pecuniam Hipol. in l. vnius §. seruo ff. de quæstion. Neuizzan. in Sylua lib. 5. n. 48. Nauarr. de oratione c. 7. n. 25. & in man. c. 25. n. 122. in*
2 *fine, & n. 123. in prine.* vbi quod saltem verum est in foro Conscientiæ, & de Consilio Confessoris, *& in commentario de elemosina n. 12.* vbi quod, qui sic sibi tanquam pauperi subuenit, dicitur veram Elemosinam facere, *& in eod. comment. n. 71. & 72.* vbi intelligit quando Restitutio facienda est pauperibus in genere, sed vide, quæ dixi copiosius *in V. Electio.*

PRIVIL. CCCLVI.

Restitutio in Integrum.

SVMMARIVM.

1 *PAuperibus competit restitutio ex Clausula, si qua mihi iusta causa, etiam aduersus non confectionem Inuentarij, & aduersus Sententiam.*
2 *Restitutio in Integrum dicitur miserabile Beneficium.*
3 *Restitutio ex Clausula, si qua mihi datur suggerente æquitate, quæ cum pauperibus maxime seruatur.*
4 *In Restitutione ex Clausula, si qua mihi, habetur ratio humanitatis, quæ præsertim erga pauperes est exercenda.*
5 *Restitutio in Integrum competit pauperibus vniuersis, & singulis.*
6 *Hospitale, & quælibet pia causa restituitur in Integrum.*
7 *Pauper restituitur aduersus nō cōfectionē Inuentarij. Paupertas est iustum impedimentum.*
8 *Etiam propria culpa, factus pauper, gaudet priuilegio Restitutionis in Integrum.*
9 *Qui amissis bonis, & Ciuitate relicta, nudus exulat, non restituitur.*
10 *Pauper non appellans, excusatur à pœna Desertionis, vel restituitur.*
11 *Pauper æquiparatur Ecclesiæ signanter in Restitutione in Integrum.*
12 *Pauperibus, vt Ecclesiæ, competit Restitutio, etiam post quadraginta annos.*
13 *Pauper restituitur solum in ijs, quæ requirunt impensam, verecundus autem, etiam in alijs.*
14 *Impedimentum non excusat, nisi quando fuit adhibita diligentia ad illud remouendum, & fuit causa omissionis, sic in paupertate.*
15 *Pauperibus Restitutio conceditur Iudicis Arbitrio. Negligentibus non subuenitur.*
16 *An pauper restituatur in Integrum, quando agit de lucro captando. Minor restituitur, etiam ad Lucra.*
17 *Ecclesia restituitur, etiam in Lucratiuis. Pauper gaudet priuilegijs Ecclesiæ.*
18 *Fœneratur Domino, qui pauperis miseretur.*
19 *Pauperi, an detur Restitutio aduersus quadriennium lapsum post Læsionem.*

1 COmpetit pauperibus in Integrum Restitutio ex Clausula, si qua mihi Iusta causa videbitur, *de qua in l. p. ff. ex quib. caus. maiores ad tex. in l. si Procuratorem 8. §. si ignorantes in fine ff. mandati, & in §. alt Auth. de ijs, qui ingrediuntur ad appellan. & in c. ex ratione, vbi glos. de Appell. Bart. post glos. in Auth. et qui C. de temp. App. Bellamer. Conclus. 44. in fine Abb in d. c. ex ratione de App. vbi Dec. n. 46. de commmuni testatur idem Dec. cons. 436. n. 22. Benincas. de paupert. q. 4. n. 18. Mascard. de prob. Conclus. 1274. n. 7. Odd. de Rest. in Integr. p. p. q. 3. art. 3. n. 14. & 15. & latius in locis ibi per eum allegatis, & q. 11. art. 9. per tot. Giurba Dec. 18. n. 2. Caualcan. de Tutore, & Curatore n. 104.* vbi loquitur de Restitutione in Integrum aduersus non confectionem Inuentarij, *Costa de Remed. subsidiar. Remed. 25. n. 12.* vbi post solam, loquitur de paupere nobili verecundo, *Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 63. n. p.* qui loquitur, etiam de Restitutione in Integrum aduersus Sententiam.
2 Confert ad hoc ratio, quod, in Integrum Restitutio, dicitur miserabile Beneficium, *l. præses 43. ff. de minor. l. 3. ff. Rem. Rat. haberi,* vnde pauperibus, tanquam miserabilibus personis, maxime conuenit, & competit, *Bald. cons. 465. n. 2. lib. p. Odd. de Rest. in Integr. p. p. q. 3. art. 3. n. 10* quibus iunge, quæ dixi *in V. Misericordia.*

3 Ad idem, *tex. in l. sed, & si per pratorem 26. ff. ex quib. caus. maiores ibi,* quoties æquitas, restitutionem suggerit, ad hanc Clausulam erit descendendum, & iunge, quæ dixi *in V. æquitas.*

4 Ad idem, *tex. in l. si eius 38. §. fin. in fin. ff eod. tit. ex quib. caus. maior* vbi dicitur, quod in huiusmodi Restitutione habebitur ratio humanitatis, & cæterorum, quæ casu contingunt, *& iunge tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi,* humanitatis nostræ est egenis prospicere.

5 Ampliatur pr. vt in Integrum Restitutio non solum competat Collegio pauperum, sed etiam singulis pauperibus, *Odd. de Rest. in Integr. p. p. q. 3. art. 7. per tot.* vbi explicat, an, & quando competat Restitutio Iure minorum, vel ex Clausula, si qua mihi.

6 Et in specie, quod Hospitale restituatur in Integrum, *tradunt Innoc. Ancar. Imol. in c. nisi Ecclesia de praben. Bald. & Castrens. in l. Orphanotrophos post princ. C. de Ep. & Cler. idem Bald. cons. 465. incipit in Ciuitate Brixia lib. p. & cons. 381. incipit questio subtilis est col. p. lib. 3. Roman. cons. 407. post princ. incipit cum prasupponatur Tiraq. de priu. pia caus. priu. 138.* vbi generaliter id etiam probat in qualibet pia causa.

7 Ampliatur 2. vt pauper, qui ob Inopiam Inuentarium non confecit, excusetur; & restituatur in Integrum aduersus dictam omissionem, *Franch. Monachi Decis. Delphinat. 291. Phancuc. de Inuent. Hered. p. 2. n. 22.* vbi rationem adducit, quia paupertas reputatur iustum impedimentum, *l. si Procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mand. cum alijs, de quibus ibi per eum.*

8 Ampliatur 3. vt in Integrum Restituio competat, etiam pauperibus, qui propria culpa in paupertatem inciderint, *ad glos. in can. Sacrorum 12. q. 2. Io. Andr. & Imol. in c. quam in Ecclesiarum in 3. col. de Const. Feliu. in c. si qui testium n. 11. de testib. Redoan. de Reb. Eccles. non Alienan. tit. de causa pia n. 71. Benincas. de paupert. d. q. 4. n. 46. Odd. de Rest. in integr. p. p. q. 11. art. 10. n. 54. & seq.* & ad materiam huius Ampliationis vide quæ dixi *in V. priuilegia.*

9 Declara, quia nulla Restitutionis æquitas est aduersus eum, qui amissis Bonis, & Ciuitate relicta, nudus exulat, *ita loquitur tex. in l. tutelas 7. §. fin. ff. de Capitis Dimin.*

10 Ampliatur 4. vt si Statutum velit solui certam Gabellam ab Appellante, alias appellatio deseratur, si pauper non soluat, excusatur a desertione, vel saltem in Integrum restituitur, *vt post Bald. Ias. & Cremens. tradit Phancuc. de Inuent. p. 2. n. 22.* & vide, quæ dixi *in V. Appellatio.*

11 Ampliatur 5. vt Restitutio in Integrum pauperi competat in omnibus casibus, in quibus competit Ecclesiæ, cui pauper in hoc etiam æquiparatur, *Bald. in l. pen. §. cum autem C. ad Trebell. & in l. illud C. de Sac. Eccles. Ias. in Auth. quas actiones n. p. C. de Sac. Eccles. Rim. sen. cons. 581. n. 5. lib. 3.* vbi etiam in specie loquitur de Rest. in Integr. aduersus Statutum, *Rim. Iun. ibid. in Additione in litt. E.*

12 Et quod in Integrum Restitutio competat Ecclesiæ, & pauperibus post annos quadraginta ex capite Ignorantiæ, *Bellon. qui de commun. testatur cons. 46. n. 25. Sarmienc. lib. 2. Selectarum c. 10. Ceuallos. in Thesaur. commun. contr. commun. q. 48. n. 17.*

13 Limitatur pr. vt Conclusio non procedat in ijs, quæ non requirunt impensam, *Bart. in l. Inuitus n. 6. C. de proc. Odd. de Rest. in Integr. q. 11. art. 9. n. 50. late post alios Costa de Remed. subsid. Rem. 25. n. 16.* vbi tamen intelligit in simplici paupere, secus in paupere verecundo, nam illum indistinctè restitui probat, *ibid. prius n. 12. & seq.*

14 Limitatur 2. vt paupertatis impedimentum non sufficiat ad obtinendam Restitutionem in Integrum, nisi probetur, quod quis propter eam nõ fuerit causam prosequtus; quia non sufficit allegare impedimentum, nisi probetur, quod facta fuerit diligentia ad illud remouendum, & quod illud fuerit causa, quare non fuit processum, *Ita in causa Lucensi Abbatię S. Vincentij 9. Nouembris & V Maij 1546. Puteus Dec. 8. de Rest. in Integr. Marchesan. de Commiss. p. 2. c. 2. tit. de Commiss. Rest. in Integr n. 18.*

15 Declaratur, vt Iudicis Arbitrio concedatur pauperi in Integrum Restitutio, cognito, scilicet, quod paupertas sit talis, vt eam mereatur, *ad tex. in l. paupertas 9. iuncta gl. ff. de excus. tut. Bald. cons. 5. n. p. lib. p. Odd. de Rest. in Integr. q. 11. art. 9. n. 53.*

Confert, *tex. in l. non enim. 16. ff. ex quib. caus. maior. ibi,* non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis, totumq; istud Arbitrio Prætoris temperabitur.

16 An autem pauper in Integrum restituendus sit, non solum quando agit de damno vitando, sed etiam quando de lucro captando, quęstio esse potest, quam in his terminis à nemine discussam inuenio.

Et pro negatiua quidem induci potest, *tex. in l. sciendum 18. ff. ex quib. caus. maior.* vbi generaliter disponitur, quod Restitutio ex Clausula, si qua mihi non datur ad lucra, ibi, non cum ad lucri faciendi causa ex alterius pœna, vel damno, auxilium sibi impertiri desiderant.

Neq; huic obstat, *tex. in l. & siue 27. ff. eod. tit. ex quib. caus. maior. ibi,* & siue quid amiserit, siue quid lucratus non sit, Restitutio facienda est, quia intelligitur de lucro sine damno alterius, *vt ibi per glos.*

Sed pro affirmatiua adduci potest, quod minor 25. an. restituitur in Integrum, etiam ad lucra, *l. aut prętor 7. §. fin. ff. de minor. Peregr. de Iure fisci lib. 6. tit. 2. n. 11. dixi Dec. 172. n. p.* pauperes autem minoribus æqniparantur, immo gaudent, etiam priuilegijs Pupillorum, dixi *in V. minor.*

17 Confert ad idem, quod Ecclesia restituitur, etiam in Lucratiuis, *vt post glosam tradit Abb. in c. Auditis de Rest. in integr. Peregrin. de iure fisci lib 6 tit. 2. n. 12.* pauperes autem gaudent priuilegijs Ecclesiarum, dixi in V. Ecclesia, & signater in hac Restitutionis materia, dixi supra.

Accedat, quod pauper, lucrum amittens, videtur quodammodo damnum sentire.

18 Vltimo comprobare id potest, *tex. cum gl.* in *d. l. & fine 27. ff ex quib. caus. mai.* quia pauperis lucrum fere semper dici potest sine damno alterius, immo cū lucro alterius, nā fœneratur Domino, qui pauperis miseretur, *pro. 19.*

19 An vero ob paupertatem detur in Integrum Restitutio, etiam aduersus quadriennium lapsum post Læsionem, quæstio est, *& Puteus Dec. 446. n. p.* negatiue respondit, & quod ex dictis, *per Ab. in c. fin. n. 13. de Rest. in Integr. fuerit habita pro communi refert, etiam Marchesan. de Commis. p. 2. c. 2. de Commiss. Rest. in Integr. n 17.* qui tamen limitare videtur quando constaret paupertatem dedisse causam non petendi Restitutionem, etiam infra dictum quadriennium.

PRIVIL. CCCLVII.

Retractus.

SVMMARIVM.

1 *Pauper requirendus est ad Retractum, non tamen admittitur in fraudem ad retrahendum pro alio, sic & filiusfam. n. 2.*

1 Pauper etiam, requirendus est ad Retractum, *Tiraq. de Retrac. Lignag. § p. gl, 9. n 59. vsq; ad 76. Osasch. D. 175. n. 2. Gratian. Discept. Forens. lib. 3. c. 433. n. 83.*

2 Declaratur, vt pauper possit quidem retrahere pro se, non autem in fraudem pro altero, *ad tradita per Campan. super Consuetud. Mediolan. c. 40. n. 160. Tiraq. de Retract. consang. seu Lignag. gl. p. §. 5. n. 3. & 4. Gratian. Discept. Forens. lib. 3. c. 433. n. 84.* vbi loquitur in filijsfam. dicens eos admitti ad retrahendum, nisi adsit fraus.

PRIVIL. CCCLVIII.

Reus,

SVMMARIVM.

1 *Reus petens se remitti ad suum Iudicem, remittitur expensis petentis, sed si sit pauper Reus, remittitur expensis Iudicis: sic Paulus fuit remissus ad Cæsarem n. 2.*

1 Quamuis Reus petens se remitti ad suum Iudicem, remittendus sit expensis ipsius petentis, *Bald. in l. generaliter §. his de præsentibus n. 4. & ibi Barbat. in Appostilla C. de Reb. Credit. Felin. in c. p. n. 8. in fine de Libell. oblat. Surd. de Alim. tit. p. q. 74. n. 4.*

2 Attamen quando Reus est pauper, remittitur expensis Iudicis, *Io. Fab. in l. minime C. de Appell. Capell. Tolos. Dec. 100. Boer. D. 103. n. 5. Surd. de Alim. tit. p. q. 74. n. 5.* vbi quod Paulus fuit remissus ad Cæsarem, non expensis proprijs, quia ipse nihil habebat, sed expensis Iudicis.

PRIVIL. CCCLIX.

Sacrilegium.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quando transeat in Sacrilegium de Iure Canonico, & Ciuili.*
2 *Sacrilegium admittitur offendendo personam Ecclesiasticam.*
3 *Vsurpatio Bonorum Ecclesiæ, dicitur quasi Sacrilegiu.*
4 *Disputare, vel dubitare de potestate, vel Iudicio principali, est quasi Sacrilegium.*
5 *Fur Bonorum Hospitalis, Sacrilegus dicitur, & quare. Bona pauperum priuilegiantur, vt Bona Ecclesiarum.*
6 *Quicquid habent Clerici, pauperum esse dicitur. Qui quod pauperum est, accipiunt, Sacrilegium incurrunt.*
7 *Iniustus dicitur, qui pauperi non dat, Sacrilegus qui aufert.*
Damnatur, qui non dedit proprium, magis qui inuasit alienum.
Damnatur, qui non vestiuit, magis, qui spoliauit.
8 *Pasqua Diuitum dicuntur pauperes.*

1 Suppono, quod proprium Sacrilegium non admittitur de Iure Ciuili, nisi quando subtrahitur Res Sacra de loco Sacro, at de Iure Canonico, alterum sufficit, scilicet, vel quod subtrahatur Res Sacra de loco non Sacro, vel quod de loco Sacro auferatur res, etiam non Sacra, *docet Bart. in l. Diuini n. p. ff. ad leg. Iul. peculat. Hostiens. in summ. de Crimin. Sacrileg. n. p. Clar. qui de communi testatur in §. Sacrilegium in princ.*

2 Præterea Sacrilegium admittitur, etiam offendendo personam Ecclesiasticam, *can. qui fecit, & can. quisquis 12. q. 4. leg. si quis in hoc genus C. de Ep. & Cler. Hostien. in sum. de Crim. Sacrileg. n. p.*

3 Lato modo dicitur, etiam Sacrilegium subtractio, vel vsurpatio Rei Ecclesiasticæ, seu Bonorū Ecclesiæ, & proprie dicitur quasi Sacrilegium, *c. nulli 12. q. 2. ibi,* vt Sacrilegus puniatur, *Hostien. in sum. de Crim. Sacrileg. n. 2.*

4 Sic etiam quasi Sacrilegium videtur, disputare, vel dubitare de Principis potestate, electione, vel

Iudicio, *ad tex. in l. 2. C. de Crim. Sacril. ibi,* disputare de principali Iudicio non oporter, nam dubitare, an is dignus sit, quem Imperator elegerit, Sacrilegij instar est, sed tamen plusquam Sacrilegium aliquando punitur.

5 His præmissis nota, quod fur rerum, & Bonorum Hospitalis, dicitur, & est Sacrilegus, *Hostiens. in c. conquestus de foro comp. Felin. in c. de quarta n. 10. sub finem de præscript.* qui rationem adducit, quoniam Bona pauperum priuilegiata sunt, vt Bona Ecclesiarum.

6 Confert ad hoc, *tex. Hieron. in can. quoniã quicquid 16. q. p. ibi,* quicquid habent Clerici, pauperum est, & qui quod pauperum est, accipiunt, Sacrilegium incurrunt.

7 Et si Iniustus dicitur, qui pauperi non dat, cum tenetur, *vt est tex. Ambros. in can. sicut 87. Dist. ibi,* quis enim tam Iniustus, vt dixi in V. Elemosina, non mirum si Sacrilegus dicatur, qui aufert à paupere, quod ei non dedit, & si in Ignẽ mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus est, qui inuasit alienam? & si cum Diabolo ardet, qui nudum non vestiuit, vbi putas arsurus est, qui expoliauit, *vt dixit Aug. serm. 20. de verb. Domin.*

8 Frequens tamen esse videtur hoc Sacrilegium, *ad tex. Eccli. 13. ibi,* Pasqua Diuitum pauperes, & ad materiam huius priuilegij, vide alia *in V. Alienatio priu. 13.*

PRIVIL. CCCLX.

Salarium I.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum non debetur, nisi probentur duo extrema, de quibus n. 2.*
3 *Famulo pauperi debetur indistinctè salarium, etiam non conuentum.*
4 *De Iure Canonico, & Diuino, Salarium etiam non conuentum, videtur deberi, & saltem de æquitate, quæ maxime cum paupere est exercenda n. 5.*
6 *Pactum de gratis inseruiendo, non videtur validum, etiam in Liberto, saltem paupere n. 7.*
8 *Salarium famuli quanto tempore præscribatur.*
9 *An valeat Statutum inducens triennalem præscriptionem Salarij.*
10 *Ex Statuto Fer. merces soluenda est in pecunia numerata.*

1 Salarium non conuentum, inseruienti non debetur regulariter, *ad tex. vbi Bald. in l. sed & si quid 18. §. sufficienter ff. de vsufruct. & in l. p. ff. de var. & extraordin. cognit. Alex. in l. in ijs 67. §. seruis ff. sol. matrim. Dec. cons. 132. in fine Granut. Theorem. 12. n. 12. Rota in Romana mercedis Dec. 559. n. p. p. p. Diuers. Carocc. de Locato p. p. q. 10. n. 3. Seraphin. in Romana mercedis D. 849. n. 2 & sæpe Decisum refert Riccius Collectan. Decis. 659.*

2 Sed ad hoc, vt Salarium non conuentum debeatur, probari debent duo illa extrema, quod videlicet inseruiens, seu famulus sit solitus operas locare, & Dominus solitus conducere, *Feder. de Senis cons. 18. in fine Alex. cons. 109. n. 12. lib. 6. Natta cons. 376. n. 4. Bonacoss. de famulis q. 79. Carocc. de locato p. p. q. 10 Put. Dec. 44. lib. 2. Seraphin. post Alex. & Dec. in Turritana mercedis D. 74. n. p. & 2.*

3 Attamen quando famulus est pauper, non habens aliunde, debetur ei indistinctè salarium, etiã non conuentum, *Petr. de Vbald. de duob. Fratribus p. 6. in fine, Bonacossa de famulis q. 79. Carocc. de locato p. p. q. 10. n. 7.*

4 Confert ad idem, quod de Iure Canonico, & Diuino, salarium, etiam non conuentum, videtur deberi, *Socin. cons. 196. vol. 2. sequitur Gennens. in practicab. Eccles. q. 724. n. 2.*

5 Et saltem idem videtur procedere, si non de rigore Canonico, saltem de æquitate Canonica, æquitas autem maxime seruandã est in pauperum fauorem.

6 Immo pactum de gratis inseruiendo, non videtur valere, *ad tex. fortiorem in l. imponi 33. ff. de operis libert. ibi,* imponi operæ, ita vt se libertus alat, non possunt.

7 Quod omnino videtur procedere, saltem quando promittens est pauper, *ad tex. in l. suo victu 18. ff. eod. tit. de operis libert. ibi,* Liberto, qui alere se non possit, ad operas alimenta patronus præstat.

8 Nota tamen hic, quod merces, seu salarium famuli præscribi videtur triennio, *ad tradita per Gratian. Decis. Maceraten. 53. n. 5. & 6. & per Riccii Collectan. 179. & dixi Decis. 37. n. 5. & 6.* vbi quod ex Statuto Ferrariæ præscribitur quadriennio.

9 Sed dubitatur, an valeat Statutum de triennali præscriptione salarij, vide *Duennam Reg. 6. & Surd. Dec. 24. in princ.*

10 Vltimo ad materiam subicio hic notabile Statutum Ferrariç *lib. 7. Rub. 57.* de mercede soluenda in pecunia numerata, vbi sic disponitur, Vt succurratur necessitatibus pauperum, qui ad Diurnã mercedem, siue septimanam laborant, aut operas suas alias quoqunq; modo præstant, statuimus, & ordinamus, quod nullus Artifex, siue Lanarolus, siue Drapperius, siue in quaqunq; Arte constitutus, possit soluere operarijs, vel præstantibus operas diurnas, seu ad septimanam, vt supra pro mercede eorum, etiam volentibus, pannum, vel alias res spectantes ad Artem ipsam, singula singulis cõgrue referendo, nisi pro vsu, aut familiæ suæ ipsi operarij acciperent, sed soluere teneantur in pecunia numerata ipsam mercedem dictis operarijs secundum conuentionem, aut consuetudinem in ipsis artibus obseruatam sub pęna librarum quinque Marchiæ, applicanda Massariæ Communis Ferrariæ, toties, quoties contra factum fuerit, & quilibet possit accusare, vt lucretur dimidiam

dictæ pœnæ, nec possit aliquod pactum in contrarium fieri, & si factum fuerit tale pactum, nihil valeat ipso Iure.

PRIVIL. CCCLXI.

Salarium II.

SVMMARIVM.

1 *Dominus infirmo famulo non tenetur soluere salarium ex communiori.*

2 *Famulo pauperi aliunde non habenti, tenetur Dominus salarium, & Medicinas soluere.*

3 *Dominus infirmo famulo, tenetur soluere salarium de æquitate, & n. 5.*

4 *Cum paupere seruanda est æquitas, pietas, & Humanitas.*

6 *Famulo Infirmo debentur Medicinæ, saltem modica impensæ, & cibi conuenientes Infirmo.*

7 *Famulo Clerici, ac magis Episcopi, Infirmo, debetur salarium, & Medicina.*

8 *Famulo, etiam pauperi Infirmo, non debetur salariū, quando Infirmitas est culpabilis.*

9 *Qui debet Alimenta, non debet Medicinas ei, qui propria culpa incidit in Infirmitatem declara vt n. 10. & 11.*

1 AN Dominus teneatur famulo Infirmo præstare Salarium pro tempore Infirmitatis quæstio est, & habet hinc inde quamplures, & graues Authores, sed communior videtur Sententia negatiua, *vt patet ex traditis à Carocio de Locato p. p. q. 10. n. 23. & seq.* vbi affert septem conciliationes, *& per Dianam Resol. moral. p. p. tr. 8. de contrac. Res. 86.*

2 Sed quando famulus est pauper, & aliunde non habet, Dominus tenetur ei præstare salarium, etiam infirmitate durante, immo, & Medicinas, & alias impensas necessarias ministrare, *Angel. in V. familia n. 2. quem sequitur Carocc. de locato d. p. p. q. 10. n. 23. & seq. Diana p. p. tr. 8. de contr. Res. 86. vers. igitur.*

3 Probatur etiam ex eo, quia licet negatiua Sententia sit communior, & verior de rigore Iuris, attamen de æquitate, & pietate verior est affirmatiua, *vt post gl. Syln. Innoc. Io. Andr. Barbat. Dominic. Hostiens. specul. Aufr. Imol. Soarez. tradit Carocc. de Locato p. p. q. 10. n. 23. & 25.* vbi quod Iudex prudens sola facti veritate inspecta, sequi debet hanc Sententiam, & vltra prædictos pro eadem opinione, *Diana d. p. p. tr. 8. Res. 86. addit D. Antonin. Homobon. Graffium Nauarram Genuens. & Monetam.*

4 At cum paupere maxime seruanda est æquitas, pietas, atq; humanitas, *ad tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi,* Humanitatis nostræ est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint, dixi latius *in V. æquitas.*

5 Et quod famulo infirmo debeantur Alimenta, argui videtur *ex tex. in l. Diuortio 8. §. impendia, & in l. si cum Dotem 22. §. sin autem in fauissimo, vbi Bart. ff. sol. matrim. tradit Surd. de Alim. tit. 8. q. 33. n. 40.*

6 Ampliatur pr. vt famulo Infirmo debeantur, etiam Medicinæ, saltem si modica sit impensa, *ad tex. in l. Diarys 21. ff. de Alim. & Cib. leg. Bart. in l. Legatis in fine ff. de Alim. & Cib. Legat. Surd. de Alim. tit. 4. q. 5. nu. 6.* vbi quod licet Dominus non præstet Syruppos, & medicamenta, præstare tamen debet, saltem cibos conuenientes infirmo, vt pullos, & similes.

7 Ampliatur 2. vt id magis procedat in famulo Clerici, ac magis etiam in famulo Episcopi, *Aufr. ad cap. Tolosan. q. 268. Carocc. de Locato d. p. p. q. 10. n. 36.* & conferunt ad hoc dicta, *in V. Beneficiatus.*

8 Limitatur quando Infirmitas esset culpabilis, quia tunc Dominus non tenetur, etiam pauperi famulo præstare salarium, *Florian. in leg. Arboribus §. de ille ff. de vsufruc. Carocc. de locato d. p. p. q. 10. n. 28. vers. Cencelatur 4.*

9 Ampliatur, vt idem sit in Medicinis, quia licet quis teneatur ad Alimenta alicui præstanda, non tamen tenetur ad Medicinas, quando sua culpa incidit in Infirmitatem, *ad tex in l. peculium 4. §. sed, & si ipse ff. de pecul. vbi Castrens. ita per illum*

10 *tex. sensit, & seq. Surd. de Alim. tit. 4. q. 5. nu. 13. & seq. vbi tamen nu. 6.* intelligit id esse verum, quando culpa ordinata erat ad Infirmitatem, alias non, & merito, quoniam alias, esset fere destruere regulam, nam vel nulla, vel rara est Infirmitas sine aliqua culpa, vt ostendi supra in V. priuilegia.

Tu etiam intellige, nisi adesset in famulo extrema paupertas, vel quasi extrema, tunc enim Dominus videretur omnino teneri, ad tradita supra *in V. Elemosina.*

PRIVIL. CCCLXII.

Salus.

SVMMARIVM.

1 *PAuperes facilius saluantur, quam Diuites, & cōprobatur n. seq.*

Paupertas, magna est penna, qua cito volatur ad Regnum Cælorum.

Alys virtutibus Regnum Cælorum promittitur, paupertati datur.

2 *Diuitiæ coarctant Portam Paradisi.*

Diuitys vti, idest abuti, Res est aduersa saluti.

Anaxagoras dixit, non essem saluus, nisi Diuitiæ perijssent.

3 *Difficile Diues intrabit in Regnum Cælorum, vide ibi.*

A pau-

A paupertate temporali ad spiritualem, facilis est transitus.
Paupertas, parens est, generatioq; virtutum.
Mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatem.
Qui contempserit secularia, merebitur sempiterna.
4 *Viri Diuitiarum nihil inuenerunt in manibus suis.*
Minatur Deus opulentis coniungentibus Domum ad Domum, & Agrum Agro copulantibus, & ingredientibus pompatice Domum Israel, & lasciuientibus in lectis eburneis.
5 *Potentes potenter tormenta patientur, qui scilicet non proposuerunt Deum ante conspectum suum.*
Multos perdidit Aurum, & Argentum, etiam Reges.
6 *Pauper ascendit, & Diues descendit, & respicit sursum, quem despexerat deorsum.*
Salomoni magis nocuerunt res secundæ, quam profuerit Sapientia.
Bonis Initijs malos exitus habuit Salomon.
7 *Pauperes recipiuntur, & recipiunt in æterna Tabernacula.*
8 *Pauperes sunt plerumq; meliores, quam Laici.*
Cur prohibeatur donatio inter virum, & Vxorem.
9 *Cur paupertas apud Bonos esse soleat.*
Paupertas mala, iuncta malis, malum magnū nimis.
Diuitiæ non sunt Bona, cum Bonos non faciant, & apud malos deprehendantur.
Multæ tribulationes Iustorum, & multa flagella peccatorum.
Fortuna cæca est, vide versus, & alia ibi.
Dei Iudicia occulta esse possunt; iniusta esse non possunt.
10 *Opes sunt Irritamenta malorum, & est ferro nocentius Aurum, & vitijs pabula præbet.*
Miseriæ tolerantur, felicitates corrumpunt.
Diues sine macula, fecit mirabilia in vita sua.
Rari sunt, qui in Abundantia bonis non moueantur.
Cum Concupiscentijs, & Diuitijs, frequens est pugna, & rara victoria.
Natura calcandum aurum dedit, propter quod calcamur, & premimur.
Difficile est virtutes, & Diuitias possidere.
Melius est, pecuniam perdere, quam vt illa nos perdat.
Bona fortuna, & Bona mens raro conueniunt.
Phylosophus, qui pecunias in mare proiecit dicens mergam vos ne merger à vobis, bene dixit, sed male fecit, quare autem, vide ibi.
Demetrius Cynicus interdixit sibi habere, interdixit, & poscere.
Multum reliquit, qui quantumlibet paruum, totum deseruit.
11 *Diuitiæ, Diuitiarum cupiditatem non tollunt, immo augent, vide versus.*
Belluæ tunc solum rapiunt, quando esuriunt, sola insaturabilis est Auaritia.
Diuitias sine Auaritia, Honores sine Ambitione, Voluptates sine Luxuria possumus appetere, id tamen difficillimum est, vide versus.
Diuitiæ, & Auaritiæ sæpe conueniunt.
12 *Nummus adulter dicitur.*
Munera capiunt, & vir accepto munere mutus erit.
Desidiosus, facile fit Adulter.
Pecuniosus facile desidiosus, & Adulter efficitur.
13 *Diues, sæpe, aut iniquus, aut hæres iniqui.*
Rari possunt aperto hostio dicere, quilibet quod suum est tollat.
Opum, honestus esse debet exitus, & introitus.
Rari sunt, qui vere phylosophentur, & si de substantia loquuntur, non sunt veri Phylosophi.
Rara Crumena, Crimine caret, vide versus.
Bona temporalia non sunt propriè nostra.
14 *Pecunia est totalis causa Bellorum, vide ibi.*
15 *Diuitiæ corrumpunt Diuitem, & pauperem.*
Testis pauper præsumitur corruptus pecunia.
Pauper Mulier, prece, sed magis precio commouetur.
Preces auratæ, nimium valent.
Interuentus pecuniæ, inducit Delictum, vbi alias non foret.
16 *Humanitatem, quam homines exuunt, feræ induunt.*
Asperius nihil est, humili cum surgit in altum.
Intolerabilius nihil est, quam Fœmina Diues.
Experientia miseriæ, misericordem reddit.
Miser, qui nunquam fuit miser, & Infelix, cui nihil vnquam accidit aduersi.
17 *Aduersitas oculos aperit, quos prosperitas clauserat.*
Cæcitas mentis, est aliquando culpa, aliquando pæna.
Auaritia est mordinatus Amor habendi.
Munera excæcant prudentes, & subuertunt verba Iustorum.
Si Cæcus Cæco Ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.
Munera, Cæcos, & Mutos efficiunt, vide versus.
18 *Diuitiæ dicuntur commoda, multa tamen afferunt incommoda, & sæpe absunt corporibus, et animabus.*
Pecunia damnosa est, sed non damnabilis.
Non damnamus iuramentum, sed periurium, non vinum, sed ebrietatem, non diuitias, sed auaritias.
Qui abstinet à Diuitijs, tutus est ab auaritijs, & à vitijs multis.
19 *Priuilegiati, sæpe excedunt.*
Diuites, Diuitijs raro bene vtuntur, sæpe non vtuntur, sæpius abutuntur, multi pleni sunt Diuitijs, ac vitijs.
Pecuniariæ causæ, sæpe materiam criminis creare noscuntur.
Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur facultate.
Amittent permissa, qui non ab illicitis temperauerint.
20 *Excommunicatus, in Sacris sepelliri non potest, pecunia vero nullibi.*
Si pecunia reperiatur, à Defuncto Religioso possessa, an sit cum ipso sepelienda.
21 *Pecunia fallax actiue, & passiue, nam fallit, & fallitur.*
Diuitiæ, mentis nostræ inopiam non expellunt.
22 *Demetrius, diuitias proiecit, tanquam onera bonæ mentis.*
Aurum natura graue, grauius fit Auaritia.

Graue

Graue tendit deorsum.
23 Epulatrix Opulentia.
Debilitatem nobis indixere Delicię, & quod diu noluimus, posse desinimus.
Cibus, nec patrimonio grauis, nec corpori.
24 Paupertas deicit, diuitiæ iactant.
Qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.
Deus, pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat.
25 Mulier, quę accepta pecunia à secundis heredibus, abortum fecit, capitaliter damnatur, quæ vero ne Inimico Marito filium procrearet, exulat.
Assassinus quis proprie dicatur.
26 Felicitas, & moderatio, raro conueniunt.
27 In aduersis patientia, in prosperis continentia necessaria est.
Intemperantia, & incontinentia in quo differant.
Ventris Amica venus, ex vicinitate membrorum colligitur confederatio vitiorum.
28 Humilis fortuna, castas olim fœminas seruabat.
Aurum, etiam pudicas expugnat.
29 Incrassatus recalcitrat.
Ingratissimus est, qui beneficij obliuiscitur, & quare.
Qui plus accepit, grauius iudicatur, & cui multum datum est, multum quæretur ab eo.
30 Radix omnium malorum est Cupiditas.
Insipiens dixit in corde suo, non est Deus, sed non ausus est dicere in ore suo, Quod tamen Diues est ausus, vide ibi.
31 Rebus secundis etiam egregij Duces insolescere solent.
32 Non improbatur eius factum, qui voluit re carere, ne propter eam sępius litigaret.
Pecunia est causa materialis, Instrumentalis, & finalis omnium litium.
Lites sunt, vel causę, vel occasiones pecatorum.
33 Luxuriosa Res est vinum, luxuriosa pecunia.
Mulier otiosa est plerumque luxuriosa.
Aurea nunc vere sunt secula, & quare, vide versus.
34 Thesaurus conditus à Didone ne nouus populus pecunia lasciuiret.
35 Homo. nudus est æstimandus
Diuitię sunt fortunæ mendacia.
36 Paupertas prodest præsertim ad salutem.
Quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito.
37 Pecunia naufragio subiecta est, & homines naufragijs subicit.
Diuitię, quæ cum possidente enatant, sunt virtutes.
38 Opulenti sunt lenti.
Mulier habens sua commoda, est communiter otiosa
Otium est seminarium vitiorum, vide versus.
39 Etiam Mulieri, quæ luxuriose, idest prodige viuit, Bonis interdici potest.
Alexandrum satius fuisset Vrbes non rapere, quam spargere.
40 Diuitię, corporis animiq; quietem perturbant.
41 Feriunt summos fulmina montes.
Multi tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.
Qui altam facit Domum, quærit Ruinam.
42 Periclitatur Castitas in Delicijs, & humilitas in Diuitijs.
Fastus inest pulcris: fastus inest opibus, vide versus.
Fortuna non mutat genus.
Pecuniæ obediunt omnes, & omnia, illa vero nulli.
43 Multi quo Ditiores, eo sordidiores fiunt, vide versus.
44 Plato ingentes Diuitias à Rep. abegit.
Esau, & Iacob, quia Diuites erant valde, non poterant habitare communiter.
45 Optima Democratia est, quę nec valde Diuites, nec valde pauperes continet, Pauperes à Ditioribus opprimi præsumuntur, & dicuntur Pasqua Diuitum.
46 Demon, qui dicitur tentator, sępe ad tentandum vtitur instrumento Diuitiarum.
Difficilius est Regimen prosperę, quam aduersę fortunę
47 Auro venalia cuncta.
Homo inter secunda, non humani, non Diuini Iuris memor.
48 Auro persuadere, est plusquam cogere, & mulier auro corrupta, dicitur per vim cognita.
Vis, quæ Armis infertur est vis armata, quę autem Auro, vis aurata.
Ferro valentius, ac violentius Aurum.
Est rogare durum species violenta iubendi.
49 Vitia Mulierum Alphabetica ordine descripta à Diuo Antonino.
Multa mala non Diuitijs, sed vitijs Diuitum sunt ascribenda.
50 Nocitura impetrantibus, negare, Beneficium est.
51 Pecunia, nec bona, nec mala, vsus bonus, Abusus malus, quęstus peior, sollitudo pessima.
Etiam non vsus pecuniæ, est aliquando damnabilis.
Pecuniæ, neque amorem, neque odium Phylosophus laudat.
52 Fortuna, nec bonum, nec malum nobis tribuit, sed materiem ad vtrumque.
Quod paupertatem grauem facit, hoc & Diuitias graues efficit.
53 Sacra Scriptura non præcipit, nisi Charitatem, nec damnat, nisi cupiditatem.
Diuitiæ sunt de ijs, quibus possumus bene, & male vti, ideo non sunt à Deo determinate petenda.
Multi Reges ditissimi, ac Dei amicissimi extiterunt.
54 Non prohibet Deus, ne rebus creatis vtaris, immo vult, vt Domineris illis, sed non, vt illę dominentur tibi.
Multi non possident Diuitias, sed à Diuitijs possidentur, & inseruiunt Diuitijs, cum tamen Diuitiæ deberent illis potius inseruire,
Multi Diuitias habent sicut habere dicimur febrem, cum tamen illa nos habeat.
Sapiens, Diuitias, in Domū, non in Animum recipit.
55 Christus Dominus habuit loculos, à fidelibus oblata conseruans, & quomodo intelligatur, non esse cogitandum de Crastino.
Diuitiæ habendæ sunt, vt recessura, immo vt recedentes.
Sint temporalia in vsu, æterna in desiderio.
56 Augmentum patrimonij, quod laboribus, & casibus quæritur non est interdicendum.

Diui-

Diuitias sine auaritia, honores sine ambitione, voluptates sine luxuria possumus appetere.
57 *Multos perdidit Aurum, & ob Inopiam multi perierunt.*
Demon, laqueos posuit in Diuitijs, & laqueos in paupertate.
Plato ingentes Diuitias, & extremam inopiam à Rep. Abegit.
Salomon, nec mendicitatem, nec Diuitias quærebat, sic & martialis.
Cogit Auri fames, & cogit egestas.
Et is, qui nihil habet: & is, cui nihil satis est, vterq; reputatur inhabilis ad publica munera obeunda.
58 *Iustitia pauperum, continentia iuuenum, ac Diuitum laudabilior est, & quare.*
Odibilis est superbia pauperum, & incontinentia, & insipientia senum.
Mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatem, seu facilitatem.
Difficile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta Domi.
Cęlorum Regnum, quibus pauperibus promittatur.
59 *Deus Potentes non abicit, cum, & ipse sit potens; sed non saluat impios.*
Potentes potenter tormenta patientur, si scilicet impij fuerint.
Pauper parce viuendo non meretur; sicut nec spado continendo.
Bona fortunę sunt instrumenta virtutum.
Nomine pecuniæ veniunt omnia, quę pecunia æstimantur.
In necessitate, nemo liberalis existit
60 *In paupere, an & quomodo detur liberalitas.*
Virtus in omnes cadit.
Diuites aliqui, gratius intuentur Aurum, quam solē.
In Diuite magna virtus est, vitium fugere, & Bonū magnum, mala non agere.
Magnę virtutis est, cum felicitate luctari, & magnę felicitatis est, felicitate non vinci,
61 *Sapiens, maiorem materiam virtutis habet in Diuitijs quam in paupertate.*
Vir bonus, ac sapiens, semel anno quingentesimo nascitur, vt Fenix.
Sumitur aliquando virtus pro vi corporis.
Diuitiæ eleuabunt nos si fuerint infra nos.
De vitijs nostris ad Cœlum nobis scalam facimus, si vitia nostra calcamus.
Calcare debemus Diuitias, & paupertatem.
62 *Hostię impiorum Abominabiles sunt.*
Ex Inope Diuitem, quasi pestem fuge.
Substantia festinata minuetur.
Qui coaceruat iniuste non iucundabitur in Bonis suis, sed in illis alius luxuriabitur.
Male parta, male dilabuntur.
Melius est nomen Bonum, quam Diuitię multę.
Pauperibus elemosinantes, faciunt sibi amicos de inimicis idest nummis.
63 *Opum, honestus esse debet exitus, & introitus.*
Vnde habeas quęrit nemo, sed oportet habere, inquit vulgus, vide versus.
Rara plena Crumena, crimine caret.
64 *Opes, & ad bona, & mala dant opem, sunt impedimenta Improbis; Bonis autem Adiumenta virtutum.*
Opes sunt Irritamenta malorum, declara, vt ibi.
Iugum Christi suaue est probis; Durum, & importabile reprobis.
Omnia munda mundis: Coinquinatis autem nil mundum, & peruersa sunt vniuersa peruersis.
Stultis Diuitię non modo non prosunt, sed obsunt, eos prosperitas perdit, eorum exaltatio Ignominia, stulti apparent, post quam eleuati sunt in sublime.
Stultis, inutilis est Amicitia, sapientibus vtilis, etiam Inimicitia.
65 *Frequentiora sunt Diuitum peccata, quam pauperum.*
Populus Romi. pauper, victor gentium, & quod est gloriosius, victor sui, à Diuitijs victus est.
66 *Grauiora sunt Diuitum peccata, quam pauperum & quare hic, & n. seq.*
67 *Pœna debet delicto commensurari.*
68 *Diuitię inducunt ad negandum Deum.*
69 *Furtum, an, & quando sit graue peccatum.*
Pro furto, nec seruus moritur Iure Ciuili.
Furtum apud Lacedemones erat impunitum, & quare
Apud seitas autem grauissime puniebatur, & quare.
Paupertas quando, & quomodo excuset à furto.
Extreme indigens, peccat non furando, si ne sit fur alieni, fit homicida sui.
70 *Peccatum, eo maius est, quo maior, qui peccat habetur.*
71 *Facilius est in paupertate patientiam, quam in opulentia continentiam seruare.*
Difficilius est prosperę fortunę Regimen, quā aduersę.
72 *Paruulorum appellatione in sacris litteris, intelliguntur humiles.*
Nudi cum nudis certare debemus, & vestimenta debemus abicere, ne succumbamus.
Debemus, ita transire per bona temporalia, vt non amittamus ęterna, habentes temporalia in vsu, ęterna in desiderio, & vtentes hoc mundo, tanquā non vtentes.
73 *An plures sint Boni, quam mali, & an plures, qui saluantur, quam, qui damnantur, & an plures pauperes, quam Diuites.*
Diuites facile saluantur si sint, non solum sibi, sed pauperibus Diuites.

1 INter omnia priuilegia paupertatis, hoc existimo esse potissimum, quod facilius saluatur pauper, quam Diues, *ita dixit Ioan. de Anan. in c. ad liberandum in 3. col. de Iudeis, quem ita refert, & sequitur Corsett. in Repert. ad Abb. in V. pauper.*

Et, vt dixit, *D. Bern. serm. 4. de Aduentu Domini,* magna quædam penna est paupertas, qua tam cito volatur in Regnum Cęlorum, nam in alijs virtutibus, quæ sequuntur, promissio futuro tēpore indicatur; paupertati non tam promittitur, quam datur, vnde, & præsenti tempore enunciatur, quoniam ipsorum est Regnum Cęlorum, cum in

in cæteris dicatur, hæreditabunt; consolabuntur, & similia.

2 Et quod Diuitiæ restringant nobis Portam Paradisi, *dixit Neurzzan. in Sylua Nuptiali lib. 4. n. 116.*

Et quod Diuitijs vti, res sit aduersa saluti, cecinit, *Paulinus in trac. de visitatione p. 2. q. 7. col. fin. quem refert Neurzzan. in Sylua lib. 3. n. 8.* quod tamen sane intelliges, vt dicam infra, & accipies, vti pro male vti, seu Abuti.

Confert, quod referente *Val. max. lib. 8. memorab. c. 7.* dixit Anaxagoras, non essem ego saluus, nisi ista perijssent.

3 Probat Conclusionem, *tex. Euang. Matt. 19. ibi,* Amen dico vobis D ues difficile intrabit in Regnum Cælorum, *& iterum ibi,* facilius est Camelum per foramen acus transire, quam Diuitem intrare in Regnum Cælorum, apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt, & fere idem dicitur, *Marci 10 ibi,* quam difficile, qui pecunias habent in Regnum Dei intrabunt? & rursus ibi, quam difficile est confidentes in pecunijs, in Regnum Dei introire? facilius est Camelum per foramen acus transire, quam Diuitem intrare in Regnum Dei, apud homines impossibile est, sed non apud Deum, omnia enim possibilia sunt apud Deum, *& tex. Matt. 5.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnū Cælorum, A paupertate autem temporali ad spiritualem, tanquam in habentibus Symbolum, facilis est transitus, vnde, & simplex est *tex. Luc. 6.* Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei, Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini.

Conferre potest, *& tex. Luc. 19.* vbi dum Zaccheus dixit, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, audiuit a Domino, Hodie salus Domui huic facta est.

Firmat hoc ipsum, *D. Ambros. lib. 5. in Lucam c. 6.* dicens, primam Beatitudinem pauperum vterq; Euangelista posuit, ordine, enim prima est, & parens, generatioque virtutum, quoniam, qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna, nec potest quisquam meritum Regni Cælestis adipisci, qui Mundi cupiditatibus possessus, emergendi non habet facultatē, & consonat *tex. Euangel. Luc. 8. ibi,* quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & a sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.

4 Confert ad idem, *Ps. 67.* parasti in Dulcedine tua pauperi Deus, *& Ps. 71.* Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, *& Ps. 108* Astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam, *& Ps. 63.* Animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem, *& Ps. 75.* Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri Diuitiarum in manibus suis.

Et tex. Propheticus, *Zaccharie p.* Ira magna irascor super gentes opulentas, *& Iacob. 5.* Aurū, & Argentum vestrum eruginauit, & erugo in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis, *& Isaie 5.* Vhe, qui coniungitis Domum ad Domum, & Agrum Agro copulatis vsq; ad terminos loci, *& Amos. 6.* Vhe vobis, qui opulenti estis, optimates, capita populorum, ingredientes pompatice Domum Israel, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, *& Abacub. 2.* Vhe ei, qui multiplicat non sua, *& Luce 6.* Vhe vobis Diuitibus, qui habetis consolationem vestram.

5 Probat etiam, *tex. Sap. 4.* exiguo conceditur misericordia, potētes, potenter tormenta patientur (quod tamen tempera, vt infra, *& Ps. 85.* Deus, Iniqui insurexerunt super me, & Sinagoga potentium quæsierunt Animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum, *& tex. Matt. 18.* nisi efficiamini, sicut paruuli non intrabitis in Regnum Cælorum, iunctis ijs, quæ dixi *p. 3. c. 2. in remedio humilitatis & Eccli 8.* multos perdidit Aurum, & Argentum, & vsque ad cor Regum extendit, & conuertit, iuncto illo, *Osee 13.* perditio tua ex te Israel, vel, vt legitur in meo Codice, perditio, tua Israel.

6 Comprobari videtur in hoc, scientia, ab experientia, & Theorica a praxi, apparet enim practicata Conclusio, *in Euang. Luce 6. ibi,* factum est, vt moreretur Mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ, mortuus est autem Diues, & sepultus est in Inferno, *vnde D. Petr. Crisol. serm. 124.* ait, immutatio quanta rerum, quo descendit Diues? Quo pauper ascendit? Respicit ibi sursum, quem despexerat deorsum, Ad idem est *tex. I. c. 5* Agite nunc Diuites, plorate ululantes in miserijs vestris, Thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus, & quod scribit *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 17. c. 20.* Salomon Bonis initijs, malos exitus habuit, quia magis ei obfuerunt Res secundæ, quia profuerit sapientia, & consonat *Hieron. de Virginit. ad Eustochium ibi,* solus in delicijs Salomon, & ideo forsitan perijt, & vide ad hoc *Bellarmin. de etern. felicit. Sanctorum lib. 4. c. 9.*

7 Adhuc plus probat, *tex. Euang. Luce 16. ibi,* facite vobis Amicos de Mammona Iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna Tabernacula.

Vnde patet, quod pauperes non solum recipiūtur, sed recipiunt in æterna Tabernacula, & ita quodammodo saluabuntur, & saluabunt.

8 Comprobatur eadem Concluсio efficaci ratione, quoniam pauperes sunt regulariter meliores, quam Diuites, *ad tex. in l. 3. ff. de Donat. inter vir, & vxor.* vbi post alias rationes, cur prohibeatur donatio illa, additur, ne melior in paupertatem incidat, & deterior ditior fiat.

9 Vnde quærit, *Arist. sect. 29. prob. 4.* Cur paupertas apud homines Bonos esse, quam apud prauos soleat, & respondet in hæc verba (An quia omnibus odio habetur, atque expellitur, ad pro-

bos

bos profugit, rata maxime apud eos salutem, permanendique locum se posse assequi: econtrario, si ad prauos venerit, nunquam eos fortuna ista fore contentos, sed vel furta, vel latrocinia adituros, quibus rebus futurum, vt ipsa amplius apud illos manere nequeat. An, quia homines probos optime se vsuros existimat, nec sibi petulanter, contumelioseque quicquam facturos, itaque, vt nos pecuniarum deposita tute hominibus bonis credimus, sic etiam hæc sibi dispensat, & statuit; An libenter se ad viros optimos confert, quia fæmina est, inopsq; proinde, & virium, & Consilij, vt eiusmodi hominibus commendata se magnopere velit, atque desideret; An quia mala est, nunquam se malis iungere velit, nam si ita maluerit, omnino malum irremediabile, ipsa reddetur, hæc Aristoteles, cui addere potes, quia Boni hæc Bona non quærunt, vel quia mali sunt longe plures, quam Boni, vnde facilius Diuitię cadunt in malos, quam in Bonos, quos etiam inuenire difficillimum est, vt supra demonstraui, *priu. 10. n. 64 & seq.*

Alia ratio licet erronea tangitur, *apud Tacitum lib. 6. ann. c. 4. ibi,* multis insita opinio non homines Dijs curæ, ideo tristia in Bonos; Læta apud deteriores esse.

Accedit, *Sen. in opusc. de vit. Beat.* Diuitias inquit nego Bonum esse, cum Bonos non faciant, & apud malos deprehendantur, & in opusc. quare Bonis viris mala accidant, cum sit prouidentia, Deus, ait, Bonorum Amantissimus, fortunam Bonis, cum qua exerceantur assignat, & voluptatem capiunt Dij, dum spectant magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate.

Ad idem confert, *Ps. 33.* multæ tribulationes Iustorum, sed lege, quod sequitur, & de omnibus his liberabit eos Dominus, & quod dicitur, *Ps. 31* multa flagella peccatoris; sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Iterum idem, *Arist. ead. sect. 29. prob. tamen 8.* quærit Cur Diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis, potius quam Bonis habeantur, & respondit, an, quia fortuna Cæca est, discernere sibi, atq; seligere, quod melius non potest, vnde, & *Virgil. concinit in carmine de fortuna*

Fortuna Immeritos auget honoribus
Fortuna Innoquos Cladibus afficit
Iustos illa viros pauperie grauat
Indignos eadem Diuitijs Beat.

Ad idem, *Eccles. 8.* est alia vanitas super terram, sunt Iusti, quibus mala proueniunt, ac si opera egerint impiorum, sunt Impij, ita securi, ac si Iustorum facta habeant.

Ad idem, *Hierem. 12.* Iustus es Domine, verumtamen iusta loquor ad te, quare via Impiorũ prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur & inique agunt?

Sed respondere potes, *cum Aug. de virginit. & de Ciuit. Dei lib. 4. c. 17.* quod hæc, & similia Deus occulto Iuditio facere potest, iniquo non potest, & ad hoc vide, quæ scripsit, *Sen. in opusc. quare bonis viris mala accidant cum sit prouidentia, & Plut. de Sera numinis vindicta.*

Ratio rationis supra firmatæ est, quoniam Diuitię sunt incentiua vitiorum, & si non sunt eorum causæ, sunt tamen occasiones, & tentationes grauissimæ, & licet nunquam necessitent, semper tamen inclinant vehementer ad mala, & ad longe plura, ac longe grauiora, quam sint ea, ad quæ inclinat fortasse paupertas.

Vnde *Tacit. in vit. Agricolæ c. 2.* Prouincia (inq.) Diues, & parata peccantibus, *& Petr. 2. de Rem. D. 10.* O paupertas Amabilis, quæ continentiæ tibi assumis officium.

Agnouit hoc, *Ouid. p. Met. ibi,*

Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurũ.

Et tu iunge, *tex. prou. 16.* vir Impius fodit malũ *& propert. Eleg. 3. lib. 3.*

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes.

& Apost. p. ad Tim. 6. habentes Alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, nam qui volunt Diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, vnde sapienter Phylosophus ille dixit, mergam vos, ne mergar à vobis, vt infra referam.

Econtra vero scelera non intrant casam, *vt dixit Sen. in Thieste actu 3.*

Et vt cecinit, *Iuuen. sat. 5.*

Præstabat castas humilis fortuna latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat,
Tecta labor.

Et secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, nam miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur, *vt dixit Tacit. hist. lib. p. c. 5.*

Ad idem confert *Arist. lib. 7. mor. nicom. c. 7. ibi,* Tolerantia in tolerando; continentia in continendo consistit, & cohibendo, diuersum est autẽ resistere, & cohibere, non secus ac, non superari, ac vincere.

Nec credo, quod *Ouid. cecinit lib. 3. Am. eleg. 4*

Cui peccare licet, peccat minus, ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit

Magis autem credo, quod cecinit *Seneca.*

Cui licet quicquid libet, sępe libet, quod nõ licet

Vnde merito precatur Ecclesia, vt sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus ęterna.

Et recte dicitur, *Eccli. 31.* Beatus Diues, qui inuentus est sine macula, Et qui post aurum non abijt. Quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.

Et quod dixit, *Dauid ps. 29.* ego dixi in Abundantia mea non mouebor in æternum, Rari sunt, qui dixerint, & adimpleuerint.

Et melius, quod dixit, *Aug. ser. 250.* dici etiã hic pot est, frequens est pugna, & rara victoria.

YY Con-

Confert, quod cecinit, *Mart. lib. 11. Epig. 6.*

Tanta est tibi recti Reuerentia Cęsar, & æqui
Quāta Numę fuerat, sed Numa pauper erat.
Ardua Res hæc est, opibus non tradere mores
Et cum tot Cresos viceris, esse Numam.

Vnde merito pretia possessionum ad Apostolorum pedes deferebant, *act. 4.* vt ostenderent pecunias esse calcandas, vt inquit *Hieron. de virginit. ad Demetriadem.*

Sed hoc ipsum, natura ipsa ostendit, vt dixit, *Sen. Ep. 94. ibi,* natura pedibus aurum subiecit, calcandumq; & premendum dedit; quicquid est propter quod calcamur, & premimur.

Nec mirum si Crates ille Thebanus ditissimus, cum ad phylosophandum Athenas pergeret, magnum Auri pondus abiecit, nec se posse putauit, virtutes simul, & Diuitias possidere, vt refert *D. Hieron. ad Paulinum relatus in can. gloria 12. q. 2.*

Vnde etiam, *Petr. 2. de Rem. D. 13.* pecuniam perdidi, Bene si te illa non perdidit.

Sic, & Democritus, Diuitias proiecit, onus illas bonæ mentis existimās, vt refert Sen. in opusc. quare Bon. viris mala accid. cum sit prouidentia, quasi ista contraria sint, Bona fortuna, & bona mens, vt dixit *idem Sen. Ep. 94.*

A Democrito non longe abest Biantes, Phyloxenes, Crates; seu quisquis alius extitit antiqus Sapiens, seu Sapientię Amator Phylosophus, qui proiectas in Mare Diuitias associauit hoc verbo memorabili, mergam vos, ne mergar a vobis, qui tamen (vt hoc obiter dicam) bene dixit, sed male fecit, non quidem abiciendo pecuniam, sed mergendo, nam deserere Diuitias, fuit Actus consumatæ Phylosophiæ, immo, & nunc foret opus Christianæ perfectionis, si propter Christum fieret, vt Apostoli fecerunt dicentes, *Matt. 19.* ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, sed Diuitias in Mare proicere, fuit omnimoda perditio, ac omnino solemnis Insania.

Accedat his, etiam Demetrius, Cynicus, qui contra omnia naturæ desideria pugnans, interdixit sibi habere, interdixit, & poscere, *vt refert Sen. de vit. Beat.* quod sanctissime profitentur nostris hisce temporibus Reu. Clerici Regulares, & sane summum genus paupertatis, videtur Abdicare, etiā desideria habendi, *iuxta illud D. Greg. homil. 5. in Euang.* multum reliquit, qui quantumlibet parum, totum deseruit, & qui etiam habendi desideria abiecit.

Adde. *Petr. 2. de Rem. D. 56.* inter priscæ virtutis, ac sæculi exemplaris causas, hinc Labor à scriptoribus ponitur, hinc paupertas.

Ex quibus in genere satis patet, Diuitias longe magis, quam paupertatem vitia fouere, ac repugnare virtutibus, & quemadmodum Diuitijs, & vitijs, ita paupertati, & Bonitati frequens esse commercium, sed hoc ipsum peculiarius comprobemus; virtutum, & vitiorum species percurrentes, quod, vt facilius contingat Accipe Lector infrascriptum Alphabetum, quod sub æstiuis caloribus, dum Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis, vna cum gloia ad singula eius verba compaginaui, ergo dici potest.

11 Auara pecunia.

Indicat hoc, *Plut. in opusc. de cupiditate diuitiarum ibi,* quo nam malo Diuitię liberant si ne cupiditatem quidem diuitiarum tollunt?

Sed parum dixit, quia non solum non tollunt, sed immo augent, vt probat, *Sen. Ep. 15. ibi,* si quid in eis esset solidi, aliquando implerent, at Haurientium sitim concitant, *& Ep. 16.* Congregentur in te, Liceat tibi calcare Diuitias, maiora cupere ab his disces, & iterum *Ep. 19.* neminem pecunia Diuitem fecit, immo cōtra, nulli non maiorem sui cupiditatem incussit, quæris causam, plus incipit habere posse, qui plus habet.

Et vulgatum est illud Satirici *Iuuenalis.*

Crescit Amor nummi quantū ipsa pecunia crescit
Et aliud Quo plus sunt potę, plus sitiuntur aquę

Et illud, *August. de verb. Dom.* etiam Belluæ modum habent, tunc enim solum rapiunt, quando esuriunt, sola inexsatiabilis est Auaritia.

Et licet *vt Sen. de consol. ad marciam dixit* Diuitias sine Auaritia, honores sine Ambitione; voluptates, sine luxuria possimus appetere, id tamen difficillime fit, rarissimeque contingit, vnde *Io. Owen. lib. 3. Epig. 31.*

In Cęlum Diues cur raro ascendit? Auarum
Pæniket expensi, prætcrea nihili.

Et ego concludo, quod Diuitię, & Auaritiæ sæpe conueniunt, & in vna sede morantur.

12 Adultera pecunia.

Eleganter id expressit Georgius Venetus ibi
Non Ego peccabam, nummus Adulter erat.

Nec mirum, nam, vt cecinit magnus præceptor amoris, *lib. 3. de Arte Amandi.*

Munera crede mihi capiunt hominesq; Deosque
Ipse vir accepto munere mutus erit.

Confert ad idem, *Ouid. ipse lib. p. de Arte ibi*

Quæritur Ægistus, quasi sit factus adulter
In promptu causa est, Desidiosus erat.

Vel si magis placet dic pecuniosus erat, at qui pecuniosus est, desidiosus idem est, *vt ostendi p. 3 c. p. in Remedio laboris,* & infra hic tangā in *litt. Di*

13 Aliena pecunia.

Probat hoc, *D. Hieron. ad Eluid. q. p. ibi,* Illa vulgaris Sententia mihi videtur verissima, Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres.

Et rari sunt, qui (*vt dixit Sen. in opusc. de vit. Beat.*) possint aperto hostio dicere, vnusquisque quod suum agnouerit, tollat. Et rarissimæ sunt magnæ illæ opes innocenter partæ, de quibus loquitur *Tacit. lib. 4. ann. c. 7.*

Habebit Phylosophus opes, quarum, tam honestus sit exitus, quam introitus, *inq. Sen. vbi sup. de vit. Beat.* sed huc etiam trahi potest, *tex. in l. sed, & reprobari 7. §. de Phylosophis ff. de excus. tut. ibi,* Phylosophorum non constituitur certus numerus

merus, quoniam rari sunt, qui phylosophentur, & fide substantia loquuntur, iam manifeste fiunt non phylosophantes.

Conferre potest ad hoc etiam, quod dicitur *Matt. 16. Marc. 8. Luca 9.* quid prodest homini si vniuersum Mundum lucretur, Animæ vero suæ detrimentum patiatur, quasi qui lucratur, frequẽter ex alieno lucretur, & sic lucra pecuniarum, sæpe detrimenta, & damna sint animarum, vnde, & *Io. Eudomen. lib. 2. Ep. 52.*

Nemo hominum viuit sine crimine, sine crumena
Crimine rara suo plena crumena caret.

Pateor quidem, quod in hoc sensu non semper bona temporalia sunt Aliena, At in alio sensu quẽ perpendi, *p. 3. c. 2. in Remedio ex vanitate Diuitiarum n. 16.* sunt semper Aliena, quia nunquam sunt vere, & proprie, & omnino nostra.

14 Belligera pecunia.

Hoc intelligo tam actiue, quam passiue, quia pecunia est, quæ Bella, & agit, & patitur, & infert, & suffert, & mouet, & sustinet, & parit, atq; alit, & pecunia est causa Belli, principalis, immo totalis, instrumentalis, & finalis, originalis, & nutrimentalis, naturalis, & accidentalis, præueniens, & concomitans, & veluti conditio, sine qua non.

Hæc omnia latius comprobaui, *p. 3. c. 2. in Remedio Bellorum*, ideo, quæ ibi dixi, hic non repeto.

15 Corruptrix pecunia.

Hoc etiam intellige actiue, & passiue, quia Diuitię primo corrumpunt ipsum Diuitem, nam secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, miserias toleramus, at felicitate corrumpimur, *vt inquit Tacit. lib. p. Hist. c. 5.* secundo corrumpunt, etiam pauperem, vnde pauper testis, præsumitur corruptus pecunia, *ad gl. in l. 3. in V. egens ff. de test. Mascard. de prob. concl. 1155. n. 3.* sicut, & mulier pauper, vt ibid per *Mascard. n. 5.* quæ prece simul, & precio corrumpitur, & præsertim si præces sint auratæ, nam nunquam auratę non valuere preces, vt cecinit *Georg. Venet. & dixi p. 3. c. p. in Remedio Amoris*, plus antem videtur peccare corrumpens, quam corruptus. cum ille peccet in se simul, ac in alium.

Et nota etiam, quod interuentus pecuniæ inducit delictum, vbi alias delictum non esset, *vt probat Marsil. sing. 353. incipit Datio pecunia, vnde Hieron. in can. nunquam p. q. p.* quia pecuniam accipiebant, Prophetia, quæ est donum Dei, facta est Diuinatio.

16 Crudelis pecunia.

Exemplum est in Euangelica Lectione *D. Lucæ. 6.* vbi Crudelilas Diuitis, crudelitatem, Immo feritatem ferarum superauit, nisi dixeris, quod feræ illę immanitatem deposuerant, quam exuerat Homo ille, vt in simili dixit, *D. Ambros. lib. 2. de Virginib. ad Marcellinam Sororem.*

Confert ad hoc, Satyricum illud, *Claudiani lib. p. in eutrop.* Asperius nihil est humili cum surgit in altum.

Et aliud, *Iuuen. sat. 6.*

Intolerabilius nihil est, quam fæmina Diues.

Ratio autem Crudelitatis in Diuite desumi potest ex contrario rationis, ex qua solet in paupere militare miseratio, *iuxta Virgilianum illud.*

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Vnde huc etiam trahi potest, quod *Sen. dixit in opusc. quare Bon. viris mala accidant ibi*, miserum te iudicio, quod nunquam fuisti miser, & ex eadẽ ratione credo, quod dicebat Demetrius, nihil sibi videri infelicius eo, cui nihil vmquam accidit aduersi.

17 Cęca pecunia.

Vnde verius, quem adducit, *Neuizzan. in Sylua lib. 4. n. 8.*

Obcæcare animos facta secunda solent.

Confert ad hoc idem, *Greg. lib. 15. mor. c. 31.* nam sicut pœna semper aperit, quos culpa claudit sic sępe.

Aduersitas oculos aperit, quos prosperitas clauserat, & *Petr 2. de Rem. D. 79.* quis Auarus adeo, vt non aligat. Inopem magis integritatem nobilissimi sensus, quam Diuitem mentis cæcitatem?

& *D. Thom. 22. q. 15. art. p.* docet, cæcitatem esse aliquando pœnam, aliquando vero culpam, vt cum homo spontanee se auertit à vero lumine, & se nimis occupat in terrenis, & ea magis diligit.

Et hęc cæcitas licet sit in intellectu, inficit tamẽ etiam memoriam, ixta illud, *Tacit. lib. 2. ann. c. 2. ibi*, pauidus aduersis, inter secunda, non diuini, non humani Iuris memores.

Et si cæcus dicitur Amor, & cæca Libido, cæca etiam recte dicetur pecunia, eiusq; Cupiditas, & Auaritia, quæ non est aliud, quam inordinatus Amor habendi, vt diffiniuit, *idem D. Thom. 22. q. 118. art. 2.*

Adde, *tex. exod. 23.* non accipias munera, nam excæcant prudentes, & subuertunt verba Iustorũ.

Vnde dici potest, quod Diuites, sic munera præstantes, Cæci sint, & Duces cæcorum, & eis congruet, *tex. Euang. Matt. 15.* si Cæcus, Cæco Ducatum prędstet, ambo in foueam cadunt.

Et nota, *ad tex. exod. 23.* quod si ibi, qui capit munera, fit cæcus, alibi fit mutus, *ex Ouid. 2. de Arte ibi.*

Munera crede mihi capiunt hominesq; Deosq;
Ipse vir accepto munere mutus erit.

18 Damnosa pecunia.

Vnde, *Sen. Ep. 87.* Diuitiæ inter commoda numerantur, per illa tamen multa nobis veniunt incommoda.

Et parum quidem esset, si pecunia, solis corporib⁹ aliquando inferret damna, quibus tamen aliquando prodest, sed quod malum est, sæpius Animis, & animabus obest.

Et Salomoni magis obfuerunt res secundæ, quã profuerit Sapientia, *vt inquit D. Aug. lib. 17. de Ciuit. Dei c. 20.* sed quid prodest homini, si totum

mundum lucretur, Animæ vero suę Detrimentum patiatur, *Matt. 16.*

Nota tamen, quod dixi damnosa, non dixi damnabilis pecunia, quam neque Christus Dominus damnauit, immo necessariam habuit, *vt in c. habebat 12. q. p.*

Nec vnquam damnabo Iuramentum, sed periurium, non vinum, sed ebrietatem, non Diuitias, sed Auaritias, sed quia, qui abstinat à Iuramento, tutus est à periurio, *vt dicitur in c. & si Christus 26. de iureiur.* & qui abstinet à vino, tutus est ab ebrietate, ita, qui abstinet à Diuitijs, tutus est ab Auaritijs, & a vitijs multis, ideo tutiorem esse paupertatem, intrepide semper affirmo.

19 Excessiua pecunia.

Quemadmodum priuilegiati facile excedunt, vt colligitur ex Rub. de priu. & excessib. priuilegiatorum, & sub prætextu priuilegiorum, sæpe flagitiorum crescit Authoritas. *vt innuit tex. in l. 2. C. de priu. Schol. lib. 10.* ita Diuites, a Deo, priuilegio Diuitiarum accepto, raro bene vtuntur, sæpe non vtuntur, sæpius abutuntur, ac male vtuntur.

Et O vtinam experientia non doceret, grauiores excessus, non nisi trahente, vel opitulante pecunia initiari, & consumari, & sæpe Diuites esse tantum plenos vitijs, quantum rebus, vt de Crisoario loquitur, *Greg. hom. 12. in Euang.* vel si tibi magis placet, dic tantum plenos vitijs, quantum Diuitijs, & quod sæpe pecuniarię causę, materiam criminis creare noscuntur. *dixit tex. in l. properandum 13. C. de Iudic.*

Meminerint tamen Diuites, quod priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur facultate, *c. suarum 11 de priu.* & amittent permissa, qui non ab illicitis temperarint, *vt inquit tex. in l. Iudeos 10. C. de Iudeis. & Cęlicolis.*

20 Excommunicata, seu Excommunicationi, vel Excommunicationis periculis exposita pecunia.

Probat hoc (ne te nimis detineam) *Nauar. in man. c. 27.* vbi reperies decem species Excommunicationum impositarum, causa, vel occasione pecuniæ, quibus adde aliam de datis, & promissis pro Gratia, vel Iustitia consequenda, super qua Bulla, peculiarem conscripsit commentarium, idē ipse Nauarrus.

Ego vero dicebam aliquando iocando, quod pecunia videtur esse plusquam Excommunicata, quoniam Excommunicatus sepelliri quidem non potest in Ecclesia, *c. Sacris 18. de Sen. excom. c. is cui 28. eod. tit. in 6. Clem. p. de sepult.* potest tamen alibi extra Ecclesiam locumq; Sacrum sepelliri, & sic licet ei denegetur Ecclesiastica sepultura; sepultura tamen non denegatur, At pecunia nullo in loco sepelliri conceditur, *tex. est in l. 4. ff. ad leg. Iul. peculat. ibi,* mandatis Principum pecunia sepelliri prohibetur, contra hoc tamen videtur, quod narrat, *Hieron. ad Eustoch. de Custod. Virginit. ibi,* quidam ex fratribus triginta Argenteos, quos Lina texendo quæsierat, moriens dereliquit. Alij pauperibus distribuendos dicebant, Alij parentibus remittendos, sed Maccharius, Isidorus, & cæteri, sancto in eis loquente spiritu decreuerunt, insodiendos esse cum Domino suo, sed quod non omnis pecunia Religiosi cum eo sepelienda sit, & quod sufficiat partem ponere in signum perditionis, sensit, *Abb. in c. cum ad Monasterium 6. de stat. Monac. & Corrett. in Repert. ad Abb. in V. pecuniam.*

21 Fallax, & Falsa pecunia.

Intellige actiue, & passiue, quia fallit, & fallitur, & de Diuitijs, præsertim intelligi potest, *Ps. 39.* Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas, & *Ps. 32.* fallax equs ad salutem in Abundantia, autē virtutis suæ non saluabitur, vnde, & *Greg. hom. 15. in Euang. ad 8. Lucę.* ait, hoc in loco Euangelista testante nequaquam Dominus Diuitias, sed fallaces Diuitias appellat; fallaces enim sunt, quę nobiscum diu permanere non possunt, quæ mentis nostræ Inopiam non expellunt.

22 Grauis, idest onerosa pecunia.

Vnde, *Sen. apud Tacit. lib. 14. an. c. 7.* ad Neronem Ego (inquit) in hoc itinere vitæ senex opes meas vltra sustinere non possum; iube eas per tuos Procuratores administrari, sic, & Demetrius Diuitias proiecit onus illas Bonæ mentis existimans, vt refert idem, *Sen. in opusc. quare bon. viris mala accidant, sic D. Petr. Crisol. serm. 29 sub initium,* Aurum natura graue, grauius fit Auaritia.

Et quia, quod graue est, naturaliter tendit deorsum, vt pluries docet, *Phylosop. in problem.* nil mirum si mortuus Diues, sepultus est in Inferno, *Lucę 6.* vnde, *& D. Petr. Crisol. d. serm 29. sub initium,* hinc est, quod Aurum plus habentem deprimit, & vehementius aggrauat corda, quam corpora, nascitur in terra profunda, & suam semper repetit naturam; Cælestes animos ad inferna deponit.

23 Gulosa pecunia, & epulatrix opulentia.

Exemplum est, *Lucę 6.* vbi homo ille Diues epulabatur quotidie splendide, & profecto id agere non potuisset, nisi ministrante pecunia, & sane indissociabiles Germanæ videntur esse Diuitię, atque Deliciæ, cuiusuis generis, & præsertim in hac specie delectus eiborum, in quo etiam dici potest, quod dixit *Seneca Ep. 55.* debilitatem nobis indixere Deliciæ, & quod diu noluimus, posse desiuimus.

Paupertas autem facile seruat Phylosophicum præceptum illud. sit cibus, nec patrimonio grauis, nec corpori, & confert *tex. Hieron. in can. Gloria 12. q. 2. ibi,* natus in paupere tecto, & in tugurio rusticano, qui vix milio rugientem ventrem saturare poteram, nunc mella fastidio.

24 Gloriosa pecunia.

Vnde, *Ps. 48.* qui confidunt in virtute sua, & in

in multitudine Diuitiarum suarum gloriantur, *& Amos. 6.* vhe vobis opulenti ingredientes pompatice Domum Israel, nec mirum nam si paupertas Deicit, Diuitiæ iactant, *vt dixit Aug. in originali, quem refert Monradus in Ep. ad Thesaurum Concinatorum,* & huiusmodi Diuitibus Dominus minatur dicens.

Et gloriosos terræ humiliabo, *& Eccli. 10.* qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Sed si Diuites meminissent, quod Deus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat, *vt dicitur p. Reg. 2.* vtiq; canerent cum Poeta, vel cum Pastore *egl. p.* Deus nobis hæc otia fecit, *& cum Ps. 113.* non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo ad gloriam.

25 Homicida pecunia.

Exemplum est *in l. Cicero 39. ff. de pœn.* vbi Mulier, quæ proprij filij Abortum fecerat accepta pecunia a secundis hæredibus, mortis pœnam passa est, quæ autem idem crimen admisit, ne Inimico marito filium procrearet, exilio temporario damnata est, vnde nota, quod idem crimen, grauius efficitur interueniente pecunia.

Et proprie dicitur Assassinus, qui pecunia data, vel promissa occidit, vel mandat occidi, *Clar. in §. Assassinium in princ. Gabr. Conclus. p. de malef. n. p. & seq. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 360. n. 41. & 42.* & est grauissimum, & Atrocissimum delictum, & æquiparatur Crimini læsæ maiestatis, *vt probat Farinac. q. 123. n. 6. & 7.*

Accedit, quod innumera perpetrantur Homicidia, quorum, pecuniæ non solum sunt instrumenta, sed causæ, vt contingit in omnibus fere Bellis publicis, Ciuilibus, ac priuatis, & hic etiam aptantur verba, *tex. in l. properandum 13. C. de Iudic. ibi* pecuniariæ causæ, sæpe materiem criminis creare noscuntur.

26 Immoderata pecunia.

Felicitatis, & moderationis, diuidendum est Contubernium, *vt inquit Val. max. lib. 9. memorab. c. 5. vnde, & Sen. apud Tacit. lib. 4. ann. c. 7.* nihil (inquit) felicitati meæ deest, nisi moderatio.

27 Incontinens, atque intemperans pecunia.

Vnde D. Aug. medit. c. p. In Aduersis patientiam, in prosperis continentiam à Domino præcabatur.

Quod autē inter se differant Intemperantia, & Incontinentia, vide *apud Arist. moral. Nicom. lib. 3. c. 2.* sed ex communi vsu loquendi, & colligitur, *ex D. Thom. 22. q. 143. art. p.* Incontinentia refertur ad Luxuriam, de qua dicam *in litt. L.* Intemperantia ad Gulam, de qua dixi *in Litt. G.*

Pecunia vero ministrat, ac inseruit vtrique, sed & si alteri, soli miuistraret, alteram quoq; foueret est enim ventris amica venus, & venter, & genitalia sunt confinia, vt ex vicinitate membrorum colligatur confæderatio vitiorum, *vt inquit Hieron. relatus in summa 44. Dist.*

28 Impudica pecunia.

Vnde Iuuen.

Credo pudicitiam Saturno Rege moratam in terris.

Et iterum.

Seruabat Castas humilis fortuna latinas.
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat.
Tecta, labor.

Et Ouid.

Expugnant etiam hæc arma pudicas.

Vide supra, *in litt. A. & infra in litt. L. & in litt. V.*

29 Ingrata pecunia.

Vnde, *Deut. 32.* dicitur incrassatus, impinguatus, & recalcitrauit, *& pro. 30.* Diuitias ne dederis mihi, ne forte setiatus dicā, quis est Dominus? *& Deut. 33.* cum saturati, & crassi fuerint, auertentur ad Deos Alienos.

Et Tacit. lib. 2. ann. c. 2. inter secunda, non humani, non Diuini Iuris memores, & tamen, *vt inq. Sen. 2. de benef.* Ingratus est, qui beneficium negat, ingratus, qui dissimulat, ingratissimus, qui obliuiscitur, & qui nunquam fieri gratus potest cum Beneficium, tam longe proiecerit.

Ingratitudo autem Diuitum, erit etiam longe grauior, quoniā *vt inquit Greg. homil. 9. in Euang. super 25. Matt.* Lectio admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab Authore Mundi, grauius inde iudicemur, & comprobat *tex. Euangelicus Luc. 12. ibi,* cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & vide, quæ dixi *sup. in V. Gloriosa.*

30 Infidelis pecunia.

Confert ad hoc, *tex. p. ad tim. 6. ibi,* qui volunt Diuites fieri incidunt in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum, est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide.

Ad idem, *tex. pro. 30.* mendicitatem, & Diuitias ne dederis mihi, ne forte satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus?

Dixit quidā Insipiens in corde suo non est Deus *Ps. 13.* sed dixit in corde suo, quia non est ausus dicere in ore suo, *vt scripsit Aug. sup. Ps. 64. ibi,* quia hoc nemo audet dicere, etiam si quis ausus fuerit cogitare.

At nota, *in tex. pro. 30.* verbum (dicam) simpliciciter prolatum, vnde quod insipiens vix ausus est cogitare, Diues audet etiam pronunciare.

Idemq; comprobatur, *ex tex. Macchab. 15.* vbi dicentibus, est Dominus viuus potens in Cælo, qui iussit agi septimam diem Nicanor ait, & ego potens sum super terram, qui Impero sumi arma, & negotia Regis impleri.

31 Insolens pecunia.

Vnde, *Tacit. lib. 2. hist. c. 2.* dixit rebus secundis, etiam egregios Duces insolescere.

32 Litigiosa pecunia.

Dubitari non potest, quin pecunia sit causa finalis

finalis, materialis, & instrumentalis omnium litiũ, vnde dicitur, *in l. 4. ff. de Alienat. Iud. mut. caus. fact.* quod non improbatur eius factum, qui voluit Re carere, ne propter eam sæpius litigaret.

Sicut etiam dubitari non potest, quin Lites sint causæ, vel occasiones peccatorum, vnde dicitur, *in l. properandum 13. C. de Iudic.* pecuniariæ causæ, sæpe materiam criminis creare noscuntur, *&* *Eccli.* 8. abstine a lite,& minues peccata, *& Matt.* 5. si quis velit tecum in Iudicio contendere, & tunicam tollere, dimitte ei, & Pallium.

33 Luxuriosa pecunia.

Luxuriosa res est vinum, dixit *Sap. pro. 20.* sed forte non minus est Luxuriosa pecunia, & in specie, & in genere, vt dicam etiam *in V. seq.*

Luxuriant animi rebus plerumq; secundis.

Vt cecinit, *Ouid. 2. de Arte amandi, quem refert Neutzzan. in Sylua nupt. lib. 4. n. 8.* dicens, quod Mulier habens sua commoda, est communiter otiosa, ergo, & Luxuriosa inquit.

Pauper vero, sæpissime trahitur lænocinante pecunia, vide supra, *in V. Adultera, & in V. Corruptrix, & adde Propert.*

Aurea nunc vere sunt sæcula, plurimus Auro.
Venit honos, Auro conciliatur Amor.

Et ex Bern. Bonauent. in soliloquio, periclitatur Castitas in Diuitijs, siue in Delicijs.

Et quod Diues, & opulentus præsumatur luxuriose viuere, *post Euripid. tradit Menoch. de præs. lib. p. q. 15. n. 32.* & de Muliere dicam infra, *in V. Otiosa.*

34 Lasciua pecunia.

Vnde, *Tacit. lib. 16. ann. c. p.* refert, Thesaurum conditum à Didone ne nouus populus pecunia lasciuiret, *& Propheta Amos. c. 6.* Diuitibus comminatur dicens, vhe vobis, qui opulenti estis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris.

35 Mendax pecunia.

Vnde, *Sen. Ep. 76.* cum velis inquit veram hominis æstimationem inire, nudum inspice: ponat honores; ponat patrimonium, & alia fortunæ mendacia; Corpus ipsum exuat, Animum intuere, *& Ps. 4.* vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.

36 Nociua pecunia.

Si verum est, quod paupertas prodest, *vt dixit gl. in §. sed, & propter paupertatem Inst. tit. de excus. tut.* maxime verum est, quod prodest ad salutem, ergo ad id pecunia nocet, quia contrariorũ, contraria sunt prædicata.

Et quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, *l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.* & auri nocumenta, vide si placet, *apud D. Petr. Crisol. serm. 29.*

37 Naufraga pecunia.

Intellige actiue, & passiue, quia non solum ipsa pecunia, naufragio subiecta est, vnde Phylosophus ille.

Hortabatur ad acquirendas Diuitias, quæ cum possidente enatant, scilicet virtutes.

Sed etiam naufragium infert, vnde illud, *Horat.*

Impiger extremos curris mercator ad Indos.
Per Mare pauperiẽ fugiens per saxa per Ignes.
Sed minus est naufragium corporis; Anima ipsa in alto Diuitiarum Oceano periclitatur.

38 Otiosa pecunia.

Hoc ego comprobaui, *p. 3. c. 2. in remedio otij,* at ibi dictis adde, quod opulenti sunt lenti, & Mulier habens sua commoda est communiter otiosa, *vt post Claudium dixit Neutzzan. in Sylua Nupt. lib. 4. n. 8.*

Quod autem, otium ipsum, vel sit vitium, vel parens, seminarium, & generatio vitiorum, est plusquam patẽs, vnde, *Ouid. l. p de remed. Amor.*

Otia si tollas, periere cupidinis Arcus.

Et Horat.

Si non intendas animũ studijs, & rebus honestis
Inuidia, vel Amore torquebere.

39 Prodiga pecunia.

Prodigalitatis materiam esse Diuitias, nulli dubium, vnde pauperes ex deficientia materiæ exẽpti videntur ab hoc, quemadmodum ab alijs multis vitijs, & licet plures reperiantur Diuites Auari, quã prodigi, vt patet ex dictis in V. Auaritia, non tamen prodigi desunt, quibus, nec leges desunt, *vt in l. si, cui bonis 6. ff. de verb. oblig.*

Et hæc est, etiam species Luxuriæ, *l. & Mulieri 15. cum gl. ff. de Curat. furios.* vbi dicitur, quod etiam Mulieri, quæ luxuriose. idest prodige viuit secundum alterum intellectum glosæ, Bonis interdici potest.

Et Seneca 2. de Benef. Carpens Alexandrum dixit, quanto maioris animi fuisset, Vrbes non rapere, quam spargere.

40 Quietis Inimica pecunia.

Corporis, & quod peius est, animi quietem Diuitijs perturbari, ego satis ostendi, *p. 3. c. 2. in remedio sollicitudinis,* ideo ad ibi, dicta me refero.

41 Ruinosa pecunia.

Ruinam corpori, atq; animo Diuitis, Diuitias comminari, & minas, non semel exequi, experiẽtia docet, feriuntq; summos fulmina Montes.

Et multi tolluntur in altum, vt lapsu grauiore iuant, vt cecinit, *Claudian. in Ruffin.*

Et qui altam facit Domum suam, quærit Ruinam, vt inquit *Sap. pro. 17.*

42 Superba pecunia.

Vnde, *Eccli. 21.* Domus, quæ nimis loquiples est, annullabitur Superbia, *& ex Bern. Bonau. in soliloq.* periclitatur Castitas in Delicijs, & humilitas in Diuitijs, quod si cecinit. *Ouid.*

Fastus inest pulcris sequiturq; Superbia formam.
Tu cane si placet.
Fastus inest opibus, sequiturq; superbia nummum.

Et confert ad hoc, *Horatianum illud.*

Et genus, & formam Regina pecunia donat.

Et melius, quod idem, *Horat. cecinit ode 4.*

Quamuis superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Et iterum. *Ouid. lib. 6. Metam.*

In quaqunq; Domus aduerti lumina partem.
Immensæ spectantur opes.
Quærite nunc habeat, quam nostra superbia causam.

Quod si pecuniæ obediunt omnia, *Eccles. 10.* nil mirum si pecunia nulli obediat, & omnibus studeat superbire, & super ire.

Adde hic, quod initium omnis peccati est superbia, *Eccli. 10.* & vide, quæ dixi *p. 3. c. 2. in Remedio humilitatis.*

43 Sordida pecunia.

Inseruiunt hic, quæ dicta sunt *in V. Auara*, quibus tamen addi potest gradus maior Auaritiæ, cuius exemplum sumi potest, *ex Mart. lib. 1. Epig. 104.*

Si dederint superi Decies mihi millia centum
Dicebas non dum scæuola factus eques
Qualiter o viuam, quam large, quamq; Beate;
Riserunt faciles, & tribuere Dei.
Sordidior multo post hæc Toga; Penula peior
Calceus est sarta terq; quaterq; cute
Deq; decem plures semper seruantur Oliuæ
Explicat, & Cænas vnica mensa duas
In sua o fallax, atq; inficiator eamus
Aut viue, aut Decies millia redde Deis

Adde, *Plut. de consol. ad Vxorem*, imitabimur Auaros, & Sordidos, qui multa vbi quæsierint, nõ vtuntur partis, sed amissa deplorant.

Adde, *Sap. Eccles. c. 6.* vidi aliud malum, & quidem frequens; virum cui Deus dedit Diuitias, nec dedit potestatem, vt comedat ex eis.

44 Seditiosa pecunia.

Qui veteres, ac recentiores scrutatur Historias, facile reperit, non alios scidisse Ciuitates, ac Populos seduxisse, quam nummos, quam Ditiores, & Pompaticos illos, de quibus loquitur, *Amos c. 6.*

Vnde, *Plato lib. 5. de Rep. sub finem*, Abegit à Rep. ingentes Diuitias, tanquam dissidium, & seditionem gignentes, *vt refert Tiraq. de nob. c. 5. n. 25. in fine.*

Confert, *tex. gen. 13. ibi*, erat substantia eorum multa nimis, & nequibant habitare communiter, *& gen. 36.* recessit Esau a Fratre Iacob; Diuites enim erant valde, & non poterant simul habitare.

45 Tyrannica pecunia.

Ex ijsdem fere rationibus, quibus oritur ex nimia opulentia seditio, prouenit etiam publica Tyrannis, vt experientia sæpe docuit, vnde, & Thales milesius ex sapientibus vnus pronunciauit, illã optimam esse Democratiam, quæ Ciues, neque prædiuites, neq; admodum pauperes contineat, *refert Tiraq. c. 31. n. 25.* & veteres Athenienses timore Tyrannidis Ditissimos quosque e Ciuitate iubebant exulare, sed sæpius exercent Diuites priuatam quandam Tyrannidem in pauperiores, *ad tex. Iac. 2.* non ne Diuites per potentiam opprimunt vos, & trahunt vos ad Iudicia.

Et quod pauperes præsumantur à Ditioribus opprimi, *dixit post Afflict. Rolan. cons. 87. n. 58. lib. 2.* & Pasqua Diuitum pauperes esse, *dixit Sap. Eccli. c. 13.*

46 Tentatrix pecunia.

Male se res habet (*inquit Tullius*) cum quod virtute agi debet, tentatur pecunia, & qui volunt Diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli; *inq. D. Paul. p. ad tim. 6.* & rari sunt, qui possint veridice canere cum Prophet. *Ps. 29.* Ego autem dixi in Abundantia mea non mouebor in æternum, & verum nimis est, *Ouidianum illud p. metam.*

Effodiuntur opes Irritamenta malorum.

Cum alijs, quę adduxi supra, quibus adde, quod Diabolus ipse, qui Antonomastice dicitur is, qui tentat; *ad Tessallon. 3.* & Tentator, *Matt. 4.* vt valide tentet, & expugnet inexpugnabilem, confugit ad Diuitias, ijsq; tanquam potissimis Instrumentis vtitur, *Matt. 4 ibi*, hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Vnde, & merito, *Petr.* quem secundum, seu Iuniorem Senecam appello, nec primo omnino inferiorem puto, *in opusc. de Remed. vtriusq; fortun. in præfat. ad lib. p.* difficilius (inquit) prosperæ fortunæ Regimen existimo, quam aduersæ, & apud me formidolosior, & insidiosior est fortuna Blanda, quam minax.

Et o vtinam vere canere non possemus hosce versiculos, quos aliquãdo legens, ac lugens cecini.

Diuitiæ, nisi nos semper in Crimen
Saltem semper nos ducunt in Discrimen.

47 Violatrix pecunia.

Vnde Propert.

Aurea nunc vere sunt sæcula, plurimus Auro
Venit honos, Auro conciliatur Amor.
Auro pulsa fides, Auro venalia Iura
Aurum Lex sequitur.

Et Tacit. lib. 2. ann. c. 2. inter secunda, non humani, non Diuini Iuris memores.

48 Violenta pecunia.

Quid non mortalia pectora cogit Auri sacra fames? Immo Auro persuadere est plusquam cogere, *vt inquit tex. in l. p. §. persuadere ff. de seru. corrupt.*

Et cognoscens Mulierem data pecunia, incidit in statutum contra cognoscentem Mulierem per vim, *vt post alios docet Marsil. sing. 393. & Plot. de in litem Iurand. §. 2. n. 14.*

Et si vis, quæ Armis infertur dicitur vis armata, *l. 3. ff. de vi. & vi. armat.* vis, quæ auro infertur, dicetur vis aurata, & in simili de precibus auratis, *diximus p. 3. c. 2. in Remedio Amoris.*

Immo dici potest ex prædictis ferro valentius & violentius aurum, vel si vis canere dic, Ecce potens ferrum, ferroq; potentius aurum, & inter Ciuiles Discordias, immensam pecuniam ferro validiorem

diorem, *dixit Tacit. lib. 2. ann.*

Et si preces Principis dicuntur Armatæ, quia cogunt, & est rogare Ducum species violenta iubendi.

Vt refert Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 35. n. 5. Idem, & fortius dici poterit de precibus Auratis ex prædictis.

Reliquum est, vt hic subnectat Antonius protestationem ad exemplum, *D. Antonini in summa Theologica p. 3. tit. p. c. 25.* qui post, quam ordine Alphabetico descripsit vitia Mulierum dicens (Mulier est Auidum Animal, Bestiale Baratrum,
49 Concupiscentiæ Carnis, Damnosum Duellum, æstuans æstus, falsa fides, Garrulum Guttur, Herinis harmata, Inuidiosus Ignis, Kalumniarum Kaos, Lepida Lues, monstruosum mendacium, Naufragij Nutrix, Opifex odij, prima peccatrix Quietis quassatio, Ruina Regnorum, Sylua Superbiæ, Truculenta Tyrannis, Vanitas Vanitatum, Xantia Xersis, Ymago Ydolorum, Zelus Zelotipus) subdit in fine, hoc tamen Alphabetum est de malis Mulieribus.

Vnde Ego quoq; dicam Alphabetum, de quo supra, esse de malis Diuitijs, male quæsitis. vel male versis, seu verius esse de malis Diuitibus, qui Diuitijs male vtuntur, nam vere, vt aliquando cecini, multa mala non Diuitijs ascribenda sunt, sed vitijs.

50 Et quamuis, *Tacit. de morib. german. c. 2.* dubitasse visus sit, an pecunia sit Bona, vel mala, dū dixit, Argentum, & Aurum, propitij, an Irati Dij negauerint, dubito, *& consonat Sen. de Benef. lib. 2.* sunt quædam nocitura impetrantibus, quę non dare, sed negare, Beneficium est.

51 Attamen est indubitanter asserendum, quod Diuitiæ in se, nec sunt Bonæ, nec malæ, sed indifferentes.

Primo probatur authoritate, *D. Bern. de Consid. ad Eugen. lib. 2. c. 5.* Diuitiæ (inquit) nec Bonæ, nec malæ, vsus bonus, Abusus malus, quęstus peior, sollicitudo pessima.

Adde, quod pecuniæ non vsus etiam malus est aliquando, vnde, *dicebat Aristoteles, & inter eius dicta refertur in eius vita,* alios pecunia non vti, alios abuti.

Et pecunię non vsum damnat elegāter, *Horat. ode.*

Nullus Argento color est Auaris.
Abdite terris Inimice Lamne.
Crispe salusti, nisi temperato.
Splendeat vsu.

Idemq; non vsus damnatur, *in l. 4. ff. ad l. Iul. peculat.* vbi pecunia mandatis Principum sepelliri prohibetur.

Sed fortasse D. Bernardus, vbi supra, nomine Abusus generice sumpto, comprehendere voluit, etiam non vsum, prout etiam aliquando pecunia vti, est abuti, & sumitur aliquando vsus pro abusu, & ita saluari potest versiculus ille, Diuitijs vti res est aduersa saluti, quem posuit, *Pauin. de visitatione p. 2. q. 7. col. fin. & refert Neuizzan. in Sylua lib. 3. n. 8.*

Adde, *Crisol. serm. 124.* neq; Diuitiæ, neque paupertas, sed animus, aut ducit gratos ad præmium, aut ad pœnam deducit ingratos, *& Petr. 2. de Rem. D. 13.* pecuniæ, neque Amorem, neque odium, sed frugalitatis studium, Auaritiæque fugam laudo, vt amare enim pusilli animi, sic pati non posse Diuitias, Infirmi est, parumq; sibi fidentis, atq; auro succumbere metuentis.

52 Secundo probatur Authoritate, *Phylosophi moralium Principis ep. 98.* errant (inquit) qui aliquid boni, vel mali iudicant nobis tribuere fortunam; materiem dat, apud nos in Bonum, vel malum exituram, *& prius ep. 17.* non est in rebus vitium, sed in animo, quod paupertatem grauem fecerat, & Diuitias graues faciet, nihil differt ægrum in Ligneo lecto, an in Aureo colloces.

53 Tertio probatur, quia radix omnium malorum est Cupiditas, vt loquendo de Diuitijs, dixit, *Apost. p. ad tim. 6.* & Sacra Scriptura non præcipit, nisi Charitatem, nec damnat, nisi cupiditatem, *vt inq. D. Aug. de Doctrin. Christian. c. 10.*

Non ergo malæ Diuitię, sed cupiditas Diuitiarum, & semen Giezzi pro cupiditate habendi in æternum damnatur, *Matt. 28. c. circa p. q. p.* & sicut non mala res est vinum, sed ebrietas, ita non malæ Diuitiæ, sed Auaritię, *iuxta D. Io. Crisostom. homil. 2. ad populum.*

Et sicut honores sine ambitione, & voluptates sine luxuria, ita Diuitias sine Auaritia possumus appetere, *vt dixit Sen. de conſ. ad marcium.*

Et sicuti nullum Crimen vini est, sed culpa bibentis, *vt inq. Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 4. n. 117.* ita malitia non est in Diuitijs, sed in Diuitibus, nec tam Diuitijs, quam vitijs mala tribuenda, & ascribenda sunt, quoniam Diuitię sunt de ijs, quæ possumus bene, & male vti, vnde infert, quod ideo non sunt à Deo determinate petenda, *D. Thom. 22. q. 83. art. 5.* subdens aliquando melius esse ea non impetrare.

Adde, *Aug. lib. 8. de Ciuit. Dei c. 12. ibi,* non auri vitium est auaritia, sed hominis peruerse amantis aurum, iustitia relicta, quæ debuit anteponi, & Paulo post, qui peruerse amat, cuius libet naturæ Bonum, ipse fit in Bono malus, vnde supponit aurum esse Bonum, intellige non moraliter, sed entitatiue, & naturaliter.

Accedat, *& Petr. 2. de Rem. D. 13.* pecuniæ, neq; amorem, neq; odium, sed frugalitatis studiū, auaritiæq; fugam laudo.

Adde Bellarm. de Arte ben. mor. lib. p. c. 2. Abraam Amicus Dei fuit, & Diuitias ingentes possedit, Dauid quoq; Ezacchias, & Iosias Reges Ditissimi simul, & Deo Amicissimi fuisse leguntur, quod idem de multis Christianis Regibus, & Imperatoribus dicere possemus, non igitur Bona mundi huius, opes, honores, voluptates, Christianis hominibus penitus interdicuntur, sed Amor, immoderatus

moderatus rerum mundi huius.

54 Quarto probatur, *ex Bellarm. in opusc. de Ascens. ment. in Deum c. 2. ibi*, non prohibet Deus, ne rebus creatis vtaris, immo vult, vt domineris illis, sed non vt illæ dominentur tui, quod si Diuitiæ dominentur tui, efficieris vir Diuitiarum, & incides *in Ps. 75.* omnes viri Diuitiarum nihil inuenerunt in manibus suis, & audies Senecam de vita Beata, tibi exprobrantem, & dicentem, Diuitiæ meæ sunt, tu Diuitiarum es.

At multi non solum non habent Diuitiarum Dominium, sed ipsi sunt sub Dominio Diuitiarũ, & non solum non habent earum possessionem, sed immo ipsi sub earum possessione reperiuntur, sic Ptolomeus non possedit Diuitias, sed à Diuitijs possessus est, *vt inq. Val. max. lib. 9. memorab. c. 4.* Diuitiæ si vti scias, tibi seruiunt, si vti nescias, illis seruis. O quam multi non solum non habent Diuitias in seruitio, sed ipsi sunt in seruitio Diuitiarum, & corpore simul, atque animo mancipati Diuitijs acquirendis, conseruandis, & augendis inseruiunt.

Et vt dixit, *Seneca de vit. Beat.* Diuitias habẽt sicut habere dicimur febrem, cum tamen ipsa nos habeat, & optime dixit ibid. Sen. Diuitiæ apud Sapientem sunt, in seruitute; apud Stultum sunt in Imperio; Apud me aliquem locũ, apud te summum locum habent; opes apud me, extra me tamẽ sunt; in Domum eas non in Animum recepi.

Quod si verum dixit, seruauit monimentum, *tex. Ps. 61.* Diuitię si affluant, nolite cor apponere, & potuit, etiam veridice subdere, quod subdidit ibi, (mihi Diuitiæ si effluxerint, nihil auferẽt, nisi se met ipsas, tu videberis tibi sine te relictus.

55 Quinto accedat, quod Christus Dominus habebat Loculos, à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs Indigentibus tribuebat, & præcepit non esse cogitandum de Crastino, non ad hoc, vt nihil pecuniæ seruaretur à Sãctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter Inopiæ timorem, Iustitia deseratur, *ita dixit Aug. in lib. de mendacio c. 15. relatus in can. habebat 12. q. 1.*

Sic, & Phylosophus, opes contemnendas dicit, & habet; vitam contemnendam esse, ait, & tamen viuit; nempe ait ista debere contemni, non ne habeat, sed ne sollicitus habeat. *sic Seneca in opusc. de vit. Beat.* admonendus est Animus, amet, vt recessura, immo, vt recedentia, vt dixit, *idem Sen. de consol. ad marciam.*

Sic, *& Apost. p. ad Cor. 7.* Reliquum est (inquit) vt qui emunt tanquam non possidentes sint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, *& 2. ad Cor 6.* sicut egentes, multos autem locupletentes, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Et D. Greg. homil. 36. in Euang. si cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenete, quæ huius mundi sunt, vt tamen per ea non teneamini in mundo, vt terrena res possideatur, non possideat sit res temporalis in vsu, æterna in desiderio.

56 Sexto adde, quod rei familiaris amplificatio, nemini nocẽs, vittuperanda non est, *vt dixit Tullius p. de offic.* nec pauperibus augmentum patrimonij, quod laboribus, & casibus quæritur, interdicendum est, *vt loquitur tex. in l. si Defunctus 10. C. arbitr. tut.*

Et Diuitias sine Auaritia, honores sine ambitione, voluptates sine Luxuria, possumus, & debemus appetere, *vt inq. Sen. de cons. ad marciam, & idem Ep. 18. ad Lucil.* opum (inquit) possessionem tibi non interdico, sed illas intrepide possideas, & tamquam exituras aspicias, *& idem iterum in opusc. de vit. Beat.* Diuitias (ait) nego Bonum esse, cum Bonos non faciant, & apud malos deprehendantur, sed habendas, & vtiles esse, & magna commoda afferre fateor.

57 Septimo, si multos perdidit aurum, & argentũ, *Eccli. 8.* etiam propter Inopiam multi deliquerunt, *Eccli 27.* Vnde, & hi, quos flagitium, & egestas exagitabat, Catilinæ familiares erant, *inq. Salust. de Coniur. Catil.*

Et pericula sunt in Ciuitate, pericula in solitudine, & vbiq; pericula, & Diabolus, laqueos, vbiq; posuit, laqueos in Diuitijs, laqueos in paupertate, *vt dixit D. Aug. in soliloq. c. 16.*

Et Plato lib. 5. de Rep. tam extremam Inopiã, quam ingentes Diuitias abegit, cum ab vtrisque summos in Rep. morbos, prouenire iudicaret, *vt refert Tiraq. de nob. c. 3. n. 25. in fine.*

Vnde, *& Sap. pro. 30.* mendicitatem, vel vt legunt alij, paupertatem, & Diuitias ne dederis mihi, sed tantum tribue victui meo necessaria, ne forte satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & peiurem nomen Domini Dei mei.

Et Mart. lib. 4. Epig. 77.

Nunquam Diuitias Deos rogaui
Contentus modicis, meoque lætus
Paupertas, veniam dabis, Recede.

Quod si, mortalia pectora cogit, Auri sacra fames, *vt dixit Virg.* O quantum cogit egestas, *inquit martialis relatus à Tiraq. de nobilit. c. 3. n. 25.* & quod paupertas ad turpia cogit, *dixit Laurent. Decij. Anenion. 25. n. 15.* & male suada fames, & turpis egestas, cecinit Poetarum Princeps, *6. eneid.* & quod ad turpe compendium, duo possunt homines commouere, Inopia, & Auaritia, *ex Tullio dixit Luc. de pen. in l. Lenones col. pen. vers. paupertate C. de spectac. lib. 11.*

Vnde, *apud Val. Max. lib. 6. memorab. c. 4.* cum ageretur an Sulpitius, vel Aurelius mittendus foret in Hyspaniam, ait Scipio, neutrum mihi mitti placet, alter enim nihil habet, alteri nihil satis est.

58 Et si Diuitię iactant, paupertas deicit, *vt dixit D. Aug. in originali relatus à Monrado in Epistola ad Thesaur. Concionatorum*, & si in prosperis continentia, in aduersis patientia, necessaria est, prout

sic exoptabat, & precabatur, *idem Aug. meditat. c. p. vnde, & D. Bern. medit. c.* 14. non minus, inquit, prospera timeo, quam aduersa, nam illa incautum, hæc me timidum faciunt.

Et si iustitia in pauperibus; Coontinentia, & temperantia in iunioribus, & Diuitibus laudabilior est, cuius rei rationem reddit, *Aristoteles sess. 28. prob.* 64 quia (inquit) si quis re abstinet, cuius maxime indiget, laudabilior, quam si e contrario; pauper igitur facultatibus indiget, Iuuenis,& Diues fruitione.

Et si in Diuite mendacitas, in paupere superbia odibilis dicitur, *Eccli.* 25. *ibi*, tres species odiuit Anima mea, pauperem superbum, Diuitem mendacem, senem fatuum, & insensatum.

Et si mundi cupiditatibus possessus, emergendi non habet facultatem seu facilitatem, *ex Ambros. lib.* 5. *in Luc. c.* 6. difficile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta Domi, ex *Iuuen. sat.* 3.

Vnde, *Aug. in Ps.* 51. nec passim Diuites reprehendatis, nec de paupertate præsumatis, nam si rarus est Beatus ille Diues, qui post aurum non abijt, de quo dicitur, *Eccli.* 30. forte rari sunt, etiam illi Beati pauperes spiritu, de quibus, *Matt.* 5. qui scilicet cum non habeant, nec habere desiderent, nec quibusquunq; pauperibus, Cęli Regna promittuntur, sed ijs tantummodo. in quibus Diuitiarum Inopiam, Animorum humilitas comitatur, *vt dixit D. Aug. de duodecim Abusionum gradibus, gradu* 8.

59 Octauo, immo Diuites cum Iustitia, & bonis operibus non abicimus, *inq. tex. in can. hoc scripsimus* 30 *Dist.* & Deus potentes non abicit, cum, & ipse sit potens, sed non saluat impios, *Iob.* 35. quo quidem temperari potest, *tex. Sap* 4. potentes potenter tormenta patientur, intelligendo, scilicet si sint impij, & Deus suscipit pauperes, sed Diuites non repellit, *inq D. Petr. Crisol serm.*28.

Et pauper parce viuendo non meretur, sic, nec spado meretur continendo, *gl. in can. si enim de pœnit. Dist.* 2. *in V. necessitas, & confert tex. ibi*, necessitas, nec damnatio est, nec Corona, *& confert etiam tex. in can. tunc saluabitur* 33. *q p.*

Et Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem, & sunt instrumenta virtutum, *D. Thom.* 12. *q.* 129. *art.* 3. & Liberalitas proprie est circa pecunias, intelligendo nomine pecuniæ omnia, quæ pecunia ęstimantur, *ex eod. D. Thom.* 22. *q.* 117. *art.* 2. & in necessitate, nemo liberalis existit, vt dicunt nostri, *ex l. Rem. legatam* 18. *ff. de Adim. Legat. Ludouis. in Eugubina prępositurę D.*240. *n.*14

60 Hoc tamen tempera, quia licet in paupere non detur forte liberalitas actualis, datur tamen habitualis, vel virtualis, seu verius in paupere dari potest liberalitas, licet non exercitium liberalitatis, saltem frequens, quoniam Liberalitas, tanquam virtus est in animo, sic Mosnnon, interoganti Socrati quid esset virtus, respondit, quæ cadit in puerum, senem, virum, feminam, pauperem, popularem, dominum, seruum. cui Socrates, vnam ignorans, multas nobis memorasti, ita Plutar. de Amicitia in multos diffusa, & paupertas, & dolor sapienti virtutem non eripit, sed eius opera impedit, quo ad alios, *vt sensit Sen. Ep.* 85. immo inuenit Animus liberalitatis materiem, etiam inter angustias paupertatis, *vt dixit idem Sen. p. de Benef.* quod fecit eschines pauper Socratis Auditor dicens, dono tibi, quod vnum habeo me ipsum, cui Socrates, magnum mihi munus dedisti, nisi paruo te æstimas, curabo igitur vt te meliorem tibi reddam quam accepi.

Item adde aliud liberalitatis genus, non solum pauperi commune, sed proprium, *ex Mart. lib.* 5. *epig.* 18. *ibi*, quoties amico Diuiti nihil donat Quintiane liberalis est pauper, *& vide quę dixi in V. Donatio*, Et Diuitiæ Bonæ sunt, dummodo ex eis fiat misericordia, *gl. in c. p.* 11. *q. p.* & Diuites cum Iustitia, & operibus bonis non abicimus, *inquit tex. in can. Hac autem scripsimus, qui est antefinalis* 30. *dist. ex. Conc. Caugrense, vbi gl. in V. Diuites*, inquit (non est hoc contra illud, facilius est Camelum per foramen Acus transire, &c. quia illud de ijs intelligitur, qui in Diuitijs spem ponentes, gratius intuentur aurum, quam solem? *vt dicitur in can sicut* 47. *dist. desumpto ex D. Ambros.*

Immo Beatus dicitur Diues, qui inuentus est sine macula. qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ Thesauris, fecit enim mirabilia in vita sua, perfectus est; erit illi gloria æterna, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit, *Eccli.* 31.

Bene verum est, quod rarus est is, vnde dicitur ibid, quis est hic? Dici tamen potest, quod in Diuite magna virtus est, vitium fugere, & Bonum magnum, mala non agere. *arg. d. tex. Eccli.* 31. *ibi*, perfectus est, &c. *& vt dixit Aug de verb. Domini, quem refert Bartholom. Sybilla peregrinar. quæst. dec. p. c.* 9. *q.* 4. magnæ virtutis est, cum felic tate luctari, & magnæ felicitatis est, felicitate non vinci.

61 Immo etiam melior est sapientia cum Diuitijs, & magis prodest videntibus solem, *Eccles.* 7. *& Sen. de vita Beata*, maior (inquit) materia virtutis sapienti est in Diuitijs, quam in paupertate, verum est tamen, quod huiusmodi Sapiens, ac vir bonus primæ notæ tanquam Fœnix semel anno quingentesimo nascitur, *vt inquit idem Sen. Ep.*42. *ad Lucillum.*

Potest ad idem conferre, *Tacit. lib.* 4. *Ann. c.* 11. molles in calamitate mortalium animi, *& Ps.* 30. infirmata est in paupertate virtus mea, (licet forte ibi capiatur virtus pro vi corporis, vt in illo, magna, sed in paruo regnabat Corpore virtus.)

Confert, & illud, *Iuuen. sat.* 3.

Difficile emergunt, quorum virtutibus obstat.
Res angusta Domi.

Et D. Aug. serm. 176. *in fine*, si vnusquisque

ratio-

ratione subdere passiones studeat, & super eas stare consuescat, ex ipsis sibi gradum constituit, quo possit ad superiora conscendere, eleuabunt nos, si fuerint infra nos, de vitijs nostris nobis scalam facimus, si vitia nostra calcamus.

Et hoc ipsum, quod *Aug.* dixit de vitijs, optime credo dici posse de Diuitijs, quas vt ostenderent esse calcandas, afferebant ad pedes Apostolorum, *act. 4. vt inquit Hieron. in Ep. de Virginitate ad Demetriadem*, sed etiã paupertatem esse calcandam, dixit, *Sen. Ep. 10. ad Lucillum ibi*, malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere, necessitas nulla est, calcare ipsas necessitates licet.

Postremo pro declaratione, & complemento materiæ subicio tres Conclusiones.

62 Prima Conclusio sit, quod Diuitię male quæsitæ, sunt malæ, vnde, *Abachuc. 2.* Vhe ei, qui multiplicat non sua, *& Michee 6.* Ignis in Domo Impij, Thesauri iniquitatis, *& pro. 20.* Hostiæ Impiorum Abominabiles, quia offeruntur ex scelere, *& Ps. 36.* melius est modicum Iusto super Diuitias peccatorum multas.

Sic ex Inope Diuitem, quasi Pestem fuge, *inq. Hieron. relatus in can. negociatorem 88. dist.* sic asperius nihil est humili cum surgit in altum, *inq. Iuuen. relatus à Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 4. n. 116.*

Sed ita substantia festinata minuetur, *inq. Sap. pro. 13.* & qui sic mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum, *inq. Aggeus c. p.* & qui coaceruat iniuste, alijs congregat, in Bonis illius, alius luxuriabitur, non iucundabitur in Bonis suis, *Eccli. 14.*

Et quod male parta, male dilabantur, Salustius vidit absq; lumine fidei, *& Io. Crisost. relatus in can. Eiciens 88. dist.* substantia inquit Mercatorũ, stabilis esse non potest, nec ad bonum proficit, quod de malo congregatur, *& Sapiens pro. 20.* melius est nomen Bonum, quam Diuitię multæ: super Aurum, & Argentum, Gratia Bona.

Stulti autem dicunt, quod ex eorum ore cecinit *Iuuenalis.*

Vnde habeas quærit, nemo, sed oportet habere.
Quid enim salui: Infamia nummis? *& refert Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 4. n. 81.*

Sed vtinam Insipientes aliquando saperent, & errorum Magistri, fierent Discipuli veritatis, & sic addiscerent, *quod post tex. Euang. docuit D. Hieron. ep. 151. ad Algasiam*, & facerent sibi amicos ex Inimicis, idest nummis; facite vobis, *(inq. ibi Hieron.)* Amicos de Inimico Mammona, Mammona autem non Hebreorum, sed Syrorum lingua, Diuitię nuncupantur, quod de iniquitate collectæ sint, Iniquitas ergo bene dispensata vertitur in Iustitiam.

63 Econtra vero Diuitię bene quæsitę, Bonę sunt, vnde, *Tac. lib. 4. ann. c. 6.* Gloriæ (inquit) fuerat bene tolerata paupertas, Dein. magnæ opes innocenter partæ.

Sic habebit Phylosophus opes, quarum tam honestus sit exitus, quam introitus, vt aperta Domo dicere possit, quod quisq; suum agnouerit, tollat, *vt inq. Sen. de vit. Beat. & D. Petr. Crisol. serm. 28.* fuerunt Sanctis Innocentes Diuitię, vt pote à Deo datæ.

Adde tamen hic, etiam *Iuuen.* loquentem ex ore vulgi.

Vnde habeas quærit, nemo, sed oportet habere.
Et Io. Eudomen. lib. 3. Ep. 114.
Vndiq; fluminibus currentibus in Mare magnũ.
Non ait vnde venis æquor, at vnda veni.
Et lib. 2. ad Edoardum Ep. 52.
Nemo hominum viuit sine Crimine, & absque Crumena.
Crimine rara suo plena Crumena caret.

64 Secunda Conclusio sit, quod Diuitię Bonæ sũt Bonis, & malæ sunt malis, & ad Bona, & ad mala possunt opes, opem ferre, vnde *D. Ambros. lib. 8. in sex. Luc.* discant (inquit) non in facultatibus Crimen hærere, sed in ijs, qui vti nesciant, nam Diuitię, vt impedimenta improbis, ita bonis sunt Adiumenta virtutum.

Et quod dicitur, *primo metam.*

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Declara, idest malorum hominum, vel intellige, quod malis sunt irritamenta malorum, & his Diuitias non dare, sed negare, Beneficium foret, *ad tradita per Sen. de Benef. lib. 2. & iunge tex. pro. 16.* vir Impius fodit malum, vel etiam intellige, vt illud verbum (malorum) non solum possit esse generis neutri, sed etiam masculini, ita, vt non solum referatur ad facta, sed etiam ad personas.

Sic in simili Iugum meum suaue est probis, durum, & importabile reprobis, *inq. Io. Gerson. de Imit. Christi.*

Et omnia munda mundis, coinquinatis autem, & Infidelibus, nihil est mundum, *ad tit. p.*

Vnde, *& Aug. contr. Adimantium Manichei Discipulum c. 14.* nos (inquit) teneamus Apostolicam Disciplinam dicentem, quod omnia munda sunt mundis, seruata moderatione Euangelica, *& D. Petr. Crisol. serm. 44.* peruersa sunt vniuersa peruersis, *& iterùm Aug. ad Casulanum Ep. 86.* A Sanctis pie prandetur; A Sacrilegis impie ieiunatur.

Sic, *pro. 17.* quid prodest stulto habere Diuitias cum Sapientiam emere non possit? immo dic, quod ei nocet, nam prosperitas stultorum perdet eos, *pro. p.* & stultorum exaltatio Ignominia, *pro. 3.* & sicut, qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita, qui tribuit insipienti honorem, *pro. 26.* immo est, qui stultus apparuit, post quam eleuatus est in sublime, *pro. 30.*

Et sicut stultis, inutilis est, etiam Amicitia, Sapiens vero ex Inimicitia, vtilitates capit, *vt ostendit Plut. in opusc. de vtilit. capien. ex inimicis*, ita homo malus, etiam Bona vertit in mala, Bonus

autem econtra, vnde, *& Sen. de. vit. Beat.* quicquid ad me veniet, Bonum fiet, *& idem Epist. 7.* non miror (inquit) quod multis parasse Diuitias non finis miseriarum fuerit; sed mutatio, vt dixit Epicurus, non miror inquam non est in rebus vitium, sed in animo, quod paupertatem grauem fecerat, hoc, & Diuitias graues faciet, nil differt, ægrum in aureo lecto, an in ligneo colloces.

65 Tertia Conclusio sit, quod licet, tamen ex paupertate, quam ex Diuitijs mala proueniant, & aliquod peccatum grauius fit in paupere, vt dixi de superbia, in genere tamen, & regulariter, frequentiora, & grauiora sunt Diuitum peccata, quam pauperum. Quod frequentiora sint, patet ex supradictis, & præsertim in Alphabeto, quibus adde, *Petr. lib. p. de remed. vtr. fort. Dial. 20. ibi*, peccatrix opulentia, sanctam spernit Inopiam, *& Dial. 53. ibi*, opes, bonis moribus res aduersa, & iterum ibi, nimiæ opes non modo singulorum hominum, sed Populi Romani corrupe runt mores, qui tam diu iustus, atq; integer quandiu pauper, fuit; In egestate victor gentium, & quod est gloriosius, victor sui, Domitorq; vitiorum, à Diuitijs victus est, & adhuc iterum ibid. Diuitię Auri, & Argenti, virtutum Inopiam afferre solent, & adhuc iterum, *Dial. 101.* virtutum nutrix optima est paupertas; opulentia, vitiorum.

66 Quod autem grauiora sint, probatur primo, quoniam Diuitum peccata habent annexam aggrauantem circumstantiam longe maioris ingratitudinis, nam, qui plus cæteris acceperunt ab Authore Mundi, grauius iudicantur, *vt dixit Greg. hom. 9. in Euang. super 25. Matt.* & cui multum datum est, multum quæretur ab eo, *Lucę 12.*

67 Secundo probatur ratione, quia maior erit Diuitum poena, ergo, & maior est culpa, consequentia patet, quoniam poena debet delicto commensurari, immo poena, vel est, vel esse debet mensura delicti, *ad tex. in l. sancimus 22. C. de pęn. cum similib.*

Antecedens autem probatur, *Sap. 6.* potentes potenter tormenta patientur, *& Zacchar. p.* Ira magna irascor super gentes opulentas.

Et pauperum peccata ob eius vitæ incommoda leuius apud inferos puniri, sensit in suis Legibus *Plato, quę refert Tiraq. de pau. semper. caus. 32. n. 9.*

68 Tertio probatur, *ex tex. pro. 30. ibi*, mendicitatem (vel vt legunt alij) paupertatem, & Diuitias ne dederis mihi, Tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? Aut egestate compulsus furer, & periurem Nomen Domini Dei mei, & consonat; *Deut. 31.* cum saturati, & crassi fuerint, auertentur ad Deos alienos, *& Ps. 85.* Synagoga potentium quæsierunt Animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Vnde colligitur Diuitias inducere ad negandum Deum, quod est grauissimum peccatorum, & vide, *quæ sup. hic dixi in V. Infidelitas.*

Paupertas vero inducit ad furandum, vt hic, *& Iudic. 11. ibi*, viri Inopes, & latrocinantes eum quasi Principem sequebantur.

69 At *pro. 6.* dicitur non grandis est culpa cum quis furatur, furatur enim, vt esurientem impleat Animam, & deprehensus reddit quadruplum.

Et quamuis, *(lor. in §. furtum vero quęro an furtum*, senserit, furtum dici posse graue delictum, quando est de re magna, seu graui, attamen de Iure Ciuili, pro furto, nec seruus moritur, *Authen. sed novo Iure C. de seru. fugitiu.*

Et apud Lacedemones furtum non manifestum erat olim impunitum, vt acuerentur Ingenia furum, & augeretur diligentia Dominorum, *vt refert Plut.* licet apud Scytas, quibus non sunt Domus; nullum scelus furto grauius, quid enim inter Syluas superesset, si furari liceret, *inquit Petr. lib. 1. de remed. vtr. fort. Dial. 60.*

Et qui furtum ex paupertate committit: si pro extrema necessitate, excusatur à toto, si pro graui excusatur à tanto, *vt dixi in V. furtum.* Et nunc addo, quod in extrema necessitate furari, non solum non grandis est culpa, sed nulla est culpa, immo grandis esset culpa, tunc non furari, quia ne quis esset fur alieni, fieret homicida sui.

70 Quarto idem probatur, quoniam, vt cecinit *Iuuen.*

Omne Animi vitium tanto conspectius in se
Crimē habet, quāto maior, qui peccat habetur,

Et comprobat, *tex. in can. nulli Pas. 15. q. p. & Menzzan. in Sylua lib. 4. n. 82. & in specie dixit Petron. arbit.* quod quisquis Inops, peccat, minor est Reus.

71 Et quamuis superbia, sit in paupere Grauior, frequentior tamen est in Diuite, *vt ostendi p. 3. c. 2. in remedio humilitatis*, & sane longe facilius est in paupertate patientiam, quam in Diuitijs continentiam seruare, nam secundæ Res acrioribus stimulis animum explorant, & miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur, *vt dixit Tacit. lib. p. Hist. cap. 5.*

Et Petr. in præfat. ad lib. 9. de remed. vtriusq; fortun. ait, difficilius existimo prosperæ fortunę Regimen, quam aduersę, Difficultatis argumentum, Raritas; qui damna, qui paupertatem, qui exilia æquo animo tulerint, multos vidi, qui Diuitias, qui honores, qui potentiam, nullum, &c.

Et difficilius est temperare felicitati, qua non te putes diu vsurum, *vt inquit Tacit. lib. 12 hist. c.*

Quamuis, supposita Bonæ mentis integritate in possidente, fortuna vlicoest sęcurior, quam pernicia, quia tamē Bona mens, facilius seruatur in mala, quam in Bona fortuna, quasi illa contracta sint, Bona fortuna, & bona mens, *vt sensit Sen. Ep. 94.* ideo concludendum est ad Animæ salutem, tutiorem esse paupertatem, quam pecuniam.

72 Demum ad comprobationem Conclusionis primo firmatæ, quod pauperes salu entur facilius, adde, quæ dixi *p. 3. c. 2. de humilitate, pauperum*

vbi patet, quod pecunia quasi naturaliter inflat, & pauperes sunt regulariter humiliores, & iunge tex. Euangelic. Matt. 18. nisi efficiamini sicut paruulus hic, non intrabitis in Regnum Cælorum, vbi paruulos, humiles appellat, ad Greg. homil. 28. in Euang. vbi allegat, Ps. 114. custodiens paruulos Dominus, &c. Humiliatus sum, & liberauit me.

Adde etiam, Greg. homil. 32. in Euang. ibi, Dominus præcipit, vt renunciemus nostris, quia quisquis ad fidei Agonem venimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus, nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident; nudi ergo cum nudis luctari debemus, nam si vestitus, quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet, vnde teneatur, quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? qui ergo contra Diabolum ad certamen properat, vestimenta abiciat, ne succumbat.

Hoc ipsum Catholica indicare videtur Ecclesia, deprecans vt sic transeamus per Bona temporalia, vt non amittamus æterna, quod sane nobis continget, si monimentum illud, Greg. homil. 35. in Euang. relatum à Io. Gerson. de Imit. Christ. seruauerimus, sint temporalia in vsu, æterna in desiderio, & aliud Apost. p. ad cor. 7. ibi, qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.

73 Vltimo videtur prima fronte inferri posse ex conclusione supra firmata, quod plures sint Boni, quam mali, & quod plures sint, qui saluantur, quã qui damnantur. nam plures videntur esse pauperes, quam Diuites, vnde Sen. Ep. 74. se ipsum consolando dicebat, pauper fiam, inter plures ero & dixi ego latius p. 3. c. p. in Remedia fatiorum.

Sed forte dubitari potest de veritate illationis prædictæ, quia Conclusio non est, quod omnes pauperes saluentur, sed quod facilitas saluentur pauperes, quam Diuites.

Adhuc tamen procedere posse videtur illatio saltem præsumptiue, nam si facilius, pauperes, quã Diuites saluantur, potest etiam præsumi, quod plures pauperes, quam Diuites saluentur.

Adde etiam, quod Diuites quoq; possunt facile saluari si sint pauperibus Diuites, prout de Abraã dixit, D. Petr. Crisol. serm. 121. ibi, Abraam non sibi, sed pauperi Diues fuit, ad quod vide quæ dixi p. 2. in V. Elemosina 2. & p. 3. c. p. Remed. p.

PRIVIL. CCCLXIII.

Saluus Conductus.

SVMMARIVM.

1 Saluus conductus, Debitori concessus non extenditur ad debitum fiscale, vel pium.
2 Pauper gaudet priuilegijs Fisci, & piæ causæ, & non comprehenditur sub generalitate.
3 Venter non patitur dilationem.
4 Heres, pro Alimentis conuenitur infra tempus Inuentarij.

1 Saluus Conductus, seu securitas, etiam generalis concessa Debitori, non extenditur ad Debitum Fiscale, vel pium, nisi fuerit expressum, ad tex. in §. publicorũ Auth. ac mand. princ. & post laudens. tradit Euerard. in loco à fisco ad Eccles. vers. quartum est.

2 Idem ergo dic in Debito pauperis, tum quia gaudet priuilegijs Fisci, & piæ causæ, vt dixi in V. Fiscus, & in V. pia causa, tum quia sub generalitate non comprehenditur, vt dixi in V. Generalitas.

3 Accedit in his terminis ratio specialis, quoniã pauper præsumitur indigere pro Alimentis, vt dixi in V. mora, & venter non patitur dilationem, Bald. in l. pactum C. de Collat. Surd. de Alim. tit. 4 p. q. 44. n. 36. vbi quod ideo hæres, pro Alimentis conuenitur, etiam intra tempora concessa ad conficiendum Inuentarium, ex Ang. Imol. Alex. & Iason.

PRIVIL. CCCLXIV.

Scientia.

SVMMARIVM.

1 Paupertas, seu inopia, excusat Clericum à defectu scientiæ.
2 Non sunt culpandi inferiores Clerici, si tantum sciant quantum Laici, quando præ paupertate coguntur manibus victum quærere.
3 In Pastore scientiam eminentem desideramus, competentem vero toleramus.
4 Clericus non promouetur ad Sacros Ordines, absque sufficienti Beneficio, pensione, vel patrimonio.

1 Paupertas, seu Inopia, excusat Clericum à defectu scientiæ, Imol. in c. cum in cunctis de elect. & ibi Io. p. de fum. Trin. & Fidecatt. & in c. nisi de Renunc. in fine Abb. in c. venerabilis in fine de prab. Bar. in c. prudentiam col. p. de offic. deleg. Beniucas. de paupert. q. 4. n. 44.

2 Adde, Cottam in suis memorabilib. in V. Abbas, vbi post Innoc. Bald. Barbat. Card Firmian. asserit non esse culpandos Clericos inferiores, qui sunt ita pauperes, vt necesse sit eis, victum quærere propriis manibus, si tantum sciant, quantũ Laici.

3 Adde, etiam tex. qui loquitur de Clericis superioribus, in c. nisi 10. §. pro defectu de Renunc. ibi, in Pastore scientiam eminentem desideramus, competentem vero toleramus.

4 Et quamuis hodie difficilis sit contingentia huiusce casus stante dispositione Canonum, & Conciliorum de non ordinandis Clericis in Sacris Ordinibus, absq; sufficienti Beneficio, pensione, vel patrimonio, vt dixi in V. Episcopus, non est tamen impos-

impossibilis contingentia, quia non semel experientia docet, multis casibus, quibus humana omnia subiectantur, & Beneficia, & patrimonia perire.

PRIVIL. CCCLXV.

Sententia I.

SVMMARIVM.

1 *Seruanda est æqualitas in Iudicijs.*

Sententia nulla, lata pro minore sustinetur, sic, & pro paupere, & Ecclesia n. 3.

1 QVamuis seruanda sit æqualitas in Iudicijs, *c. cum inter 5. de except. Amat. Deci Fer. 11 n. 12. Buratt. in Ferrarien. pecuniaria Dec. 40. n. 4. dixi ego Dec. 4. n. 4.*

2 Attamen sententia lata pro pauperis illegitimo Procuratore, valet pro paupere, non contra pauperem, sicut in minore disponit, *tex. in l. non eo minus 14. C. de proc. Docent Canonistæ, & Abbas in*
3 *c. causam de Iudicijs*, qui loquitur in Ecclesia, *Iodochus, Daumander in Enchyridio parium, seu similium in V. Bona Pupillorum*, qui æquiparat, etiam in hoc, Pupillum, minorem, Ecclesiam, & pauperem.

PRIVIL. CCCLXVI.

Sententia II.

SVMMARIVM.

1 *Inter plures contrarias, præfertur sententia pro Reo, nisi altera sit pro causa pia, vel alias fauorabili n. 2. vel pro paupere n. 4. & 6.*
3 *Sententia, etiam pro pia causa lata, non præfertur, nec est exequenda, quando est impia, & euidenter iniusta.*
5 *In dubio, pro paupere est iudicandum, & multo magis pro eo Iudicatum, exequendum.*

1 INter plures Sententias contrarias, præfertur, quæ est pro Reo, *l. inter pares 38. ff. de Re Iudic. c. fin. eod. tit.*

2 Attamen quando altera ex prædictis Sententijs est pro pia causa, illa præfertur, *ad tex. in l. Lege Iulia 24. ff. de manumiss. & d. l. inter pares 38. ff. de Re Iud. d. c. fin. eod. tit. ibi*, tenet pro Reo, non pro Actore Sētentia, nisi in causa fauorabili, *Roman. in Auten. similiter in 2. spec. in Iud. C. ad leg. Falc. Tiraq. de pia caus. priuil. 147.*

3 Quod tamen fallit quando Sententia lata pro causa pia, esset Impia, hoc est euidenter iniusta, *ad tex. in l. si pars iudicantium 10. ff. de Inoff. testã. vbi gl. & Ang. Alex. in l. duo Iudices col. 4. ff. de re Iudic. Tiraq. de pia causa priu. 147.*

4 Hoc autem priuilegium procedere ad fauorem pauperis, patet, quoniam eius causa est pia, & valde pia, vt ostendi *in V. pia causa.*

5 Et quoniam in dubio, pro paupere est iudicandum, & sententiandum, vt comprobaui *in V. dubium, & in V. seq.* vnde multo magis ad eius fauorem iudicatum, & sententiatum, exequi debemus in dubio.

6 Et in specie, quod hoc priuilegium pauperibus, & miserabilibus competat, probat *Nouar. in praxi miserab. person. priu. 53. n. p.*

PRIVIL. CCCLXVII.

Sententia III.

SVMMARIVM.

1 *In dubio sententiandum est pro paupere, secus si res sit clara pro Diuite n. 2.*
2 *Non debet esse acceptio personarum, præsertim in Iudicijs.*

1 IN dubio pro paupere sententiandum est, *ad tradita per gl. in c. in primis 2. q. p. Castrens. in l. qui filium §. Sabinus ff. ad Trebell. Benincas. de paupert. q. 4. n. 8. & vide, quæ dixi latius in V. dubiũ.*

2 Intellige, vt quando res est clara pro Diuite, non possit sententiari pro paupere, quia tunc nõ sumus in dubio, & magnus, sicut paruus, est iudicandus, nec esse debet acceptio personarum, præsertim in Iudicijs, *c. nouit 13. de Iudicijs cum alijs, de quibus per Benincas. de paupert. q. 4. n. 11. & per me supra in V. æqualitas, & vide si placet, quæ ibi dixi, & in V. Dubium.*

PRIVIL. CCCLXVIII.

Sententia IV.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non retractatur ex Instrumentis de nouo repertis, fallit tamen fauore pauperum, vel Pupilli, vniuersitatis, Ecclesiæ, & furiosi, vt n. 2.*

1 SEntentia regulariter non retractatur sub prætextu Instrumentorum de nouo repertorum, *l. sub specie 4. C. de re Iudic.*

2 Fallit tamen regula fauore pauperum, & miserabilium personarum, vt probat *Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 38. n. 3.* vbi idem ostendit in Pupillo, vniuersitate, Ecclesia, & furioso.

PRIVIL. CCCLXIX.

Sepultura.

SVMMARIVM.

1 *PAuperum cadauera, sunt gratis sepelienda.*
2 *Pauperis ad funus vix vadit Clericus vnus: Pauperi, cui desunt humana, Angelica non desunt officia.*
3 *Mors omnia soluit.*
4 *Priuilegia personalia cum persona pereunt.*
5 *Pauperes priuilegiantur etiam post mortem.*
6 *Excommunicatus, non potest in Sacris sepelliri.*
7 *Relegatus, vel Deportatus in Insulam, extra eam sepelliri non potest.*
8 *Mortui dicuntur pauperes, & miserabiles nu. 9. & inopes n. 10.*
11 *Pecunia distribuenda pauperibus, potest etiam impendi pro suffragijs mortuorum, vt ibi.*
12 *Cathedralis Ecclesia tenetur ad funeralia sui Episcopi pauperis.*
13 *Successor in maioratu, feudo, fideicommisso, primogenitura, tenetur ad impensam funeris haeredis praedefuncti pauperis.*
14 *Vicini, & Comparochiani tenentur in subsidium ad expensam necessariam pro paupere funerando, & nu. 15.*
16 *Qui pietate motus, funerauit, impensam repetit, & quare.*
17 *Qui nimium impendit in funus excessiuum, non repetit ita qui modicum nimis in funere Diuitis.*
18 *Legatum factum pro constructione monumenti, dicitur pium, vt ibi.*
19 *Pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum, & n. 22.*
20 *Statutum taxans expensas exequiarum, quatenus respiciunt animae Beneficium, non valet,*
21 *Insepultos, tempus condit.*
Mortuos sepellire, est valde meritorum, ac pium.
23 *Iustius reputatur, mortuis, quam viuentibus, opem ferre.*

1 PAuperum Cadauera sunt gratis sepelienda tradit, *Crauetta cons. 10. n. 15. Resoluit Sac. Congreg. Episc. & Regularium in vna Cassanen. 5. Maij 1617. Refert Barbosa de offic. Parochi c. 26. nu. 84. in fine & in Collectan. Bullar. in V. pauper, & Gauant. in man. Episc. in V. exequiae n. 48.*

Et expresse praecipitur, *in Synodo Ferrariensi sub Illustriss. Fontana celebrata an. 1592. in c. de extrema Vnctione pag. mihi 81. & in alia Synodo sub Eminentiss. Magalotto p. 2. sub tit. de Funeribus pag. 90.*

2 Et licet, *Crauetta d. cons. 10. n. 15.* dixerit, quod Presbiteri recusant pauperes gratis sepellire, iuxta illud, pauperis ad funus, vix vadit Clericus vnus, id tamen intelligi potest de Presbiteris viuentibus tempore Crauettae, sed temporibus nostris non credo Praesbiteros id recusare.

Plus tamen dixit, *D. Petr. Crisol. serm. 121. ibi,* exequiarum pompa mentitur, in obsequium Diuitis migrat tota Ciuitas cum funus effertur, pauper vadit solus: pauperem, duorum portat miseratio Baiulorum, sed ei Angelica officia, & Diuina deputantur obsequia, cui crudeliter negata sunt humanitatis extrema.

3 Ex praedictis colligo, quod licet mors omnia soluat, *l. in summa 59. §. fin. ff. de Iudic. l. neratius 152. ff. de Reg. Iur. l. p. C. ne ex Delicto Defuncti §. non autem. inst. tit. de perpe. tempor. action. §. nos autem inst. tit. de publ. Iudic. §. deinceps Auth. de nupt. disertissime docet Medices in memorando Tractatu Mors omnia soluit in princ. & per tot.*

4 Et in specie licet priuilegia personalia morte personae dissoluantur, & cum persona priuilegiata simul extinguantur, *c. priuilegium 7. de Reg. Iur. in sex. cum alijs adductis per Medicem in praedicto tractatu, seu opusculo, mors omnia soluit, p. 2. conclus. 83. n. 256. in V. priuilegium.*

5 Pauperum tamen priuilegium (vt pro eis gratis omnia fiant) morte non soluitur, vel saltem pauperes in hoc priuilegiantur, etiam post mortem.

6 Confert in simili, & à maiori, quod etiam poena aliquando transit in corpus mortuum, vel mortui, vt in Excommunicato notorio, ac denunciato, qui cum non possit viuens Ecclesiam ingredi, nec mortuus potest, *c. sacris 38. de sen. excom. c. 15 qui 18. eod. tit. in sex. Clem p. de sepult. Barbos. de*
7 *off. & pot. Parochi c. 26. tit. de sepult. n. 40.*

Idemq; dicimus in Bannito, qui sicut viuus non potest Ciuitatem ingredi, ita nec potest in ea mortuus sepeliri, *tex. est in l. 2. C. de Cadauer. punit. ibi,* poena post mortem manet, ideo deportatus, vel delegatus in Insulam, extra eam non sepelitur.

8 Sed obicies (si Conclusio praedicta est vera) omnes mortui erunt gratis sepeliendi, quoniam omnes mortui dicuntur pauperes, & veniunt appellatione pauperum, *Nauar. in man. c. 15. n. 122. & de oratione c. 7. n. 32. Soarez. de Relig. to. 2. tr. 4. lib. 4. c. 30. n. 18. Bart. à S. Faust. de Hor. Can. lib. 2. Disp. 297. Bonacin. in eod. tract. de Horis canonic. disp. p. q. 5. punct. 4. Barbos. de offic. Parochi c. 10. n. 40.*

9 Et mortuus dicitur miserabilis, *Abb. in c. si haeredes de test. Afflict. in Const. Regni incipit Instrumentorum Robur. n. 23. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 78. n. 8. Nouar. de elect. fori sect. 4. q. 27. n. 8. adde Tiraq. in tractatu tit. est Le mort. Saisit le vif.* vbi quod Defunctus dicitur miserabilis persona cum sit destitutus auxilio, & iam aliud velle non possit, *ad tex. in l. p. C. de Sac. Eccles.*

10 Et confert ad hoc, quod si pauper dicitur, qui pecunia, & sic secundo sanguine caret, magis erit pauper, qui caret vtroque sanguine, & si pauper dicitur, qui parum habet, longe pauperior erit,

qui

qui nihil habet, immo, qui, nec vitam habet, & si verum est, proprie inopem esse qui nihil habet, vt suo loco dixi, vere nemo viuens erit talis cum vitam habeat, sed mortuus erit vere talis, cum nec vitam habeat.

11 Respondetur tamen, quod mortui omnes dicuntur pauperes; & gaudent priuilegijs pauperum, quo ad effectum restitutionis, seu distributionis faciendæ pauperibus, adeo, vt, qui ad id tenetur, satisfaciat distribuendo pro suffragijs mortuorum, quibus ipsi sunt admodum indigentes, vt supra allegati Doctores sentiunt, quod intellige præsertim, vel saltem verum, quando tales mortui non habeant, qui pro ipsis suffragia impendant, sed ad effectum, de quo nos loquimur, gratis videlicet sepeliendi, pauper intelligendus videtur, qui nihil reliquit in Bonis, vnde funerales elemosinæ, ac expensæ solui possint.

12 Nota hic, quod Cathedralis Ecclesia tenetur ad funeralia sui Episcopi pauperis, *Decis. Treuis. 18. lib. p. Costa de remed. subsid. Remed. 83. n. p.*

13 Sic etiam successor in maioratu, feudo, primogenitura, fideicommisso, tenetur ad impensam funeris hæredis prædefuncti pauperis, qui aliunde non habeat, *arg. tex. in l. quod si nulla 28. ff. de Relig. & sump. fun. Peregrin. post alios de fideicom. art. 40. n. 19.* vbi ait hanc Sententiam humaniorem, eamque vidisse seruatam, *Costa de Rem. Sub. Rem. 83. n. 6.*

14 Sic, & quod vicini, & Comparochiani teneantur in subsidium ad impensam necessariam pro paupere funerando, *post Aug. Tabien. Armillam Pisan. Rosellam, & alios tradit Sebast. Medices de sepult. p. 2. q. 3. in fine, & ante eum Surd. D. 255. n. 11. Costa de Remed. Subsid. Rem. 83. n. p.*

15 Adde eundem, *Medic. de sepult. d. p. 2. q. 3. n. 6.* vbi sic ait, quod si decedat, ad pauper, vt nullus alius eum sepellire velit, & valeat, Ecclesia de suo sumptus debitos faciet, quod si Ecclesia, est adeo tenuis, vt non possit, tenentur Parochiani, ne corpora iaceant insepulta.

16 Ad Declarationem hic adde, *tex. in l. & si quis 14. §. interdum ff. de Relig. & sumpt. fun. ibi,* qui pietate, & misericordia motus funerauit, impensum repetit, nisi aliud appareat, quia satis pius fuit vt sepelliret, non etiam vt suo sumptu id faceret, quod forte videtur intelligendum, nisi sepultus esset pauper.

17 Nota etiam eumdem, *tex. in d. l. & si quis 14. in §. interdum ff. de Relig. & sumpt. fun.* vbi qui nimium impendit in funus excessiuum, non repetit, sicut, nec, qui modicum nimis, in contumeliam Defuncti locupletis.

18 Non est hic omittendum, quod Legatum factum ad constructionem monumenti dicitur pium vt probat mihi, *tex. à fortiori in d. l. & si quis. 14. §. interdum ff. de Relig. & sumpt. funer. ibi,* satis pius fuit, vt sepelliret, *tradit Bald. & Ang. in l. hæreditas §. si defuncto ff. de pet. hæred. Raphael. & Castrens. in l. p. §. fin. ff. ad l. Falcid. Tiraq. de pia cauf. in præfat. vers. item legatum factum ad constructionem, vbi post Imolam in d. §. fin.* limitat, quatenus necessarium sit ad ipsum monumentum conficiendum, nam quod vltra est, respicit vanam gloriam, vt ibi per eum.

19 Confert, *tex. Aug. in can. Anima 13. q. 2. ibi,* Curatio funeris, Conditio sepulturæ, Pompæ exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum.

20 Adde, quod non valet statutum taxans expensas exequiarum, quasi impediens Elemosinas Clericorum, *Roman. sing. 354. incipit R. D. Card. S. Marcelli,* intellige saltem, quo ad expensas, quæ respiciunt animæ Beneficium, non quo ad eas, quæ respiciunt Pompam, *ad tradita per Marsam de Iurisd. p. 4. cent. p. c. 54.*

21 Et quo ad Pompã accipe, quod scripsit *Sen. Ep. 92. ibi,* nulli reliquias meas comendo, ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit, quem sæuitia proiecit, dies condit, diserte mæcenas, ait, ne tumulum quæro, sepelit natura relictos.

Ad idem, *Aug. lib. 9. confess. c. 11,* vbi refert Sanctam Monicam eius Matrem moribundam dixisse, ponite hoc corpus vbiqu（que）, nihil vos eius cura conturbet, nihil longe est Deo, nec timendum est, ne ille non agnoscat in fine sæculi, vnde me resuscitet.

22 Ad idem est Augustissimum eiusdem *August.* pronunciatum, *in lib. de cura pro mortuis, & serm. 32. de verb. Apost. & lib. p. de Ciuit. Dei c. 12. relatum in can. Animæ 13. q. 2. ibi,* Curatio funeris, conditio sepulturæ pompæ exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum.

23 Vltimo pro mortuis adde hic, dictum, *Esdræ lib. 4. c. 2. ibi,* mortuos commenda sepulcro, & dabo tibi primam sessionem in Resurrectione mea, *& Aristot. in Libello de virtutibus ibi,* prima Iustitiarum est in Deos, proxima in patriam, & parentes Dein. in Defunctos.

Accedat idem *Arist. sect. 29. prob. 9. ibi,* Cur iustius habitum est hominibus vita functis opem ferre, quam viuis? An quia viui præsidio esse possunt, Defuncti nihil præterea possunt.

Et vt Catholice scias, quam pium sit, mortuos sepelire, vide *Barbos. de potest. Paroch. c. 26. n. 3.*

PRIVIL. CCCLXX.

Sequestrum.

SVMMARIVM.

1 *Quando adest timor dilapidationis fructuum, potest fieri sequestratio lite pendente, fallit si possidens est pauper non habens aliunde n. 2.*

3 *Dominus rei sequestratæ non habens aliunde, alendus est ex eius fructibus, nec ad eorum restitutionem tenetur*

tenetur vt n. 2. amplia vt n. 4.

4 *Bona præsumuntur possidentis, & ex possessione præsumitur Dominium.*

5 *Actor Reo pauperi tenetur subuenire de suo, multo magis de proprio eiusdem Rei.*

1 Licet quando adest timor dilapidationis fructuum lite pendente, possit fieri sequestratio, *ad tex. in l. si eum dotem 23. §. sin autem vbi gl. ff. sol. matrim. & tradita per DD. in l. Imperatores ff. de Appell. dixi Dec. 23. n. 3.*

2 Attamen si possidens, fit adeo pauper, vt timeatur, ne sine fructibus fame pereat, sequestratio fieri non potest, immo nec talis pauper ad eorum restitutionem tenetur, *Ang. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui sat. cog. cap. Tolos. q. 477. incipit Aliquis lite pendente in addition. in vers. tu dic Benincas. de paupert. q. 7. spec. 4. n. 9. tradit post alios Lancellott. de Attent. lit. penden. p. 2. c. 4. Declarat. 4. n. 30. & 31.*

3 Et quando Dominus rei sequestratæ non habet aliunde, alendus est ex eius fructibus, *l. fin. §. quod si ei C. de ord. cognit. Sulicet ibid. n. 4.* dicens textum illum esse bene notandum, quia vix ei similis inuenitur, *Bart. in tract. Alimentor. n. 44. Bursat. consil. 188. lib. 2. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 80. n. 4.* vbi, quod non solum Alimenta debentur, sed etiam litis expensæ, *Costa de Remed. subsid. Remep. 106. illation. 4. n. p.*

4 Adde eumdem *Surd. de Alim. tit. p. q. 123. n. p.* vbi ampliat ad hoc sufficere, quod debitor non habeat aliunde, nec esse necessariam (quicquid contra Menocchius senserit) præsumptionem boni Iuris, quoniam bona præsumuntur esse possidentis, & ex possessione præsumitur Dominium, *vt ibi per eum n. 2.* & de primo, *dixi ego dec. 89. n. 5.* & de secundo, *dixi dec. 68. n. 14.*

5 Accedat ratio, quoniam si Actor Reo pauperi, tenetur subuenire de suo, *vt dixi in V. Alimenta,* multo magis de proprio eiusdem Rei, *Caroc. de sequestro p. 3. q. 13. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 80. n. 4. Valasc. Consult. p. n. p. & 2. Costa de Remed. subsid. Rem. 106. Illat. 4. n. p.*

PRIVIL. CCCLXXI.

Simonia.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca est consuetudo, qua beneficiatus cogitur dare aliquid in ingressu, nisi id conuertatur in vsum pium, & signanter in pauperum vtilitatem num. 2.*

3 *Pro Sacramentis potest aliquid recipi pro sustentatione ministrorum, non tamen vt pretium.*

4 *Elemosinam pauperi pro Oratione, vel Sacerdoti pro Missa, non tamen vt pretium, etiam pro vita æterna, dare licet.*

5 *Peccata elemosinis redimi dicuntur improprie.*

1 Quamuis sit simoniaca consuetudo, qua Beneficiatus cogatur in ingressu dare aliquid, si datum conuertatur in priuatũ vsum, *c. Iacobus 44. de simon.* vbi reprobatur consuetudo faciendi prãdium Concanonicis.

2 Attamen secus est, si quod datur, conuertitur in pium vsum, & signanter in pauperum vtilitatem, *Abb. in d. c. Iacobus* quem communiter receptum dixit *Nauar. in manual. c. 23. n. 102. vers. 11.*

3 Nota hic, quod pro Sacramentis potest aliquid accipi pro sustentatione Ministrorum secundum Leges Ecclesiæ, vel approbatas consuetudines, quia id, est stipendium necessitatis, & non pretium Rei Sacræ, *D. Thom. 22. q. 100. ar. 2.* vbi etiam quod pro Missa Sacerdos non accipit pretium, sed stipendium sustentationis, & ita etiam D. Thomã refert, *P. Petr. Alagona in eius summula, seu Compendio.*

4 Nota hic etiam verba, *Nauar. in man. c. 23. n. 102. vers. 9. ibi,* Largiri elemosinam pauperi, vel Sacrifico pro Missa, vel Orationibus, non est Simonia, nisi pro pretio, & animo illa emendi daretur, quo animo dare, etiam pro vita æterna, esset actus simoniacus quicquid aliqui dicant citantes pro se, *D. Thom. 22. q. 100. ar. p. ad 3.* qui hoc

5 non dicit, nam, & illud *Dan. 4.* peccata tua Elemosinis redime, *relatum in cun. medicina de pœnit. D. p.* non est intelligendum de venditione, & Redemptione propria, sed de impropria, & metaphorica, *vt idem S. Thom. ibid. intelligit, & in 4. Sent. Dist. 25. q. 3.*

PRIVIL. CCCLXXII.

Socius.

SVMMARIVM.

1 *Socius pauper debitor socij non exigitur vltra, quã potest deducto ne egeat.*

2 *Societas est, quædam fraternitas.*

3 *Seruãda est æqualitas inter fratres, et inter socios n. 4.*

4 *Pactum contra æqualitatẽ repugnat naturæ societatis.*

5 *Etiam pro debitis contractis extra occasionem societatis, socius pauper gaudet priuilegio, ne exigatur vltra, quam potest deducto ne egeat.*

Eodemque priuilegio gaudent scholares, simul habitantes.

6 *Priuilegium socij ne conueniantur vltra, quam potest, est personale, nec ad fideiussorem, nec ad hæredem transit.*

1 Socius pauper debitor socij non exigitur vltra quam facere potest deducto ne egeat, *§. sun' præterea, & §. sed, & si quis inst. tit. de Action. l.*

verum 64. ff. pro soc. l. sunt, qui in id 16. ff. de Re iudic.

2 Ratio est, quia societas est species quædam fraternitatis, *d. l. verum 64. ff. pro soc. Ias. in d. l. sunt qui in id ff. de Re iudic.*

3 Vnde, & quemadmodum seruanda est æqualitas inter fratres, *Bart. in §. soluto n. 3. Auth. de nupt.*

4 Ita seruanda est, etiam æqualitas inter socios, adeo, vt pactum contra æqualitatem societatis, dicatur repugnare eius naturæ, *dixi Dec. 65. n. 5.*

5 Ampliatur, vt procedat Conclusio, etiam si societas non sit vniuersalis, & debita contracta fosent, etiam extra contemplationem, & occasionem societatis, adhuc enim socius pauper conueniri non potest vltra, quam facere potest, deducto ne egeat, *Nicol. de Neap. Io. de Plat. Ang. & Ias. in d. §. sunt præterea inst. de Action. Sard. de Alim. tit. p. q. 78. n. 9* vbi quod idem est in pluribus scholaribus simul in ead Domo habitantibus.

6 Limitatur, vt hoc priuilegium sit personale; adeo, vt non communicetur fideiussori, nec ad hæredem transeat, *l. & si fideiussor 24. l. sciendum 25. ff. de Re iudic.*

PRIVIL. CCCLXXIII.

Solutio I.

SVMMARIVM.

1 *INdebite soluta repeti possunt; fallit quando pietatis intuitu soluta sunt n. 2. & 5. vel fauore dotis n. 3. vel libertatis n. 4. vel Religionis n. 5. vel pauperis n. 6. & quid si fauore minoris n. 7.*

1 QVamuis indebite soluta, regulariter repeti possint, *tot. tit. ff. de Condic. Indeb.*

2 Solutum tamen indebite pietatis intuitu, repeti non potest, *l. ex duobus 28. §. fin. l. nesennius 35. ff. de neg. gest. l. Alimenta 11. C. eod. l. cum is 32. §. si in ea ff. de condic. indeb. signorol. cons. 26. incipit quæstio talis est col. 2. vers. præterea quod intuitu Tiraq. de pia caus. priu. 119 & post alios priu. 125*

3 Adde tex. qui loquitur in Dote, *in l. cum is 32. §. si in ea ff. de condic. indeb.*

4 *Et tex.* qui loquitur in libertate, *in l. quamuis 2. C. de fid. lib.*

5 *Et tex. meliorem in §. fin. in fin. inst. tit. de oblig. quæ quasi ex contr. nasc. ibi,* quæ pietatis, vel Religionis intuitu relicta sunt, si indebite soluantur non repetuntur.

6 Nulla vero maior videtur Pietas, quam, quæ erga pauperes exercetur, *vt ostendi in V. pia causa, in V. Elemosina, in V. Misericordia.*

7 Ad materiam tamen huiusce Conclusionis, seu priuilegij, & præsertim, an procedat in minore indebitum soluente, *vide Oddum de restit. in integ, q. 52. art. 7. per tot.*

PRIVIL. CCCLXXIV.

Solutio II.

SVMMARIVM.

1 *SOlutum pietatis intuitu falsa etiam opinione, repeti non potest.*

2 *Soluens indebitum repetit etiam ab Ecclesia, quando alias redigeretur in paupertatem.*

3 *Filius monitus non soluens infra an. legata pia an perdat legitimam.*

1 FAlsa etiam opinione, Pietatis intuitu solutum repeti non potest, *l. cum is 32. §. si in ea ff. de condic. indeb. Tiraq. de pia caus. priu. 119. & vide supra in anteced. priu.*

2 Fallit tamen quando soluens ex solutione redigeretur in paupertatem, tunc enim repetere posset, etiam ab Ecclesia, *Genuens. in practicab. Ecclesiæ. q. 482. in fine Nauar. in praxi priu. miser. person. priu. 97. n. 6. in fine.*

3 An autem filius monitus à Iudice Ecclesiastico, & non soluens infra annum Legata pia, priuetur legitima, *vide commun. cont. commun. apud Ceuall. qu. 81.*

PRIVIL. CCCLXXV.

Solutio III.

SVMMARIVM.

1 *ALiud pro alio inuito creditore solui nō potest, siue à Debitore speciei, siue à debitore generis n. 2. siue à debitore quantitatis n. 3. fallit in paupere Debitore n. 4. non obstante Iuramento n. 5.*

4 *Pauper Debitor quantitatis, si non reperit emptorem potest in solutum dare stabilia, declara vt n. 6.*

7 *In foro conscientiæ satisfacit debitor, aliud pro alio soluens dummodo æquiualens.*

1 ALiud pro alio inuito creditore solui non potest, siue a debitore speciei, *l. 2. §. mutui datio ff. si cert. pet. l. promissor 21. §. fin. ff. de Const. pec. l. eum à quo 16. l. manifestissimi 17. C. de solut. Caroc. D. 53. n. 7. Costa de Remed. subsid. Remed. 3. n. p.*

2 Siue à Debitore generis, *l. si quis argentum 35. §. similiq; modo C. de donat. l. cum inuentus 13. l. Legato generaliter 37. ff. de leg. p.*

3 Siue a Debitore quantitatis, *l. eum quo 16. C. de solut.*

4 Regula tamen fallit fauore paupertatis, nam pauper Deditor, qui non habet vnde precise soluat,

uat, quod debet, & factis diligentijs non reperit emptorem, potest Bona pro quantitate tradere, & sic aliud pro alio soluere, *Auth. hoc nisi Debitor C. de solut. §. quod autem Auth. de fideiuss. l. qui autem 14. §. pen. ff. de Const. pec l. si quis argentum 37. §. donator C. de donat. Bald. in l. ordo n. 9. C. de exeq. Rettud. Benincas. de paupert. q. 4. nu. 30. vbi adducit Tiraq. de retract. Coniunguin. §. 26 gl. p. n. 17. & seq.* probantem ex causa necessitatis, alia etiam prohibita permitti.

5 Ampliatur, vt procedat hoc priuilegium non obstante Iuramento Debitoris, *Benmten. Dec. Bo. non. 28. per tot.*

6 Declaratur, vt si Debitor Auri, non habeat aurum, cogatur creditor meliora stabilia subtiliter æstimata recipere, ita tamen, vt Debitor, de euictione caueat, vt potest, *§. quod autem Auth. de fideiussor.*

Et ad maiorem huius materiæ declarationem vide, *Ludouic. Decis. Perus. 64. per tot. Thesaurum Decis. Pedemont. 153. per tot. Surdum Dec. Mantuan. 30. n. 9. vbi n. 5. in fine*, ait, quod senatus fuit motus ob Inopiam debitoris, *& Ludouic. in Romana Discussionis, seu Dotis Dec. 358. n. 3. & seq. & ibi Beltram n. 10.*

7 Accedat, quod in foro Conscientiæ, videtur satisfacere debitor, soluendo, seu reddendo aliud pro alio, dummodo æquiualens. *Valerus in Differentijs vtriusq; fori in V. Debitum different. 8. n. 9. qui allegat etiam Petrum à Nauarra lib. 5. c. p. n. 5. & verba Valeri refert. & non improbat Diana p. 2. tr 16. Miscellan. 2. Res. 41. vers. non reticeam.*

PRIVIL. CCCLXXVI.

Solutio IV.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non tenetur recipere particularem solutionem, fallit in debitore paupere n. 2. & 5. & fauore libertatis n. 3. & piæ causæ n. 4.*
5 *Cui licet, quod est plus, licet vt q; quod est minus.*
6 *Nec onerosus creditor, nec delicatus debitor audiatur.*

1 QVamuis cerditor non teneatur recipere particularem solutionem, *l. quidam 21. ff. de Reb. Cred.* vbi quod, nec Creditor petere potest, nec Debitor soluere partem Debiti inuito Creditori.

2 Attamen à paupere Debitore, videtur, quod Creditor inuitus teneatur recipere partem Debiti, Confert ad hoc, *tex. ipse in d. l. quidam 21. ff. de Reb. Credit. ibi*, Iudex tamen humanius faciet si creditorem compellat; Humanitas autem videtur exercenda in pauperis fauorem, *ad tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi*, Humanitatis nostræ est egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint.

3 Ad idem confert, *tex. in l. 4. §. idem si decem ff. de fid. libert. ibi*, hæres per partes recipere fauore libertatis cogendus est, ergo etiam fauore paupertatis, *ad tradita in V. pia cauf. & alibi.*

4 Et generaliter fauore piæ causæ tenetur Creditor recipere particularem solutionem, *l. cum heres 4. §. item si decem ff. de stat. lib.* qui loquitur in Libertate, *tradit Rom. & Alex. in d. l. quidam existimauerunt ff. de Reb. Credit. Euerard. dicens figendā cords in loco à libertate ad piam cauj. ver s. 28. istud facit.*

5 Accedat alia ratio, quia si pauper, potest aliud pro alio soluere, vt supra diximus, videtur magis admittendus, vt possit, idem, quod debet soluere in pluribus vicibus, quod minus videtur damnum, & incommodum Creditori, & cui conceditur, quod est plus, non debet denegari, quod est minus, *c. cui licet 53. de Reg. Iur. in 6.*

6 Vltimo nota hic, *tex. in l. si seruos 25. in fine ff. de pignor. action. ibi*, media hæc sunt a Iudice dispicienda, vt nec onerosus Creditor, nec delicatus debitor audiatur.

PRIVIL. CCCLXXVII.

Soror.

SVMMARIVM.

1 *FRater non tenetur dotare sororem, nisi sit heres Patris, fallit quando soror est pauper n. 2.*
3 *Clericus ex redditibus Ecclesię superabundantibus, tenetur dotare sororem.*
4 *Prelatus habens administrationem, dotare tenetur pauperes consanguineas.*
5 *Frater tenetur dotare pauperem sororem, etiam naturalem, Dote tamen non Alimentis maiore.*
6 *Soror Dives tenetur dotare sororem pauperem, etiam si viro omnia bona sua dedisset in dotem.*
7 *Appellatione fratris, venit etiam soror, saltem in nō odiosis.*
8 *Si soror, semel à fratre Dotata, Dotem, etiam sine culpa consumpsit, frater non tenetur iterum dotare, secus est in Patre.*
9 *Frater non tenetur dotare sororem iam nuptam, tenetur tamen eam alere, si vir est pauper n. 10.*
11 *Patruus, vel Auunculus non tenentur, etiam in subsidium dotare Neptes ex fratre, vel sorore.*
12 *Frater non tenetur dotare sororem vterinam, tenetur tamen eam alere pauperem aliunde non habentem n. 13.*

1 REgulariter frater non tenetur dotare sororem, nisi sit hæres patris, *gl. fin. in l. cum plures §. fin. in V. Alio Patre ff. de Administr. & peric. tut. Bald. in l. fin. n. 3. in fine C. de Dot. promiss. Ruin. conf. 200. n. 4. lib. 9. Rota in Romana Dotis Dec.*

Dec. 398. n. p. 5. Diuers.

2 Attamen quando deficiunt Ascendentes paterni, & materni, vel pauperes existunt, tenetur frater dotare pauperem sororem vtrinque coniunctam, *ad tex. in l. cum plures sub finem cum gl. in V. patre ff. de admnistr. tut. & gl. ibi seq. Bart. gl. fin. in l. non omni, & ibi etiam Bart. C. eod. tit. de Admin. tut. Bald. in l. qui liberos ff. de Ritu nupt. Ang. & Imol. in l. a filia in princ. ff. ad Trebell. Alex. in l. p. ff. sol. matrim. n. 23. Rip. n. 83. & prius Ias. n. 28.* vbi testatur ab hac sententia neminem discrepare *Afflict. D. 371. n. 3. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 3. in contr. n. 19. Boer. D. 129. n. 7. Vinc. de Franch. D. 23. 75. & 85. p. p. Thesaur. D 192. Mascard. de prob. Conclus. 813. n. 5. Surd. de Alim. tit. p. q. 25. n. 9. Rim. Iun. cons. 657. n. 6. lib. 6. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. p. Rot. Rom. in Romana Dotis D. 368. n. 2. & 3. p. 5. Diuers. ibi,* vel nisi pauperes sint sorores, & ibi, ratio paupertatis in sorore obligat fratrem ad Dotem ei constituendam.

3 Ampliatur pr. etiam in fratre Clerico, is enim ex fructibus Beneficij superabundantibus, tenetur in subsidium dotare sororem, *Abb. post Ant. de Butr. in c. peruenit de arbitr. Ias. in l. p. n. 28. ff. sol. matrim. Benincas. de paupert. q. 8. spec. 3. in contr. n. 20 & 21. Alba cons. 122. vol. p. Boer. D. 129. n. 8. & post alios Natta cons. 211. n. 21.* vbi tamen loquitur per verbum facultatiuum, quod potest de redditibus Ecclesiæ soror dotari, *Surd. de Alim. tit. p. q 25. n. 11. & 13. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 2.*

4 Ampliatur 2. vt Prelatus habens administrationem (cum æquiparetur vsufructuario in vita) non solum possit, sed teneatur dotare pauperes consanguineas, *Abb. in d. c. peruenit n. p. vers. credo quod Bona de Arbitr. Alex. in l. p. n. 24. ff. sol. matrim. Cap. Tolosan. D. 290. nu. 9. Boer. D. 129. nu. 8. Campeg. de Dote p. p. q. 23. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 92. n. 5. Rota in Vsellen. spoliorum, seu donationis coram Ludouis. Dec. 402. n. 2.* vbi est casus in dotatione facta neptibus ab Episcopo professo Carmelitano.

5 Ampliatur 3. vt Conclusio procedat, etiam in sorore naturali, vel etiam spuria, intelligendo, tamen, vt Dos non sit maior Alimentis, *Gabr. cons. 25. n. 4. Surd. de Alim. tit. p. b. 25. n. 3. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 3.*

6 Ampliatur 4. vt etiam soror Diues, teneatur dotare sororem suam pauperem, *Osasch. D. 107. n. 7. cum alijs adductis à Costa de Remed. subsid. Rem. 66. n. 6.* vbi ampliat, etiam si dedisset in Dotem

7 viro omnia sua Bona, quia reuocarentur tanquam in fraudem data, & adducit rationem, quia nomine fratris venit soror, saltem in non odiosis odio irrationabili, & quod appellatione fratris, veniat soror, *tex. est in l. tres fratres 36. ff. de pact. ibi,* Tres Fratres Titius, & Meuius, & Seia.

8 Limitatur pr. quando soror, semel à fratre dotata, Dotem consumpsisset, etiam sine culpa ipsius sororis, tunc enim frater eam iterum dotare non teneretur, *Ias. in §. fuerat n. 136. Inst. tit. de action. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 8.* licet aliud sit in fratre, *vt ibi per eum.*

9 Limitatur 2. quando soror esset iam nupta, tunc enim frater non tenetur ad Dotem; *Socin. cons. 17. n. 10. lib. p. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 7.* quia forte tunc cessat fauorabilis ratio contrahendi matrimonium, cum sit iam contractum, quamuis remaneat alia ratio sustinendi onera matrimonij, si forte Maritus etiam laboret Inopia.

10 Sublimita ergo, vt licet tunc non teneatur dotare, tenetur tamen alere sororem, si vir est pauper, & Inops, adeo, vt eam alere nequeat, *Riminald. cons. 139. n. 4. lib. 4. Surd. de Alim. tit. p. q. 25. n. 8.*

11 Limitatur 3. vt Conclusio non procedat in patruo, vel auunculo, quoniam hi non tenentur, etiã in subsidium dotare Neptem ex fratre, vel sorore, *Ang. Imol. Alex. in l. p. ff. sol. matrim. Surd. de Alim. tit. p. q. 28. n. 5. qui reicit Afflict. contrariũ sensientem D. 371. n. 3. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 4. & prius remed. 64. n. 2.*

12 Limitatur 4. vt Conclusio non procedat in sorore vterina, quia frater Consanguineus, eam, nec etiam in subsidium dotare tenetur, *l. cum plures 13. ff. de Admin. tut. Honded. cons. p. n. 11. lib. 2. Vinc. de Franch. D. 26. n. 6. p. p. Surd. de Alim. tit. p. q. 25. n. 19. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 4.*

13 Sublimita, vt licet frater non teneatur dotare sororem vterinam, tenetur tamen eam alere, si pauper illa sit, & aliunde non habeat, *l. qui filium 4. vbi Bart. ff. vbi pup. educ. deb. Surd. de Alim. tit. p. q. 25. n. 17. Barz. Dec. Bonon. 130. n. 87. Costa de Remed. subsid. Remed. 66. n. 4.*

PRIVIL. CCCLXXVIII.

Spurius.

SVMMARIVM.

1 *Pater filio spurio donare, vel relinquere nequit de Iure Ciuili, nec valet Statutum contrarium, nisi à Papa confirmatum n. 2.*

3 *Filio spurio de Iure Ciuili, nec Alimenta debentur in bonis Patris,*

4 *De equitate Can. Pater filium spurium pauperem alere, & filiam dotare tenetur.*

5 *Donatio, quę facta filio spurio non pauperi, non valet, conualescit si pauper fiat.*

6 *Donatio facta pauperi filio spurio euanescit superuenientibus Diuitijs.*

7 *Deputati ad distribuendum Bona pauperibus, possunt eligere pauperem filium spurium Testatoris.*

8 *Deputatus ad distribuendum pauperibus, potest eligere*

gere filium suum spurium pauperem.

9 *Sacerdos etiam de Bonis ab Ecclesia quæsitis potest subuenire filio suo spurio pauperi, dummodo tamẽ eum diuitem non faciat.*

10 *Potest Clericus non habens patrimonialia, dotare filiam spuriam pauperem ex redditibus Ecclesiasticis.*

11 *Ex causa dotis, vel Alimentorum potest Clericus dare spurijs etiam suis.*

12 *Pauperi filiæ etiam incestuosa dos dari potest.*

13 *Dos succedit loco Alimentorum, & dicitur Mulieri necessaria n. 14.*

15 *Relictum à patre, filio spurio pauperi, censetur relictum in Alimenta.*

16 *Pater filio spurio pauperi, donare, vel relinquere solum potest vsque ad alimenta.*

17 *Sã plusquam alimenta dederit exequtor filio spurio testatoris, Episcopus aufert.*

18 *Filio spurio pauperi debentur alimenta in Bonis Patris non secundum dignitatem patris, sed ad limites necessitatis filij.*

19 *Filia spuria non debetur tanta dos, quanta debetur legitima.*

20 *Dos data filiæ spuriæ cum sit loco Alimentorum non transit ad heredes, nisi data sit cum expressione, vt transeat n. 21.*

22 *Relictum filio spurio industrio, vel aliunde habenti non sustinetur in causam Alimentorum.*

23 *Relictum filio spurio ad Alimenta, cessat si fiat Diues & resurgit si paupertas redeat.*

24 *Cautelę, vt Pater possit relinquere filio suo spurio.*

1 PAter filijs suis spurijs non potest donare, vel relinquere attento Iuris rigore, *§. pen. Auth. quib. mod. nat. effic. legitim. Auth. ex complexu C. de Incest. nupt & post alios tradit Surd. de Alim. tit.*
2 *p. q. 10. n. 2. & 3.* vbi quod, nec valet statutum, vt possit filio spurio relinqui, intellige, nisi sit confirmatum à Papa, vt in Statuto Ciuitatis Spoleti Patriæ meæ exemplificat, *Bald. quem retuli Dec. Fer. 179. n. 4.*

Immo filio spurio de rigore Iuris Ciuilis (nisi dicas in hoc Inciuilis) nec Alimenta debentur, *Auth. ex complexu C. de Incest. nupt. ibi,* nec naturales nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni, vt nec alantur à Patre.

4 Attamen de æquitate Canonica Pater non solum potest, sed tenetur pauperi filio spurio Alimenta, immo, & filiæ spuriæ Dotem dare, si pauper illa sit, & non habeat vnde se dotet, *tex. est in c. cum haberet 5. de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adult. ibi,* vterq; liberis suis secundum, quod suppetunt facultates necessaria subministret *Abb. ibi n. 5.* dicens finem illius tex. esse perpetuo menti tenendum, *Paleott. de not. & spur. c. 48. per tot. & signanter post n. 4. vers. sed hæc fundamenta Surd. post alios plurimos de Alim. tit. p. q. 10. n. 9. & 10. & per tot q.*

5 Ampliatur pr. vt si Pater donet filio spurio habenti aliunde, licet ab initio donatio non valeat, conualescat tamen si incipiat non habere, & sic si superueniat paupertas, *Lup. in c. per vestras de donat. int. vir, & vxor. not. 3. §. 23. n. 7. Caccialup. in l. si qua Illustris n. 93. C. ad sen. Cons. Orphyt. Sur. de Alim. tit. 5. q. 8. in fine, & tit. 7. q. 9. nu. 16.*
6 *Gratian. discept. forens. lib. 3. c. 586. n. 27.* vbi quod etiam econtra, donatio, quæ pauperi spurio facta valuit, euanescit paupertate cessante, & superuenientibus Diuitijs, in quo tamen vide dissimile, *in V. Coniux, & in V. Alienatio.*

7 Ampliatur 2. vt Exequtores testamento electi ad distribuenda bona pauperibus, possint eligere spurium Testatoris, si sit pauper, *Bald. cons. 228. lib. 3. incipit Erant tres fratres, in fine,* licet vti contrarius allegetur, *cons. 75. lib. 3. incipit Videtur quod Electio, & cons. 198. incipit Ceccus de Spoleto, Castrens. in l. si is, qui per illum tex. ff. de vulg. Ias. ibid. col. 3. vers. item per istum text. Boer. D. 127. num. 14.*

8 Ampliatur 3. vt exequtor testamentarius ad distribuendum pauperibus constitutus, distribuere possit, etiam filio suo spurio pauperi, *Peregrin. de Iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 101.*

9 Ampliatur 4. vt etiam Sacerdos possit de Bonis Ecclesiasticis, seu ab Ecclesia quæsitis subuenire filio suo spurio, etiam genito post Sacerdotium, *Abb. in c. p. n. 4. de Cohab. Cler. & Mulier,* vbi quod in hoc benefacit, licet mæcando male fecerit, *Alex. de nouo ad Abbat. in c. in eos nu. 2. de Heretic.* vbi declarat dummodo non faciat eum Diuitem, *vt post Lupum, & Duennam tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 10. n. 29.*

10 Ampliatur 4. vt ex redditibus Ecclesiasticis possit Clericus dotare filiam suam spuriam moderate tamen, & in subsidium, scilicet si non habeat Clericus Bona patrimonialia, *Nauar. de Spol. Cleric. §. 19. n. 9. Bursatt. cons. 255. n. 16. lib. 3. plene Surd. cons. 509. lib. 4. Costa de Rem. subsid. Remed. 66. Illat. vnica n. p.*

11 Et quod ex causa Dotis, vel Alimentorum possit, etiam Clericus dare spurijs, etiam suis, *tex. est in c. cum. haberet 5. de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adulterium docet Paleott. de nothis, & spurijs c. 4. Rota in facultatis testandi in spurios D. 483. n. 3. coram tunc Decano p. p. diuers. Surd. de Alim. tit. p. q. 10. n. 8. & 9. Costa de Rem. subsid. Rem. 66. illat. vnic. n. 2.*

12 Ampliatur 5. etiam si filia sit Incestuosa, *Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 56. cum seq. Costa de Rem. subsid. Remed. 66. illat. vnica n. 3. in fine.*

13 Confert ratio, quoniam Dos succedit loco Alimentorum, *vt in his terminis tradit Bart. in Auth. ex complexu C. de Incest. Nupt. & Abb. in d. c. cũ haberet n. 5. de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per Adult.*

14 Accedit, etiam alia ratio congruens *textui in d. c. cum haberet de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* quoniam Dos dicitur necessaria Mulieri

ad tex.

ad tex. in l. p. cum ibi not ff. sol. matrim. & in §. aliud quoq; capitulum Auth. vt cum de App. cognos. & in l. palam 43. §. non est ff. de ritu nupt. & in his terminis tradit Bart. in d. Auth. ex complexu nu. 4. C. de Incest. nupt. Paleott. de noth. & spurijs c. 49. post n. 3. qui, & hanc rationem adducit.

15 Ampliatur 6. vt à Patre relictum simpliciter filio spurio pauperi, & non habenti aliunde, censeatur relictum in Alimenta, *Afflict. Dec. 99. n. 1. & post alios tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 3. nu. p. Beninten. dec. Bonon. 22. nu. 3. & 15.* vbi tamen refert aliquos contrarium sentientes.

16 Limitatur p. vt prædicta Conclusio, quod possit filio spurio donari, vel relinqui; intelligatur solum vsq; ad Alimenta, & non vltra; *Bald. cons. 79. in fin. vol. p. & cons. v62. n. 5. vol. 5. & in l. illa institution. 2. vers. iuxta hoc quæro ff. de Hæred. instit. & ibid. Ang. n. 3. & Imol. n. 5. Ancar. in c. cum tibi n. 10. de test. Tiraq. de pia causa in præfat. vers. & facit. Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 13.* vbi quod huiusmodi Alimenta finire debent cum vita ipsius filij spurij.

17 Adde, *Bald. in l. id, quod pouperibus n. 34. vers. quæritur etiam C. de Epis. & Cler.* cuius hæc sunt verba (Testamentarius executor, vel Episcopus non potest liberaliter concedere hæreditatem spurijs testatoris, quod est notandum, Alimenta tamen potest eis concedere) immo subdit, quod si plusquam Alimenta dedisset executor, potest Episcopus ipse auferre.

18 Limitatur 2. vt filio spurio pauperi, etiam aliunde non habenti, debeantur Alimenta non secundum Patris dignitatem, sed secundum ipsius filij necessitatem, & ad eius limites tantum, *ad tex. in c. cum haberet 5. in fine de eo, qui dux. in matrim. quam Poll. per Adult. Calderin. cons. 60. col. 6. Cassan. cons. 39. n. 55. Beninten. Dec. Bonon. 22. n. 6. Surd. de Alim. tit. 4. q. 18. n. 49. & 50.*

19 Limitatur 3. quia licet debeatur Dos pauperi filiæ spuriæ, non tamen tanta debetur, quanta filiæ legitimæ, *Curt. Iun. cons. 37. in fine Crauett. cons. 219. n. 8. vol. 1. Emilian. cons. 146. nu. 10. Cord. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit n. 48. ff. de lib. agnosc. Paleott. de noth. & spurijs c. 47. in fine, & post alios Surd. de Alim. tit. 4. q. 18. n. 50.*

20 Limitatur 4. vt Dos data pauperi filiæ spuriæ, cum sit loco Alimentorum, non transeat ad eius hæredes, *Bart. in l. fin. n. 7. vers. idem dico in Dote ff. de ijs, quib. vt indign. Abb. cons. 115. n. 3. Menocch. de Arbitr. lib. 2. cas. 169. n. 10. Surd. de Alim. tit. 5. q. 7. n. 3. & 7.* vbi sensit contra Beroum, quod hoc procedat non obstante consuetudine Martini, quæ non excedit Dotem filiæ legitimæ.

21 Restringe hanc Limitationem, nisi pauperi filiæ spuriæ Dos data sit cum adiectione, vt transeat ad hæredes, tunc enim transit, *Capic. dec. 181. n. 2. Beninten. Dec. Bonon. 22. nu. 6. Peregrin. de fideicom. lib. 3. tit. 18. n. 80. & post alios Surd. de Alim. tit. 5. q. 7. n. 5.*

22 Limitatur 5. vt Conclusio non procedat quando spurius est Diues, vel industrius, vel aliunde habet, quia tunc à Patre ei relictum, non censetur relictum, nec sustinetur in causam Alimentorum, *Beninten. Dec. Bonon. 22. n. 3. & 15 in fine Cordub. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit ff. de lib. Agnosc. Surd. de Alim. tit. 2. q. 13. n. 3.*

23 Ampliatur hæc Limitatio, vt relictum pauperi spurio ad Alimenta, cesset, si efficiatur Diues, *Caccialup. in l. si quis illustris n. 93. C. ad Sen. cons. Orphyt. Surd. de Alim. tit. 5. q. 7. n. 57. & 58.* vbi quod resurgit si paupertas superueniat.

24 Vltimo ad materiem, vt Pater possit relinquere, vel donare filio spurio, vide tres Cautelas, *apud Roman. cons. 43. in fine, & duodecim. Cautelas apud Cepollam c. 38. in tract. Cautelarum.*

PRIVIL. CCCLXXIX.

Statutum.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto, quod de Bonis communitatis donari non possit, pauperi tamen donatio facta valet.*

1 Stante Statuto, quod de Bonis Communitatis donari non possit, nec remitti, pauperi tamen donatio, vel remissio facta valet, *ad tex. vbi glos. sing. in l. omnes 3. C. de Ann. & Tribut. lib. 10. l. illicitas 6. sub finem ff. de offic. præsid. l. Iudices 10. C. de Ep. Aud. leg. tam dementis 21. C. eod. Can. Charitatem 12. q. 2. gl. in c. in primis 2. q. p. Mascard. de interpr. stat. concl. 5. n. 100.* vbi exemplificat in Statuto Sarzanæ suæ Patriæ, & testatur, ita seruari in erogandis Elemosinis, præsertim pro maritandis Puellis & asserit periniquum fore, tenere contrarium, *& vide quæ dixi in V. Alienatio.*

PRIVIL. CCCLXXX.

Stipulatio.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest alteri stipulari regulariter.*
2 *Pauperibus, & causis pijs, quilibet stipulari potest.*
3 *Promissio facta pauperi, videtur facta Deo, qui est vbique.*

1 Regulariter nemo potest alteri stipulari, *l. stipulatio ista 38. §. alteri ff. de verb. oblig. §. alteri inst. tit. de Inutil. stipul.*

2 Potest tamen quilibet, pauperibus, & alijs locis pijs stipulari, *glos. in c. quoties cordis oculus p. q. 7.*

quam

quam alibi non reperiri, dixit Bald. in l. illud n. 2. vers. ego addo vnum C. de Sac. Eccles. sequitur Castrens. ibid. in fine & Roman. in Auth. similiter. n. 22. C. ad leg. falcid. Mantica de Tacit. & Ambig. Conuent. lib. 14. tit. 28. n. 26. vers. 6. restringitur Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 25. n. 4.

3 Adducitur ratio, quoniam promissio facta pauperi, vel aliæ piæ causæ, videtur facta Deo, Deus autem est vbiq; præsens, *Abb. in prohem. Decretal. n. 26. Felin. ibid. n. 27. Alex. in d. l. stipulatio ista §. si quis ita n. 3. ff. de verb. oblig. Mantica de Tacitis lib. 14. tit. 28. n. 27.*

PRIVIL. CCCLXXXI.

Subditi.

SVMMARIVM.

1 *Subditi tenentur alere pauperem principem, et Princeps, pauperes subditos n. 2.*

3 *Dispositum in vno ex correlatiuis, dispositum censetur in alio.*

4 *Princeps est tanquam Pater subditorum, & subditi sunt tanquam filij.*

Pontifex, omnes, vel fratres, vel filios appellat.

Regnare quis potest sine satellitibus si cum subditis se gerat, vt pater, non, vt vitricus.

5 *Princeps est Animus Reip., Resp. vero corpus Principis.*

6 *Princeps non tenetur alere omnes subditos pauperes, quando eius facultates ad id non sufficiunt.*

Deus pascit omnes, & omnia.

Animalia Bruta dicuntur hominum seruitus.

7 *Princeps tenetur populo prouidere, & præsertim ne pauperibus Alimenta desint.*

8 *Principes sunt Tutores status publici, & debent esse protectores Debilum.*

9 *Princeps vigilat pro subditorum quiete, & eorum prosperitate prosperatur, & in eorum quiete quiescit, & subiectorum commodum, proprium æstimat*

Salutem Reip. tueri, soli conuenit Principi, isque solus ei rei sufficit.

Omnium otium, Principis labor defendit, omnium vacationem, eius occupatio.

Cæsar se Terrarum Orbi dedicando, se sibi eripit.

Princeps aliquando dormit, quia dum subditi dormiunt, ipse vigilat.

Principes, quibus imperare volunt, seruire coguntur.

1 QVemadmodum subditi tenentur alere pauperem Principē, *vt diximus in V. Princeps.*

2 Ita Princeps tenetur alere pauperes subditos, tam ratione Correlationis, quia dispositum in

3 vno ex Correlatiuis, dispositum censetur in alio, *l. fin. ff. de Acceptil. l. fin. C. de indict. vid. Tollen. Euerard. in loco à vi correlatiuorum,* quam etiam

4 ratione cuiusdam filiationis, saltem Analogicæ, nam Princeps tamquam Pater subditorum, debet eos habere, tanquam filios, vnde, & Pontifex subditos suos omnes, vel fratres, vel filios appellat, *c. quam graui. de Crim. fals. & vt dixit Agesilaus apud Plut. in Apophteg.* sine satellitibus regnare quis potest si sic suis Populis imperet, vt Pater filijs, & quod Baro, ita habere se debeat erga subditos, sicut se habet Pater erga filios, & non debeat se habere, tanquam vitricus, *dixit Franch. D. 197. n. 17.*

5 Et plus dixit, *Senec. ad Neronem p. de Clem. ibi,* Animus Reip. tu es, illa, corpus tuum; tibi parcis cum videris alteri parcere.

6 Declara, vt Princeps non teneatur subditos omnes pauperes alere de suo, quando tale onus, esset eius humeris importabile, & sane omnes pascere videtur esse de reseruatis Deo, qui pascit omnes, & omnia, nec homines solum, sed etiam Animalia hominibus seruientia, *iuxt. tex. ps. 146. ibi,* qui producit in Montibus Fænum, & Herbā seruienti hominum.

7 Sed tenetur, saltem Princeps Populo prouidere, & signanter, ne pauperibus Alimenta desint, *Surd. de Alim. tit. p. q. 77. n. p. & confert tex. allegatus à Surdo in l. p. C. de Ep. Aud. in fine ibi,* prouideant Episcopi, & melior videtur ad id, *tex. in l. priuilegia 12. C. de Sac. Eccles. ibi,* Humanitatis nostræ est, egenis prospicere, & dare operam, vt pauperibus Alimenta non desint.

8 Sic Principes, Protectores debilium esse debent *Bald. in l. vnic. in princ. C. quan. Imper. int. pup. & vid. Roland. cons. 87. n. 57. lib. 2. & vt dixit Sen. p. de Clem.* Principes, ac Reges, Tutores sunt status publici, vbi etiam habet hęc verba, subditorum tibi non tradita seruitus, sed Tutela.

9 Et generale est, quod Princeps teneatur pro Populi quiete vigilare, vnde *in l. Bene à Zenone. 3. C. de quadr. pręscript.* dicitur Qui suis consilijs, suisq; laboribus pro toto terrarum Orbe, die, noctuq; laborant, quare non habeant dignam pro sua prærogatiua fortunam.

Et in prohem. 6. Decretalium, Bonifacius ait, in subditorum prosperitate prosperamur, & voluntarios amplectimur pro ipsorum quiete labores, & noctes quandoq; transimus insomnes.

Et in c. p. de offic. Legat. dicitur, officij nostri debitum, remedijs inuigilat subditorum, in quorum quiete quiescimus, cui consonat, *l. vnica §. fin. C. de Caduc. Tollen. ibi,* nostrum esse proprium subiectorum commodum existimamus.

Et in l. 3. ff. de offic. præfect. vigil. dicitur, salutē Reip. tueri, nulli magis credidit conuenire, nec alium sufficere ei rei, quam Cęsarem.

Vnde, *& Sen. de Consol. ad Polyb.* omnium (inquit) otium, Cęsaris labor defendit: omnium vacationem eius occupatio: ex quo se Cęsar Orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit.

Ad idem confert, quod refert, *Plut. in Apophteg. Regum, & Imperatorum ibi,* Phylippus dormit, quia dum vos dormiebatis, ille vigilabat.

Ad

Ad idem iterum, *Sen. p. de Clem. ibi*, sciat Rex non Remp. suam esse, sed se Reip. *& Plut. in lib. politic. ad Traian. in princ. ibi*, quibus imperitare volunt, seruire coguntur.

PRIVIL. CCCLXXXII.

Substitutio.

SVMMARIVM.

1 Expressa Pupillaris excludit Matrem à legitima, non autem tacita n. 2.

3 Tacita Pupillaris excludit Matrem quando substituti sunt pauperes, vel alia pia causa, saltem pro exoneratione Conscientiæ.

4 Quilibet præsumitur animam diligere, plusquam Matrem, & Vxorem.

5 Quando relinquitur piæ causæ, et præsertim pauperibus censetur relinqui pro Anima.

1 Expressa substitutio Pupillaris, excludit Matrẽ à Legitima, *l. precibus 8. C. de Impub. & aliis substit. l. Lucius 45. ff. de vulg. e. si pater p de Testam. in sex. l. Papinianus 8. §. sed nec impuberis ff. de Inoff testam. ibi*, sed, nec impuberis testemẽtum Mater quærelat, quia Pater ei fecit.

2 Tacita vero Pupillaris, Matrem à Legitima non excludit ex communi Doctorum Sententia, *ad tradita per Bart. & scribentes in l. 2. ff. de vulg. & in l. precibus C. de impub & aliis substit.* quicquid contra ibid. sensisse visus sit, *Raphael. Fulgos. & senserit ibid. Ias. & post R.p.Cephal.Honded. Menocch. probat Fusar. de substit. q. 242. n. 84.*

3 Sed quando substituta est pia causa, saltem pro exoneratione Conscientiæ, etiam tacita Pupillaris Matrem excludit, vt senserunt, *Aug. in d. l. precibus C. de Impub. & aliis substit. col. 2. vers. idẽ credo si pauperes Christi Franch. Aretin. cons. 155. incipit periculosum est, sub finem Tiraq. post alios de pia causa priu. 69. Fusar. de substit. q 157. n. 57. & q. 242. n. 84. Adde Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 5. n. p. & seq.*

4 Ratio est, quoniam vnusquisque præsumitur, magis Animam suam diligere, quam Matrem, vel Vxorem, *ad tex. in l. Sancimus 15. cum ibi not. C. de Sac. Eccles. c. cum infirmitas 13. de pænit. & Remis. Tiraq. de pia caus. priu. 69. in princ. & vers. hoc tamen limitat. in fine.*

5 Et quod quando relinquitur piæ causæ, & præsertim pauperibus, censeatur semper relinqui pro anima testatoris, *tradit Bart. in leg. p. in 2. & 3. q. 2. quæst. principalis C. de Sac. Eccles. & Bald. ibid. quos refert Tiraq. de pia causa priu. 69. vers. hoc tamen limitat, vide quæ dixi in V. Testamentum.*

PRIVIL. CCCLXXXIII.

Summaria.

SVMMARIVM.

1 Causa pauperum, summarie, de plano, & gratis expediuntur, & more arbitratoris, non tamen sine Citatione.

2 Causa pauperis expedienda est, priusquam Causa Diuitis, licet male seruetur, vide versum.

3 Alimentorum causa est semper summaria quando pauperi debentur, secus si non pauperi Iure actionis.

4 Causæ piæ sunt summariæ, & quid de causa Dotis ibi, & n. 5.

5 Causa Dotis est summaria vigore Stat. Ferrariæ.

6 Causæ non excedentes decem aureos Mediolani sunt summariæ.

7 In manifestis ordo Iudiciarius non seruatur, & in iis, & in summariis, ordo est, ordinem non seruare.

8 Causidici Iniuriantes in Iudiciis, in quam pœnam incidant.

1 Causæ pauperum, sunt summarie & de plano, & gratis expediendæ, *ad tex. in l. illicitas 6. §. ne tenuis ff. de off. præsid. & in l. nonnunquam 72. vbi gl. in V. vel personæ ff. de Iudic. & in §. sit tibi quoq; vbi Bart. & DD. Auth. de mandat. princip. Guglielm. de Cun. in l. p. §. sed excipiuntur vbi Alex. n. 5. ff. de feriis Marant. de ordin. Iudic. dist. 9. n. 77. Rolan. cons. 20. n. 13. lib. 2. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2 n. 16. Medices de Casib. fortuit. p. 2. q. 4. n 42. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. p. n. 2. & latius priu. 11. n. p. & seq.* vbi quod in causis pauperum procedit Iudex sola facti veritate attenta, & more arbitratoris & potest iudicare super causa probata licet non deducta, & reicere solemnitates Iuris Ciuilis, non potest tamen procedere sine Citatione, *vt ibi n. 5.*

2 Et quod causa pauperis debeat citius expediri, quam causa Diuitis, indicat, *tex. in l. si quis ad declinandam 37. C. de Ep. & Cler. tradit gl. in c. in primis 2. q. p. Bellamer. ibid. n 3. & in c. super n. 11. de ordin. cognit. Corsett. in Repert. ad Abb. in V. pauper,* vbi tamen subdit id male seruari, quia (inquit) Hodie dicitur, si nihil attulens, ibis Homere foras, *Aldobrand. Inst. tit. de excus. tut. in princ. n. 15. Medices de Casib. fortuit. p. 2. q 4. n. 14.*

3 Amplia, vt etiam Alimentorum causa sit summaria, non solũ quando illa debentur officio Iudicis, sed etiam quando ex contractu, & Iure actionis, dummodo pauperi debeantur, *Guglielm. de cun. in l. p. §. sed excipiuntur, vbi Alex. n. 5. ff. de feriis Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2. n. 16.* licet quãdo Alimenta petuntur à non paupere Iure actionis, causa non sit summaria, *vt post Bart. Bald. Dec. & alios plures docet ibi, Surd. n. 15.*

4 Et quod generaliter causæ piæ sint summariæ, & in

& in eis, sine strepitu, & figura Iudicij procedatur, colligitur, *ex tex. in Clem. dispendiosam 2. de Iudic. & post spec. Bald. Ang. & alios docet Tiraq. de pia caus. priu. 157. vbi tamen subdit post Bart. & alios*, quod in causa Dotis debent dilationes breuiari, sed quo ad Libellum, & reliqua substantialia iudicij, debet ordinarie procedi.

5 Et quamuis dubitetur, an de Iure communi, dotis causa sit summaria ob varias in hoc Doctorum opiniones, *vt per Euerard. in loco à Dote ad piam causam*, Ferrariæ tamen cessat disputatio cum Statutum expresse disponat esse summariam, *& decidit Amat. Dec. Fer. 24. n. p. & 3.*

6 Et quod causæ, quæ decem aureorum summam non excedunt, sint summariæ, & sine forma Iudicij expediantur, concessit Pius V. Prouinciæ Mediolanensi, *vt refert Gauant. in man. Episc. V. forū Episcop. n. 10.*

7 Nota hic, quod sicut ex ordine Iudiciorum procedit, vt in manifestis ordo Iudiciarius non seruetur, *c. ad nostram 21. de Iureiur.* ita in summarijs ordo est, ordinem non seruare.

8 Vltimo addo pro Coronide, quod licet ex prædictis, in causis pauperum sit sine strepitu, & figura Iudicij procedendum, Ego tamen dum loco Eminentissimi Legati Ferrariæ Audientias pauperum expediebam, obseruantiam primæ partis à quibusdam Causidicis, sæpe petebam, sed nō semper obtinebam, sæpe etiam imperabam, & vix impetrabam, Adeo difficile est strepitum aliquorum compescere, quasi vincere deberet in causa non, qui meliorem rationem, sed qui maiorem vocem haberet, Ad hos tamen compescendos, nota tex. aureis litteris Tribunalibus affigendum, *in l. quisquis 6. C. de postulan. ibi*, Ante omnia Causidici, & Aduocati, ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non vltra, quam litium poscit vtilitas, in licentiam Conuiciandi, Maledicendi temeritate prorumpant: Agant, quod causa desiderat, Temperent ab Iniuria, nam si quis adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur, vbi si placet, *vide glos.*

PRIVIL. CCCLXXXIV.

Tempus I.

SVMMARIVM.

1 *Elemosina, vel Dos pauperibus distribuenda certo tempore, an possit ante tempus præstari, quæstio est, habens communem contra communem, affirmatiua tamen verior, vt ibi n. 2. ratio n. 3. fallit, vt n. 4.*

3 *Quilibet potest fauori suo renunciare.*

5 *Electio de personis incertis facienda tempore mortis, ante diem illum incertum facta non valet, fallit, vt n. 6.*

6 *Habens facultatem eligendi cum moreretur, prius eligens, potest semper variare.*

7 *Electione semel facta, regulariter variari non potest, fallit quando electio facta fuit ante tempus, vel nulliter n. 8. vel non habuit effectum, vt n. 9.*

10 *Eligens indignum, eo ipso priuatur eligendi facultate.*

11 *Legatum relictum pro pauperum excarceratione, potest expendi ad hoc, ne quis carceretur.*

1 Elemosina, vel Dos pauperibus ex Testamento distribuenda certo tempore, an possit ante tempus præstari, quæstio est, in qua refert hinc inde Doctores aliquos, *Menocch. de Arbitr. Iud. lib. p. q. 83. n. 3.* & communem contra communē, *Ceuallos in Thesaur. com. cont. com. q. 686. n. 3.* vbi, & distinxionem affert.

2 Est pro affirmatiua, *Cagnol in l. cum tempus 17. n. 3. & seq. vsq; ad finem ff. de Reg. Iur. Couar. in c. tua n. 5. de testam.* vbi inclinat in Sententiam Decij affirmatiuam, dummodo aliud ex coniecturis non colligatur, *Cartar. Decis. gen. 35. n. 4. et 7.* vbi pro vtraq; refert Authores, & affirmatiuam asserit probabiliorem, & veriorem, *Mantica post Plurimos de Coniect. vlt. lib. 8. tit. 5. n. 20.* qui affirmatiuam probat etiam esse magis communem, quando omnino incertis relictum fuit, *Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 73. n. p.* vbi relatis hinc inde Authoribus, comprobat affirmatiuam, *Diana res. mor. p. 4. tr. 4. Mistellan. res. 140. vers. nota 4.* vbi contra Beroum Peraltam, & alios, proba affirmatiuam, *cum Couar. Padilla, Mattierez. Mātica, Sanchez.*

3 Ratio Conclusionis est, quoniam dilatio censetur apposita fauore hæredis, qui potest ideo renunciare fauori suo, *ad tex. in l. quisquis in conscribendo C. de pact.* & quia in incertis, & futuris pauperibus, vel Puellis, nulla cadit Affectio Testatoris, qui propterea censetur motus ex causa salutis Animæ propriæ, cui expedit, vt Legatum celerius impleatur, *ita Bald. in l. post mortem n. 12. C. de fideic. Dec. in l. cum tempus in princ. ff. de Reg. Iur. Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 73. n. p.*

4 Limitatur prędicta affirmatiua Conclusio, quādo ex Coniecturis colligitur, Testatorem habuisse respectum ad tempus, vt si iussit pauperibus Elemosinam, vel Puellis Dotes distribui in Die puta S. Ioannis, quia tunc præsumitur motus, etiam ob Deuotionem Sancti illius, & quia sic melius conseruatur memoria Testatoris seruanda erit præcise voluntas illius, etiam quo ad tempus, vnde, nec poterit anticipari, *Guitierez. pract. quæst. c. 79. n. 3. & 11. Ceuallos in d. Thesaur. com. cont. cō. q. 186. n. 3. & 4. Gratian. Discept. Forens. lib. p. c. 73. n. 2. & 3.*

5 Et regulariter electio de personis incertis ab aliquo facienda tempore mortis, ante diem illum incertum facta, non valet, *l. cum pater 79. §. à filia ff. de Leg. 2. vbi id not. Bart. Bald. & Imol. idem*

Bart. in l. post mortem C. de fideicom. Bald. & Ang. in l. filiusfam. §. Diui. ff. de Leg. p. Alex. in l. sed si ante ff. ad Trebell. Ruin. consi. 24. n. 2. lib. 2. vbi tāgit rationem, quia aliorum interest, Electionem non præcedere, forte enim ante, decedere possent electi, vt acciderat in casu suo.

6 Intellige tamen, vt electio ante facta non valeat, nisi tamen eligentis morte confirmetur, potest enim, donec viuit, semper variare, *l. vnum ex familia 69. in princ. ff. de leg. 2. & gl. in V. mutetur,* vbi cum Testator dedisset hæredi facultatem eligendi vnum ex familia cum moreretur, licet ante tempus mortis elegisset, dicitur, quod potuit semper variare, *Bart. in d. l. vnum ex familia n. p. ff. de leg. 2. Ruin. d. cons. 24. n. p. in fin. lib. 2.*

7 Neq; obstat, quod electione semel facta, variari non possit, *l. apud Aufidium 20. ff. de opt. leg. l. huiusmodi 86. §. Stichum ff. de leg. p. l. Statuliberū 11. §. sticum ff. de leg. 2.*

8 Nam fallit quando quis ante tempus elegit, *vt in d. l. vnum ex familia 69 ff de leg. 2. Ruin. d. cons. 24. n. p. lib. 2.* idemq; dixit, *n. 2.* quando electio prima fuit nulla, *ad tex. in l. 2. ff. de opt. leg.*

9 Idemque est etiam quando electio prima non habuit effectum, vt quia primus electus noluit, vel non potuit, *ad tex. in c. si electio 26. de elect. in 6. & in l. filiusfam. 117. §. Diui ff. de leg. p. & post Bart. & Imol. tradit Ruin. d. cons. 24. n. 2. in fine lib. 2.*

10 Secus tamen foret si fuisset electus indignus, nam eligens eo ipso priuatus remaneret eligendi facultate, *ad tex. in l. cum quidam ita 24. ff. de leg. 2. & tradit ibi gl. in V. qui non ostenderint, & Bart. ibid. n. 4.* vbi quod statim priuatur, nec expectatur alia mora.

11 Adde hic in simili, quod Legatum relictum pro liberatione Carceratorum quolibet anno, potest expendi in impediendo, ne quis in Carcerem deducatur quando certum est eum esse proxime detrudendū, nisi ei Legato subueniatur, *Sanchez. in opusc. tom. 2. lib. 4. c. 2. dub. 9. nu. 2. & conferunt tradita per Medinam p. 3. q 53. art. 3. Dian. Res. mor. p. 4. tr. 4. Miscellam Res. 140. vers. nota tertio.*

PRIVIL. CCCLXXXV.

Tempus II.

SVMMARIVM.

1 *Debitum certo tempore, peti non potest nisi in fine temporis.*

2 *Debitum piæ causæ, & præsertim pauperibus certo tempore, peti potest in principio.*

1 QVamuis debitum certo tempore, peti non possit, nisi tempore illo completo, & sic in fine, *l. qui hoc anno 42. l. eum, qui certarum 138. ff. de verb. oblig.*

2 Attamen debitum piæ causæ, & maxime pauperibus certo tempore, debetur in princ. & satis est ad hoc, tempus esse cæptum, licet con sit completum, *ad tex. in l. si ita fuerit 13. ff. de man. test. Roman. in Auth. similiter in 5. & 31. spec. C. ad leg. falc. Socin. Reg. 310. priu. 37. Tiraq. de pia caus. priu. 22. Euerard. in loco à libertate ad piam caus. vers. 6. istud facit.*

PRIVIL. CCCLXXXVI.

Tempus III.

SVMMARIVM.

1 *Inter duo instrumenta contraria eiusdem diei, neutrum valet.*

2 *Si reperiantur duo instrumenta duorum creditorum eiusdem diei, creditores concurrunt non habita ratione ordinis scriptura in protocollo.*

3 *Inter duo instrumenta contraria eiusdem diei, præfertur, quod est pro pia causa, & pro paupere, & pro fisco, & pro dote.*

4 *Instrumento pro fisco præfertur instrumentum dotis, & instrumentum pro paupere n. 5.*

1 INter duo Instrumenta contractuum ead. die celebrata, si ignoretur, quod nam prius sit, vel posterius, neutrum valet, *Dyn. & Bart. in l. p. §. non autem in fine ff. de Bon. poss. Sec. Tab. Tiraq. de pia causa priu. 126.*

2 Et si reperiantur duo Instrumenta duorum creditorum eadem die confecta, creditores simul concurrunt in Bonis Debitoris non habita ratione ordinis Scripturæ in Protocollo, *Martha voto 75. Thesaur. Dec. 106. quos refert Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 54. n. 3.*

3 Si tamen ex his alterum sit in fauorem piæ causæ, & præsertim pauperis, illud præsumitur prius, & præfertur, *ad tex. in l. p. qui loquitur in fisco C. de Iur. fisci lib. 10. & in l. in ambiguis 71.* qui loquitur in Dote, *ff. de Iur. dot. Roman. in Auth. similiter in 13. spec. Contra. C. ad leg. Falc. & post alios tradit Tiraq. de pia causa priu. 126.* & in miserabilibus firmat, *Nouar. in praxi priu. miser. priu. 54. num. p.*

4 Adde, quod Instrumentum Dotis eadem die confectum cum Instrumento Fisci, præfertur, & præualet Fisco, *Bald. in l. dotis de Iur. dot. & in l. ad exactionem C. de dot. promiss. Imol. in l. quamuis C. de priu. fisci.*

5 Vnde si reperiatur Instrumentum eadem die celebratum pro paupere, & pro Fisco, præferendum erit Instrumentum pro paupere, quia gaudet pauper priuilegijs Dotis, *vt dixi in V. Dos*, & quia in dubijs pro paupere contra Diuitem, & in

In specie contra Fiscum est iudicandum, *dixi in V. Dubium.*

PRIVIL. CCCLXXXVII.

Tempus IV.

SVMMARIVM.

1 *INter duo testamenta eiusdem diei, si ignoratur, quod prius, vel posterius, neutrum sustinetur.*

2 *Ex duobus testamentis eius'd die, praefertur, quod est pro causa pauperis, vel alias pia, non obstante possessione partis aduersa n. 3.*

4 *Caeteris paribus, possessor praefertur.*

5 *Fauor causa, praefertur fauori Rei.*

1 SI reperiantur duo Testamenta eiusdem diei, & ignoretur, quod nam sit prius, vel posterius, inuicem confunduntur, & corruunt, *l. fin. vbi gl. C. de edict. D. Hadr. tollen. l. p. §. non autem vbi gl. & Bart. ff. de Bon. poss. sec. tab.*

2 Attamen si alterum ex dictis Testamentis conditum esset ad fauorem piae causae, & signanter pauperis, illud praesumeretur esse posterius, & praeferretur, *ad tex. in l. p. C. de iur. fisci lib. 10. Roman. in Auth. similiter in 12. speciali C. ad leg. Falc. Ias. in l. p. ff. sol. matrim. vers. 4 amplia vbi* dicit ita se consuluisse Brixiae pro Hospitali magno, & sic pro causa pauperum, & refert ita fuisse iudicatum, *Socin. Reg. 310. priu. 33. Tiraq. post alios de pia causa priu. 35.*

3 Ampliatur, si pars aduersa possideret; adhuc enim causa pauperis, vel alias pia praeferretur *Dec. in l. fin. col. fin. C. de edict. D. Andr. Tollen. Tiraq. de pia causa priu. 35. in fine.*

4 Ratio est, quia licet possessio efficiat, vt caeteris paribus possessor praeferatur tanquam Reus, *§. commodum inst. tit. de interdictis.*

5 Attamen fauor causae, praefertur fauori Rei, *l. fin. de Re iudic. ibi,* tenet pro Reo, non pro actore Sententia, nisi in causa fauorabili.

PRIVIL. CCCLXXXVIII.

Testamentum I.

SVMMARIVM.

1 *TEstamentum imperfectum ratione solemnitatis, fauore pauperum sustinetur.*

2 *Testamentum imperfectum sustinetur, etiam fauore pauperis Consanguinei, saltem, quando ei relictum est intuitu pietatis.*

3 *Relictum simpliciter pauperi Consanguineo, videtur relictum intuitu Consanguinitatis magis, quam paupertatis, sed vide contra n. 8.*

Distingue, vt n. 14. & 15.

Relictum Monacho Consanguineo, videtur relictum intuitu persona Monachi, & non Monasterij.

Relictum Episcopo Consanguineo, videtur relictum intuitu Consanguinitatis non autem dignitatis, & Ecclesiae.

4 *In concursu, magis inspicitur causa naturalis, quam accidentalis.*

5 *Relictum Episcopo, spectat ad Ecclesiam, nisi relictum sit à Consanguineis.*

6 *Sacerdos habet, quod Ecclesiae dimissum est, & Ecclesia habet, quod Sacerdoti dimissum est ab extraneo.*

7 *Relictum etiam sub nomine officij, vt Rectori Consanguineo, eius contemplatione relictum videtur, & non debetur Ecclesiae.*

8 *Relictum pauperi Consanguineo, videtur magis relictum intuitu paupertatis, ac pietatis, quam Consanguinitatis.*

9 *Animae, & eius fauor, caeteris omnibus praefertur.*

10 *Testator praesumitur cogitare de morte, ac de animae salute.*

11 *Maior est pietas, quae exercetur in Consanguineos pauperes, quam, quae in extraneos.*

12 *Iniquus est is, apud quem ad impetrandam veniam, esse hominem nocet.*

13 *Ratio militans pro actus validitate, caeteris praeualet.*

15 *Nomen quod praecedit, censetur dispositiuum, quod autem sequitur, demonstratiue adiectum videtur.*

16 *Dicitur pium, quod amore Dei relinquitur Diuiti, qui secundum suum statum indigeat.*

17 *Relictum Diuiti etiam amore Dei non dicitur pium.*

18 *Non indigentibus dare, liberalitas est, non pietas. Non est aliud habentibus dare, quam perdere.*

19 *Vt Legatum dicatur pium, requiritur pietas in persona, & in causa.*

20 *Nomina debent esse conuenientia rebus, declara vt ibi.*

21 *Protestatio contraria facto, non releuat.*

22 *Verbis, facta praeferuntur.*

23 *Legatum factum pauperi, censetur pium, licet non sit expressum, quod factum sit amore Dei, & pietatis causa.*

24 *Legatum libertatis simpliciter etiam relictum, semper est pium.*

25 *Relinquens Diuiti, quem pauperem credit, pie relinquit. quo ad se, sed cui debeatur hoc Legatum, vide n. 26.*

27 *Testamentum fauore pauperum valet coram duobus testibus, etiam non rogatis n. 28.*

29 *Duo testes sufficiunt ad condendum Testamentum pium, & duo ad reuocandum*

30 *Testamentum pium coram duobus testibus, tollit priuatum conditum coram septem, immo tollit, & primum pium, dummodo secundum, sit magis pium n. 31.*

32 *Cedula manu Testatoris subscripta ad pias causas, valet, vt testamentum.*

33 *Testamentum Caeci fauore piae causae, & pauperum, an valeat sine solemnibus.*

34 *Testamentum Muti simul, & Surdi, an ad pias causas sustineatur, & quid in Testamento nuto condito nu. 35.*

36 *Testamentum imperfectum ex defectu voluntatis, an fauore piæ causæ, & pauperum sustineatur.*

37 *Feminæ, an possint esse testes in Testamento pio.*

38 *An Testamentum pium sustineatur quando filio relicta est legitima non titulo Institutionis.*

39 *In Testamento pio, an requiratur Inscriptio temporis.*

40 *Fauore piæ causæ, an possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

41 *Testamentum principaliter conditum ad pias causas, an valeat, etiam quo ad Legata Prophana.*

42 *Testamentum quando dicatur ad pias causas, & quando non.*

1 TEstamentum, in quo pauperes sunt instituti, licet imperfectum, sustinetur, *ad tex. in l. in testam. 38. ff. de fid. lib. per quem ita dixit Bald. in l. si iure C. de testam. Man, Imol. in l. si is, qui ff. de testam. Alex. cons. 105. n. 8. Beniucas. de paupert. q. 9. spec. 5. in vlt. vol. n. 21. Borgalo de vulp. cons. 103. lib. p. n. 4. & 5. inter cons. diuersi super vlt. vol.* vbi quod valet cum duob. testib. *Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 111. n. 9.* vbi intelligit quando est imperfectum ex defectu solemnitatis, non autem ex defectu voluntatis.

2 Ampliatur pr. vt Testamentum, vel Legatum factum ad fauorem, etiam Consanguinei pauperis, dicatur ad pias causas, etiam ad effectum prædictum, vt sustineatur, licet alias imperfectum, *ad trad. per Bart. in l. si quis Titio ff. de leg. 2. Bald. in l. p. C. de Sac. Eccles. & in Auth. similiter n. 5. C. ad leg. Falc. Alex. in Rub. de testam. n. 9. Dec. cons. 120. n. 4. Rim. sen. cons. 520. nu. 32. lib. 3.* vbi quod immo magis tenemur coniunctis dare quam extraneis, *Cephal. cons 54. n. 14. & post spec. Castr. Io. Andr. Alex. & alios Tiraq. de pia causa in præfat. vers. quod adeo verum est, & post gl. Bald. Io. Andr. Alex. Castr. Roman. Lup. Boer. Tiraquell. Mantic. Mascard. de prob. lib. 3. concl. 1172. n. 5.*

3 Declaratur hæc Ampliatio, vt procedat quando Testator expresse dixit se relinquere Consanguineo pauperi Amore Dei, vel pro Anima, sed si non expressit, censetur reliquisse potius intuitu, & contemplatione Consanguinitatis, quam paupertatis, seu Pietatis, *ad tex. in l. Tutor 51. §. qui Tutoribus ff. de excus. tut. Bald. in Auth. ex testamento col. 3. C. de Collat. Roman. in Auth. similiter col. 5. C. ad leg. Falc. Ias. cons. 183. Dec cons. 120. n. 4. Alciat. cons. 213. n. 13. lib. 9. Cephal. cons. 216. n. 17. lib. 2.* vbi n. 18. adducit simile, quod relictum Monacho Consanguineo, censeatur relictum intuitu personæ Monachi, & non Monasterii, *late Tiraq. in præfat. ad tract. de priu. pia causa vers. quod tamen intelligendum, & vers. item relictum pro anima n. 16. & 17.* vbi tamen cogitandum relinquit, *& post Abbat. Felin. & alios Surd. de Alim. tit. 8. priu. p. n. 13. qui adducit etiam tex. in c. Requisisti 12 de testam.* vbi relictum Episcopo Consanguineo, etiam expresso nomine Dignitatis non censetur relictum intuitu Ecclesiæ, sed Consanguinitatis, *Sanchez. de matrim. lib. p. disp. 4. n. 9.* quamuis fateatur hanc Sententiam non carere difficultate.

4 Confert pro hac Sententia, & Declaratione prædicta, ratio illa, quod in concursu magis inspicitur causa naturalis, quam accidentalis, *ad tex. in l. quibus bona § vlt. Bald. ff. de cess. vel. in l. p. C. de Cursuriis. Cephal. cons. 54. n. 14.*

5 Confert etiam, *tex. in l. omnem 41. C. de Ep. & Cler.* vbi relictum Episcopo spectat ad Ecclesiam, nisi tamen relictum sit a Parentibus, vel Thieis hoc est patruis, vel Auunculis, vel Fratribus.

6 *Et tex. in can. Pontifices 12. q. 3.* vbi quod sicut Sacerdos habet, quod Ecclesiæ dimissum est, sic, & Ecclesia habet, quod Sacerdoti dimissum est ab extraneo, ergo secus si a Consanguineo.

7 Et quod relictum licet sub nomine officij puta Rectori Ecclesiæ Consanguineo, eius contemplatione relictum videatur, & non Ecclesiæ, *probat Alciat. de presump. Reg. 2. præs. 28.*

8 Sed contra, quod immo in casu prædicto inspiciatur, magis ratio pietatis, quam Consanguinitatis, tenenda videtur, *Ias. licet allegetur pro contraria p. cons. 181. Tiraq. de pia causa in præfat. manciscade coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n. 14. Mascard. de prob. lib. 3. Conclus. 1172. n. 8. & sensit, et comprobauit Nouar. de priu. miser priu. 29. n. 5. et seq.* quibus, & ego sentio, qui pro paupertate, ac pro veritate scribo.

9 Confert pro hac Sententia ratio illa, quod Anima, & eius fauor, rebus omnibus, omnino præfertur, *ad tex. com. gl. in l. Sancimus 25. C. de Sacr. Eccles.* qui tamen tex. loquitur de Anima, idest de vita, *vt in gl.* licet ad hoc communiter allegetur, melius probat, *tex. in c. cum infirmitas 13 de pœnit. et Remis. et can. præcipimus 24. in princ. 12. q. 2.*

10 Quod magis obtinet in vltima voluntate, in qua Testator, cum præsumatur cogitare de vltima linea rerum, & sic de morte, vtiq; & de anima, eiusq; salute, *ad tex. in l. hac Consultissima 21. §. at cum humana C. qui test. Fac. poss.*

11 Immo maior videtur Pietas, & magis debita in Consanguineos pauperes, quam extraneos, *ad tex. in can. non satis 86. dist. et dixi latius in V. Elemosina,* vnde, si valet imperfecta dispositio ad fauorem pauperis extranei, non video cur valere non debeat ad fauorem pauperis Consanguinei, nec video cur in hoc nocere debeat Consanguinitatis ratio, quæ deberet omni ratione prodesse, & inhumanum sane videtur, quod ad succedendum in omnibus, vel in aliquibus Bonis Consanguinei, nocere debeat esse Consanguineum, prout in simili dixit, *Sen. lib. 3. de ira.* Iniquus est is, apud 12 quem, hominem esse, ad impetrandam veniam nocet.

13 Accedat hoc in casu, fauorabilis ratio militans

pro

pro actus validitate quæ cæteris etiam præualet, *l. quoties 13. ff. de reb. Dub. l. quoties 80. ff. de verb. oblig. Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n. 20.*

15 Aliqui tamen ad conciliandas prædictas pugnantes opiniones, distingunt dicentes, quod si testamentum, vel Legatum, siue interpretetur factum, tanquam pauperi, siue tanquam Consanguineo, vtroq; casu valet, tunc procedat prima opinio, vt factum intelligatur intuitu Consanguinitatis, quod si dispositio non valeret, si non intelligeretur facta, intuitu paupertatis, tunc saltem ad sustinendum actum, procedat secunda opinio, vt intelligatur factum Testamentum, vel Legatum, tanquam pauperi, magis quam tanquam Consanguineo, *Cephal. d. cons. 216. n. 34. & post las. & alios Tiraq. de pia caus. in præfat. vers. sed si hoc omnino est sine dubio Mantica de Coniect. d. lib. 6. tit. 3. n. 14. & 21. Mascard. de prob. Conclus. 1172. n. 10.*

16 Alij distinguunt, quod aut in Testamento, vel Legato facto ad fauorem pauperis Consanguinei prius fit mentio de Consanguinitate, & tunc procedat prima opinio, aut prius fit mentio de paupertate, & tunc procedat secunda, & dispositio dicatur pia, quo ad omnes iuris effectus, *ita Gutierez, cons. 26. n. 8. quem refert, & sequitur Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 4. n. 9.*

Conferri ad hanc distinctionem, *tex. in l. si communis sexus 27. ff. de lib. leg. cum aliis, quæ docet Eruditissimus Cuciard. in loco ab ordine.*

Ampliatur 2. principalis Conclusio, vt procedat, etiam quando Amore Dei, & causa Pietatis relinquitur illis, qui sunt aliquo modo Diuites, sed tamen sunt tales, vt secundum suum statum indigeant, hi enim dicuntur aliquo modo pauperes, vt suo loco diximus, *Bart. in l. si. n. 34. C. de Sac. Eccles. Bald. in Rep. eiusd. legis n. 26. Tiraq. de nob. c. 20. n. 148. & de pia caus. in præfat. vers. intellige 2. Durand. de arte testan. tit. 2. caut. 2. n. 5* qui propterea animaduertit fatendum esse, quod remedium prædictum erit plerumq; validum, *Mascard. de prob. Conclus. 1172. n. 15. vbi tamen n. 16. & 17.* limitat quando Legatum esset magnum, quia tunc non diceretur pium, etiam factum pauperi super quo tamen cogita.

17 Sed si ij, quibus relinquitur sint omnino Diuites, tunc Clausula Amore Dei, vel causa Pietatis ad effectum prædictum non operabitur, & Testamentum imperfectum, erit inualidum, non enim licet fingere, *ad tex. in l. si forte 8. ff. de Castr. pec. & l. cum hi 8. §. sed cum his ff. de transac. gl. in l. illud C. de Sac. Eccles. Bald. cons. 8. & cons. 230. lib. 3. Abb. in Rub. de testam. n. 9. Barbat. in c. ad hec col. pen. & fin. eod. tit. de testam. Bart. in l. p. C. de Sac. Eccles. n. 34.* vbi quod relictum, euidenter Diuitibus, etiam cum Clausula Amore Dei, non gaudet priuilegio illius legis, vel alio concesso pię causæ, sed debet largitio fieri pauperi, *Ancar. cons. 25. n. 4.* vbi quod donatio facta Diuiti, tanquam pauperi, non prodest pro Anima, *Rom. Sen. cons. 520. n. 3. lib. 4.* vbi quod Legatum factum, euidenter locupleti, non potest dici factum pro Anima, secus si non sit euidenter locuples, *vt ibi per eum n. 12. post alios Mascard. de prob. d. concl. 1172. n. 13. Mantica de coniect. lib. 6. tit. 3. n. 23.* vbi quod assertio Testatoris non potest mutare veritatem, sed necesse est probare paupertatem.

18 Accedat, quod non indigentibus donare, non ad pietatem, sed ad liberalitatem, vel ad prodigalitatem spectat, *ad tex. in c. pastoralis p. q. 2. & l. p. C. de mend. valid. lib. 10. Tiraq. de pia caus. in præfat. vers. quod adeo verum est.*

Et non est aliud, habentibus dare, quam perdere, *can. pastor p. q. 2.* vbi quod ij, quibus sua sufficiunt, non sine grandi peccato, vnde pauper victurus erat, accipiunt, *Bald. in Rep. leg. p. n. 26. C. de Sac. Eccles.*

19 Et ad hoc, vt Legatum sit vere, ac proprie pium requiritur Pietas in persona, & in causa, hoc est, vt fiat pauperi, & causa paupertatis, & Pietatis, seu Amore Dei, *ad Bald. in l. illud n. p C. de Sac. Eccles. Sanchez de matrim. lib. p. disp 4. n. 9.* qui loquitur in terminis Legati facti Consanguineo pauperi, & in voto ducendi pauperem in Vxorem, & sentit, quod non dicatur pium, nisi sit cum paupere, & intuitu Pietatis, & non simplicis affectionis.

Et non debet habere nomen Pietatis Legatum, quod re ipsa non sit pium, *ad tradita per gl. in can. admonere 33. q. 2. Durand. de arte testan. d. tit. 2. caut. 2. n. 5. Mascard. de prob. lib. 3. Concl. 1172. n. 4.* vbi quod Legatum pium dignoscitur magis ex qualitate Legatarij, quam ex verbis Testatoris, *& n. 14.* vbi quod Pietas non stat in nomine Pietatis, sed in substantia veritatis, quod *post Lapum, & alios. 32. probat etiam Tiraq. de pia caus. in præfat. vers. quod adeo verum est sub finem.*

20 Quia nomina debent esse conuenientia rebus, *ad tex. in §. est, & aliud inst. tit. de donat. & in l. si idem 7. C. de Codicill. l. a nullo 4. C. de Fer. Bellam. cap. 6. n. 10. Gratian. Discept. Forens. lib. 2. c. 291. n. 6. & 7.* vbi citat versiculum, si re priueris, nec nomen habere mereris.

Quod omnino procedit in nominibus appellatiuis, seu realibus, de quibus etiam dicitur, Conueniunt rebus nomina sepe suis, & licet aliud sit in nominibus proprijs, seu personalibus, quæ imponuntur ad placitum, Magnus tamen Alexander fertur dixisse cuidam Alexandro delinquenti, aut depone mores, aut nomen.

21 Ad idem conferre potest, quod in simili dicitur Protestatio contraria facto, non operatur, *Butr. in c. sollicitudinem in fine de Appell. Abb. ibid. n. 8. Imol. n. 13. Dec. n. 22. Burat. in Foroliuien. Census D. 46. n. 18. & Plenius in Romana tutelę D. 388. nu. 5.*

22 Et ratio rationis est, quoniam in concursu, debent tanquam potentiora verbis facta præferri, *ad tex. in c. dudum 2. & ibi Dec. n. 3. not. de Appell.*

Appell. Menoch. de praeſ. lib. 6. praeſ. 35. n. 21. dixi Dec. 56. n. 17.

23 Nota tamen, quod Legatum factum pauperi, cenſetur factum cauſa Pietatis, & cenſentur pium, licet non exprimatur, quod Amore Dei, vel pro Anima relinquatur, *vt dixi etiam in V. pia cauſa.*

24 Sic etiam Legatum libertatis, etiam ſimpliciter relictum abſq; dicta Clauſula pro Amore Dei, vel pro Anima, ſeu ſimili, adhuc ſemper dicitur pium, *Bart. in l. proxime ff. de ijs, quae in teſtam. delentur, & in l. ſi vnus C. de teſtam.* quicquid contra ſenſiſſe videatur, *in l. p. C. de Sac. Eccleſ. Imol. in l. captatoriae ff. de leg. p. reprobans Bart. in d. l. p. C. de Sac. Eccleſ. Tiraq. de pia cauſ. in praefat. verſ. non obſtat, quod diximus,* vbi quod ita cõmmuniter tenetur ſubdens eſſe ad hoc bonum, *tex. in l. p. §. fin. C. de comm. ſeru. manum.*

25 Nota etiam, quod ſi quis reliquerit Diuiti, quẽ pauperem eſſe credebat, quo ad ſe, pie reliquit, *ad tex. in c. quieſcamus 42. diſt. Bart. in Rep. leg. p. C. de Sac. Eccleſ. in 2. q. princ. in fine Matteſilan. ſing. 181. incipit nota, quod ſi quis Tiraq. de pia cauſa in praefat. verſ. & hoc adeo procedit.*

26 Sed quis debeat hoc in caſu relictum percipere, quaeſtio eſt, *Bart.* licet per dubitatiuum verbum (forte) *in l. p. C. de Sac. Eccleſ.* dixit relictum huiuſmodi conuertendum eſſe in alium vſum pium. *ad tex. in l. Legatum ib. ff. de vſufruct. legat.* vbi relictum ad opus illicitum, conuertendũ eſt in opus licitum, *& Bart. ſeq. Matteſilan. d. ſing. 181. incipit Nota quod ſi quis.*

Sed *Bald. in Rep. eiuſd. legis, p. C. de Sac. Eccl. n. 27.* firmat huiuſmodi relictum eſſe omnino pro non ſcripto, quo ad Diuitem iſtum, ſed quod cum Teſtator, pauperi relinquere voluerit, vero pauperi erit erogandum, & ſic in effectu conuertetur ad eumdem vſum, *poſt Bald. & alios ſeq Tiraq. de pia cauſa in praefat verſ. & hoc adeo procedit. Adde Cherubin. in compend. Bullarij ad conſt. 15. Iulij III. Schol. 2.* vbi quod tale Legatum remanet tanquã relictum incertis perſonis, adeo vt quinta pars Fabricae S. Petri debeatur.

27 Infertur pr. ex principali Concluſione, vt Teſtamentum ad fauorem pauperis conditum, valeat coram duobus teſtibus, tam de Iure Ciuili, quam de Iure Canon. prout generaliter in Teſtamento ad pias cauſas, *firmat poſt Bart. Bald. Salicet; & alios plurimos Tiraq. de priu. pia cauſa priu. p.* & in ſpecie ad fauorem pauperum, *firmat Rot. coram Caualler. in Romana Legati dec. 27. n. p. & ſeq.*

28 Et quod Teſtamentum ad fauorem pauperum, & miſerabilium valeat, licet Teſtes non ſint rogati, *tradunt Acebill. de Graff. dec. p. de teſt. Gam. dec. luſitan. 81. n. 3. Nouar. in praxi priu. miſerab. perſon. priu. 124. n. 2.*

29 Nota tamen, quod ſicuti ſufficiunt duo Teſtes ad validitatem Legati ad pias cauſas, ita duo ſufficiunt ad illius reuocationem, *gl. in l. cum proponebatur ff. de leg. 2. quam ſingularem dixit Bald. in l. fin. C. de fideicom. in vlt. col. Cardin. et Io. de Imol. in c. Relatum de teſt. Alex. de Imola in Rub. ff. de Acq. poſſ. Euerard. in loco a contrarijs verſ. hoc argumento à contrarijs. ac iterum idem Euerard. in loco à contractibus ad diſtractus verſ. ex iſto etiam ſeq. aliud vbi poſt Caſtr. Alex. Barbat.* ampliat etiam ſi plures, quam duo adhibiti eſſent Teſtes in Conſtitione Legati.

30 Infertur 2. vt Teſtamentum ad pias cauſas, vt ſupra conditum coram duobus Teſtibus, tollat primum, etiam ſolemne conditum coram ſeptem, *ad tex. in l. 2. ff. de Iniuſt. Rup. & irrit fact. teſt. Caſtr. conſ. 262. lib. 3. Alex. in l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem col. vlt. C. de teſt. poſt. Barbat. Iaſ. dec. Tiraq. de pia cauſ. priu. 2.*

31 Amplia, etiam ſi primum Teſtamentum eſſet ad piam cauſam, dummodo ſaltem ſecũdum ſit piae cauſae, magis fauorabile, *ad tradita per Seraphin. in Aueniouen. Legati dec. 382. n. 7. & late per Nouar. in praxi priu. miſer. priu. 21. n. 6.*

32 Sed quod plus eſt, Cedula manu ſolius Teſtatoris ſubſcripta ad pias cauſas, valet, vt Teſtamentum, *Imola in l. ſi is, qui ff. de teſt. Corn. conſ. 307. col. 4. verſ. & licet ſint conteſtes lib. 1. Tiraq. de pia cauſa priu. 4. Dixi ego poſt Rotã Romanę deciſ. dec. Fer. 71. n. 4. & dec. 144. n. 3.*

33 Infertur 3. quod Teſtamentum Caeci ad fauorem piae cauſae, & pauperum ſuſtineatur, & valeat abſq; ſolemnitatibus, alias de Iure requiſitis, *poſt Alex. Corn. Iaſ. Bertran. Tiraq.* qui in ſpecie loquitur de pauperibus, *in tract. de priu. pia cauſ. priu. 15. licet referat Ang. contrarium ſentientem.*

34 Quid autem dicendum ſit de Teſtamento Muti, ſimul, & Surdi, an ad pias cauſas ſuſtineatur, *vide apud Tiraq. de priu. piae cauſa priu. 9.*

35 Et quid de Teſtamento natu conditum, *vide apud eumd. Tiraq. de priu. piae cauſa priu. 8. & apud Nouar. in praxi priu. miſer. priu. 5. n. 9.*

36 Et an Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis ſuſtineatur fauore piae cauſae, & praeſertim pauperis, *vide apud Tiraq. de priu. piae cauſae priu. 7. & priu. 79. & apud Nouar. in praxi priu. miſer. priu. 111. n. 10.*

37 Et an in Teſtamento pio Faeminae admittantur in Teſtes, *vide apud Tiraq. de pia cauſa. priu. 5. & communem cont. com. apud Cauallos q. 700.*

38 Et quod Teſtamentum pium ſuſtineatur, licet filio relicta ſit legitima non titulo inſtitutionis, *firmat poſt Bart. Florian. Aucaran. Imol. Alex. Tiraq. in eod tract. de priu. pia cauſae priu. 24. licet referat Bald. Salicet. & Barb. contradicentes.*

38 Et quod in Teſtamento ad pias cauſas non requiratur Inſcriptio temporis, *tradit poſt Alex. & Corn. Tiraq. de pia cauſa priu. 11. licet referat Bartolum diſſentientem.*

40 Et quod fauore piae cauſae, & ſic pauperum, poſſit quis decedere pro parte Teſtatus, & pro parte inteſtatus, *probat tex. in l. miles ita 42. & in l. ſi duobus 38. ff. de milit. teſt. Bart. in l. p. in 2. q.*

C. de

C. de Sac. Eccles. & post Ancar. Imol. Abbat. Alex Ang. & alios Tiraq. de pia caus. priu. 13. licet referat Bald. contrarium sentientem.

41 An autem Testamentum principaliter conditum ad pias causas, valeat etiam quo ad Legata Prophana? *vide apud Tiraq. de pia caus. priu. 2. vers. contrarium tamen, & priu. 80. & apud Couar. in c. relatum p. de testam. n. 2.* vbi etiam de Testamento inter liberos.

42 Nota tamen hic, quod Testamentum dicitur ad pias causas, non solum quando pia causa est instituta, sed etiam quando Legata pia, absorbent partem maiorem hæreditatis, *Cesar. de Graffis in Forolinien. hæreditatis dec. 5. de test. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 7. n. 4. & 5. Ferentill. ad Buratt. in praestima hæreditatis dec. 475. nu. 18. vbi tamen n. 17.* probat non sufficere ad constituendum Testamentum pium, si pia causa instituta sit in vlteriori gradu, & non in primo.

PRIVIL. CCCLXXXIX.

Testamentum II.

SVMMARIVM.

1 *Primum testamentum factum ad fauorem pauperum, non reuocatur per secundum, nisi cum clausula derogatoria.*

2 *Primum testamentum pium, non reuocatur per secundum non solemne, licet in eo sint instituti venientes ab intestato, nisi sint liberi.*

1 PRimum Testamentum factum ad fauorem pauperum, non reuocatur per secundum, nisi cum Clausula derogatoria, *Ang. in l. non est enim 4. per illum tex. ff. de inoff. test.* vbi dicit se per hoc magnam hæreditatem obtinuisse pro pauperibus contra Agnatos, *idem Ang. in l. fin. C. si quis aliq. test. prohib.* vbi dicit casum esse quotidianum, & menti tenendum, *Benincas. de paupert. q. 9. spec. 5. in vlt. vol. n. 11.* & quamuis, *n. 12.* referat, *Decium cons. 489. col pen.* limitantem quando Testator dolose fuisset inductus ad mutandum Testamentum, attamen *n. 13. & seq.* probat indistincte procedere dictum Angeli, *& vide quæ dixi in V. Generalitas, in V. Derogatio, in V. Confessio.*

2 Adde hic, quod primum Testamentum solemne, factum ad fauorem pauperis, vel alias piæ causæ, non reuocatur per secundum non solemne, in quo sint instituti venientes ab intestato, *Abb. cons. 11. col. 2. lib. p. incipit in causa, quæ vertitur,* vbi limitat quando in secundo, liberi essent instituti, *Cuman. cons. 177. Ias. in l. hac consultissima §. si quis col. 2. in 2. limit. C. de testam. Tiraq. de pia caus. priu. 52.* vbi refert, *Socin.* ampliantem etiam si in secundo instituti sint filij.

PRIVIL. CCCXC.

Testator.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris, est pro lege seruanda, non tamen contra legem n. 4.*

2 *Si testator iubeat hæredi, ne Matrem, vel Fratrem pauperes alat, eius voluntas non est seruanda, & num. 3.*

5 *Alimenta, lege tolli possunt, saltem, quando debentur pauperi aliunde non habenti, idem in legitima num. 6.*

1 QVamuis voluntas Testatoris sit pro lege seruanda, *§. disponat Auth. de nupt. ibi,* disponat Testator, & erit lex, *dixi dec. 59. n. 19. cum seq.*

2 Attamen si Testator disponat, vt filius non retineat penes se, nec alat Matrem pauperem, vel fratres mendicos, eius voluntas non est seruanda, *l. conditiones 9. l. filius 15. ff. de cond. & Dem. ibi,* si parentibus, patronoq; alimenta non præstiterit, quæ facta lædunt pietatem institutionum, *Grat. cons. 35. n. 3. & seq. lib. 2. Simon. de pret. de interpr. vlt. vol. lib. 2. interpr. 2. dub. 2. schol. 2. n. 62. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 85. n. 6.*

3 Ampliatur, vt idem sit si quis iusserit fratrem hæredem, non alere fratrem indigentem, *Bald. cons. 103. n. 3. lib. 5. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 85. num. 9.*

4 Ratio fit, quoniam licet voluntas Testatoris pro lege seruanda sit, non tamen plusquam pro lege, *l. nemo potest 58. ff. de leg. p.*

5 At Alimenta naturali Iure debita, lege tolli non possunt, *Bald. in l. p. §. ius naturale ff. de Iust. et Iur. et post Couar. et Vasq. tradit Surd. de Alim. tit 8. priu. 85. n. 8.* saltem quando debentur pau-

6 peri aliunde non habenti, vt dicitur de legitima, *Abb. in c. Raynutius n. 12. de testam. et post alios tradit Surd. de Alim. tit. 8. priu. 56. n. 33. et dixi in V. Legitima.*

PRIVIL. CCCXCI.

Testis p.

SVMMARIVM.

1 *Post conclusum in causa, testes recipi nequeunt.*

2 *In causis pauperum, potest Iudex, etiam post conclusum testes recipere.*

1 QVamuis post Conclusum in causa, testes recipi nequeat, *§. quia vero in princ. et ibi gloss. in V. concluserit Auth. de testib. cum alijs cumulatis*

tis à Farinac. de teſt. q. 75. c. 5. n. 257.

2 Attamen in cauſis pauperum, & aliarum miſerabilium perſonarum, poteſt Iudex etiam poſt concluſum in cauſa, teſtes interrogare, recipere, & examinare, *ad tex. in l. vbiqunque 22. ff. de interrog. action. Barbat. conſ. 30. col. 3. Rebuff. ad conſt. Galliæ art. 3. gl. fin Riccius ad Franchum Dec. 371. in fin. Nouar. in praxi priu. miſer. priu. 10. n. 4 et conferunt, quæ dixi in V. inquiſitio, et in V. officium Iudicis.*

PRIVIL. CCCXCII.

Teſtis II.

SVMMARIVM.

1 *NEmo tenetur ſe in teſtem offerre, fallit pro paupere conſtituto in extrema neceſſitate n. 3.*

2 *Verum tacere, aliquando licet, falſum autem dicere numquam licet.*

1 QVamuis nemo ſe teneatur in teſtem offerre, *Nauar. in man. c. 25. n. 44.* vbi ampliare videtur, etiam ſi magna ſit proximi neceſſitas.

2 Quia ſcilicet verum tacere, aliquando licet, quamuis falſum dicere, nunquam liceat, *vt eſt tex Aug. in can. ne quis arbitretur 22 q. 2.*

3 Attamen pro paupere conſtituto in extrema neceſſitate teſtimonij, ſeu depoſitionis alicuius teſtis, tenetur ille ſe offerre ſub pœna culpæ mortalis, *Nauar. in c. inter verba concl. 6. ij qu. 3. et in man. c. 25. n. 44. et vide in V. Iudicis officium.*

PRIVIL. CCCXCIII.

Teſtis III.

SVMMARIVM.

1 *IVdex ſubminiſtrat expenſas ad producendum teſtem pauperi litiganti, ſaltem quando etiam teſtis eſt paupee.*

1 SI pauper litigans non poteſt ob Inopiam producere teſtem, qui ſuis expenſis venire non tenetur, Iudex ordinarius ei ſubminiſtrabit expenſas neceſſarias, *ſpec. in tit. de teſte §. qualiter verſ. poteſt. etiam Iudex. Ant. de Butr. in c. ſi qui teſtium in fine de teſt. b. et ibid. Abb. pariter in fine ſequitur Felin. in duobus caſibus, de quibus ibi per eum in d. c. ſi qui teſtium n. 9. de teſtib.* & omni in caſu ſi teſtis ipſe non ſit pauper, in ſubſidium, ipſe tenebitur pro paupere gratis accedere ad teſtificandum ex ijs, quæ diximus *in V. Aduocatus, in V. Procurator. in V. Mediens, in V. Notarius.*

PRIVIL. CCCXCIV.

Teſtis IV.

SVMMARIVM.

1 *QVod teſtis pauper ex ſola paupertate repellatur à teſtificando, qui ſenſerint.*

2 *Pauper præſumitur pecunia corrumpi, non autẽ Diues.*

3 *Pauper mulier præſumitur facile ſui copiam facere, quamuis olim ſeruabat caſtas humiles fortuna latinas.*

Caſta eſt, quam nemo rogauit, & fæminæ gaudent eſſe rogatæ præſertim quando preces ſunt Auratæ.

Auaritia dicitur muliebre vitium.

Auro perſuadere, eſt pluſquam cogere, vnde infertur vt ibi.

4 *Pauperes prius torquentur, et facilius carcerantur quam Diuites.*

5 *Pauperes non repelluntur à teſtificando ex ſola paupertate ſecundum communiorem, ſicut, nec ignobiles, & viles, et n. ſeq.*

6 *Sola exceptio paupertatis, teſtem non repellit.*

7 *Paupertas non eſt de genere malorum.*

8 *Teſtes, qui non prohibentur, admittuntur.*

9 *Pauperes ſolent eſſe meliores, quam Diuites.*

10 *Pauper teſtis admittitur, etiam ſine tortura in Criminali, niſi ſit alias ſuſpectus, ſed contra, quod in criminali teſtes pauperes non admittantur n. 11. ſaltem ſine tortura n. 12.*

13 *Teſtis pauper admittitur etiam in cauſa matrimoniali, licet forte non faciat plenam fidem, ſed quod non admittatur, ſaltem quando agitur de matrimonio diſſoluendo n. 14.*

15 *In cauſa matrimoniali requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*

16 *Teſtes pauperes admittuntur, etiam ad reprobandum Inſtrumentum, licet ad id requirantur omni exceptione maiores n. 17.*

18 *In cauſa Ciuili ardua, quę Criminali ęquiparatur, an teſtes pauperes probent.*

19 *Teſtes pauperes non ſunt omni exceptione maiores, nec iurant in litem, nec in ſupplementum probationis, ſed contra n. 20.*

21 *Lex magis reſpicit fidem perſonarum, quã facultates.*

22 *Religioſi ſunt teſtes legaliores.*

23 *In Confectione Inuentarij requiruntur teſtes optimę opinionis, & an pauperes admittantur.*

24 *In concurſu, Teſtimonium Diuitis pręfertur Teſtimonio pauperis, ſed contra vide ibid.*

25 *Quando agitur de ijs, quę non niſi per pauperes exercentur, magis pauperibus, quã Diuitibus creditur.*

26 *Teſti pauperi probo, magis creditur, quam improbo Diuiti.*

27 *Diuiti minus creditur, quam pauperi quando Diuitię fuerunt male quęſitę.*

Deo infidelis, non poteſt eſſe hominibus fidelis.

28 *Suo vitio fallit pauper, à teſtificando repellitur.*

Iudex

29 *Iudex arbitratur quanta fides sit adhibenda pauperi testi.*

30 *Pauper, qui patitur, etiam alium defectum, à testificando repellitur, etiam si defectus ille non esset solus sufficiens ad repellendum n. 31.*

32 *Appellare aliquem pauperem, est iniuria, & Diuitē, de paupertate diffamans, tenetur iniuriarum.*

33 *Qui non debitorem, debitorem appellat, iniuriarum tenetur.*

34 *Et qui non satisdat praefertur si adeo idoneus est, vt non debeat satisdationis subire contumeliam.*

35 *Pauperes reputantur viles apud viles, & vide n. seq.*

36 *Ex opulentiore fortuna, nullum debet esse discrimen.*

37 *Pecunia non affert, & paupertas non aufert nobilitatem.*

Nobilitas sine Diuitijs, sicut fides sine operibus, mortua dicitur; sides sine operibus est vera fides, licet non viua fides.

Noli fieri pro amico inimicus.

38 *Pater contra filium, & econtra, & frater contra fratrem, non tenetur testificari, etiam in causa Ciuili.*

39 *Posse peccare, est aliquid non posse, & omnipotens est qui hoc non potest; senex gratias agat senectuti, quia non potest, quod non debet.*

1 QVod testis pauper ex sola paupertate repellatur à Testimonio, simpliciter *senserunt gl. Cyn. Roman. Aret n. Alex. Ias. Papiens. Zazius. Gratus Socin. quos refert Gabr. conclus. 18. de testib. nu. 4. vers. contrarium parif. spec. Abb. Ruin. Beronf. Bart. Marsil. Felin. Brogorot. Fabian. quos refert Mascard. de prob. concl. 1155. nu p. Calcau. & alij, quos refert Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 96. n. p.*

2 Ratio multiplex esse potest, & prima, quia pauper praesumi potest corruptus pecunia, *ad gl. in l. 3. in V. egens ff. de testib. & in c. si testes in V. Locuples 4 q. 3. & post Alex et Petrus. Mascard d. conclus. 1155 n. 3.*

Econtra vero, Diues non praesumitur precio corrumpi, *ad tex in l. 3. ff. de testib. post Bart. & Caccialup. Menoch. de praes. lib. p. q 15. n. 30. & 31*

Sic pauper Mulier praesumitur facile sui copiā facere, *vt post Luc. de pen. Bart. Crot. Petrus c. dixit Mascard. de prob. d. concl 1155. n. 5.*

3 Econtra vero, *vt Iuuen. cecinit.*

Seruabat Castas humilis fortuna latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor.

Et, vt cecinit, *Ouid. in libris Amorum, quem nomine tacito refert D. Antoninus p. 3. summae, tit. p. §. 25.*

Casta est, quam nemo rogauit.

Et, vt idem, *Ouid. cecinit p. de Arte.*

Quae dant quaeque negant, gaudent tamen esse rogatae.

Praesertim quando preces sunt Auratae.

Nam nunquam Auratae non valuere preces, *vt cecinit Georg. Venet.*

Et Auaritiam, vitium esse muliebre, *dixit Sen. in lib. Declam, quem refert D. Antonin. d. p. 3. tit. p. §. 25.*

Et sane fide pecunijs loquamur, dicere possumus.

Expugnant etiam haec arma pudicas, & non minus, quam panis, mortalia pectora cogit, auri sacra fames; vnde, & auro persuadere est plusquā cogere, *inquit tex. in l. p. §. persuadere ff. de seru. corrupt.* & Mulierem cognoscens data pecunia, incidit in statutum contra cognoscentes mulierem per vim, *Marsil. sing. 353. Plot. de In lit. Iurando §. 2. n. 14.*

4 Confert, *tex. pro. 30.* mendicitatem, & Diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria, ne satiatus dicam quis est Deus, aut egestate compulsus furer, aut periurem.

Eadem ratione pauperes prius torquentur, quam Diuites, quia pauper facilius corrumpitur, quam Diues, *ad tex. in l. 3. ff. de testib. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 58.*

Similiter etiā ratione fortasse pauper facilius carceratur, quam Diues, *l. 3. §. tutores ff. de susp. tut. Medices de casib fort. p. 2. q. 4. n. 50.*

5 Sed quod testis pauper ob solam paupertatem non repellatur à Testimonio, *senserunt spec. in tit. de teste §. p. n. 61. vers. item quod est pauper Io. Andr. in c. si bi, qui de testib. Lanfranch. in c. quoniam contra in V. testium depositiones col. 26. vers. nunquam pauper de prob. Ias. in Auth. praeterea col. fin. vers. item vide omnino glosam C. vnde vir, & vxor, & in l. si fideiussor in princ. ff. qui sat. cog. vers. sic etiam in teste Ias. in l. si constante ff. sol. matrim. n. 152. vers. 3 principaliter Aretin. cons. 13. col. 2. vers. praeterea, & hoc expedit Dec. cons. 163. col. 3. vers. sed ad ista Crot. in d. l. si constante col. 16. in fine vers. 2. quaeris Bart. in l. ex liberto ff. de quaest. vers. et ideo dico Socin. Reg. 289. Io. Crot. in tract. de teste p. 4. q. 7. Zazius cons. 2. n. 30. vol. 2. quos refert Ant. Gab. conclus. 18. de testib. n. 4. vers. 2. amplia, & vers. tenendo primam,* vbi testatur de magis communi, *Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 96. nu. 2. Adde Alex. cons. 149. n. 6. lib. 5. quem cum Aretino refert, & seq. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 10. nu. 8. Hondea. cons. 77. n. 40. lib. p. & post alios Farinac. de oppos. contra person. testium qu. 57. nu. 8. & seq. Adde Ruin. Cons. 158. n. 27. lib. 5. & prius Deciū cons. 162. n. 6. vers. sed ad ista etiam respondetur, vbi adducit tex. in §. Sancimus Auth. de testib.* vbi Artifices Ignobiles, & viles personae non repelluntur à Testimonio.

6 Et quod sola exceptio paupertatis, testem in totum non repellat, *Senserunt scribentes in c. si qui testium de testib. Cesar. de Graffis D. 6. in princ. eod. tit. de testib. Farinac. de oppos. contra personas testiū q. 57. n. 8. in fine & n. 14.* qui testatur hanc esse magis communem opinionem, & à Rota receptam, *& seq Buratt. in sententia Bubalarum dec. 349. n. p. & in Ferrarien. affictus dec. 359. n. 13. & prius*

Seraphyn. in Auenionen castrorum dec. 1279. n. 4. vbi adducit etiam Casaretm de Grassis decis. 74. & dec. 81.

7 Ratio multiplex esse potest, & prima, quia paupertas non est de genere malorum, *dixi in V. malum*, & in his terminis, *dixit Ant. Gabr. conclus. 18. n. 4. de testib.*

8 Secunda, quia edictum de testibus est prohibitorium, ideo, qui non reperitur expresse prohibitus, non repellitur, sed admittitur, vt idoneus, *l. p. ff. de testib. ibi*, & ij, quibus non interdicitur testimonium, & in his terminis, *Seraphyn. in d. Auenionen. Castrorum dec. 1279. n. 2.*

Immo quod pauper admittatur, supponit *tex.* qui ab aliquibus in contrarium vertitur, *in l. 3. in princ. ibi, locuples, vel egenus ff. de testib. & in his terminis dixit Menoch. de Arb. cas. 96. n. 2.*

9 Tertio, quia immo pauperes solent esse meliores, quam Laici, *vt ostendi in V. Salus.*

10 Ampliatur, vt testis non repellatur ob paupertatem, etiam in causa Criminali, & quod etiam absq; tortura admittatur, *tradunt Abb. in c. si qui testium in fine de testib. Aretin. ibid. col. 2. vers. tu vero dic Felin. ibid col. pen. vers. gl. fin. n. 8. Bart. in l. ex liberto vers. mihi videtur ff. de quest. Cepoll. cons. 60. col. p. vers. 2. quia Dec. cons. 163. in fine 5. col. vers. preterea non est verum Socin. Reg. 289. Fellen. 2. & prius Reg. 157. Fall. 2. Crauetta cons. 360. col. 4. vers. paupertas Rum. cons. 158. nu. 7. lib. 5. Gabr. concl. 18. de testib. n. 6. vers. contrarium Mascard. de prob concl. 1155. nu. 13. & 14.* vbi limitat quando pauper esset ignotus, vel alias suspectus, *Menoch. de Arbitr. cas. 96 n. 4.*

11 Contrarium tamen, quod videlicet pauperes testes non admittantur in Criminali, *senserunt simpliciter Ant. de Butr. Imol. Socin. Alex. Gramm. Zasius, Ruin Dec Venaphr. quos refert Gabr, d. concl. 18 de testib. n. 5. 10. de amicis cons. 78. n. 9. Viuius in suis commun. conclus. vers. testis propter solam Rolan. cons. 63. n. 34. lib. 1. quos refert. Honded. cons. 93. n. 43. lib. 2 adde Rolan. cons. 7. n. 21. lib. p. & post alios Farinac. de opposit. cont. person. testium q. 57. n. 15. & seq.*

12 Et quod saltem sine tortura testes pauperes non admittantur in Criminali, *senserunt specul. quem refert Gabr. vbi sup. n. 6. Bart. Felm. Marsil. Alex. Dec. Nell. Alberic. & alij quos refert Mascard. de prob. d. concl. 1155. n. 11. & 12. & post alios Farinac. de oppos. contr. test. q. 57. n. 20. confert tex. in l. sciant cuncti fin. C. de prob.*

13 Ampliatur, vt testis pauper admittatur, etiam in causa matrimoniali, *Aretin. cons. 14. nu. 16. Rip. in l. si constante n. 33. ff. sol. matrim. Dec. cons. 163. n. 5. qui multos refert Socin. iun. cons. pen. n. 38. lib. 2. Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 69. n. 5. Mascard. de prob. conclus. 1155. n. 19. licet n. 17. referat sentientes*, quod testes pauperes in causa matrimoniali nō faciant plenam fidem, *adde Alex. cons. 149. col. 2. vers. nec paupertas. lib. 5. Barbat. cons. 26. col. 8. 3 vers non obstat quod dicitur lib. 5. Gabr. d. conclus. 18. n. 7. vers. contrarium, licet eod. n. 7. in princ. referat tenentes negatiuam* videlicet, quod testes pauperes in matrimoniali non recipiantur, *Honded. cons. 77. n. 43. lib. p. Alex. cons. 149. viso processu vers. nec paupertas lib. 5. Dec. cōs. 162. n. 6. vers. sed ad ista, qui citat, etiam Aretin. sed cons. 13. viso diligenter vers. ad secundum de paupertate, et Andream sicut hoc est Barbat. cons. 26. lib. 4.*

14 Sed quod in causa matrimoniali testes pauperes non recipiantur, *refert Zaz. Ruin. Dec. Socin. seniore Gabr. d. concl. 18. n. 7. in princ. et Mascard. de prob. d. concl. 1155. n. 17. Alexandrum, et Socinum, quem refert, licet nō sequatur Decius cons. 162. n. 6. Farin. c. de oppos. contr. person. test. q. 57. num. 28. et 29. et 31.* vbi dicit non esse recedendum ab hac Sententia, præsertim, vbi agitur de dissolutione matrimonij.

15 Ratio esse potest, quoniam in causa matrimoniali requiruntur testes omni exceptione maiores, *c. in literis 24. et ibi DD. de testib. c. p. iuncta gl. de consanguin. et affinit. Felin. in c. p. n. 5. de sponsal. Socin. iun. cons. 88 n. 8. lib. 2. cum alijs apud Gabr. concl. 8. n. p. de testib. qui tamen refert contra sentientem eod. n. p. vers. contra*

Et quia causa matrimonialis, & Criminalis in hoc videntur æquiparari.

16 Ampliatur, vt testis pauper reputetur idoneus, etiam ad reprobandum Instrumentum, *Soc. iun. cons. 189 n. 33. cum seq. lib. 2. Honded. cons. 77. n. 44. lib. p.*

17 Licet ad Instrumentum reprobandum requirantur testes omni exceptione maiores, *l. optimam 14. C. de contr. et com. stip. Honded. cons. 77. n. 44 lib. p.*

18 An autem in causa Ciuili ardua, quæ Criminali æquiparatur, testis pauper admittatur, & probet, *vide Farinac. de oppos. contr. person. testium qu. 57. n. 26. et 27.*

19 Limita, quia testes pauperes omni in casu non sunt testes omni exceptione maiores, *Io. de Amic. cons. 98. col. pen. vers. item probatum. Venephr. cons. 78. col. pen. Abb. in c. in nostra de testib. Alberic. in l. 3. ff. de test. Campeg. de testib. Reg. 113 Bart. in l. illicitas §. fin. ff. de offic. præsid. Nellus de testib. in V. pauper Socin. iun. cons. 189. n. 36. vol. 2. Rolan. cons. 98. n. 40. lib. 4. Brogeros. de prob. test. n. 19. Staffil. de Grat. & expectatiu. n. 60. Fabian. in Auth. preterea nu. 80. C. vnde vir. et vx. Cyn. in l. 3. C. de Reb. Creditis, quos refert. Mascar. de prob. conclus. 1155. n. 7. adde Bart. in l. ex liberto ff. de quæst. vers. mihi videtur. Alberic. in l. 3. ff. de test. col. p. vers. si autem. requiritur Alberic. Malatest. in tract. de testib. tit. quando repellantur ratione defectus personæ n. 13. et seq. Ang. Aretin. in tract. maleficiorum in V. qui Iudex. Bapt. termi- num n. 7. Roman. cons. 382. col. p. Dec. quo ad secundum, et in l. si constante n. 5. ff. sol. matr. Aretin. cons.*

cons. 13. col. 9. verſ. præterea, & hoc expedit Alex. conſ. 131. verſ. concurrit Pepius in Auth. præterea col. 49 verſ. quibus bene diſcuſſis, quos refert Gabr. d. cõcluſ. 18. de teſtib. n. 9. Adde etiam Ancar. conſ. 194. in fin. Dec. conſ. 310. col. vlt. Crauettam, qui refert alios conſ. 249. n. 11. quos refert Menocch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 96. n. 9. in fine, & prius n. 6. in princ. vbi infert, adde & Plotum in l. ſi quando C. vnde vi §. 50. n. 17. vbi infert, quod ideo pauper non poteſt in litem iurare, nec in ſupplementum probationis, nec vigore ſtatuti diſponentis credi iuramento damnum paſſi, & limitat in duobus caſibus, de quibus ibi, poſt alios late Farinc. de oppoſ. contr. perſ. teſt. q. 57. n. p. & ſeq. Seraphyn. in Auenionen. Caſtrorum dec. 1279. n. 4. & prius Caſſad. dec. 11. de reſcrip. n. 3. vbi tamen ſolũ aſſerit, quod licet paupertas diminuat de fide homini, & noceat, extra tamen caſus expreſſos, id non eſt extendendum, cum etiam in multis proſit, & alias lex magis ſequatur fidem, quam facultates, ad tex. in §. fin. inſt. tit. de ſuſpect. tut.

Probatur autem hæc limitatio ex rationibus, de quibus in principio, item ex l. 3. ff. de teſtib. & ex can. ſi teſtes 4. q. 3. confert etiam tex. in l. ſi quis ex argentarijs 6. § p. ff. de eden. ibi, ſucceſſores omnes Argentarij edere coguntur, nec enim ſufficit ſi vnus edat forte humilis, & deploratus, de cuius fide dubitari queat, niſi cæteri ſubſcribant.

20 Sed quod teſtes pauperes ſi non patiantur alium defectum (in cauſa, præſertim Ciuili) ſint idonei, & non diminuatur eis de fide, ſenſere Socin. Iun. conſ. 189. n. 35. cum ſeq. lib. 2. Grammat. conſ. ciuili 50. n. 22. Alex. conſ. 65. in fin. lib. p. Rip. in l. ſi conſtante n. 33. & ſeq. ff. ſol. matrim. Aretin. conſ. 13. n. 16. verſ. fateor tamen Honded. conſ. 77. n. 41. lib. p. & n. 42. & ſeq. vbi comprobat teſtes pauperes eſſe idoneos, etiam vbi requiruntur teſtes omni exceptione maiores, vt in cauſa matrimonij, & reprobationis Inſtrumenti, & magis, vbi agitur de probando Teſtamento, iuxta terminos c. cum eſſes, quod requirit ſolum teſtes idoneos.

Adde gl. & ibi Florian. in d. l. 3. ff. de teſtib. gl. & DD. in c. ſi qui teſtium de teſtib. & in c. ſi teſtes verſ. loquples 4. q. 3. Cyn. in l. 2. in 7. q. C. de Reb. Cred. Marſil. in l. ex liberto C. de quæſt. Dec. conſ. 162 n. 6. verſ. ſed ad iſta Couar. Var. reſol. lib. 2. c. 6. n. 8. verſ. qualiter paupertas, vbi aſſerit hoc eſſe veriſſimum.

21 Confert, tex. in §. fin. inſt. tit de ſuſp. tut. quem adducit etiam Caſſad. dec. 11. de reſcript. nu. 3. vbi, per illum tex. ait quod lex magis reſpicit fidem perſonarum, quam facultates.

22 Confert etiam, quod Religioſi, ſunt teſtes omni exceptione maiores, & tamen ſunt pauperes, ergo ſola paupertas non reddit teſtes minus idoneos, Clar. in §. teſtamentum q. 55. verſ. vlterius quæro, vbi quod etiam in Teſtamento poſſunt eſſe teſtes Monachi, & Fratres Mendicantes, & quod immo tanquam Legaliores adhibentur.

23 Infertur ex prima Sententia, quod in confectione Inuentarij, in qua teſtes optimæ opinionis requiruntur, pauperes non admittantur, §. ſi vero abſunt Auth. de Hæred. & Falcid. Dec. in Auth. præterea n. 16. C. vnde vir, & vxor, Gabr. concl. 18. n. 13. de teſtib. Menocb. de Arbit. lib. 2. caſ. 96. n. 13. Maſcard. de prob. concl. 1155. n. 23. Farinacius de oppoſ. contr. perſ. teſtium. q. 57. n. 34.

24 Limita ſecundã Sententiã, quia in concurſu, Teſtimonium Diuitis, præfertur Teſtimonio pauperis, Bald. in l. fin. col. fin. C. de teſtib. Calcan. cons. 9. col. pen. Crauett. conſ. 6. col. 6. Rup. conſ. 36. col. fin. lib. 4. Tiraq. de nob. c. 20. n. 35. vbi plures cumulat Maſcard. de prob. concl. 1155. n. 6. vbi generaliter ait, quod minus creditur pauperi, quã Diuiti. Adde Bart. in l. ex liberto, & ibi Marſil. n. 8. ff. de quæſt. Rip. in l. ſi conſtante n. 33. ff. ſol. matr. Aretin. conſ. 14. n. 16. Soc. Iun. conſ pen. nu. 37. lib. 2. Menocb. de Arbit. lib. 2. caſ. 96. n. 9. Oinot. inſt. tit. quib. ex cauſ. man. non licet in princ. n. 11. vbi ait id contingere propter timorem ſubornationis, & adducit tex. in l. 3. in princ. ff. de teſtib. vnde etiam ſubdit, quod teſtis ſemper interogari ſolet de Diuitijs, & quantum habeat in Bonis, Adde poſt gl. Alberic. Butrig. Crot. Campeg. Marſil. Dec. Couar. Corrad. Rolan. Bertazzol. Iuniorem & alios Farinac. de oppoſ. contr. perſ. teſtium q. 57. n. 35. vbi quod hæc eſt vulgatiſſima, & veriſſima Iuris Concluſio.

Sed quod ſæpenumero, teſtes pauperes magis veritatem dicant, quam Diuites, dixit, licet nihil alleget, (more non ſuo) Maſcard. de prob. d. concluſ. 1155. n. 32. immo, & quod teſtis pauper quandoq; ac etiam frequentiſſime præferendus ſit pauperi, dixit Couar. Var. Reſol. lib. 2. c. 6. nu. 8. allegando Decium conſ. 163. quod in lib. meo eſt conſ. 162. col. 4. Crotum in l. ſi conſtante n. 41. & Rip. n. 33. ff. ſol. matr. & propterea probat relinquendum eſſe Iudicis Arbitrio, an magis pauperi, vel Diuiti ſit credendum.

25 Et fallit omnino prædicta Limitatio, quando agitur de probandis ijs, quæ non niſi per pauperes exercentur, vel de quibus pauperes ſunt magis inſtructi, tunc enim pauperibus magis, quam Diuitibus creditur, ad tradita per Farinac. de oppoſ. contr. perſ. teſt. q. 55. n. 37. & 34. Buratt. in Percutina Bubularum dec. 349. n. 2. & in Ferrarien. Affictus dec. 359. n. 19.

26 Fallit etiam, quia teſti pauperi honeſtæ vitæ, magis creditur, quam Diuiti malæ vitæ, Bald. in c. ſi quis teſtium n. 5. de teſtib. Alberic. ibid. n. 5. & 6. Socin. Reg. 289. limit. 3. Campeg. de teſtib. Reg. 113. limit. 3. in fine, & poſt alios docet Farinac. de oppoſ. contr. perſ. teſt. q. 57. n. 43.

27 Et certe Diuiti minus creditur, quam pauperi quando Diuitiæ fuerunt male quæſitæ, vt puta per vſurariam prauitatem, Crot. de teſtib. p. 3. n. 24 litt. B. vbi Petrus de moncada Hyſpanus in addi-

tione n. 131. post Abb. & Felin. & post Bart. Aretin. & alios Farinac. de oppos. contr. person. testium q. 57. n. 44. confert tex. in c. non potest 2. q. 7. ibi, non potest esse hominibus fidelis, qui Deo fuit infidelis, quem ad hoc ponderat moncada, vbi supra.

28 Limita, seu declara, vt testis, qui in paupertatem incidit, vitio, & culpa sua, omnino repellatur à testificando, *Bald. in l. si quis testium de testib. n. 5. vers. seq. quarta Alex. cons. 131. vers. concurrit vol. 6. & cons. 237. col. p. vol. etiam 6. & cons. 176. col. 2. vers. 3. testis vol. 7. Socin. in Reg. 289. in 2. Fallent. quos refert Gabr. concl. 18. de testib. n. 10. & Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 96. nu. 10. & Mascard. de prob. concl. 1155. n. 22. qui tamen citat Socin. in Reg. 153. Cotta in suis memorabilib. in V. paupertas repellit à testificando Bertazzolas iunior ad seniorem cons. 210. n. 7. litt. B. Socin. Reg. 289. limit. 3. & post alios Farinac. de oppos. contr. person. test. q. 57. n. 45.*

29 Declara, vt quanta fides sit adhibenda pauperi testi, sit Arbitrarium Iudici, *gl. in Auth. praeterea C. vnde vir, & vxor Abb. in c. si qui testium, & ibi Butr. Aretin. et Felin. n. 8. de testib. Nafrer. de reprob. test. n. 78. Alex. cons. 137. col. p. lib. 6. Franc. de Aret. cons. 13. n. 16. Dec. cons. 163. n. 6. vbi de communi Socin. Reg. 357. in 2. Fallent. Rain. cons. 138. n. 27. vol. 3. Roman. in l. fideiussor n. 3. ff. qui sat. cog. Couar. alios referens var. resol. lib. 2. c. 6 n. 8. Mascard. de prob. conclus. 1155. n. 33. Ias. in l. si constante n. 156. ff. sol. matrim. et in Auth. praeterea C. vnde vir, et vxor nu. 27. Rip. in d. l. si constante n. 34. Crauett. cons. 249. nu. 12. Alberic. de testib. tit. quando repellantur testes ratione defectus personae n. 15. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 96. n. 3. Marsil. in l. quaestiones n. 8. ff. de quaest. Gabr. conclus. 18. n. 12. de testib. Felin. in c. si qui testium n. 8. de testib.* vbi quod procedit, siue agatur in Ciuili, siue in Criminali.

30 Limita iterum, quia quando pauper patitur etiam alium defectum, vt quia est vilis, turpis, malae famae, vel aliàs suspectus, repellitur à testificando, saltem in Criminali, *Clar. in praxi qu. 24. vers. quaero etiam Farinac. post alios qu. 57. nu. 19.* vbi relatis prius pro vtraq; opinione Doctoribus asserit hanc distinctionem esse verissimam, *Rolan. cons. 73. n. 28. lib. p. Honded. cons. 93. n. 44. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 10. n. 8. Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 96. n. 6. Seraphyn. in Parmen. statut. Dec. 1076. n. 3. vbi loquitur de paupere inimico, & idem probat in Parmen. statut. dec. 1069. n. 2.*

31 Amplia hanc limitationem, etiam si defectus ex se non esset, aliàs sufficiens ad repellendum testem, quia cum paupertate coniunctus repellit, *Crauett. cons. 249. n. 11. Bart. cons. 121. col. 2. in fine Roman. cons. 328. n. 5. Ancaran. cons. 64. col. pen. sub med. Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 96. nu. 7. & 8. Bertazzol. cons. 170. nu. 23. Osasch. cons. 66. n. 23. Farinac. de oppos. cont. person. test. qu. 57. nu. 46.*

32 Nota hîc, quod appellare aliquem pauperem, dicitur Iniuria, *l. si vero 5. §. p. ff. qui sat. cog. & l. si creditores 15. in fine ff. de priu. Cred. Luc. de penna in l. 2. C. quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. col. 6. Magon. Decis. Lucens. 26. n. 22. & ibi addens sub n. 24. in litt. E. Socin. cons. 118. col. 3. lib. p. Curt. Iun. cons. 238. n. p. Onuor. inst. tit. de iniurijs §. Iniuria n. 14. vers. Aut id quod obiicitur non interest Reip.*

Et quod diffamare aliquem de paupertate cum sit Diues, sit Iniuria, pro qua possit agi actione Iniuriarum, *Docent Ang. Castr. Ias. in l. si vero §. fin. ff. qui sat. Cog. & Petrus de Moncada Hyspanus in additione ad Crotum de testib. n. 135.*

33 Adde, *tex. ind. item apud labeonem 15. §. si quis bona ff. de iniurijs,* vbi si quis non debitorem, debitorem appellauerit, iniuriarum tenetur.

34 *Et tex. in l. testamento 17. §. vnico ff. de testam. tut. ibi,* & qui non satisdat praefertur, si adeo probatus est, vel idoneus, vt non debeat satisdationis subire contumeliam.

35 Sed tu dic, quod pauperes reputantur viles, sed non sunt immo, nec reputantur viles, nisi apud viles, & apud mundum, qui eum non cognouit, & apud quem praeualet communis error, *vnde Plut. de exilio dices* (inquit) res est (exul) ignominiosa; ignominiosa quidem Amentibus, qui, & pauperem esse, & caluum, & pusillum, vituperium putant, caeterum; qui his non consentiunt, nec subscribunt, Bonos quamuis pauperes, hospites, exules sint, admirantur.

36 Et paupertas non reddit vilem, sed origo, & prauitas morum, *arg. tex. in l. humilem 7. C. de Incest. nupt. ibi,* humilem, vel abiectam foeminam eam non iudicamus, quae licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus orta est, nec vllam ex opulentiore fortuna esse distantiam, *& tradit Bald. ibid. per illũ tex. & Tiraq. de nobilit. c. 25. n. 5.*

37 Et sicuti solas Diuitias non afferre nobilitatem *probat Tiraq. de nobilit. c. 3. per tot.* ita solam paupertatem non auferre nobilitatem, *probat idem Tiraq. c. 25. per tot. vbi tamen n. 9.* ait quod nobilitas sine Diuitijs, sicut fides sine operibus mortua est, vel dic, quod sicut fides absq; operibus est vera fides, licet non viua fides, *vt statuit Conc. Trident. sess. 6. can. 28. de iustificatione,* sic, & nobilitas sine Diuitijs est vera, licet non viua nobilitas.

Adde, quod licet pauper à testificando repelleretur, dici posset id resultare aliqualiter in fauorẽ paupertatis, quoniam testificando, licet quis prosit vni, nocet tamen alteri, cuius odium expectare, & experiri necesse est, confert, *tex. Eccli. 6.* noli fieri pro amico, inimicus proximo, vnde, & videmus in praxi, quod plerisq; effugiunt necessitatem testificandi, & vel de facto, vel de Iure curant, vt se eximant ab hoc non tam honore, quam onere.

38 Vnde etiam non tenetur testificari pater contra filium, & è contra, immo, nec frater contra fratrum, siue in Criminali, siue in Ciuili causa, *Bart. Abb.*

Abb. Felin. Alberic. & post eos Gabr. concl. 24. de testib.

39 Itaq; non debet Diues existimari melioris conditionis, quod ipse aliquando testificari possit, pauper non possit, & sicut dicimus, quod posse peccare nō est aliquid posse, immo aliquid nō posse, vnde & solus is vocatur omnipotens, qui hoc non potest vt loquitur, Aug. in can. principium, quod est finale de pænit. dist. 2. ita dicimus, quod posse testificari non sit, saltem exoptabile posse, quia multi, qui hoc possunt, vellent non posse, confert Sen. Ep. 67. Gratias (inquit) ago senectuti, quia, quod nolle debeo, non possum. sic, & pauper gratias in hoc agat paupertati, iuxta ea, quæ dixi in V. Accusatio.

PRIVIL. CCCXCV.

Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 Trebellianica non detrahitur de fideicommisso facto ad fauorem pauperum ex communiori, & æquiori, vel ad fauorem Hospitalis, etiam priuati num. 2.

3 Falcidia de Legato facto pauperibus non detrahitur, & tamen non est minus fauorabilis, quam Trebellianica.

4 Qui omne dicit, nihil excludit.

5 Vbi fauore Testatoris cessat falcidia, cessat etiam Trebellianica.

6 Hæres grauatus non detrahit Trebellianicam, quando fideicommissarius non habet ab eo fideicommissum.

7 De fideicommisso pio non detrahitur Trebellianica secundum communiorem, etiam si hæreditas mediate restituenda sit piæ causæ, dummodo certum sit eam esse successuram n. 8.

9 Quando fideicommissum ad fauorem piæ causæ est conditionale, grauatus detrahit Trebellianicam, & cauet de illam restituendo eueniente casu fideicommissi.

1 Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso pauperibus debito, spec. in tit. de Instrum. edition. §. compendiose vers. sed cum deductio Bart. in l. Marcellus n. 5. ff. ad S. C. Treb. & in Auth. similiter C. ad leg. falc. Bald. ibid. & in l. id quod pauperibus n. 29. C. de Ep. & Cler. vbi asserit se ita infinitis vicibus consuluisse, Salicet in d. Auth. similiter vbi Alex. de com. testatur tac. de Belnis & Ang. in §. si autem hæres Auth. de Ecclef. tit. Corn. cons. 22. col. 8. lib. 2. Guid. Pap. dec. 188. sub finem Abb. in c. Rainaldus n. 28. de testam. vbi quod hæc est communis Sententia Doctorum vtriusque Iuris, & ibi etiam Lanfranc. col. fin. asserit hanc esse æquiorem, & communiorem, licet plures contrarium tenuerint, Benincas. de paupert. q. 9. spec. 6. in vlt. col. n. 23.

2 Adde, Corsett. qui post Barbat. loquitur in hospitali etiam priuato in suis singularibus in V. Hospitale, quẽ refert, & seq. Ant. Gabr. concl. 11. ad Trebell. n. 2. vers. 2. amplia.

3 Prima ratio est, quam adducit, Bald. in d. l. id quod pauperibus n. 29. C. de Ep. & Cler. quia non est fauorabilior falcidia, quam Trebellianica, Auth. similiter C. ad leg. Falc. & tamen falcidia de Legato pauperibus, vel alias ad piam causam facto non detrahitur, vt diximus in V. Falcidia.

4 Secunda est, quia tex. in corpore Auth. vnde sumitur d. Aut. similiter, dicit, omni falcidia cessante, & qui omne dicit, nihil excludit c. solitæ 6. de ma. & ob.

5 Tertia, quia vbi cessat falcidia fauore Testatoris, cessat etiam Trebellianica, l. Marcellus 3. §. quod autem ff. ad S. Trebell. sed hic versatur fauor Animæ Testatoris, ergo, &c.

6 Quarta, quia etiam si hæres esset in mora adeundi hæreditatem vel absq; hærede decederet, adhuc pauperes ex Iuris dispositione fideicommissum consequerentur, & sic cum non omnino illud habeant ab hærede, non debet is Trebellianicam detrahere, ad tex. in l. pen. §. non autem ff. ad Trebell.

7 Generaliter autem, an de fideicommisso pio detrahatur Trebellianica, quæstio est Ardua, in qua refert Authores hinc inde, Tiraq. de pia caus. priu. 27. vbi tamen negatiuam asserit, & ostendit esse communiorem, & latius Ant. Gabr. in suis commun. concl. col. 11. ad Trebell. vbi etiam ipse demonstrat negatiuam esse communiorem, eamq; ampliat, & limitat, vt ibi per eum.

8 Signanter autem ampliatur, etiam si hæreditas immediatè sit restituenda priuato, mediate vero piæ causæ, dummodo certum sit piam causam fore successuram, vt post communem tradit Pereg. de fideicom. ar. 3. n. 64. & ante eum post Bald. Roman. Curtr. & alios Ant. Gabr. d. conclus. 11.

9 ad Trebell. n. 4. & 5. vbi tamen declarat, quod quando fideicommissum ad fauorem piæ causæ est conditionale, tunc grauatus detrahit Trebellianicam, & cauet de illam restituendo eueniente casu fideicommissi, vt ibi n. 6. post Alex. & Socin. docet Gabr.

PRIVIL. CCCXCVI.

Tutela.

SVMMARIVM.

1 Tutela munus tanquam vtilitate priuatum, sed authoritate publicum, est munus necessarium, nec recusari potest, absque excusatione legitima.

2 Pauper excusatur a tutela si impar est oneri.

3 Non cogitur se alienis immiscere negocijs, qui sibi superesse non potest.

Index

3 *Iudex arbitratur quando quis dicatur pauper ad effectum excusationis a tutela.*
4 *Plures tutelæ pro vna reputantur quando modicum est patrimonium Pupillorum, sicut tutela plurium fratrum simul possidentium n. 5.*
5 *Tres tutelæ non affectatæ, excusant à quarta.*
6 *Non esset vtile Pupillo, habere tutorem pauperem.*
7 *Excusatio pauperis à tutela, respicit eius fauorem.*
8 *Quilibet potest fauori suo renunciare.*
9 *Verbum potest est facultatiuum.*
10 *Paupertas non repellit pauperem a tutela si fidelis est.*
11 *Diuitiæ etiam cum satisdatione non sanant suspicionem in tutore.*

1 TVtelæ munus, tanquam authoritate publicum, licet vtilitate priuatum, est munus necessarium, vnde tenetur eam inuitus suscipere, qui non habet legitimam excusationem, *l. p. ff. de Admin. tut. leg. fin. C. eod. tit. Osuot. inst. tit. de excus. tut. in princ. n. p. & ibi Add. in litt. B.*

2 Pauper tamen excusatur à tutela suspicienda, si pro sui, & familiæ victu cogitur laborare, *§. sed & propter paupertatem inst. tit. de excus. tut. ibi* si quis imparem se oneri iniuncto possit docere, *l. paupertas 9. l. post susceptam 43. §. fin. ff. de excus. tut. Bart. insi. eis quib. ex caus. man. non licet n. 6. Beniuens. de paupert. q. 4. n. 20.* vbi subdit, indignũ esse, vt alienis cogatur se negocijs immiscere, qui suis superesse non potest, *ad tex. in l. præses 5. C. de serait. & aq.*

3 Declaratur pr. vt Arbitrio Iudicis remittatur quando quis dicatur pauper ad effectum, vt sit excusandus a tutela, *Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 10.*

4 Declaratur 2. vt paupertas propria Tutoris, ei prosit, & eum excuset a tutela, paupertas autem aliena, scilicet Pupillorum in hoc nocet potius quia si quis habeat plures tutelas pauperum, & eas alleget ad excusationem, ei non prosunt, *l. Spadonem 17. §. fin ff. de excus. tut. Bart. inst. tit. quib. ex caus. man. non licet n. 6.* vbi quod plures tutelæ pro vna computantur, quando paruum est patrimonium Pupillorum.

5 Quamuis alias tria onera tutelæ, vel curæ non affectatę præstent vacationem quousque administrantur, *§. item tria inst. tit. de excus. tut.* vbi tamen subditur, quod plurium Pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum veluti fratrum, pro vna computatur.

6 Nec dicatur hoc esse non tam priuilegium Tutoris pauperis, quam Pupilli, cui non esset vtile habere Tutorem pauperem, qui negligenter, vel minus fideliter res Pupillares, propter Inopiam administraret, *vt dixit Osuot. in §. sed & propter n. p. inst. tit. de excus. tut.*

7 Quia respondeo, quod cum paupertas, *in d. §. sed & propter inst. tit. de excus. tut. et in d. l. paupertas ff. eod.* numeretur inter excusationes, non potest dici, nisi quod respiciat fauorem eius, qui se potest excusare.

8 Vnde possit huic fauori renunciare si nollet excusatione vti, *ad tex. in l. si quis in conscribendo 29 C. de pact. cum simil. et patet ex tex. in d. §. sed et propter inst. tit. de excus. tut. ibi,* possit docere, *et in d. l. paupertas 9. ff. eod ibi,* possit probare.

9 Nam verbum potest, est facultatiuum, *l. non quicquid 40. ff. de Iudic. dixi dec. 130. n. 4.*

10 Et sola paupertas Tutorem inuitum, a tutela non repellit, nam Tutor, quamuis pauper, fidelis tamen, & diligens, remouendus non est, quasi suspectus, *vt inquit tex. in l. suspectum 8. ff. de susp. tut. & concordat tex. in §. fin. inst. tit. de susp. tut. & tradit Osuot. in d. §. sed & propter n. p. inst. tit. de excus. tut.*

11 Sicut econtra, nec solæ Diuitiæ Tutorem admittunt, nam qui non ex fide tutelam gerit, licet soluendo sit, suspectus est, *§. suspectus 5. inst. tit. de susp. tut.* & qui fraudulenter tutelam administrat, etiam si satis offerat, est remouendus, *d. §. fin. inst. tit. de susp. tut.*

PRIVIL. CCCXCVII.

Tutor I.

SVMMARIVM.

1 *TVtor non habens legitimam excusationem, tenetur inuitus tutelam exercere, et gratis adeo, vt nec ei alimentum, nec salarium debeatur in bonis pupilli n. 2.*
3 *Tutor lucrum facere ex tutela non debet, sed nec damnum sentire.*
4 *Interdum Tutor egenus alendus est ex Bonis Pupilli locupletis.*
5 *Pupillus tenetur alere pauperem tutorem, alias excusatur.*
6 *Tutori egeno, vel Alimentum, vel salarium debetur in Bonis pupilli.*
7 *Regulariter Tutori salarium non debetur.*
8 *Potest Iudex ex iusta causa statuere tutori salarium, vt ibi.*
9 *An, et quando, et quantum salarium Tutori debeatur in bonis pupilli, Iudex arbitratur.*
10 *Tutor non tenetur alere Pupillos licet pauperes.*
11 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
12 *Tenetur Tutor, Pupilli Matrem, et Sororem alere ex bonis pupilli.*
13 *Pauper præsumitur tutelam, et officium affectasse.*
14 *Diues præsumitur quis factus proprijs laboribus, & industrijs, etiam si aliena negocia administrauerit, fallit vt n. seq.*
15 *Pauper non præsumitur effici Diues ex nihilo.*
16 *Substantia festinata minuetur.*
Ex Inope Diuitem quasi pestem fuge, vide versum.
17 *Rector Hospitalis olim pauper, et nunc Diues, præsumitur Ditatus ex Bonis Monasterij, idem in*

Rectore

Rectore Ecclesię.

18 *Quęsita à Tutore non pręsumuntur acquisita ex Bonis Pupilli, & quare, declara, vt n. seq.*

1 TVtor, siue Testamentarius, siue Legitimus, siue Datiuus, si non habeat legitimam excusationem, cogitur inuitus Tutelæ munus suscipere, & exercere, vt dixi in antecedenti priuilegio.

2 Et tenetur etiam gratis exercere, adeo, vt Tutor non sit alendus ex Bonis Pupilli, *l. qui sine vsuris 40. sub med. ff. de Neg. gest. l. A. tutoribus 34. §. fin. ff. de admin. tut. Bart. in l. Atleta §. tutelæ ff. de excus. tut. Castr. cons. 302. n. 7. lib. p. Omot. in § sed & propter paupertatem inst. tit. de excus. tut. n. 3. post Ang. ibid. id arguentem ex eod. tex.* nam si Tutori deberentur Alimenta ex Bonis Pupilli, non posset se Tutor ratione paupertatis excusare, *& n. 4. vbi ex eod. tex. Omot.* sumit argumentumr quod Tutori, nec etiam debeatur salarium à Pupillo, & vtrumq; firmat, *post Castrens. Menoch. & Franch. Costa de Rem. subsid. Remed. 106. Illat. 5. n. p.* vbi quod Tutelæ munus debet esse gratuiuum.

3 Adde, *tex. in l. qui negotiatorem 58. ff. de Admin. & peric. tut.* vbi quod Tutor, lucrum facere ex Tutela non debet.

Sed nec debet damnum sentire, vnde si ob negocia Pupilli cogeretur alio proficisci, cõsequi deberet ex Bonis Pupilli sumptus itineris, *l. p. §. si pupillus ff. de tut. rat. distrahen. Bart. in l. A tutoribus §. fin. ff. de admin. tut. Surd. de Alim. tit. p. q. 47. n. 5.* vbi quod tunc prouidendum est Tutori de omnibus necessarijs, expensis Pupilli, *& post Castrens. Menocch. Viuium Costa de Remed. subsid. Remed. 106. Illat. 5. n. p. in fine.*

4 Interdum etiam Tutor egenus alendus est ex Bonis Pupilli loqupletis, *ad tex. in l. p. § si pupillus ff. de tut. rat. distr. ibi,* si aliter se exhibere non poterat, *& per illum tex. Bart.* licet loquatur per verbum videtur, *in tract. Aliment. n. 51. spec. in tit. qui sint legitimi §. p. vers. item pupillus Majuer. tit. de tutore n. 28. Addens Omot. in d. § sed & propter paupertatem n. 4. in litt. C.*

5 Et quod Pupillus teneatur alere pauperem Tutorem, alias excusetur, *probat tex. in l. p. §. si pupillus ff. de var. & extraord. Cogn. Aretin. in § sed & propter inst. tit. de excus. tut. Bart. in tract. Alimentorum n. 51. Vitalin. in tract. Clausularum Claus. 41. n. 87. Benincas. de paupert. q. 7. spec. 2. in ind. n. 28. Caualcan. de tutore nu. 309. Surd. de Alim. tit. p. q. 47. n. 3. quem seq. Ludouis. in Romana fructuum Dotis dec. 250. nu. 5.* vbi loquitur, quando aliunde Tutor non habet.

6 Et quod Tutor egenus, vel alendus sit ex Bonis Pupilli, vel ei salarium debeatur, adeo, vt alterutro debeat esse contentus, *firmat Costa de Remed. subsid. Rem. 106. illat. 5. n. p. vbi adducit tex. in l. p. §. si pupillo ff. de tut. rat. distraben. Bartolum in tract. Alimentorum n. 51. Viuium dec. 4. nu. 4. & 5. lib. p. Surd. con. 159. in fine lib. 2. & de Alim. tit. p. q. 47. n. 3.*

7 Et licet regulariter Tutori salarium non debeatur, *ad tex. in leg. qui sine vsuris 40. ff. de neg. gest. & in l. a tutoribus 34. §. fin. ff. de admin. tut. gl. in l. meos ff. de tut. Bald. in c. cum ab omni n. p. de vit. & honest. Cleric. Franch. dec. 122. Carocc. de Locat. p. p. q. 3. n. 7. & seq. Surd. de Alim. tit. p. q. 47. n. 6.*

8 Attamen ex iusta, & rationabili causa, potest Iudex Tutori statuere salarium in Bonis Pupilli, secundum qualitatem personæ Tutoris, & facultates Pupilli, *ad tex. in d. l. p. §. si pupillus ff. de tut. rat. distraben. & in l. A tutoribus 34. §. fin. ff. de administr. tut. vbi gl. in V. nisi ab eo, & in l. si hereditas 11. ff. ad exhiben. Bart. in d. l. a tutoribus §. fin. ff. de Admin. tut. & in l. eos ff. de tut. Ang. in §. actionum n. 36. inst. tit. de action. Omot. in d. §. sed & propter n. 4. inst. tit. de excus. tut. Guid. Pap. dec. 68. & post alios tradit Carocc. qui de communi testatur in tract. de Locato p. p. q. 3. n. 13.*

9 Declara, vt an Tutor pauper debeat habere in Bonis Pupilli Alimenta, vel salarium, & quantum, Iudicis Arbitrio committatur, *ad late tradita per Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 312. & per Costam de Remed. subsid. Remed. 106. illat. 5. nu. p.*

10 Adde hic, quod econtra, Tutor non tenetur alere Pupillos, licet pauperes, *tex. est in l. 3. §. fin. ff. vbi pup. educ. deb. ibi,* sed si egeni sint Pupilli, de suo eos alere Tutor non compellitur, *Montan. de iur. tut. et cur. c. 36. Reg. 2. n. 3. Costa de Rem. subsid. Rem. 106. n. 3.*

11 Confert ad hoc ratio, quoniam officium suum si non lucrosum, saltem nemini debet esse damnosum, *leg. si quis 7. ff. quem testam. aperiat. ibi,* est iniquum, damnosum, cuiq; esse officium suum, *dixi dec. 69. n. 14.*

12 Vide tamen, *Em. Sa. in Aphorism. in V. Alimenta n. 6.* qui sic ait (tenetur, & Tutor, Pupilli Matrem, & Sororem egentem alere) sed forte intellexit ex Bonis Pupilli, vel si intellexit ex Bonis proprijs, intellexit de honestate, subdit enim post alia ibid (quæ omnia, vt parum in more hominum sunt, ita multum videntur Iuri naturali consentanea; quantum vero peccent, qui non faciunt, non ausim dicere.

13 Adde etiã, quod pauper præsumitur officium, & Tutelam affectasse, *Bart. in l. Spadonem §. est autem n. p. ff. de excus. tut.* vbi tamen subdit, quod illud, quod acquisiuit non præsumitur ex officio acquisiuisse, quod tu tamen intellige iusta infradicenda.

14 Nota ergo, quod Diues præsumitur quis factus suis laboribus, & Industrijs, etiam si aliena negocia administrauerit, *ad tex. in leg. si defunctus 10. C. Arb. tut. Bart. in l. defensionis facultas C. de Iure fisci lib. 10.*

15 Sed fallit quando nulla adest Industria, & nullus labor

labor, quia tunc pauper non præsumitur effici Diues ex nihilo, *ad tradita per Roman. conf. 174. & 346. Dec. conf. 175. in fine Syluan. conf. 86. n. 6. Coras. lib. 3. miscellan. iuris c. 5. Menocch. de præs. lib. 6. præs. 28. n. 11. Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 3. n. 6. sub fin.*

16 Confert ad hoc *tex. pro.* 13. substantia festinata minuetur, *et tex. Hieron. in can. negotiatorem 88 dist. ibi*, ex Inope Diuitem, quasi Pestem fuge, *et Claudian. lib. p. in eutropium.*

Asperius nihil est humili cum surgit in altum.

17 Et quod Rector Hospitalis olim pauper, hodie locuples, præsumatur Ditatus ex Bonis Hospitalis, *tradit Bart. in Auth. Licentiam C. de Ep. et Cler Fslin. in c. de quarta n. 10. de præscript.* vbi mouetur ex simili, quod in Rectore Ecclesiæ idem præsumitur, *vt per DD. in c. fin. de pecul. Cleric.*

18 In nostris autem terminis, *notabilis est tex. in d. l. si defunctus* 10. *C. Arb. tut.* vbi quod à Tutore quæsita non præsumuntur acquisita ex Bonis Pupilli, non enim (vt ibi dicitur) pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus, quæritur, interdicendum est, & quod ipse, vel Vxor eius, quicquam ante administrationem habuerint, non idoneum continet Indicium, vt ibi etiam dicitur.

19 Quod tamen intelligendum est quando Tutor bonam reddidit rationem administrationis, alias secus foret, *ad tradita per Roman. conf. 159. Alex. conf. 51. lib. 2. Crauett. cons. 129. nu. 3. cum seq. Montan. de iure tut. et Curat. c. 36. Reg. 2. n. 17. Costa de Rem. subsid. Remed. 106. illat. 5. nu. 2.* vbi ait, quod vtrum Tutor pauper reddita ratione repertus Diues, præsumatur Ditatus ex Bonis Pupilli; est casus coniecturalis, prout in alijs administratoribus, de quibus vide, *Crauett. cons. 191 n. 8. Beroum cons. 191. n. 48. cum seq. vol. p. Menocch. de præs. lib. 2. præs. 85. n. 21. et seq. et plenius lib. 2. præs. 52. et plenissim. Farinac. cons. 96. n. 7. cum seq. vide etiam Pereg. de iure fisci lib. 6. tit. 3. n. 6. et seq.*

PRIVIL. CCCXCVIII.

Tutor II.

SVMMARIVM.

1 *Mater maior an. 25. si non suscipiat, vel Tutorem petat filijs infra annum, eorum legitima successione priuatur si pupilli decedant, & an ante annum peti debeat tutor n. 2.*

3 *Mater, vel alius hæres legitimus excusatur si differat tutorem petere Pupillo ob eius paupertatem, vel paternum æs alienum, necessaria tamen est protestatio, vt n. 4.*

5 *Interest aliquando ne fiat Inuentarium, & quare.*

1 Mater maior 25. an. tenetur infra annum, filij Tutelam suscipere, vel ei Tutorem petere, alias eius legitima successione priuatur si filius in Pupillari ætate decedat, *l. 2. §. fin. l. 3. in princ. leg. Credendum 7. ff. qui pet. tut. l. 2. C. si aduers. delict. §. pen. insti. tit. de Sen. cons. Tertyllian. Arg. cons. 345. Soc. Iun. cons. 28. nu. 10. lib. 3. Corn. qui de' iom. testatur concl. 113. col. pen. lib. 4. Benincas. de paupert. q. 4 n. 20.*

2 Immo quod statim Tutor peti debeat, *sensit Bart. in l. 2 §. consestim ff. ad Sen. Cons. Tertull. et refert Benincas. de paupert. d. q. 4. n. 20.* licet magis communis sit, quod sufficiat infra annum peti, vt vltra prædictos testatur, *Alex. in l. si decesserit eub fin. ff. qui sat. cog. et Benincas. de paupert. d. q. 4. n. 20.*

3 Excusatur tamen Mater, vel alius hæres legitimus Pupilli, qui distulerit ei Tutorem petere ob eius paupertatem, vel paternum, æs alienum, *l. 2. § si pater vers. quod si penitus ff. ad Sen. Cons. Tertull. Roman. sing. 115. Alciat. lib. p. de verb. sig. pag. 17. in paruis impressionibus Marsil. sing. 302 post Alex. in Auth. cessante C. de legitim. hæred. Benincas. de paup. d. q. 4. n. 20.*

4 Cautela est autem, vt Mater, vel hæres prædictus protestetur coram honestis viris de causa prædicta ob quam, Tutorem Pupillo non petit, *Salicet. in l. 3. C. ad Sen. Cons. Tertull. Benincas. de paupert. d. q. 4. n. 20. in fine.*

5 Tu adde, *tex. in l. 2. C. de Alim. pup. præstan. ibi* interest ne secreta patrimonij, & suspectum æs alienum forte pandantur, *et tex. in l. 2. sub fin. C. quan. et quib. quart. pars deb. lib. 10. ibi*, durum, atq; inhumanú est publicatione pompaq; rerum familiarium, vel paupertatis detegere vilitatem, vel Inuidiæ exponere Diuitias.

PRIVIL. CCCXCIX.

Tutor III.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt regulariter esse Tutores.*

2 *Clerici, pauperum tutelam suscipere possunt, & coguntur authoritate Superioris, sine qua, nec possunt n. 3.*

4 *Monachus potest esse Tutor pauperis secundum communem, & tenetur n. 5.*

6 *Etiam Episcopus tenetur suscipere tutelam pauperum per Archypresbiterum, vel Archydiaconum.*

7 *Clerici, & Religiosi possunt esse Tutores pauperum in subsidium tantum.*

1 Clerici non possunt regulariter esse Tutores, *Auth. sed hodie C. de Ep. et Cler. vbi legistæ cau. peruenit, vbi gl. 86. Dist. can. Cyprianus, vbi etiam gl. 21. q. 3. Vinius Dec. 151. n. 7. Caualcan. Dec.*

Dec. 19. n. 15. lib. 3.

2 Attamen pro pauperibus cæterisq; miserabilibus Authoritate Superioris, possunt, ac etiam cogantur Tutelam suscipere, *l. orphanotrophos 30. C. de Ep. & Cler. Marant. de ord. Iudic. p. 4. Dist. 11. n. 65. Crass. de effect. Clericat. effectu 16. Musco. de maiest. Milit. Eccles. lib. p. p. 2. c. 2. vers. tutelas autem Sylu. in V. tutela q. 3. & post Fab. Foller. spec. & alios Nouar. in praxi priu. miser. priu. 84. n. 3. Gauant. in man. Episc. in V. Tutela n. p.*

3 Et quod Clerici Tutelam, & Curam, etiam miserabilium personarum suscipere non debeant, absq; assensu Episcopi, disponitur *in Synodo Ferrariensi sub Emmentiss. Magalotto p. 4. tit. de vit. & honest. Cler. pag. 141.*

4 Ampliatur, vt etiam Monachus possit esse Tutor pauperum, & miserabilium, personarum, *gl. in c. fin. 86. Dist. in V. Tutelas Tuscus in singularib. litt. C. n. 113. Turre Crem. Rosell. Ang. Sylu. Armill. Tabien. quos refert, licet contrarium senserit cum Lopez. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 84. n. 3. & priu. 89. n. 5. & 6.*

5 Et quod etiam Religiosi teneantur suscipere tutelam miserabilium, *Sensit Sylu. in V. tutela q. 3. & Gauant. in man. Ep. V. tutela n. p. & 2.* vbi
6 quod etiam Episcopi tenentur, non tamen per se ipsos, sed per Archypresbiterum, vel Archydiaconum.

7 Declara tamen, vt Clerici, ac etiam Religiosi possint esse Tutores pauperum, & miserabilium, sed in subsidium tantum, idest quando alius Tutor æque idoneus inueniri non posset, *Crassus de effect. Cleric. effec. 16. n. 18. Nouar. in praxi priu. miser. priu. 84. n. 4.*

PRIVIL. CD.

Tutor IV.

SVMMARIVM.

1 Elemosina non potest fieri de alieno, tutor tamen potest de bonis Pupilli moderatam facere n. 2.
3 Tutor tenetur consentire Pupillo largienti moderatas Elemosinas.

1 Quamuis Elemosina pauperibus fieri de alieno non possit, *vt ostendi in V. Vxor.*
2 Tutores tamen, & Curatores possunt de bonis Pupilli moderatas Elemosinas pauperibus elargiri, *Vasq. in opusc. de Elemos. c. 4. Azzor. to. 2. lib. 2. c. 10. q. 5. & post alios docet Diana p. 5. tr. 8. de Elemos. res. 35.* vbi rationem addit, quoniam id pertinet ad rectam administrationem, & ad bonū
3 Pupillorum, qui ad id etiam consentire tenentur, sicut etiam si Pupilli largiri velint Elemosinas supradictas, tenentur consentire Tutores, *vt post Conninch. & Reginaldum docet ibid. Diana.*

PRIVIL. CDI.

Vassallus I.

SVMMARIVM.

1 Mutus, vel alias imperfectus feudum non retinet, sed ad Dominum reuertitur, qui tamen tenetur eum non habentem alere ex fructibus feudi n. 2.
3 Priuatum feudo ex proprio delicto, Dominus non tenetur alere.
4 Rector, qui sine sua culpa deponitur, alendus est ex fructibus Beneficij.

1 Quamuis mutus, vel alias imperfectus, feudū retinere non possit, sed ad Dominum reuertatur, *vt in tit. an mutus, vel alias imperfectus feudum retineat in vsib. feud.*

2 Attamen si huiusmodi feudatarius, seu Vassallus, sit adeo pauper, vt aliunde non habeat, tenetur Dominus ex fructibus feudi eum alere, *tex. est in tit. Episcopum. vel Abbatem, vel Abbatissam in §. fin. ibi,* si te exhibere non valeat, tantum ei relinqui debet, vnde se sustinere possit, *& post Aluarott. Paris de put. & alios plures tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 58. n. 3.*

3 Declara, vt textus procedat, prout loquitur in muto, & alijs imperfectis, qui sine sua culpa feudum amittunt, secus si ex proprio delicto priuentur, tunc enim licet pauperes, & aliunde non habentes, attamen alendi non sunt ex fructibus feudi, *ad tradita per præpositum in can. præter hoc 23 Dist. Camer. in Rep. c. Imperialem de prohib. alien. feud. per Federic. Surd. de Alim. tit. p. q. 58. n. 8*

4 Adde in simili, quod Prælatus, vel Rector, qui sine sua culpa deponitur, alendus est ex fructibus Beneficij, *c. p. de Cler. Ægrot. & melior tex. in c. cum nos 4. eod. tit. ibi,* Sacerdos, qui in Parochiali Ecclesia, Prælationis officio fungitur, Lepræ morbo percussus, debet ab officio remoueri, ita quod iuxta facultates Ecclesiæ sibi necessaria quandiu vixerit ministrentur, *& tradit etiam Surd. de Alim. tit. p. q. 58. n. 7.*

PRIVIL. CDII.

Vassallus II.

SVMMARIVM.

1 Vassallus Domino, & libertus Patrono tenetur proprijs sumptibus præstare seruitium, fallit in Vassallo, & liberto paupere n. 2. non obstante pacto contrario n. 3.

1 VAssallus in casibus, in quibus tenetur Domino præstare seruitium, tenetur id facere suis proprijs sumptibus, *ad tex. qui loquitur in liberto in l. suo victu 18. ff. de oper. libert. ibi,* suo victu vestituq; operas præstare Libertum Sabinus, *scribit Bald. in l. mania §. p. n. 5. ff. de ann. legat. & post Ang. Ias. Rom. Aluarott. & alios Surd. de Alim. tit. p. q. 56. n. 11.*

2 Sed tamen id procedit quando feudum est pingue, secus si eius fructus non sufficiunt, & Vassallus est pauper, *ad tex. in ead. l. suo victu 18. ff. de oper. libert. ibi,* quod si alere se non possit, præstanda sunt ei à Patrono Alimenta, *spec. in tit. de feud. §. quoniam q. 22. n. 42. & alij quos adducit, & sequitur Surd. de Alim. d. tit. p. q. 56. n. 11. quibus adde Euerard. in loco à liberto ad Vassallum vers. septimo facit.*

3 Ampliari forte potest, vt non valeat pactum, quod Vassallus pauper teneatur suo victu, Domino inseruire, *ad tex. in l. imponi 33. ff. de oper. libert. ibi,* imponi operę, ita, vt se libertus alat nõ possunt, *vbi gl.* sic ait (si volo imponere operas ipsi liberto, qui nihil habet, vnde se ipsum alat, ita, vt se alat, hoc facere non possum, & si imposui, teneor dimittere tantum tempus, vt possit Alimenta quærere, *sup. eod. l. suo*) *hęc ibi gl. vide, quę dixi in V. Merces.*

Quod si cum liberto non valet hoc pactum, minus valebit cum Vassallo, quia quanto plus valet libertas, quam feudum, tanto plus debet libertus Patrono, quam Dominus Vassallo.

PRIVIL. CDIII.

Vassallus III.

SVMMARIVM.

1 *QVod Vassallus non teneatur alere Dominum, etiam pauperem, qui sentiant, sed contra, quod teneatur n. 2. ex fructibus feudi n. 3.*

4 *Donatarius non alens pauperem donatorem, priuatur re donata.*

5 *Vassallus non alens pauperem Dominum, an priuetur feudo.*

6 *Vassallus quando feudum accepit ad certa seruitia, an teneatur alere pauperem Dominum, & quid quando feudum ob benemerita concessum est n. 7. & 8. & 9.*

7 *Donatio ob benemerita, non reuocatur ob ingratitudinem.*

8 *Qui nummis acceptis, libertatem dedit, licet non gratuitum, Beneficium tamen pręstitit.*

10 *Vassallus pauper, non tenetur alere Dominum pauperem.*

11 *Promittens aliquem defendere contra quemcunq; non tenetur contra se ipsum.*

12 *Vassallus non tenetur proprię saluti, salutem Domini pręferre.*

13 *Libertus non tenetur proprię saluti, Patroni salutem pręferre.*

14 *Seruus tenetur proprię saluti, Domini salutem anteferre, vt fecit seruus pisonis n. 15. & Amicus Bruti n. 16. sed de Iure Canonico, nec seruus tenetur n. 17.*

1 QVod Vassallus non teneatur alere Dominum licet pauperem, senserunt, *Iacob. Andel. Io. And. Isern. pręposit. Afflict. Aluarott. quos refert, & sequitur Rolan. in loco mox allegando Salicet. Curt Iac. de S. Gerg. Paris de Put. Zazius Capicius,* quos refert, sed non sequitur, *Surd. in loco pariter infra citando Clarus in §. feudum q. 23. Rolan. cons. 5. n. 12. & seq. lib. 3.* vbi pro hac parte diuersas, etiam rationes adducit.

2 Contrarium tamen, quod videlicet, immo Vassallus Diues teneatur alere Dominum pauperem, senserunt, *specul. in tit. qui filij sint legitimi §. fin. n. 11. Bart. in l. Alimenta §. Imperatores n. 2. ff. de lib. Agnosc. post Dyn. ibid. idem Bart. in tract. Alimentorum n. 45. Bald. in l. vnic. §. sed scimus sub finem C. de latin. libert. Tollen. Roman. in l. si quis non quasi n. p. ff. de Acq. hered. post Placent. Aretin. ibid. col. 2. vers. ex isto textu Ias. in vsibus feudorum n. 5. Marin. Frecc. in tract. de Author. Baron. Author. 20. Cordub. in l. si quis à libertis §. solent n. 32. ff. de lib. Agnosc. post alios Surd. de Alim. tit. p. q. 53. n. 12. & seq.* qui probat etiam arguendo a liberto ad Vassallum, *vers. 17. facit,* & in hanc Sententiam descendit, *etiam Clarus in §. feudum q. 23.* quando Vassallus superabundat Diuitijs, & præsertim si Diuitiæ proueniant ex ipsa re feudali, vt ibi: Sequendo communiorem, hanc

3 benignioremq; Sententiam, Declara, vt Vassallus teneatur solum alere pauperem ex fructibus feudi, non autem ex proprijs Bonis, *Bald. in l. vnic. §. sed scimus sub finem C. de latin. lib. Tollen. Clar. in §. feudum q. 23. in fine Surd. de Alim. tit. p. q. 55. n. 12.* vbi adducit simile de Donatario.

4 Sed in hoc nota, quod licet Donatarius non alens pauperem donatorem priuetur re donata, *vt diximus in V. Donatio.*

5 Attamen Vassallus non videtur feudo priuari, licet pauperem Dominum non alat, & licet cogi possit, non tamen amittit feudum si non fecerit, vt loquitur, *Clar. in §. feudum q. 23. in Vlt. verbis,* contrarium tamen, quod scilicet Vassallus si non alat pauperem Dominum, tanquam ingratus, feudo priuetur, sentire videtur, & probare, *Surd. de Alim. tit. p. q. 55. n. 16. & seq. & confert tex. in c. p. de form. fidelit. in vsib. feud. & Bart. in tract. Aliment. n. 45.*

6 Ampliatur, vt Vassallus teneatur alere pauperem Dominum, quamuis feudum acceperit ad certa seruitia, *vt probat Surd. de Alim. tit. p. q. 55. n. 21.* licet contrarium senserit, *Marin. Frecc. in tract. de Author. Baron. Author. 29.*

7 Limitatur pr quando feudum esset concessum ob Benemerita, quia tunc Vassallus non videtur teneri alere pauperem Dominum, cum, & tunc feudum, sicut, & donatio ob ingratitudinem non reuocetur, *ad tex. in l. si pater 35. §. p. ff. de donat. & post alios probat Surd. de Alim. tit. p. q. 55. n. 28. & seq.*

8 Sed quod etiam quando feudum fuit ob Benemerita concessum, adhuc teneatur Vassallus, pauperem alere Dominum, *sensit Marin. Frecc. in tract. de Author. & potest. Baron. Author. 20. Cordub. in d. l. si quis à liberis §. solent n. 32. ff. de lib. Agnosc. & confert tex. in l. libertus, qui operarum 41. ff. de operis libert. & tex. in l. 3. ff. de obseq. à liber. & libert. præstan. ibi,* licet non gratuitum, Beneficium tamen præstitit:

9 Dici fortasse posset, quod Vassallus habens feudum remuneratorium, teneatur quidem ad Alimenta pauperi Domino præstanda, & ad id cogi possit, sed si non præstiterit, non priuetur feudo.

10 Limitatur 2. quando Vassallus, etiam esset pauper, tunc enim non teneretur alere Dominum, licet pauperem, *Salicet. in l. solo C. de liber. caus. Rolan. cons. 5. n. 31. lib. 3.* vbi adducit alia similia, *Adde post Bart. Dyn. spec. Bald. in loco A liberto ad Vassallum vers. 17.*

11 Confert ad hanc Limitationem, quod promittens aliquem defendere contra quemqunque non tenetur contra se ipsum, *gl. in c. Domino Guerram vbi Aluarott. n. 4. tit. hic finitur lex.* & loquitur etiam in Vassallo, *& post alios tradit Surd. de Alim. tit. p. q. 91. n. 2.*

12 Quia non tenetur præferre saluti propriæ, salutem Domini, *ad tex. in l. p. §. fin. de lege Corradi gl. in tit. quib. mod. feudum amittatur in princ. & ibi Bald. in 5. q. Surd. de Alim. tit. 7. q. 31. nu. p. Euerard. in loco à liberto ad Vassallum vers. 17.*

13 Sicut, nec libertus tenetur anteferre propriæ saluti, salutem Patroni, *l. hac demum 38. ibi,* sine periculo vitæ, *ff. de operis libert.*

14 Licet aliud sit in mancipio, seu seruo, qui salutem Domini, propriæ saluti præferre tenetur, *l. 9. §. hoc autem ff. ad Syllan. ibi,* ei, qui timuit mori non ignoscit.

15 Quæ quidem lex, licet super alias omnes fortasse Dura, fuit tamen aliquando seruata; exemplum serui est, *apud Tacitum lib. 4 hist. c. 11. ibi,* obuium seruum, quis nam, & vbi esset Piso interrogauere: seruus egregio mendacio, se Pisonē esse respondit.

16 Exemplum simile singularis amici legitur, *apud Val. Max. lib. 4. memorab. c. 7. de amicitia ibi,* Tarentus obscuritate suffragante, fideli mendacio Brutum se esse simulauit, & corpus suum trucidandum equitibus obiecit.

17 Sed de Iure Can. nec etiam seruus tenetur propriam salutem, saluti Domini præferre, *Bapt. de S. Blas. in tract. Contrad. Contrad. 55. Surd. de Alim. tit. 7. q. 29. n. 2.*

PRIVIL. CDIV.

Vaßallus VI.

SVMMARIVM.

1 *Vaßallus pauper non cōuenitur à Domino vltra quam potest deductis alimentis.*
2 *Dominus feudi tenetur alere pauperem Vassallum aliunde non habentem.*
3 *In correlatiuis non est eadem dispositio, quando non est eadem ratio.*
4 *Vaßallus præstat Domino iuramentum fidelitatis, non autem Dominus Vassallo.*
5 *Iniuria facta Domino per Vaßallum, dicitur Atrox.*
6 *Vassallo contra Dominum non datur actio iniuriarum, nisi quando iniuria est Atrox.*
7 *Sicut se habet Donator ad donatorem, ita se habet Dominus ad Vaßallum.*
8 *Valet argumentum a liberto ad Vaßallum.*
9 *Libertus pauper alendus est à patrono.*
10 *Libertas dicitur inæstimabilis.*
Libertus dicitur quasi noua factura patroni.
11 *Libertus, & Vaßallus in multis se habent, vt paria.*
& in multis se habent, vt excedentia, & excessa.
12 *Dominus non tenetur præcise alere pauperem Vaßallum, sed si non alat, Amittit Ius Vaßallagij.*
13 *Patronus tenetur, vel alere pauperem libertum, vel dimittere ius patronatus.*

1 VAssallus pauper debitor, non conuenitur à Domino, nisi in quantum facere potest deducto ne egeat, *Io. Bapt. Surd. in c. p. n. 50. An Agnatus, vel filius in vsibus feudorum Io. Petr. Surd. de Alim. tit. p. q. 78. n.* 18. vbi rationem adducit, quia Vassallus est Miles, *c. p. quo temp. mil. in vsib. feud. ad quod vide, quæ dixi in V. Miles.*

2 Immo Dominus feudi tenetur alere pauperem Vassallum aliunde non habentem, *Bald. in l. vnic. §. sed scimus sub finem C. de latin. liber. Tollen. Aretin. in l. si quis non quasi col. 2. ff. de Acq. hæred. Papien. in tit. de libello, quo agitur ex lege partit. §. p. n. 80. Surd. de Alim. tit. p. q. 56. n. p.* adducens regulam correlatiuorum, & rationem æqualitatis seruandæ inter Dominum, & Vassallum.

3 Sed dubitabilis videtur prædicta Conclusio, vel saltem dubitabilis vtraque ratio adducta, nam in Correlatiuis quando militat diuersa ratio, dispositum in vno non trahitur ad aliud, *l. Curatorem §. cum ibi not. C. de interdict. matrim. l. fin. vbi Salicet. C. de res vend. Ias. in l. fin. C. de Indict. vid. Tollen. & in his terminis docet Euerard. in loco à correlatiuis vers. præmissa tamen intellige, & sub finem in vers.* hoc tamen quod dixi supra, Dominum, & Vassallum à pari iudicari, limitatur verum quando

subest eadem ratio in vtroq; alias secus (*sic ille.*

4 Ita non cogitur Dominus præstare Vassallo Iuramentum fidelitatis, cum tamen Vassallus teneatur illud Domino præstare, *Aluarott. post alios in c. p. sub finem de formi. fidelitatis Euerard. in loco à liberto ad Vassallum vers. 11. & in loco à Correlatiuis sub finem.*

5 Ita etiam iniuria facta Domino per Vassallum dicitur Atrox, *Franceschin. in libello feudor. §. 4. in versic. duodecima causa priuationis.*

6 Non tamen è conuerso dicitur semper Atrox Iniuria facta per Dominum Vassallo, immo Vassallo aduersus Dominum non datur actio Iniuriarum, nisi sit Atrox, *ad tex. & ibi tradita per Ang. in l. prætor edixit §. propterea ff. de Iniurijs, Euerard. in loco à liberto ad Vassallum vers. 13.*

In casu autem, de quo agitur, ratio videtur manifeste diuersa, immo aduersa, nam ratio, quæ militat in Vassallo, erga Dominum, est, quia ab eo feudi Beneficium recepit, vt diximus; At Dominus nihil recepit à Vassallo, sed ei Beneficium contulit, & licet Donatarius teneatur alere pauperem
7 Donatorem, non tamen Iure cautum reperitur, quod Donator debeat alere Donatarium, & tamen rationes, quæ militant inter Donatorem, & Donatarium, militare videntur inter Dominum, & Vassallum, præsertim in his terminis Alimentorum, *Surd. de Alim. tit. p. q. 56. n. 10. in fine.*

8 Videtur tamen prædictis non obstantibus sustineri posse Conclusio supra firmata, aliquali saltem medio, arguendo videlicet a liberto ad Vassallum, quod genus argumenti, validum est, *Specul. in tit. de feudis §. quoniam vers. 17. Bald. in l. libertis, libertisq; sub finem C. de operis libert. Aluarott. in c. fin. de Alien. feud. patern. in vsib. feudorum Ias. in l. si non sortem §. libertus sub initium ff. de Condic. indeb. Euerard. in loco à liberto ad Vassall. in princ. & per tot.* vbi hinc colligit decem, & septem Illationes.

9 Sed libertus pauper potest à Patrono Diuite, Alimenta petere, *vt dixi in V. Patronus,* ergo, & Vassallus pauper poterit eadem à Domino Diuite consequi.

10 Quod quidem argumentum procedere videtur à maiori, nam plus debet libertus Domino, a quo
1 libertatem accepit, quæ inæstimabilis dicitur, *l. libertas 107. ff. de Reg. Iur.* quam Vassallus Domino, à quo non nisi feudum recognoscit.

Confert etiam, quod libertus dicitur quasi noua factura Patroni, *Euerard. in loco à liberto ad Vas-*
11 *sall. sub finem,* vnde etiam dixit, *Andr. de Isern. in c. p. quib. mod. feud. amitt.* quod libertus, & Vassallus in multis se habent, vt paria, in aliquibus, tamen se habent, vt excedentia, & excessa, *& post Franceschin. sequitur Euerard. in d. loco à liberto ad Vassall. in fine.*

Accedit, quod ratio rationis, de qua supra diuersa est, nam Donator à Donatario nihil accipit, At Dominus a Vassallo recipit seruitia, præterea vltra prædicta militare videtur inter Dominum, & Vassallum, ratio quædam quasi paternitatis, & filiationis respectiue, ad quod conferunt dicta *in V. subditus, & in V. Magister.*

12 Declara Conclusionem, vt Dominus non teneatur præcise alere Vassallum pauperem, sed causatiue, seu alternatiue, tenetur enim, vel alere, vel amittere, seu dimittere proprietatem feudi, siue Ius Vassallagij, constituendo videlicet paritatē in-
12 ter libertū, & Vassallum, nam Patronus non tenetur præcise alere libertum, sed tenetur, vel alere, vel dimittere Ius Patronatus, *tex. est in l. Alimenta 8. ff. de lib. agnosc. ibi,* Alimenta liberto petente nō præstando Patronus, amissi, ne libertatis causa impositorum, & hæreditatis liberti punietur, non autē necesse habebit præstare, etiam si potest.

PRIVIL. CDV.

Vassallus V.

SVMMARIVM.

1 VAssallus regulariter non potest inuitus alienari. Princeps Ciuibus inuitis non potest Ciuitatem alienare.

2 *Vassallus inuitus alienari potest à Domino paupere ob necessitatē famis, vel nuditatis n. 3. vel ob alim. n. 4.*

5 *Vassallus non potest inuitus alienari quando per Alienationem efficeretur deterioris conditionis.*

6 *Dominus, etiam ob necessitatem, rem subditi alienare non potest, nisi forte sit magna nimis.*

1 VAssallus inuitus regulariter alienari non potest, *c. p. §. præterea Ducatus de prohib. alien. feud. c. p. §. ex eodem de l. Corradi, vbi Martin. Laudens. sub med. gl. in l. Inuitus in princ. ff. de fid. lib. Host. Io. Andr. & alij in c. dilecta de ma. & ob. Tiraq. de Retract. Conjang. §. 26. gl. p. n. 18. in fine, et Plenius n. 78. Beniucas. de pauper. q. 8. spec. 3. in contr. n. 25. & post alios. Euerard. in loco à liberto ad Vassall. vers. quod facit, & post Ias. Rip. Socin. Natt. Ralan. Ossalb. Menoch. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 42. n. p.* vbi quod nemo cogitur Inuitus esse Vassallus alterius, *ad tex. in l. is, qui 15. ff. de fid. libert. & longe plures cumulat in suis communibus Conclusionibus Aut. Gabr. Conclus. 8. de Iure quæsito n. p. & per tot.* vbi ampliat, & limitat hanc Conclusionem, quod Princeps Ciuibus inuitis non possit Ciuitatem alienare.

2 Potest tamen Inuitus Vassallus à Domino paupere alienari ob famis necessitatem, *ad tex. in l. patronus 25 & in l. Medicus 26. ff. de operis libert. Dyn. in l. 2. ff. sol. matrim. Cyn. & Alberic. in l. p. C. de donat. Beniucas. de pauper. q. 8. spec. 3. in contr. n. 24. Tiraq. de Retract. Lignag. seu Conjung. §. 26. gl. p. n. 18. Ralan. cons. 56. n. 10. lib. 4. Cephal. cons. 451 n. 284. lib. 4. Surd. de Alim. tit. 8. priu.*

42.

42. n. 2. & post Bart. Aluarott. Card. Aretin. Alex. Curt. Io. Andr. Spec. Ant. Gabr. in suis commun. Conclus. Conclus. 8. de Iure quęsito non tollendo n. 12. vers. 2. limita.

3 Ampliatur primo, vt conclusio procedat etiam in necessitate nuditatis, quæ fami æquiparatur, *c. si quis propter 3. de furt. Beninca. de paupert. d. q. 8. spec. 3. in contr. n. 25.*

4 Ampliatur 2. vt conclusio procedere videatur in qualibet necessitate, & licet ex præallegatis *Beninca. & Surd.* loquantur de necessitate famis: attamen de necessitate simpliciter loquntur, *post alios Rolan. d. cons. 56. nu. 10. lib. 4. Cephal. cons. 451. n. 184. lib. 4. Gabr. com. Conclus. lib. 3. de iure quæsito non tollendo conclus. 8. n. 12.*

5 Limitatur pr. quando Vassallus per Alienationem efficeretur deterioris conditionis, *Apostill. ad Decisionem Tolosan. 485. Gabr. d. Conclus. 8. de Iure quęsito non tollen. n. 13.*

6 Limitatur seu declaratur 2. vt Dominus, etiam ob necessitatem, rem subditi alienare non possit, *Bald. in l. pen. C. de Bon. quę lib. Petrajanct. sing. centesimo, quod est vltim.* vbi tamen notat, quod Bald. non loquitur de magna necessitate, sed de necessitate simpliciter.

PRIVIL. CDVI.

Venditio I.

SVMMARIVM.

1 Nemo tenetur inuitus emere, vel vendere.
2 Diuites tempore penurię coguntur vendere pauperibus comestibilia, & alia vitę necessaria, et ad id tenetur etiam Ecclesia, & idem quod in venditione, procedit in Locatione.
3 Diuites cogi possunt ad vendendum frumentum, et ā extra casum penurię Absconcens frumenta maledicetur à populo.
4 Diuites aliquando fauore paupertatis coguntur vendere, ac locare pretio, & mercede viliori.
5 Victualia forensia non cogitur quis vendere, nisi ad vendendum aportauerit.
6 Vrgente penuria taxari potest pretium, minus quam res valeat.
7 Tempore necessitatis cogi possunt Rustici, et Agricultores, vt veniant ad Ciuitatem ad vendendum.
8 Tempore penurię, cogi quis potest ad vendendum, licet alias immunis, vel de Domo Principis.
9 Etiam Episcopus cogere potest ad vendendum victualia tempore penuriæ.
10 Episcopus vnde dicatur.
11 Fauore Religionis cogitur quis vendere, et pro Ecclesia ędificata, vel ędificanda, & pro Domibus Monachorum, & Monialium.
12 Tempore penurię subditus probiberi potest extractio victualium.
13 Princeps ob publicam vtilitatem probibere potest extractionem frumentorum etiam feudatarijs habentibus ex inuestitura onerosam facultatē extrahendi
14 Potest Princeps ex causa publicæ vtilitatis statuere contra ius gentium.
15 Facultates extrahendi frumenta habent in ventre tacitam conditionem, nisi superueniat indigentia subditorum.
16 Dominus, qui promisit facultatem extrahendi frumenta, non tenetur seruare promissionem si subditi indigeant.
17 Probibitus extraere frumentum, excusatur si extrahat pro vsu suo, ac propria necessitate.
Officialis, etiam perpetuus non obstante probibitione Legali potest emere victualia pro sua necessario vsu
18 Tempore necessitatis quilibet cogi potest, vt vadat etiam ad partes remotas ad emenda victualia publico necessaria.
19 Ex causa necessitatis quilibet cogitur emere frumenta ab ipsa communitate.
20 Ex causa necessitatis coguntur emere, ac vendere subditi, non autem non subditi; Clerici coguntur ab Episcopo solo, etiam tempore pestis.
21 Publica necessitas non tribuit Iurisdictionem Laico super Clericos.
22 Qui habet solum frumentum sibi sufficiens, non cogitur illud vendere.
23 Pauperibus contra Diuites ad communicanda victualia non competit Actio, sed Iudicis officium.
24 Habens Palatium, quod minatur Ruinam, & ipse reparare non potest, tenetur vendere.
Ruinis Ædificiorum publicus ne deformetur aspectus
25 Paupertas venditoris arguit cum alijs adminiculis contractum vsurarium.
26 Contractus cum paupere, Diuiti sunt sępe lucrosi, sed periculosi.
27 Res pauperis ære alieno grauati minus valet ob periculum euictionis.
28 Res pauperis, qui non potest de euictione cauere, minus valet.
29 Res pauperis, & persona minus æstimantur iudicio Imperitorum, vide versus.
30 Verba pauperum minus valent apud hominem, magis autem apud Deum.

1 Qvamuis regula sit, quod nemo tenetur inuitus emere, vel vendere, *l. nec emere 16. C. de iure delib. ibi,* nec emere quisq; compellitur, *l. inuitum 11. C. de Contr. empt. ibi,* inuitum comparare, vel distrahere desiderium postulantis iustam causam non continet, *l. quamuis 6. in fine princ. ff. de pign. action. ibi,* inuitum enim cogi vendere, satis inhumanum est.

2 Attamen Diuites tempore penuriæ coguntur vendere pauperibus commestibilia, & alia vitæ necessaria iusto pretio, *l. fin. in princ. vbi Bart. ff. ad leg. Iul. de annon. l. venditor 14. §. si constat ff. com. prędior. l. p. vbi not. Bart. Bald. Castr. C. de Episc. Aud. l. vnic. & ibi gl. C. vt nem. liceat ab empt.*

empt. Spenter. se excusare lib. 10. & ibi Luc. de pen. in fin. & Bart. n. 7. idem Bart. in l. p. §. cura carnis ff. de offic. praef. vrb. & in l. Annonam ff. de extraord. Crimin. Bald. in l. si pendentes §. si quid Cloacarii ff. de vsufruct. Abb. in c. p. de emp. & vend. n. 6 vers. 2. casu Alex. cons. 190. Ias. in d. l. nec emere n. 3. C. de Iur. de lib. Dec. in l. Rogasti in princ. ff. si cert. pet. Petrasanct. sing. centesimo, quod est vltimum c. Tolos. q. 446. incipit an habens in Horreo Tiraq. de Retract. Consang. in praefat. n. 28. Beninca. de pauper. q. 8. spec. 7. in contr. nu. 12. & 14. vbi videtur ampliare, etiam in Locatione, & nu. 16. & 17. Cephal. cons. 451. n. 293. vol. 4. Rim. Iun. cons. 364. n. 33. vol. 4. & prius cons. 57. n. 38. vol p. Vinnus Dec. 28. lib p Surd. dec. 275. n. 4. latissime Mastrill. post Afflict. Couar. Rolan. & alios, & communem Dec. 17. nu. p. ubi nu. 2. & 3. post Franch. Viuium, & Menocchium, ampliat ad Clericos, Episcopos, & Ecclesiam ipsam, vt vendere cogantur in casu praedicto, Surd. de Alim. tit. p. q. 7. n. 2. & 3. & 6. & tit. 8. priu. 94. n. 4. Costa de remed. subsid. rem. 76. n. 3 Barboe de pot. Episc. Alleg. 82 n. 5. & 8.

3 Adde, addentem ad Abbatem. in c. p. de emp et vendit. n. 6. vers. 2. casu. vbi videtur ampliare, vt etiam extra casum penuriae possint Diuites cogi ad vendendum, frumentum, & tu hic adde, tex. pro. 11. qui abscondit frumenta sua edicetur in populis.

4 Amplia, vt fauore paupertatis non solum quis cogatur vendere, vt supra iusto pretio, sed aliquando etiam pretio viliori, l. venditor 13. §. si constat ff. comm. praed. l. 2 ff. ad leg. Rhod. de iactu in §. inde agitatum est l. si pendentes 33. §. si quid ff. de vsufruct. vbi Bald. et Ang. Bart. in l. p. §. cura carnis n. p. ff. de off. praef. vrb. Luc. de penn. in l. vnic. in fine C. vt nem. liceat in empt. spec. se excus. lib. 10. Capp. Tolosan. d. q. 446. Petrasanc. sing. centesimo quod est vltim. Tiraq. de retrac. Consangu. in praefat. n. 28. qui tamen loquitur in casu publicae necessitatis; Beninca. de pauper qu 8. spec. 7. in contr. n. 18. et 19. vbi ampliat etiam ad Locationem, Ang. cons. 351. incip. Generosus miles Natta cons. 63. nu. 6. et cons. 435. n. 27. et seq. Rolan. cons. p. n. 27. lib. 2. et cons 80. n. 18 lib. 3. Rim. Iun. cons 364 n. 33. vol. 4. vbi quod propter vrgentes necessitates potest Resp cogere subditos ad vendendum, etiam pretio viliori, Franc. Marc. dec. 511. p. p. Mastrill. Dec. 17. n. 11. et 27.

5 vbi restringit stante necessitate in victualibus, & in pecunia, & limitat, quoad victualia forensia, nisi illuc ad vendendum fuerint asportata.

6 Et quod tempore penuriae cogi, quis possit ad vendendum pretio viliori, tradit Rip. in tract. de peste tit. de Remed. praseruat. nu. 187. et seq. et post alios Mantica de Tacitis lib. 4. tit. 20. n. 30. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 94. n. 5. vbi quod vrgente penuria pretium taxari potest, minusquam res ipsa valeat, Confert ad id, Tacitus lib. 2. ann. c. 12. ibi, saeuitiam annonae incusante plebe, statuit frumento pretium.

7 Amplia 2. vt tempore necessitatis cogi possint Rustici, & Agricultores, vt veniant ad Ciuitatem ad vendendum, ad tex. in l. p. C. de Nundinis et in l. pro locis 5 C. de Annon. & Trib. lib. 10. Barbat. in c. p. col. fin. de empt. & vend. Rip. in tract. de peste nu. 166. Franc. Marc. Dec. 540. col. fin. p. p. Rolan. cons. 80. n. 15. lib. 3.

8 Amplia 3. vt tempore penuriae cogi possit ad vendendum quiquumq; quantumuis alias immunis, & licet sit de Domo ipsa Principis, ad tex. in d. l. vnic. C. vt nemin. liceat ab emption. n. 10. ibi, necessitate vrgente sub cuiusuis priuilegij occasione, nec nostram, nec Coniugis Domum subtrahere, gl. in l. Curiales qui se se C. de Decurion. lib. 10. & in l. fin. C. de exact. trib. Luc. de penn. in d. l. vnic. C. vt nemin. liceat ab empt. lib. 10. Surd. de Alim. tit. p. q. 77. n. 4. et Dec. 275. n. p.

9 Amplia 4. vt non solum Iudex secularis, sed etiam Episcopus cogere possit homines ad vendendum victualia tempore penuriae, ad tex. in d. l. fin. §. item Episcopi ff. de muner. et honor. ibi Episcopi, qui praesunt pani ceterisq; venalibus qui Ciuitatum populis victum suggerunt, personalibus muneribus funguntur, quem tex. vna cum gl. & nos in l. p. C. de Episc. Aud. ad hoc adducit Surd. de Alim. tit. p. q. 77. n. 3. melius fortasse, confert ad id tex. secundum vnum intellectum in l. p. C. de Ep. Aud. ibi, ne commodum mercandi videantur excedere Christiani, quibus verus cultus adiuuare pauperes, prouideant Episcopi, &c.

10 Nam, tex. allegatus à Surdo in d. §. item Episcopi, non loquitur de Episcopis Ecclesiasticis, vt patet ex verbis, quae retuli, sed de praesidentibus pani caeterisq; venalibus, quos appellat Episcopos quasi superintendentes inspecta vocabuli Aetymologia, dicitur enim Episcopus Graece ab Epi, quod est super, & scopos, quod est intentio quasi latine superintendens, vt docet etiam Ang. in can. qui Episcopatum 8. q p. vnde scripsit etiam, Tullius ad Atticum, voluit me Pompeius Episcopum esse Campaniae.

11 Amplia 5. vt etiam fauore Religionis cogatur, quis inuitus vendere, ad tex. in l. si quis sepulcrum 12. in princ. ff. de Relig. & sumpt. fun. et ibi Guglielm. et Florian. Ang. in l. p. sub fin. ff. sol. matrim. Bald. ibid. Io. de Anan. in c. Apostolicae in princ. de donat. Cep. de seruit. Vrban. praed. c. 82. quod est finale n. 5. vbi ampliat pro Ecclesia aedificata, vel aedificanda, pro Domibus Monachorum, vel monialium, & testatur, se ita obtinuisse in Ciuitate Veronae.

12 Amplia 6. vt multo magis tempore Caristiae, & necessitatis subditi prohiberi possint, ne extrahant victualia, probat Rolan. cons. 80. n. 14. in fine lib. 3. et n. 15. pariter in fine

13 Et potest Supremus Princeps ob publicam vtilitatem, & indigentiam prohibere frumentorum

extra-

extractionem, etiam feudatarijs habentibus ex Inuestitura, vel titulo, etiam oneroso facultatem extrahendi, *Menoch. cons. 604. Guido Panzirolus in cons. impresso post d. cons. Menoch. Io. Franc. de pont. de potest. proreg. tit. 5. de tract. n. 5. Fuluius, Constantius ad lib. 10. C. lib. p. de pgr. fiscal. n. 26. Confert Carolus Tapia lib. p. Dec. 8. n. 21. & seq.*

14 Immo potest Princeps ex causa publicæ vtilitatis statuere contra Ius naturale, seu gentium, *vt sensit Io. Ant. Bellon. cons. 5. n. 63.*

15 Et facultates extrahendi frumentum, etiam ex oneroso tit. concessæ habent in ventre tacitam conditionem, quatenus subditi non egeant, & non adsit timor egestatis, *gl. fin. & Io. de Plat. in l. si quis per Diuinam in fine C. de Acque ductu lib. 11. & vide Abb. cons. p. n. 11.*

16 Et Dominus, qui tenetur ex pacto permittere asportationem frumenti, non tenetur promissionem seruare, si eius subditi indigeant, *Lodertus cons. 71. n. 14. & vide Io. Petr. Fontanell. Dec. 164. n. 13. & seq.*

17 Et econtra prohibitus extrahere frumentum de Ciuitate, excusatur si extrahat pro vsu suo, necessitate famis impulsus, *Alberic. Aug. Saluct. Alex. in l. principalibus ff. si cert. pet. vbi Ias. col. 3. vers. 4. limita, quos sequitur Surd. Dec. 275. n. 5. vbi post Ias.* infert, quod non obstante Legali interdictione, Officialis etiam perpetuus potest emere victualia pro suo necessario vsu, *adde Petrasanc. sing. 100. quod est finale.*

18 Amplia 7. vt tempore penuriæ prædictæ quilibet non obstante, quouis priuilegio cogi possit, vt vadat ad emendum granum, vel alias species publico necessarias, etiam ad partes remotas, *Io. de Plat. in l. p. C. de nundin. Rolan. cons. 80 nu. 26. lib. 3.*

19 Amplia 8 vt ex causa prædicta quilibet cogi possit ad emendum frumenta ab ipsa Rep. seu Communitate, *ad tradita per Couar. lib. 3. Var. res. c. 14. n 6. & 7. Azzor. p 3. lib. 7. c. 11. q. 3. in fine.*

20 Limita pr. sic ampliatam Conclusionem, & restringe, vt subditi cogi possint ad vendendum, vel emendum, vt supra, non autem non subditi, *probat Cephal. cons. 451. n. 226. & seq. lib. 4.*

Sed quod etiam Clerici cogi possint, *tradit Viuius Dec. 28. lib. p. Mastrill. allegatus supra n. p. Dec. 27. n. 2. & 3. Costa de Remed. subsid. Remed. 76. n. 8.* & quod cogi possint ab Episcopo non est dubitandum ex supradictis in quarta Ampliatione.

Sed an Iudex Laicus tempore Caristiæ possit compellere Clericos, vt vendant frumenta, vel aliud faciant tempore Pestis, *vide apud Dianam p. 4. tr. p. de Immun. Eccles. res. 87.* vbi secundo reprobans contrariam Sententiam affirmatiuam, *Villadiegho*, comprobat negatiuam, *cum Caballo,*

21 *Ripol. Guazzino*, & rationem adducit, quoniam publica necessitas quando periculum non est in mora non potest dare iurisdictionem Laico super Clericos, addens tamen in Regno Neapolitano tempore maximæ penuriæ Iudices Laicos obtinuisse a Nuncio Summi Pontificis licentiam compellendi Ecclesiasticos ad frumentum reuelandum, & vendendum.

22 Limita 2. vt quando quis habet solum frumentum sufficiens pro suo proprio vsu, tunc cogi non possit ad vendendum illud, quoniã ordinata Charitas incipit à se ipso, *l. preses 6. C. de seruit. & Aqua ibi,* Durum, & Crudelitati proximum est ex tuis prædijs, Aquæ Agmen ortum, sitientibus Agris tuis, ad aliorum vsum, vicinorum Iniuria propagari, *Isernia in prohem. Constitutionis vol. p.* vbi allegat illud Euangelicum, non, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, *Marant. de ordin. Iudic. p. 9. in princ. n. 181. Surd. de Alim. tit. p. q. 77. n. 11.*

23 Limita 3. seu declara Conclusionem principalem, vt omni in casu non competat pauperibus, vel alias indigentibus Actio contra Diuites ad cõmunicanda victualia, sed solum possint Iudicis officium implorare, vt eos ad id compellat, *Abb. in c. 2. n. 7. de empt. & vend. Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 20. n. 32.*

24 Adde hic econuerso, quod sicut in casibus supradictis tenetur Diues vendere pauperi, ita pauper tenetur vendere Diuiti in casu, in quo nobilis habeat altum Palatium, nam si minetur ruinam, & is illud reparare non possit, cogitur illud vendere, ne publicus deformetur aspectus, *ad tex. in l. Lege 25. sub titulum ff. ad Syllan. & in l. 2. & fin. C. pro quib. caus. serui pro pertio lib. accip. Roman. sing. 777. incipit pauper nobilis Duenna Reg. 140. Medices de Casib. fortuit. p. 2 q. 4. n. 60. Adde etiã post Marsil. Cherubin. ad Const. 102. Pij IV. schol. p.*

25 Nota etiam ad materiam, quod res pauperis, licet minus non valeat, attamen sæpe minus venditur, quia paupertate compulsus is vendit, vnde ex paupertate venditoris desumitur Coniectura ad præsumendum contractum venditionis vsurarium, quæ licet sola non sufficiat, cum alijs tamẽ admininculis probat, *ad trad. post Calcan. & Ias. per Crauettam cons. 156. n. 13.* vbi inserit prouerbium Gallicum, *Menoch. de præs. lib. 3. præs. 122. n. 85. vers. præterea, vbi allegat se ipsum cons. 109. n. 30. lib. 2. tu vide Rotam Decisione 30. post Consilia Farinacij.*

26 Et sicut pauper aliquando vilius vendit ob anticipatam solutionem pecuniæ, quia indiget, ita, & sæpe carius emit, vt rem emptam habeat cum posticipata solutione pecuniæ, quam non habet, sed Diuiti, licet huiusmodi contractus cum paupere lucrosi sint, quo ad crumenam, damnosi, tamen, & saltem periculosi sunt, quo ad animam, *ad tex. in c. in Ciuitate 6. de vsur. c. illo vos 4. de pignor. cum ibi not. Nauar. in man. c. 17. n. 26. & n. 201. Mantica de Tacitis lib. 4. tit. 29. n. 47.* vbi quod magna est hæc controuersia.

27 Est tamen verum, quod res dicitur esse minoris pretij, si venditor est implicitus ære alieno, ita, vt non sit idoneus facultatibus in casu euictionis, *l. cum,*

eum, qui 7. §. melior ff. de in diem Addict. Bart. in l. p. §. si heres per illum tex. ff. ad Trebell. n. 2. & 3. Tiraq. de Retract. Lignag. §. p. gl. 18. n. 34. & post alios Mantica de Tacitis lib. 4. tit. 20. n. 43. vers. 6. res dicitur.

28 Et quod res pauperis, qui non possit de cuſtione cauere, minus valeat, *post tex. in l. eum, qui 7. §. melior ff. de in diem Addict. dixit Bursatt. cons. 9. n. 36. & seq. Honded. cons. 31. n. 62. lib. p. Gratian. Discept. forens. lib. 3. c. 461. n. 10. Ludouis. in Romana Domorum Dec. 553. n. 13. & ibi Beltramin. in litt. E.*

29 Addo, quod res pauperis non solum legaliter, vt supra, sed etiam moraliter minus valet, hoc est minus æstimatur, Iudicio, tamen Imperitorum, vt postmodum dicam, vnde, vt cum vulgo vulgariter, & eius lingua loquar, Brillus in manibus Diuitis, creditur Adamas, & Adamas in manibus pauperis, creditur Brillus, seu vitrum, nec mirum, quod rebus pauperis non credatur, quia, nec ipsi pauperi creditur, *vnde Satyricus Iuuenalis,* respiciens, non quod fieri debet, sed quod fit, verissime cecinit.

Quantum quisq; sua nummorum seruat in Arca.
Tantum habet, & fidei.
Et ad idem alius.
Vir Bene vestitus, pro vestibus esse peritus.
Creditur à mille, quamuis Idiota sit ille.
Ego autem addo, quod talis creditur peritus ab Imperitis.

30 At non solum Bona, & res, sed etiam verba pauperis vulgo, longe minus valent, quam verba Diuitis, & ab æstimatis, & inæstimatis eadē proficiscens oratio, haud tantundem valet, vnde, & *Eccli. 13.* dicitur Diues loqutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsq; ad nubes perducunt: pauper loqutus est, & dicunt quis est hic? sed hæc apud vulgares, ac populares obtinent, vel certe apud homines, sed apud Deum, sæpe plus valent pauperum verba, quam Diuitum, *vt ostendi in V. oratio,* vbi vide si placet.

PRIVIL. CDVII.

Venditio II.

SVMMARIVM.

1 *SOcius non tenetur vendere partem suam, etiam ei, cui res tota à socio legata sit, fallit fauore piæ causæ n. 2. & pauperis n. 3. ratio n. 4.*

1 SI Socius legauerit rem totam, in qua solam partem habet, regulariter alter Socius non tenetur inuitus suam partem vendere, *l. seruus electione 5. §. p. & 2. ff. de Leg. p.*

2 Sed si Legatum rei communis factum sit ad piā causam, tenebitur Socius partē suam inuitus vendere, *ad tex. in l. fin. C. de comm. seru. manumis. vbi Bald. hoc docet Firmian. ad idem allegans alia Iura in tract. de Episcop. lib. 4. q. 31. n. 4. vers. addo hic aliud Tiraq. de pia caus. priu. 67.*

3 Ergo erit idem dicēdum fauore pauperis, cuius causam esse valde piam, *diximus in V. pia causa,* & alibi sæpe.

4 Accedit, quod si fauore pauperis, tenetur quis aliquādo totū vēdere, vt in antecedenti priuilegio diximus, magis tenebitur vendere partem, vt hic.

PRIVIL. CDVIII.

Verba I.

SVMMARIVM.

1 *VErba Adulatoria, etiam ad honoratum directa non sunt obligatoria, fallit fauore piæ causæ n. 2. & pauperis n. 3.*

4 *Adulatores pediculis æquiparantur.*

1 VErba Adulatoria, etiam ad honoratum directa, regulariter non sunt obligatoria, nec dispositionem inducunt, *l. fin. cum ibi not. ff. de testam. ibi,* Bona eius, qui se Imperatorem hæredem facturum iactauerat, à fisco occupari non possunt.

2 Attamen fauore piæ causæ, verba enunciatiua ad honoratum directa, licet Adulatoria, disponunt *ad tex.* qui loquitur in libertate; *in l. Paulus 39. §. p. ff. de fid. lib. Roman in Auth. similiter C. ad l. falc. spec. 26. piæ caus. int. vlt. vol. Euerard. in loco à libertate ad piam caus. vers. 12. istud facit.*

3 Idem fortius dicendum fauore paupertatis, tum quia gaudet priuilegijs pietatis, vt alibi dixi, tum quia verba ad pauperes directa, censentur prolata, potius ad effectum disponendi, & obligandi, quam adulandi, vera enim Adulatio dirigi, & exerceri consueuit in Diuites, & non in pauperes, *vt docet Plut. in opusc. cuius tit. est quo pacto possit Adulator ab Amico distingui,* vbi hæc habet inter cætera;

4 pediculi discedunt à morientibus, & corpora relinqunt, simul, atq; sanguis extinctus fuerit, quo nutriri solent, sic assentatores non attingunt res aridas, & frigidas, Nobilibus, & Potentibus imminent, hisq; aluntur, sed ijdem, rebus commutatis auolant.

PRIVIL. CDXI.

Verba II.

SVMMARIVM.

1 *VErba enunciatiua non disponunt, fallit fauore piæ causæ, siue in contractibus n. 2. siue in vltimis*

timis voluntatibus n. 3. vel in testamento Militis, & fauore libertatis n. 4. vel fauore Dotis n. 5. vel paupertatis n. 6.

1 VErba enunciatiua, regulariter nō disponunt quando pronunciantur per modum causæ, & non propter se, iuxta, *notata in l. ex hac scriptura ff. de donat. & per Canonistas in c. si Papa de priuil. in sex.*

2 Fauore tamen piæ causæ verba enunciatiua etiam per modum causæ prolatæ disponunt, siue in contractibus, *ad tex. in c. fin. de successiõ ab intest. Alex. cons. 190. col. 7. vers. confirmo per notata Tiraq. de pia cauſ. priu. 86. vers. nec id quidem,* si-
3 ue in vltimis voluntatibus, *d. c. fin. de success. ab intest. vbi Abb. in sex. not. Castrens. cons. 456. col. p. lib. p. incipit visis. & consideratis Alex. d. cons. 190. col. 6. lib. 6. incipit plura narrata sunt Ias. in leg. ex his verbis vers. 5. limita col. 2. C. de testam. Milit.*
4 *Tiraq. post alios de pia caus. priu. 86.* vbi quod idem procedit, etiam in testamento Militis, & in libertate.

5 Sic etiam fauore Dotis verba enunciatiua probant, *l. 2. cum ibi not. C. de Dot. prom. Bart. cons. 123. Roman. sing. 536. Tiraq. de pia caus. priu. 86 vers. nec id quidem.*

6 Ergo idem erit fauore paupertatis, *ad tradita per nos in V. pia causa, & in V. Dos. & in hac specie per Nauar. in praxi priuil. miserab. priu. 13. nu. 3. & seq.*

PRIVIL. CDX.

Vestis.

SVMMARIVM.

1 *Nomine cibariorum, vel victualium, vel mensa paratæ non venit vestis.*
2 *Nomine cibi venit potus.*
3 *Nomine victus veniunt vestimenta, sic nomine Alimentorum n. 4.*
5 *Clericus debet, vti vestibus suo ordini congruentibus, sed pauper excusatur deferens, quas habet n. 6.*
7 *Pauper non habens vestes condecentes excusatur ab audienda Missa.*

1 APpellatione cibariorum, regulariter non veniunt vestes, *l. Diarius 21. ff. de Alim. & cib. leg. gl. in c. si Episcopus 10. q. 2. & post Castr. Dec. & alios docet, Surd. de Alim. tit. 4. q. 2. n. 17.* vbi *post Simonē de pretiis idem dicit,* quando relicta sunt
2 victualia, vel mensa parata, quamuis appellatione cibi veniat potus, *vt docet idem Surd. de Alim. tit. 4. q. 3. n. p.*

3 Attamen relicto victu, debentur vestimenta, *Roman. cons. 440. n. 4. Castr. cons. 436. n. 2. vol. 2. Bart. in l. pen. §. p. n. 3 ff. sol. matr. Surd. de Alim. tit. 4. q. 2. n. 11. & 12.* vbi adducit communem vsum loquendi, & rationem differentiæ, quia vestis necessaria est ad viuendum, licet non ad cibandum.

Et mihi videtur ad hoc esse, *tex. expressus in l. quos nos hostes 234 §. verbum viuere ff. de verb. sig. ibi,* verbum viuere, quidam putant ad cibum pertinere, sed O Filius ait, etiam vestimenta, & stramēta contineri, sine his enim viuere neminem posse.

Ad idem, *tex. Clarior. in l. verbo victus 43. cum duab. seq. ff. eod. tit. de verb. sig. ibi,* vestem quoq; victus habere vicem, labeo ait, & ibi, in victum ergo vestem accipiemus.

4 Multo autem magis appellatione Alimentorum venit vestis, *leg. legatis 6. §. de Alim. & cib. leg. l. verbo victus 43. ff. de verb. sig.*

5 His præmissis nota hic, quod licet Clericus debeat vti vestibus suo ordini condecentibus, ne incidat, *in D. Bernard. lib. 3. de Consid. ad Eugen. c. 11. ibi,* habitu Milites, quæstu Clerici, Actu neutrum.

6 Attamen Clericus pauper non habens habitum congruentem, excusatur deferens, quem habet, *vt Decisum refert Vgolin. de pot. Ep. c. 18. n. 5. vers. 5. Ianuat. in man. Episc. V. Clericus n. 6.*

7 Nota etiam, quod pauper non habens vestem condecentem, excusatur ab audienda Missa die festo, *vt post Sylu. & communem tradit Nauar. in man. c. 21. n. 3. vers. nec obstat,* vbi quod excusantur ab audienda Missa in die festo pauperes, qui vestibus carent, adeo, vt sine pudore notabili nō possint accedere ad Ecclesiam, *idem docet Azzor. p. p. lib. 7. c. 7. q. p. sub med. ibi,* si adeo pauper sit, vt vestes non habeat, quibus tegatur, aut sine quibus pro dignitate, & conditione personæ Domum egredi commode non audeat, excusatur ab audienda Missa, *idem post alios docet Eman. Sa. in Aphoris. in V. Missæ auditio n. 3. & vide, quæ dixi in V. Contumacia, & in V. Carceratus.*

PRIVIL. CDXI.

Vidua.

SVMMARIVM.

1 *Soluto matrimonio Viduæ non debentur fructus Dotis, nisi sit pauper, & interpellet n. 2.*
3 *Stante diligentia, & paupertate debentur Alimenta Vxori ab hæredibus viri.*

1 FRuctus Dotis dissoluto matrimonio, Viduæ, regulariter non debentur, *Seraphyn. in Asculana fideicommissi Dec. 1406. n. 4. & 5. dixi Dec. 92 nu. 12.*

2 Attamen quando Vidua interpellauit, & est pauper, & non habet aliunde, debentur ei fructus Dotis, *Rogerius de Dote q. 15. n. 6. Ludouis. in Ce-*

uitatis Castelli hæreditatis D. 204. n. 19. vbi Beltram in lue. D. dixi ego Dec. Ferr. 65. n. 7.

3 Et quod stante diligentia, & paupertate, debeantur Alimenta Vxori ab hæredibus viri, *probat Afflict. D. 284. Thesaur. Dec. 43. n. 3. & post Ang Castrens. Roman. Alex. Imolan. in l. diuortio §. sol. matrim. & post alios multos ostendit Surd. de Alim. tit. p. q. 45. n. 26. & post alios etiam Buratt. in solutionem. Dotis d. 906. n. p.* vbi quod concurentibus Inopia, & diligentia, *alias id Rota firmauit coram Litta, & coram penia.*

PRIVIL. CDXII.

Visitatio.

SVMMARIVM.

1 *PAuper Clericus non tenetur soluere procurationẽ Episcopo visitanti.*

2 *Visitatores carcerum possunt pauperibus debitoribus concedere moratorias, quæ tamen regulariter sine fideiussoribus non prosunt.*

1 CLericus pauper non tenetur soluere procurationem Episcopo, vel alij visitanti, *ad tex. in can. placuit p. q. 2.* vbi generaliter, quod à pauperibus nihil est exigendum, *Docet gl. & post illam Abb. in c. cum instantia de censib. col. vle. gl. in c. cum venerabili in fine vbi etiam Abb. de censib. Host. & Io. Andr. in c. procurationes de Cens. Tiraq. de nobilit. c. 29. n. 43. Gigas. de pens. q. 80. n. 5. & vide que dixi in V. Episcopus, in V. Ecclesia, in V. Charitatiuum subsidium.*

2 Adde hic, quod visitatores Carcerum possunt pauperibus debitoribus concedere moratorias, seu dilatorias, quæ tamen sine fideiussoribus non prosunt, *iuxta Const. 13. Iuly tertij, vide Cherubin. in Compen. Bullar. to. p. pagina mihi 135. & vide qua dixi in V. Cautio, & in V. Carceratus.*

PRIVIL. CDXIII.

Vnio.

SVMMARIVM.

1 *DVæ Ecclesiæ pauperes possunt vniri.*

2 *Possunt Episcopi ob paupertatem Ecclesiarum, & alijs in casibus à iure permissis facere vniones perpetuas de beneficijs etiam affectis.*

3 *Dignitati curata potest vniri alia dignitas ex causa paupertatis, & quando possit Abbas id facere.*

4 *Paupertas Ecclesiarum ad effectum vnionis non præsumitur, sed probari debet.*

5 *Ecclesia quando dicatur pauper.*

6 *An Ecclesiæ sint pauperes ad effectum vnionis, Iudex arbitratur, vt ibi.*

7 *Paupertas est causa vnionis, & opulentia est causa diuisionis.*

8 *Episcopus potest ex fructibus fabrica Ecclesiæ ditoris applicare fabrica Ecclesiæ pauperioris, sed contra, nu. 9.*

10 *Quid requiratur ad hoc, vt Episcopus possit de Iuribus vnius Ecclesiæ, alteri dare.*

1 DVæ Ecclesiæ pauperes possunt vniri, *Can. vnio 10. q. 3. c. p. vbi gl. in V. Tenues de Reb. Eccles. non alien. in sex. gl. in c. statutum V. necessitatem 21. qu. p. Rebuff. in praxi Benef. tit. de Beneficij vnio n. 39. & seq. Dec. conf. 233. nu. 2. Zabarell. conf. 47. Rodoan. de Reb. Eccles. non alienan. tit. de causis in comm. nu. 26. Lancellott. Inst. canon. tit. de vnion. Eccles. §. p. Mandos. in Reg. de vnion. q. 5. n. 3. Sbrozzius de offic. & pot. Vic. lib. 2. c. 115. n. p. Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 12. Gauant. in Man. Ep. V. Beneficiorum vnio nu. 12.*

2 Et quod possint Episcodi ob Ecclesiarum paupertatem, & alijs in casibus à Iure permissis facere vniones perpetuas de Beneficijs, etiam affectis, sine tamen præiudicio obtinentium, *disponit Trident. Conc. sess. 21. c. 5. de reform.*

3 Et quod dignitati Curatæ possit vniri alia dignitas ex causa paupertatis, *iuxta Decretum Conc. sess. 21. c. 5. de reform.* eamq; vnionem facere possit Abbas, si sibi hanc facultatem vniendi legitime præscripsit, aut ex principio in Ecclesia sibi pleno Iure subiecta Iurisdictionem quasi Episcopalem habeat in omnibus, & per omnia, alioquin vnio facienda sit ab Episcopo cum consensu ipsius Abbatis, & Capituli, *declarauit Sacra Congreg. Concilij teste Garzia de benef. p. 12. c. 5. n. 74. & refert Barbos. in Collectan. Bullarij V. dignitas sub finem.*

4 Declara pr. vt paupertas, & tenuitas fructuum Ecclesiæ, seu Beneficij ad effectum vnionis, de Iure non præsumatur, sed probari debeat, *Aegidius D. 377. & D. 618. quas refert, & seq. Verallus D. 350. n. 3. p. 3.*

5 Declara 2. quod pauper dicitur Ecclesia, quæ non habet Alimenta sufficientia eius Ministris, & inseruientibus, *Bald. in c. ad aures n. 3. de Rescript. Surd. de Alim. tit. 7. q. 32. nu. 3.* vbi quod indigere dicitur Ecclesia quando indigent eius Ministri.

6 Declara 3. vt iudicare, an Ecclesiæ dicantur pauperes ad effectum vnionis spectet ad Iudicis Arbitrium, *ad gl. in Can. p. in V. necessitatem 21. q. p.* vbi quod iudicandum est secundum qualitatem personæ, & situm Ecclesiæ, *docet Rebuff. in praxi benef. tit. de vnion. n. 39. Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 65. n. 8.*

7 Nota pro Coronide, quod sicut paupertas est causa vnionis, sic, & econuer o opulentia est causa diuisionis, *vnde gen. 13.* dicitur erat eorum substantia multa nimis, & ideo non poterant habitare

bitare communiter.

8 Adde in simili, quod potest Episcopus ex fructibus fabricæ vnius Ecclesiæ ditioris applicare redditus fabricæ pauperi alterius Ecclesiæ, *ad tex. in c. p. de Reb. Eccles. non alien. in sex. ibi*, prouentus Archidiaconatus, adeo tenues, & exiles, quod non sufficiebant ad onera supportanda, *& tex. à fortiori in can. vnio 10. q. 3. & c. sicut vnire de excess. prælat. & c. exposuisti vbi Panorm. de præben. Nauar. cons. 2. de Reb. Eccles. non alien. n. p. 2. & 3. vol. p.*

9 Sed quod non possit Episcopus assignare fabricæ Ecclesiæ pauperis de fructibus superfluis alterius Ecclesiæ, *tradunt allegati per B rbos. de potest. Ep. alleg. 64. n. 17.* quamuis contrarium senserit, *cum alijs Sanchez. de matrim. lib. 3. Disp. 19 n. 14. & refert Gauant. in man. Ep. V. Ecclesia n. 8.*

10 Limita, seu declara, quoniam omni in casu ad hoc, vt Episcopus possit, de Iure vnius Ecclesiæ alteri dare, non solum requiritur causa necessitatis, vel vtilitatis, sed etiam tractatus solemnis, *vt in c. p. de Reb. Eccles. non alien. in sex.*

PRIVIL. CDXIV.

Votum I.

SVMMARIVM.

1 *Vota ab eo, qui est sui Iuris, sine mora sunt adimplenda.*
Vouere est voluntatis, & consilij, reddere necessitatis, & præcepti, Contractus sunt ab initio voluntatis, ex post facto necessitatis.

2 *Paupertas excusat ab obseruantia voti in totum, vel pro parte, vel est causa commutationis.*

3 *Paupertas ex culpa superueniens, excusat ab implemento voti, sed cum compen atione pœnitentiæ.*

4 *An vota peregrinationis possint elemosinis redimi, Iudex arbitratur.*

1 Vota à vouente, qui sit sui Iuris, præcise, & sine mora sunt adimplenda, *l. 2. ff. de pollicit. & Leuitici 25. ibi*, facies sicut promisisti Domino Deo tuo, *& Deut. 23.* quod Deo voueris, non tardabis reddere, & si moratus fueris, tibi reputabitur in peccatum, *& Eccles. 5.* si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, *& Ps. 57.* vouete, & reddite Domino Deo vestro, quod quidem declaratur, *in c. quanta 7. de voto*, vt scilicet primum ad consilium, secundum ad imperium referatur, adeo vt vouere sit voluntatis, reddere vero, sit necessitatis, quemadmodum de contractibus dicitur, *in l. sicut initio 5. C. de Act. & oblig.*

2 Qui tamen ob paupertatem, votum adimplere non potest, excusatur, vel commutationem obtinet, *c. quod super his 8. & c. ex multa 9. de voto, & Abb. vtrobique docet Beninc. de paupert. q. 4. n. 27. D. Thom. in 4. sen. Dist. 38. p. p. art. 3. sub medium, quem refert Bellencin. ad Abb. in c. 2. de Rapt. in princ.* vbi quod paupertas excusat ab obseruantia voti in totum, vel pro ea parte, pro qua inducit impotentiam.

3 Declara, vt si paupertas, vel alia impotentia, post votum superueniens, prouenerit ex culpa vouentis, tunc ille non excusetur omnino, sed teneatur recompensare per pœnitentiam, si vero sine culpa, & tunc non teneatur, *ad illud D. Thom. in 4 sent. dist. 38. p. p. ar. 3. sub medium, quem refert & seq. Bellencin. ad Abb. in c. 2. de Raptor. in prin. & faciunt tradita per Imolam in c. licet vniuersis de voto.*

4 Ad materiam nota etiam, *tex. in c. p. de voto, & voti redempt.* vbi quod, an vota Peregrinationis, possint elemosinis redimi, ab eius, qui præsidet, pendet Arbitrio.

PRIVIL. CDXV.

Votum II.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest ex causa facere de Monacho non Monachum, non autem vt Monachus proprium habeat, vel castitatem violet.*

2 *Regularis, per Episcopatum non liberatur à voto paupertatis.*

3 *Potest regularis retinere Bona ad vsum proprium de licentia superioris, ac etiam disponere de fructibus beneficij regularis.*

1 Licet Papa possit, saltem ex causa facere de Monacho, non Monachum, & de regulari non regularem, non potest tamen dispensare, vt regularis contra votum paupertatis, proprium habeat, *c. cum ad monasterium 6. vbi Canonistæ de stat. Regul. ibi*, Abdicatio proprietatis, & custodia Castitatis, est adeo propria Regulæ Monachali, vt aduersus eam, nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, *Soc. Sen. Cons. 92. n. 2. lib. p. Io. Andr. in Reg. semel. Deo dicatum de Reg. Iur. in sex. Honded. cons. 62. n. 48. lib. p. vide Sanchez. de matrim. lib. 8. disp. 8. n. 12.*

2 Et per promotionem ad Episcopatum non liberatur regularis à voto paupertatis, *can. de Monachis & ibi gl. in V. discedere 16. q. p. D. Thom. 22. q. 185. art. 8. Ias. in l. si quis mihi bona 9. seruus mancipium n. 4. ff. de Acq. hæred. Azzor. inst. mor. p. p. lib. 12. c. 7. q. 2. cum alijs adductis à Buratto in Bisignanen. pensionis Dec. 261. n. 3.*

3 Potest tamē Religiosus retinere Bona ad vsum proprium de licentia Superioris, absque eo, quod paupertatis voto contraueniat, *ad tex. in c. p. vbi Ab. n. 4. de stat. Monach. Rota in Neapolitana professionis Dec. 316. n. 12. coram Bubalo p. 2. diuers.*

quæ loquitur in Monialibus, & nu. 13. vbi quod regularis potest etiam disponere de fructibus Beneficiorum regularium de licentia Superioris, *Baratt. in Ianuen. Legati Dec. 643. n. 24. & vide quæ dixi in V. Regularis.*

PRIVIL. CDXVI.

Votum III.

SVMMARIVM.

1 *Vouens quotidie dare quid certum pauperi, si hodie non dat, debet cras supplere.*

2 *Vouens certo tempore aliquid facere, an si non faciat in tempore, teneatur supplere post tempus, distingue, vt ibi, & exemplifica, vt n. 3.*

1 QVI vouit quotidie dare pauperi, si hodie non dat, debet cras illud addere, *Em. Sa. in Aphorism. in V. voti obligatio n. 34.*

2 Generaliter autem qui vouit certo tempore aliquid facere, & non fecit, an teneatur post tempus illud supplere, quæstio est de qua vide *Nauar. in man. c. 12. nu. 54* vbi distinguit, an sit habita

3 maior ratio temporis, vel operis, seu oneris, & exemplificat in Ieiunijs ab Ecclesia præceptis, & in officio recitando, quia si hæc suo tempore non impleantur, peccatur sed non remanet obligatio supplendi, secus dicit in pænitentijs de ieiunando, vel orando certo tempore impositis a Confessarijs qui respicere solent principaliter onus, quod ideo etiam lapso tempore supplendum erit alio tempore, in votis autem sensit inspiciendam esse vouentis intentionem.

PRIVIL. CDXVII.

Vox.

SVMMARIVM.

1 *Factum à minori parte præfertur fauore paupertatis.*

2 *Factum à maiori parte regulariter præfertur, nisi pars minor sit sanior n. 3.*

4 *Maior pars non potest præiudicare minori in his, quæ spectant ad singulos, vt singulos, fallit fauore Ecclesiæ, & pauperem n. 5. declara vt n. 6.*

1 FActum à minori parte præfertur fauore paupertatis, quia debet magis attendi maior ratio, & maior pietas, quam maior pars, seu maior numerus vocum, quæ non videntur semper numeranda solummodo, sed ponderandæ, *ad traditæ per gl. in c. p. 6. quod circa vers. Rationabiliter de his, quæ fiunt à ma. par. cap. & per Bombin. cons. 13. n. 17. & conclusionem firmat Nouar. in praxi priu. miser. person. priu. 2. n. 5. & 8.* vbi quod ita concludit, & obtinuit in casu quo minor pars Ciuium concluserat, vt fieret Hospitale pro egenis, Infirmis, Mendicantibus, pauperibus, & alijs miserabilibus personis, & fuit erectum.

2 Confert ad hoc, quod licet regula sit, quod factum a maiori parte vniuersitatis, debeat attendi, tanquam ab omnibus factum, *l. quod maior 19. ff. ad municip. l. plane 4. ff. quod cuiusque vniuersit.*

3 Attamen id fallit quando factum est aliquid à parte minori, sed saniori, illud enim præfertur, *ad tradita per Abb. in c. cum omnes de Constit. vbi & Felin. n. 13. Nouar. in praxi priu. miser. d. priu. 2. n. 7.*

4 Accedit etiam, quod licet maior pars non possit præiudicare minori in his, quæ spectant ad singulos, vt singulos, *leg. per fundum ff. de seruit. Rust. præd.*

5 Attamen id fallit fauore Ecclesiæ, *c. fin. de his, quæ fiunt à maior. part. capit.* quod loquitur quando agitur de Ecclesia reparanda, *Genuens. in prax. Eccles. q. 209. Nouar. in praxi priu. miserab. priu. 107. n. 10. & 11.* qui extendit ad miserabiles personas, declarans, *post Innocent.* quando maior pars

6 disponit de Bonis, vel redditibus Collegij, seu ad singulos pertinentibus iure Collegij.

PRIVIL. CDXVIII.

Vsura I.

SVMMARIVM.

1 *Vsura non permittitur etiam sub blando vocabulo alimentorum.*

2 *Non licet mutuare cum pacto, vt mutuatarius det aliquid etiam tertio pauperi.*

3 *Vsura non permittitur, etiam pro pauperibus alendis, vel captiuis redimendis.*

4 *Peccat etiam, qui accipit ad vsuram, nisi sit pauper, & pro necessitate accipiat, vt n. 5.*

6 *Inducens aliquem ad fænerandum pauperi, non tenetur restituere.*

7 *Creditor capiens sub vsuris pecuniam sibi ab alio debitam, non potest ab eo vsuras repetere, nisi ex necessitate ad vsuras acceperit, idq; non obstante pacto, & promissione debitoris.*

1 VSura non permittitur, etiam sub blando vocabulo Alimentorum, vel eorum intuitu, *Ancaran. cons. 150. nu. 5. Alex. purpurat. Cravett. quos adducit Rolan. cons. 55. nu. 26. vol. 2. Surd. de Alim. tit. p. q 18. n. 4.*

2 Nec licet mutuare cum pacto, vt mutuatarius det aliquid vltra sortem alicui tertio, etiam pauperi, *ad tex. in c. super eo 4. de vsur. Nauar. in man. c. 17. n. 239.*

Vsu-

3 Vsura namq; non permittitur, etiam pro alendis pauperibus, vel redimendis captiuis, *ad tex. in d. c. super eo 4. de vsur. Surd. de Alim. tit. p. q. 47. nu. 14.*

4 Et regulariter peccat, non solum qui dat, sed etiam qui accipit ad vsuram, quam vtriusq; testamenti pagina detestatur, *d. c. super eo 4. de vsur. maior in 4. D. 15. n. 35. Azzor. p. 2. lib. 12. c. 18. vers. illud tamen.*

5 Attamen id fallit in paupere, qui ad subueniendum suis necessitatibus, accipit ad vsuram, is enim non peccat, *Aretin. cons. 219. Roman. ad Bars. in l. p. n. 5. C. de operis libert. Nauarr. in man. c. 21. n. 25.* vbi quod licet egenti mutuum petere simpliciter ab vsurario, quem scit non esse mutuaturum sine vsuris, immo, & licet accipere sub vsuris non consentiendo in dationem, quatenus est mala, *& post D. Thom. Sot. Abb. Sylu. Maior. tradit Azzor. p. 2. lib. 12. c. 18. in princ.*

Sic inducens aliquem ad fænerandum indigenti in gratiam indigentis, non tenetur restituere, *Em. Sa. in Aphorism. in V. Vsura n. 12.*

7 Adde, quod etiam si creditor capiat sub vsuris pecuniam sibi ab alio debitam, non potest ab eo vsuras repetere, nisi ex necessitate ad vsuras acceperit, *Bald. in l. etiam nu. 5. C. de exeq. Rei Iudic. Lup. in c. per vestras de Donat. int. vir. & vxor. in sex. notab. §. 6. infertur col. peu. vers. prædicta tamen intellige Surd. de Alim. tit. p. q. 45. n. 34.* vbi ampliat, etiam stante pacto facultatiuo creditori capiendi ad vsuras, & promissione debitoris illas soluendi.

PRIVIL. CDXIX.

Vsura II.

SVMMARIVM.

1 *Vsura restituenda est ei, à quo fuit extorta, vel eius hæredi. His non repertis restituitur pauperibus n. 2. scilicet loci, in quo fuerunt extortæ n. 3. saltem de consilio n. 4.*

5 *Qui contra Christianos arma, vel ligna Saracenis deferunt tenentur lucrum, & tantundem de suo in subsidium Terræ sanctæ restituere.*

6 *Vsurarius habens à parte læsa liberam remissionem, non tenetur restituere, sed potest ab eo Episcopus vsuras extorquere, & pauperibus attribuere, vt nu. 7.*

8 *Episcopus visitans, vel quisquam suorum aliquid accipiens, tenetur ad duplum, nec valet remissio.*

1 Vsura restituenda est ei, à quo fuit extorta, vel eius hæredi, *c. cum tu 5. de vsur. ibi*, his, à quibus extorserunt, vel eius hæredibus.

2 Attamen quando ille, vel hæres non reperitur, facienda est restitutio pauperibus, *vt disponit tex. in d. c. cum tu 5. de vsur. ibi*, his non superstitibus, pauperibus erogare, *can. non sane 14. q. 5. c. sicut dignũ 6. de Homicid. c. quia plerique 8. de immun Eccles. tradit Abb. in d. c. cum tu nu. p. & 2. de vsur. Fed. de sen. cons. 33. n. p. in fine.*

Confert, *tex. pro. 28.* qui coacervat Diuitias vsuris, & fænore, liberalis in pauperes congregat eas.

3 Declaratur, vt vsurarum restitutio, seu distributio in casibus prædictis facienda sit pauperibus loci, in quo vsuræ fuerunt extortæ, quoniam facilius est in loco illo Dominum, seu creditorem, vel hæredem inuenire, *Hostiens. in d. c. cum tu de vsur. quem ibid. refert Abb. n. 14. & opinionem hostiensis simpliciter seq. Butrius, & tutiorem esse asserit Cardinalis, & refert Alex. de nouo in additione ad Abb. in d. c. cum tu n. 14. de vsur. litt. C. Archid. in can. non sane 14. q. 5. Surd. de Alim. tit. p. q. 93. n. 21.*

4 Temperatur hæc Declaratio, vt procedat, & intelligatur esse de Consilio, non de præcepto, & consequenter, quod possit restitutio vsurarum, & aliorum incertorum fieri, etiam extra locum vsuræ commissæ, vel damni dati, *ita probat Fed. de sen. cons. 33. n. p. & per tot.* & præsertim, quia Iura supradicta non se astringunt, neq; restringunt ad pauperes certi loci, prout se restringit, *tex. in c. ad liberandam 17. de Iudæis ibi*, in subsidium Terræ Sanctæ, *Bald. in l. id quod pauperibus n. 26. C. de Ep. & Cler.* vbi sequendo, *Fed. de sen.* adducit rationem, quia cum restitutio fiat pro Anima eorum, qui vsuras soluerunt, non refert, quibus pauperibus fiat, *idem sensit Sylu. in V. Restitutio 8. q. 3. Nauar. in man. c. 17. nu. 93. Azzor. p. 3. lib. 4. n. 26. q. 2.*

5 Nota tamen, quod *in d. c. ad liberandam de Iudæis* disponitur, quod, qui contra Christianos Arma, vel Ligna Saracenis deferunt non absoluuntur, nisi, quod ex tali commercio perceperunt, & tantundem de suo in subsidium Terræ Sanctæ transmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint puniantur.

6 Ampliatur Conclusio, vt licet vsurarius sit in conscientia tutus, & restituere non teneatur quando habet remissionẽ à parte, quæ soluit vsuras, *ad tradita per gl. & DD. in c. peccatum de Reg. Iur. Roman. sing. 789. incipit colligitur conclusio.*

7 Potest tamen Episcopus extorquere male perceptas vsuras ab vsurario non obstante remissione easq; pauperibus distribuere, *ad tex. vbi Bald. notat in Auth. Alearum vsus, & Aleatorum, quem etiam tex. ad hoc singularem dixit Roman. d. sing. 789. incipit Colligitur conclusio.*

8 Adde in simili, *tex. in c. p. §. pen. et in c. 2. de censib. in sex. ibi*, caueat Episcopus visitans, vel quisquam suorum ne munus quodcunq; sit, vel qualitercunq; offeratur accipiat, & nunquam, nisi duplo restituto absoluatur, nulla neq; dantium remissione valitura.

PRI-

PRIVIL. CDXX.

Vsurarius.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius etiam pauper tenetur vsuras restituere, sed contra n. 2.*

3 *Vsurarius repetens vsuras male solutas non auditur, nisi prius male Extortas restituat, pauper tamen admittitur cum cautione n. 4.*

5 *Testamentum vsurarij manifesti non valet, nisi prius praestita cautione de restituendis vsuris, Legata tamen pia ibi relicta valent si is penitens decessit nu. 6.*

1 QVamuis, quod vsurarius teneatur vsuras restituere, etiam si remaneat pauper, quia non debet viuere de alieno, videatur sensisse, *glos. in c. cum tu de vsur. quam ibi refert Abb. n. 11. vide tamen addentes ibi in lit. I. & G.*

2 Et quod vsurarius excusetur ab vsurarum restitutione si ob Inopiam restituere non potest, *probat tex. in d. c. cum tu 5. §. pen. de vsur. ibi*, illi autem qui non habent in facultatibus suis, vnde vsuras valeant restituere, non debent vlla pœna mulctari, cum eos nota paupertatis euidenter excuset, *& tradit Benine. de paupert. q. 4. n. 29.*

3 Sic etiam licet vsurarius repetens vsuras male solutas, non audiatur, nisi prius male extortas restituat, *c. quia frustra 14. de vsur.*

4 Attamen quando vsurarius est pauper, admittitur cum cautione, *gl. in d. c. quia frustra in V. Restituerit de vsur. conferunt notata in c. Odoardus de solut. & in c. olim 2. de Rest. spol. & tradit Benine. de paupert. q. 4. n. 29.*

5 Adde hic, quod licet manifesti vsurarij testamentum, sit manifeste nullum, & non valeat, nisi praestita prius cautione de restituendis vsuris, *cap. quamquam 2. de vsur. in sex.*

6 Attamen Legata ad pias causas, & sic praesertim pauperibus relicta, etiam ab vsurario praedicto, valent, si paenitens decessit, *Em. Sa. in Aphorism. in V. Testamentum n. p.*

PRIVIL. CDXXI.

Vsufructuarius.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius etiam ditissimus tenetur satisdare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, alias non facit fructus suos.*

2 *Pauper admittitur ad vsufructum cum cautione iuratoria.*

3 *Quando vsufructuarius cauere non potest, possessio relaxatur proprietario cum cautione respondendi de fructibus vsufructuario, et quando.*

4 *Quando vsufructuarius est suspectus, cautius est, vt fiat sequestratio, vel tertio tradatur possessio, vt respondeat de fructibus vsufructuario.*

5 *Pendente lite super vsufructu, debet vsufructuario satisdari de soluendis fructibus & si non satisdetur, debet vsufructuarius frui.*

1 VSufructuarius tenetur satisdare de vtendo, & fruendo Arbitrio boni viri, alias non facit fructus suos, *tot. tit. ff. de vsufruct. Ant. Gabr. in suis commun. conclus. lib. 5. tit. de vsufruct. concl. p. n. p. & seq. Surd. Dec. 241. nu. p.* vbi quod vsufructuarius licet Ditissimus, ab hoc onere non excusatur, *dixi Dec. 170. n. p.*

2 Attamen quando vsufructuarius est pauper, alias tamen honestus, & propter paupertatem nō inuenit fideiussorem, admittitur ad vsumfructum cum cautione iuratoria, *ad tex. in l. cum non facile 6. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. & in Auth. Generaliter C. de Ep. & Cler. Bart. Alberic. Castr. in l. 4. C. de vsufruct. Florian. Baldus Imola in ca. fin. de pignor. Hostiens. Io. Andr. & Sequaces quos refert Abb. cons. 40. n. 3. lib. p. Bald. in d. c. coram col. fin. de of. & pot. Iud. Deleg. Ang. & Imola in d. l. cum non facile ff. si cui plus quam per leg. Falc. Guid. Pap. D. 189 n. 2. Rolan. cons. 43. n. 24. lib. 2. late Surd. Dec. 141. n. 7. & per tot Medices de casib. fortuit. p. 2. q. 4. n. 46.*

3 Sed quod possessio relaxanda fit proprietario cum satisdatione, vsufructuario respondendi de fructibus, sensisse videtur, *gl. Alberic. Salicet. in l. vsufructu constituto C. de vsufruct. Nicol. de Franch. Dec. 497. n. 4. & seq. p. 3. Gail. obseru. 47. Surd dec. 141. n. 13. quos sequitur Costa de Rem. subsid. Rem. 59 n. 11.* vbi quod iusdicentes debent magis confidere proprietario, qui mortuo vsufructuario irreuocabilis futurus est Dominus (adde tu, & qui satisdet) quam vsufructuario non satisdanti, cuius vsusfructus morte finitur, sed haec forte possunt intelligi, quando vsufructuarius, esset, non solum pauper, sed aliqua ratione suspectus.

4 Sed, & quod quando vsufructuarius est suspectus, cautius fit, vt fiat sequestratio, seu eligatur tertius non suspectus, & idoneus, qui respondeat de fructibus, seu tradat vsufructuario commoditatem, *sensit Bart. in d. l. vsufructu. constituto C. de vsufruct. quem refert, & sequi videtur Abb. d. cons. 40. n 3. & post Gugliel. de cun. et Bart. Guido Pap. D. 250. et post Rum. Bellon. Caualcan. et alios Surd. Dec. 141. n. 14.*

5 Ad materiam adde, *tex. in l. cuiusquemque 66. §. si fundi ff. de vsufruct.* vbi quod si lis pendeat super vsufructu, debet vsufructuario satisdari de restituendis fructibus, quod si non satisdetur, vsufructuarius ipse fruetur, vt ibi.

PRI-

PRIVIL. CDXXII.

Vxor I.

SVMMARIVM.

1 *Votum de vxore ducenda regulariter non valet.*
2 *Valet votum de ducenda vxore paupere, factum pietatis intuitu.*
3. *Valet votum de ducenda vxore meretrice, & est piũ si fiat pietatis intuitu.*
4 *Publicam mulierem ducere in vxorem, proficit in remissionem peccatorum.*
5. *Oseas primarius inter duodecim minores Prophetas iussu Dei meretricem duxit vxorem.*

1 Quamuis votum de Vxore ducenda, regulariter non valeat, *vt late docet Sanchez, de matrim. lib. p. Disp. 4. n. p. & seq.*
2 Votum tamen de ducenda Vxore paupere pietatis intuitu factum valet, & obligat, *ad tradita per eundem Sanchez. de matrim. lib. p. Disp 4. n. 9. & per Eman. Sa. in Aphorism. in V. Voti obligatio nu. 27.*
3 Nota tamen hic etiam, quod pium dicitur votũ de ducenda Vxore meretrice si factum sit pietatis intuitu, vt illa videlicet a statu peccaminoso liberetur, *vt indicare videtur Sanchez. de matrim. lib. p. disp. 4. n. 9. sub finem & n. 12. sub medium.*
4 Confert, *tex. Clem. III. in c. inter opera 20. de spons. ibi,* publicam Mulierem ducere in Vxorem,
5 proficit in remissionem peccatorum, & Oseas primus inter duodecim minores Prophetas iussus a Deo sibi meretricem coniugio copulauit, *vt refertur in can. pen. & fin. 32. q. p.*

PRIVIL. CDXXIII.

Vxor II.

SVMMARIVM.

1 *Vxor tenetur etiam de fructibus extradotalibus alere Maritum pauperem, & communes filios, & potest ad id etiam fundum Dotalem alienare num. 2.*
3 *Vxor non tenetur alere Maritum sua culpa factum pauperem, sed per modum Elemosinæ, tenetur ei succurrere.*

1 Vxor tenetur etiam vltra Dotis fructus alere Maritum pauperem, & communes filios, *l. vbi adhuc 29. C. de iure Dot. leg. si cum Dotem 23. § si maritus vers. quid enim ff. sol. matrim. spec. in tit. qui filij sint legitimi § p. vers. quid si mulier Bart. in l. si constante in fine princ. ff. sol. matrim. & in tract. Alim. sub finem Benic. de paupert. q. 8. spec. 2. n. 27. Surd. de Alim. tit. p. q. 35. n. 6.*
2 Amplia, vt pro Alimentis pauperis Mariti possit Vxor fundum, etiam Dotalem alienare, *Natta cons. 547. n. 19.* vbi repreendit Baldum in contrarium allegatum, *Surd. Dec. 86. n. 7. & vide in V. Alienatio, & in priuil. subseq.*
3 Limita, vt Vxor non teneatur alere Maritum, qui sua culpa incidit in paupertatem, *ad tex. in c. ex parte 10. de consuetud. Bald. cons. 478. nu. 2. vol. 5. Crauett. in cons. pro Genero in Corollario nu. 39. Tiraq in l. si vnquam in V. Bona n. 5. in fine C. de Reuocan. Donat. Surd. de Alim. tit. 7. q. 25.*
4 *n. 11. & 12. vbi tamen n. 15.* declarat, vt teneatur Vxor, saltem per modum Elemosinæ subuenire Marito, etiam si ob maleficium factus sit Inops.

PRIVIL. CDXXIV.

Vxor III.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro subleuando Maritum ab ære alieno, & liberando à carceribus, potest fideiubere, et Dotem obligare saltem si non remaneat Indotata, & præsumitur pro veritate causæ narratæ stante Iudicis decreto.*
2 *Mulier regulariter non potest fideiubere præsertim pro Marito.*
3 *Vxor regulariter Dotem obligare non potest.*
4 *Mulier potest se obligare pro paupere Marito debitore carcerato non obstante Statuto.*

1 Vxor pro subleuando paupere Marito ab ære alieno, seu debitis, & liberando eum à carceribus potest fideiubere, & Dotem etiam obligare, *Rom. Sen. cons. 77. n. 16. lib. p. Surd. cons. 367. n. 18. & seq. lib. 3. Buratt. in Romana nullitatis contractus D. 783. n. p.* vbi aliæ quoq; Rotæ Decisiones referuntur, & firmatur præsumi pro veritate causæ narratæ ob Iudicis Decretum, *& n. 2.* dicitur, quod magis id procedit quando Mulier non remanet penitus indotata, *vt ibi, & vide quæ dixi in V. Alienatio.*
2 Et adde hic, quod speciale prædictum, est contra duas regulas Iuris communis, prima est, quod Mulier non potest fideiubere, & si fideiubeat, habet exceptionem S. C. Velleiani, *vt tot tit. ff. ad Sen. con. Velleian. & Cod. eod. tit.* & specialiter pro Marito prohibetur Vxor fideiubere, *Auth. si qua Mulier C. ad S. C. Velleian. Thesaur. Dec. 223. n. p.*
3 *& seq.* vbi ponit octo Ampliationes, secunda quod Vxor Dotem obligare non potest, *inst. tit. quibus alien. licet, vel non in princ.*
4 Adde tertiam, quod licet Statuta prohibeant Mulieribus contrahere sine certis solemnitatibus, adhuc Statutis huiusmodi non obstantibus, procedit Conclusio, vt possit se Vxor obligare pro viro

In casu præmisso, & in his terminis, loquitur *Rota coram Buratto in d. Romana aulitatis contract. Dec. 783. n. 3. & seq.*

PRIVIL. CDXXV.

Vxor IIII.

SVMMARIVM.

1 *Elemosina ex alieno fieri non potest, & n. seq. & num. 4.*

2 *Nec mentiendo, nec furando licet proximo, etiam pauperi prodesse.*

3 *Propter peccata, Elemosinas facere oportet, non propter Elemosinas, peccata perpetrare.*

5 *Soluens misericordia motus compeditum seruum, tenetur in factum, si dolo autem, furti.*

6 *Fur est etiam, qui de alieno largitur, & Beneficij sibi debitorem acquirit.*

7 *Malarum rerum audacia non est fortitudo, nec aliena largiri, liberalitas, liberalis est, qui quod alteri donat, sibi detrahit.*

Maioris animi est Vrbes non rapere quam spargere.

8 *Tribuens Elemosinam ex Bonis defuncti etiam pro defuncto, dicitur hæreditatem adire, & quare.*

9 *Post matrimonium consumatum, non potest Coniux ingredi Religionem, & quare.*

10 *Vxor, etiam de Bonis Dotalibus non potest regulariter elemosinari, fallit, vt n. 11. & seq. & an aliquando prohibente Marito n. 12. & vsq. ad quam summam nn. 13. & generaliter quando id possit Vxor n. 14.*

15 *Extreme indigenti, potest quilibet, etiam ex alieno Elemosinam facere*

1 Elemosina pauperibus (quamuis sit priuilegiatissima, vt alibi diximus) regulariter tamen de bonis alienis fieri non potest, *c. sicut dignum 6. §. eos de Homicid. c. cum te 22. de iure iur. can. non est putanda p. q. p. can. 2. & can. Elemosinam 14. q. 5. can. quod Deo 33. q. 5. vbi gl. in V. hunc. Docet Alb. in c. si quis propter n. 4 de furt. Menoch de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 182. n. 44. & de præs. lib. 4. præs. 49. n. 8. Mascard. de prob. lib. p. concl. 44 n. 18. & seq* vbi quod, nec etiam pro Defuncto.

2 Probatur etiam, ex *tex. Aug in can. is autem 22. q. 2. ibi,* At prodesse possumus mentiendo, possumus, & furando, nec tamen licet Diuiti clam auferre, & pauperi palam dare, *ad idem est tex.*

3 *Aug. in can. neque 14 q. 5.* vbi quod Rapinam Elemosina non sufficiat, & ratio sumi potest, *ex tex. D. Greg. in d. can. non est putanda p. q p. ibi,* propter peccata Elemosinas facere oportet, non propter Elemosinas peccata perpetrare: probat

4 etiam *tex. Thob. 4. ibi,* ex substantia tua fac Elemosinam, ergo non ex aliena, Ad idem, *tex. prou. 3. ibi,* Honora Dominum de tua substantia, *vnde Luc. 12. dixit Zacheus,* ecce

5 Dimidium Bonorum meorum do pauperibus, *Adde tex. in l. & elegeater 7. §. idem labeo ff. de Dolo,* vbi soluens misericordia motus compeditum seruum, tenetur in factum, si dolo autem, furti.

6 Nec potest quis de alieno largiri, *vt probat tex. in l. si pignore 54. §. p. ff. de furt. ibi,* qui furatur, vt donet, adhuc est fur, nam lucri species est ex alieno largiri, & Beneficij sibi Debitorem acquirere.

7 Vnde Tullius in paradoxis inuehendo dixit: Aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur, *& p. de offic.* sunt quidam (inquit) qui alijs eripiunt, quod alijs largiantur, quo nihil magis officio potest esse contrarium, vnde *& Sen. p. de Clement.* liberalis est (ait) non qui aliena largitur, sed, qui, quod alteri donat, sibi detrahit, ex quo, *idem Sen. 2. de Benef.* carpit Alexandrum Vrbes donantem dicens, quanto maioris animi fuisset, Vrbes non rapere, quam spargere.

8 Infertur ex Conclusione, quod si quis det Elemosinam de bonis Defuncti, etiam pro Defuncto, censetur ex hoc, eius hæreditatem adire, saltem quando non erat Elemosina necessaria puta pro funere, vel causa simili, & hoc ne præsumatur delictum, vt scilicet quis de alieno Elemosinam fecerit, *probat Mascard. de prob. conclus. 44. n. 18. vol. p. de prob.*

9 Infertur etiam, quod post consumatum matrimonium non licet ingredi Religionem inuito coniuge, qui habet Ius in corpus alterius coniugis, quia non licet oblationem Deo facere de alieno, *ita D. Thom. in supplemento q. 61. ar. p.*

10 Ampliatur Conclusio, vt nec Vxor de Bonis Dotalibus regulariter possit Elemosinam facere, nisi saltem tacite permittente Marito, *Hostiens. in summ. de pœnit. & remiss. in §. quibus vers. quid de Agentibus pænitentiam.*

11 Potest tamen Vxor moderatam Elemosinam facere de Bonis Dotalibus, ac Mariti secundum consuetudinem Domus, & præsertim pro Anima ipsius Mariti, *ad tex. in leg. vel vniuersorum ff. de pign. action. & in l. p. C. quod cum eo gl. in c. manifestum 33. q. 5. Bart. in l. p. ff. Rerum amotarum, Abb. post Hostiens. in c. 3. n. 4. de furt.* vbi quod potest non contradicente Marito, & conformando Conscientiam ad præsumptam Mariti voluntatem, *Rim. Sen. cons. 84. n. 23. lib. p.* vbi quod Vxor habens gubernationem rerum Mariti, quæ sunt in Domo, potest de illis Elemosinam facere.

12 Ampliatur, vt etiam prohibente Marito, possit Vxor moderatam Elemosinam facere secundum consuetudinem Mulierum sui status, *ita contra Tartianum, Nauarram D. Antoninum, Grassium cum Ferandes Bonacina, Reginaldo, Lessio, Coninch. Molina comprobat Diana Resol. Moral. p. 3. tr. 35. & p. Miscellan. Res. 33.* vbi rationem adducit, quoniam tali in casu Maritus est rationabiliter inuitus, & Vxor non est mancipium, neque Ancilla, sed Socia bonorum, ac proinde Maritus

cum

eam in ſtatu decenti, ſuſtentare tenetur.

13 Declaratur, vt Vxor poſſit inſcio Marito in annuam Elemoſinam diſpenſare vigeſimam partem annui prouentus, *Malderus in 22. D. Thom. q. 32. ar. 8. Cenedo de paupert. Religioſ. Dub. 32. n. 14. Ledeſm. in ſumm. to. 2. tr. 4. cap. 3. concl. 38. Vegha in ſumm. to. 2. c. 17. Diana Res moral. p. 2. tr. 15. p. Miſcellan. Reſ. 33. verſ. ſed dicet aliquis,* vbi tamen refert etiam ſententiam Hiſpani Bannez. permittentis Vxori diſpenſationem Elemoſinæ, vſq; ad vigeſimam lucri annualis.

14 Generaliter autem quando poſſit Vxor Elemoſinam facere de Bonis Mariti, vel Dotalibus, vide vltra prædictos, *apud D. Thom. 22. q. 32. art. 8. & apud allegatos à Tiraquello in l. ſi vnquam C. de Reuoc. Donat. n. 218. gloſ. 5. & apud Nauar. in man. c. 17. n. 154.* vbi ponit octo caſus, quibus poteſt Vxor Elemoſinam largiri de Bonis Mariti, *& apud Em. Sa. in Aphoriſm. in V. Elemoſina n. 31. & apud Dianam Reſ. mor. p. 5. tr. 8. de Elemoſina Reſ. 34.* vbi refert ſeptem caſus.

15 Vltimo adde, quod extreme indigenti indiſtincte, non ſolum Vxor de Bonis Mariti, ſed quilibet ex alieno poteſt Elemoſinam facere, *ad tradita per D. Thom. 22. q. 32. ar. 7. dixi latius in V. Elemoſina, & in V. Furtum.*

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

Non Nobis Domine non Nobis,
Sed Nomini tuo da Gloriam.



PARS TERTIA.

CAPVT PRIMVM.

PAupertas nō est de genere malorū, nec dici potest simpliciter, & absolute malum, *vt probaui p. 2. in V. malum*, & quamuis quo ad priuilegia equiparetur Infirmitati, non est tamen infirmitas, *vt ostendi ead. p. 2. in V. Infirmitas*, quia tamen aliquibus paupertas videtur esse magnum malum, & Infirmitas grauis, & quo ad eos, ita est si sic arbitrantur, propterea si non possum hoc ab eorronea eorum opinione diuellere, suadebo saltē quod non est hoc insanabile malum, nec morbus immedicabilis, habet enim sua Remedia præseruatiua, lenitiua, & correctiua, seu curatiua.

REMEDIVM PRIMVM.

Elemosina.

SVMMARIVM.

1 *PAupertatis Remedium preseruatiuum, est Elemosina, & sic paupertas, vt ibi.*
Si non misereris, miser eris.
Elemosina prodest omni malo.
2 *Elemosina conseruat Diuitias, & incerta ponit in tuto, & substantiam eximit ab accidentibus, vide versus, Martialis, & Authoris.*
3 *Elemosina auget Diuitias.*
Mendici Dei sumus.
Deus videtur dicere Diuiti, Do, vt des, vel Do, si Des pauperi.
Fœneratur Domino, qui pauperis miseretur.
Elemosina Ars omnium quastuosissima, dat centuplũ, etiam in hoc saculo, vide versus Authoris.
Pascua Diuitum pauperes, à pauperibus Diuites dicantur.
Fiscus tollit, quod Christus non accipit.
4 *Elemosina etiam extra gratiam facta prodest ad bona temporalia.*
5 *Elemosina magis prodest ad Celestes Diuitias acquirendas, & ipsa paupertas dans pauperi thesaurizat in Celo, vide ibi.*

1 PRimum ergo Remedium præseruatiuum paupertatis est Elemosina, hoc est dare pauperibus, & sic paupertatis Remedium, est ipsa paupertas, nam paupertas proximi mei, Elemosinis meis subleuata, subleuat me, & à paupertate tutatur; *ter. est pro.* 28. qui dat pauperi non indigebit, & qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam, & ego addo, & dico tibi, si non misereris, miser eris, Tu vero ne miser sis, malus es, & quia malus es, miser eris.

Et pro. 31. spolijs non indigebit manum suam aperuit Inopi, & Palmas suas extendit ad pauperem, non timebit à frigoribus niuis.

Et in lib. Thob. c. 4. Dixit Thobias Thobiæ filio suo, esto misericors quomodo potes, præmium enim bonum tibi Thesaurizas in die necessitatis.

Et Apostolus 2. *ad cor.* 8. in præsenti tempore vestra Abundantia, illorum Inopiam suppleat, vt, & illorum Abundantia, vestræ Inopiæ sit supplementum, & fiat æqualitas.

Et quamuis concedamus paupertatem esse aliquando aliquo modo malum, scilicet non culpæ, sed pœnæ, seu pænitentiæ, *vt dixi p.* 2. *in V. Malum, & in V. Mulcta, et pena*, adhuc Remedium prædictum prodest, quoniam est vniuersale medicamentum, quod Medici Diacatholicon appellarent, de quo infra dixi *c.* 2. *in Remed. perfectionis*, quia videlicet hoc vere, & præseruando, & leniendo, & curando prodest omni morbo, & omni malo, vt probat, *tex. Eccli.* 29. Conclude Elemosinam in corde pauperis, & ipsa pro te exorabit ab

omni malo, & vtinam textus hic in omnium cordibus foret conclusus, vtque in omnium manibus foret Elemosina, & Diuites non audirent, nihil inuenerunt in manibus suis, quia videlicet nihil posuerunt in manibus pauperis.

2 Amplia p. vt Elemosina non solum sit Remediũ præseruatiuum paupertatis, sed etiã Remedium conseruatiuum Diuitiarum, quo videlicet incerta ponuntur in tuto, & substantia eximitur, vt non subiaceat accidentibus, *vnde D. Jo. Chrisost. hom. 7. de paupert.* opes transfugæ sunt, quomodo tenebuntur, distributæ manent, custoditæ fugiunt, *& S. Cyp. de elemos.* in tuto est hæreditas, quæ Deo custode seruatur.

Et sane, qui pauperibus dedit, potest intrepide pronunciare, quod scriptum reliquit moralis ille Phylosophus quidem, sed, nec à Theologo deserendus, quem inter Ecclesiasticos scriptores laudans retulit, *D. Hieron. in lib. de scriptoribus Eccles. Seneca inquam lib. 6. de Benef.* hoc habeo quodqunque dedi, Hæ sunt Diuitiæ certæ in quaqunq; sortis humanæ leuitate vno loco permansuræ.

Cecinit argutissimus Hyspanis *Mart. lib. 5. Ep. 43.*

Extra fortunam est, quicquid donatur Amicis
Quas dederis, solas semper habebis opes.
Ego vero verius canam.
Extra fortunam est quicquid donatur egenis.
Quas Inopi dederis, semper habebis opes.

Et merito, *Thob 12.* dicitur, Bona est oratio cũ Ieiunio, & Elemosina magis, quam Thesauros reponere, *& D. Petr. Crisol. Serm. 41.* Homo dando pauperi, das tibi Tu solum, quod pauperi dederis, hoc habebis.

3 Amplia 2. vt non solum Elemosina Diuitias conseruet, sed augeat adeo vt non solum sit tutissimum remedium ad euadendam Inopiam, sed etiam medium efficax ad inuadendas opes, vnde *Ps. 111.* Groria, & Diuitiæ in Domo eius, Dispersit dedit pauperibus, *et pro. 11.* Anima, quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat inebriatur, & prius *Pro. 3.* Honora Deum de tua substantia, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt, & iterum, *Pro. 11.* alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.

Adde, *Bellarm. de Arte ben. morien. c. 9.* Elemosina sæpe causa est, vt crescant Bona temporalia, idque probat etiam exemplis Thobiæ Viduæ, & aliorum, *& D. Pet. Chrisol. serm. 104. in fine* Diues quantum largiter profundit, tantum largiter Redundat in Rebus, esto ergo Diues in misericordia si semper esse vis Diues, & tunc erũt Horrea tua maiora, tunc plena si non fuerint largitate vaqua, cupiditate inclusa, *& Aug. serm. 35. in Euang. Matt. de verb. Dom.* omnes cum oramus, Mendici Dei sumus, petit à te mendicus, & tu es Dei Mendicus, accipere vultis, date, & dabitur vobis, & quod gratis accepistis gratis date *Matt. 10* quasi Deus dicat Diuiti, do vt des, vel do si des pauperi.

Plus autem accipit quam dat, qui pauperibus elemosinam præstat, *vt dixit idem Aug. in Ps. 102.* feneratur enim Domino, qui pauperis miseretur, & vicissitudinem reddet ei, vt pollicetur sapiens *Prou. 19* vnde *D. Io. Chrisost. Hom. 35. ad populum.* Elemosina est ars omnium quæstuosissima est vera, & Sacra Viura, in Rebus profanis Crimen est viura, apud Deum Laus est, da pauperibus, & Deum habeas debitorum.

Et Luc. 18. dicitur, nemo est, qui reliquerit Domum, aut parentes, aut filios, aut Vxorem propter Regnum Dei, qui non accipiat multo plura in hoc tempore, & in alio vitam æternam, *et Marci 10.* nemo est, qui reliquerit Domum, aut Fratres aut Sorores, aut Patrem, aut Matrem, aut filios, aut Agros propter me, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc, & in sæculo futuro vitam æternam.

Et D. Petr. Crisol. serm. 25. viura Mundi, centum dat ad vnum, Deus vnum accipit ad centum, & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum.

Et S. Leo serm. 10. de quadrag. non potest largitatis deesse materia, vbi Christus pascit, & pascitur, qui panem frangendo auget, & erogando multiplicat. Elemosinæ distributor, tunc maximum lucrum habebit cum sibi minimum reseruauerit, *et idem de Ieiun. Decim. Mens. serm. p.* quæ potuit multiplicare dando, potest augere sumendo, *et serm. 6* qui pecunias amat, & multiplicare suas opes immodicis optat augmentis, hoc potius sanctum opus exerceat, & hac vsurarum arte ditescat, & hic etiam dici potest, *quod dixit idem S. Leo in serm. de Natiuit. Apost.* Grana quas singula cadunt, multiplicata nascuntur.

Vnde si supra cecini, quas inopi dederis, semper habebis opes, & nunc altius cano, quas inopi dederis multiplicabis opes, immo etiam, quas inopi dederis centuplicabis opes.

Et ita tum a pauperibus Diuites ditentur, etiam in hoc sensu optime sonat, *tex. Eccli. 13.* Pasqua Diuitum pauperes, *et 2. ad cor. 6.* sicut egentes, multos autem loquplentantes.

Confert ad prædicta, *tex. Aug. in c. maiores 16. q. 7.* maiores nostri copijs abundabant, quia Deo Decimas, & Cæsari tributum præstabant, nunc Fiscus tollit, quod Christus non accipit, iuncto *tex eiusd. Aug. in c. tua nos de Decimis*, Decimæ, fratres, tributa sunt egentium Animarum.

4 Ampliare potes, 3. Conclusionem prædictam, vt procedat etiam in elemosina facta à non existente in Gratia Dei, quoniam, & illa prodesse potest ad Bona temporalia consequenda, *vt ostendi p. 2. in V. Elemosina 2.*

5 Amplia etiam 4. vt Elemosina non solum ad terrenas, & temporales, sed multo magis ad Cælestes, ac æternas Diuitias comparandas, sit optimum

mum medium, atq; Remedium, vnde *Thob.* 4. dixit Thobias Thobiæ filio suo, noli auertere faciem tuam ab omni paupere, ne à te auertatur facies Domini, quomodo poteris, ita esto misericors, præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitas, quoniam Elemosina non patietur Animā Ire in tenebras, *et Matt.* 6. Thesaurizate vobis Thesauros in Cœlo, vbi, nec erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures nō effodiunt, nec furantur.

Quomodo autem thesaurizetur in Cœlo, alibi declaratur, cum dicitur *Matt.* 16. *Marc.* 10. *Luc.* 18. si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis Thesaurum in Cœlo.

Vnde D. Laurentius, vere respondit, facultates Ecclesiæ, quas requiris in Cœlestes Thesauros manus pauperum deportauerunt, hinc, *et D. Petr. Crisol. serm.* 7. præmittamus inquit Thesauros nostros in Cœlum, sint vectores pauperes, Tuta est ista transuectio, per quam nostra ad Deum, Deo fideiussore, portantur.

Sic, *et Luc.* 16. dicitur, facite vobis Amicos de Mamnona iniquitatis, vt recipiant vos in æterna Tabernacula, super quo, *D. Greg. lib.* 19. *moral. c.* 11. inquit, vt in sua manu Diuites post mortem quicquam inueniant, eis ante mortē dicitur, Diuitias suas, in quorum manibus ponant, *et S. Leo de Collectis serm.* 4. cibus egeni, Regni Cælestis est prætium, *et Pro.* 14. qui miseretur pauperis, Beatus erit, vnde, *et Luc.* 19. dum Zacheus dixit ecce Dimidium Bonorum meorum do pauperibꝰ, audiuit à Domino, Hodie salus Domui huic facta est, *et iterum Matt.* 19. *sub finem.* omnis, qui reliquerit Domum, aut fratres, aut Sororem, aut Patrem, aut Matrem, aut Vxorem, aut Agros, propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit, idemq; confirmatur, *Marcus* 10. *et Luc.* 18. nec dicas, quod hoc Remedium, non videtur congruere, seu applicari posse pau-pauperibus, cum in eis deficiat Elemosinæ materia, quia respondetur, quod facultas elemosinandi communis est, etiam pauperibus, *vt ostendi p.* 2. *in V. Elemosina* 2. *sub finem*, immo est in ijs aliquando longe facilior, quia in pauperibus impotentibus sufficit Elemosina cordis, quæ in Diuitibus non sufficit, *vt ibi diximus*, præterea ad requirendas Diuinas Diuitias, ipsa paupertas vtilior est, quam pecunia, & quam Diuitię ipsæ temporales, vt copiose comprobauimus, *p.* 2. *in V. Salus, vbi vide si places.*

REMEDIVM. II.

Timor Domini.

SVMMARIVM.

1 *Remedium paupertatis lenitiuum, præseruatiuum, curatiuum, Timor Domini.*

2 *Qui timet Deum, iustus est, & qui iustus est, timet Deum, vt ibi.*

3 *Iustus timet Deum timore filiali, non seruili, & in quo differant hi timores, crescente Charitate timor seruili minuitur, & filialis augetur.*

4 *Timenti Dominum non occurrent mala.*

Vacare culpa in calamitate, solatium, Plusquam passio, vexat causa patiendi.

5 *Timor Domini, Diuitias tribuit, Bona dicuntur, quia digna Bonis.*

6 *Timens Deum, non solum sibi, sed alijs Diuitias impetrat.*

7 *Diuitiæ etiam peccatoribus dantur, sed vide ibi.*

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

Quare paupertas apud Bonos esse soleat ex Aristotele.

Paupertas peccatori flagellum, iusto tribulatio.

1 Remedium paupertatis, non solum lenitiuum, sed præseruatiuum, & curatiuum est Timor Domini, *vnde Ps.* 33. timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum, *et Ps.* 36. Iunior fui, etenim senui non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem (sed vt nam ego iustus, & derelictus, & quærens panem) *et Matt.* 6. quærite primum Regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis, *& iterum Ps.* 33. Diuites eguerunt, & esurierunt, Inquirentes autē Dominum non minuentur omni bono, *et Ps.* 32. ecce oculi Domini super iustos, vt alat eos in fame.

2 Nec dicas me hic transire ex timente Deum ad iustum, qui videntur termini diuersi, nam respondetur non esse diuersos, nam qui timet Deum Timo. e, non solo seruili, ac pœnali, sed vero filiali, necessario est etiam iustus, *vnde Eccli.* 11. qui timet Dominum, faciet Bona, *et Eccli* 25. Beatus cui donatum est habere timorem Domini, immo, vt dicitur, *Eccli.* 10. non est major illo, qui timet Deum, *et Eccli.* 23. nil melius, quam Timor Dei, *& eccli. p.* plenitudo Sapientiæ est timere Deum, *vnde, et Ps.* 33. dicitur, venite filij audite me, Timorem Domini docebo vos.

Et econuerso, etiam, qui iustus est necessario timet Deum, vnde *Ps.* 51. videbunt iusti, & timebunt, *et Iob. p.* erat Iob vir simplex Rectus, & timens Deum, *et Luc.* 2. Simeon vir Iustus, & timoratus, *et act. Apost.* 10. Cornelius vir Iustus, & timens Deum, *et Iudit.* 8. ora pro nobis, quia Mulier Sancta es, & timens Deum.

3 Nec obstat, *tex. pro.* 3. custodi legem, & si dormieris non timebis, *et p. Iob.* 4. perfecta Charitas foras mittit Timorem, *et Sen. Ep.* 47. Dominis parum est, quod Deo satis est, qui colitur, & amatur, non potest Amor cum timore misceri.

Respondetur enim, quod hæc, & similia intelliguntur de timore seruili, prout, & illud, *ad Rom.* 13. vis non timere potestatem? Bonum fac.

Vnde, *et Arist.* 2. *econom. c. etiam* 2. docet quod duplex est timoris species, vna cum Reuerē-tia,

tia, & pudore, quo vtuntur ad patres filij modesti, & Ciues bene morati ad beneuolos Gubernatores altera cum inimicitia, & odio, sicut serui ad Dominos, & Ciues ad Tyrannos iniustos *& D. Thom. 22. q. 19. art. 5.* docet, quod timor seruilis, & filialis differunt specie, & quod obiectum seruilis, est malum pœnæ, filialis vero, malum culpæ, *& art. 10.* docet, quod crescente Charitate, timor seruilis minuitur, sed filialis augetur.

4 Quod si concederemus, etiam paupertatem esse aliquo modo malum, quod tamen non admitto, nisi iuxta ea, quæ tradidi, *p. 2. in V. malum*, adhuc tamen Remedium hoc prodesset, nam, vt dicitur, *Eccli. 33.* timenti Dominum non occurret mala, *& Eccli. 34.* qui timet Dominum, nihil trepidabit (ergo, qui timet Deum, nec paupertatem timebit, *vnde, & Ios. p.* dicitur, noli metuere, & noli timere, quia tecum est Dominus.

Accedat, quod refert *Plut. de Cons. ad Appoll. ibi*, Crantor ait, vacare culpa in calamitatibus magnum esse solatium, *& Sen. in opusc. quare Bonis viris mala accidant cum sit prouidentia*, magis inquit his, quæ patitur, vexat causa patiendi, *& Petr. 2. de Remed. D. 9.* virtus vna contra fortunam contraq; paupertatem Ars optima.

5 Amplia pr. vt Timor Domini non solum à paupertate præseruet, sed etiam Diuitias tribuat, *vnde Ps. 111.* Beatus vir qui timet Dominũ, &c. Gloria, & Diuitiæ in Domo eius, &c. potens in terra erit semen eius, & consonat, *Ps. p.* Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, sed in lege Domini voluntas eius, Omnia quæcunque faciet prosperabuntur, non sic impij non sic, *& Paralipom. 31.* Ezecchias operatus est rectum, & bonum, & verum coram Domino, & prosperatus est, *& Leuitici 25.* facite præcepta mea, vt gignat vobis humus fructus suos, *& Leuit. 26.* si feceritis mandata mea apprehendet Messium tritura Vindemiam, & vindemia sementem occupabit, *& Ps. 36.* spera in Domino, & fac Bonitatem, & pasceris in Diuitijs eius, *& Ps. 83.* non priuabit Bonis eos, qui ambulant in innocentia, *& Ps. 33.* Inquirentes autem Dominum non minuentur omni Bono, *& Hierem. 31.* Inebriabo Animam Sacerdotum, & populus meus bonis meis adimplebitur, *& Ps. 22.* Dominus regit me, nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit, *& pro. 14.* Domus impiorum delebitur, Tabernacula iustorum germinabunt, & tex. omnium adhoc optimus in nostris terminis est, *Ps. 144.* voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet Deus, & confert, quod ex festo, seu sexto Pompeio, Bona dicuntur, quia digna sunt bonis, *refert Tiraq. in l. si vnquam C. de Reuoc. Don. in V. Bona in princ.* vel ut dicebona, quia debita bonis.

6 Amplia 2. vt Iustus, & timens Deum, non solum sibi, sed alijs, & Domino Diuitias impetret à Domino, vnde *gen. 30.* Benedixit Dominus Phutiphar propter Ioseph, *& confert tex. 2. ad Cor. 6.* sicut egentes, multos autem locupletantes, sicut nihil habentes, & omnia possidentes, & merito, quia Deus est omnia, & omnibus, & præter Deum, & sine Deo, sunt omnia nihil.

7 Sed prædictis, & præsertim textui *pro. 14. ibi*, Tabernacula iustorum germinabunt, obstare videtur textus *Iob. 12. ibi*, abundant Tabernacula prædonum, *et Ps. 33. ibi*, Diuites eguerunt, & esurierunt, obstare videtur, *Ps. 82. ibi*, ecce ipsi peccatores, & abũdãtes in sæculo obtinuerunt Diuitias.

Sed tu lege inferius eodem in psalmo, vbi habebis Responsionem ibi Deiecisti eos dum alleuarentur subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam, & consonat *Claudian. in Rufin.* iam non ad sydera vectos iniustos creuisse queror tolluntur in altũ, vt lapsu grauiore ruant, *& Sen.* Quo altius surrexit, vergit pronius in ruinam, *& Ps. 48.* ne timueris cum Diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit Gloria Domus eius, nam cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo Gloria eius, *& Iob. 20.* Diuitias, quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet Deus.

Sed obstare videtur etiam, *Ps. p. ibi*, omnia, quæcunque faciet prosperabuntur, non sic impij non sic, obstare inquam videtur *Hieremi. 12.* iustus es Domine, veruntamen iusta loquor ad te, quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt.

At respondere potes, *ex Iacob. de Valentia in expositione eiusdem Psa.* quod Dauid ibi, loquitur de prosperitate spirituali, & de gratia, & gloria, & astipulari videtur Augustinus contra Adamantium allegandus in fine.

Obstare potest, *et Sen. p. de benef.* hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimus, hoc posteri quoq; nostri querentur, regnare nequitiã, in deterius res mortales labi, *et Eccles. 8.* sunt iusti, quibus mala eueniunt, ac si opera egerint impiorum sunt iusti, ita securi, ac si iustorum facta habeant.

Obstare videtur etiam, *Arist. sect. 24. pro. 9.* quærens cur paupertas apud homines Bonos, potius esse, quam apud prauos soleat, vbi post alias rationes, hanc subdit, an quia mala est, nunquam se malis iungere velit, nam si ita maluerit, omnino malum irremediabile ipsa reddetur, *et D. Greg. in Ps. 3. pœnit.* in vita sua plerumq; Bona mali recipiunt.

Sed responde ex ijs, quæ scribit, *Sen. in opusculo* quare Bonis viris mala accidant cum sit prouidentia, *et Plut. in opusc. de sera numinis vindicta, vel vt legunt alij, de his, qui tarde à numine corripiuntur.*

Et adde, quod sicut multa flagella peccatoris, *Ps. 31.* & multæ tribulationes iustorum, *Ps. 33.* ita paupertas dici potest peccatoris flagellum, iusto tribulatio, quæ semper maius eius Bonum operatur.

Adde etiam, *D. Aug. lib. p. de Ciuit. Dei c. 8.* in rebus

rebus secundis si non eas Deus, quibusdam petentibus concederet, non ad eum ista pertinere dicerentur, & si omnibus petentibus daret, non nisi propter ista præmia, seruiendum illi arbitraremur & paulo ante, temporalia bona, & mala, bonis, & malis voluit Deus esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus, & boni plerumque afficiuntur.

Vltimo dic, quod licet deneget aliquando Deus iustis, ac timentibus eum, temporales Diuitias, occulto, non tamen iniusto iudicio, nunquam tamen denegat æternas, vnde, *D. Aug. contra Adamantum c. 19.* sic ait, de eo quod scriptum est, Ego sum qui Diuitias do Amicis meis, & paupertatem inimicis meis, opponunt, Beati pauperes & Vhe Diuitibus, *Luc. 6. sed et Luc. 16.* dicitur Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, præterea, illud videtur intelligendum de Diuitijs Cœlestibus, nam temporales etiam in veteri Testamento fuisse contemptas, & superius docui, & innumerabilibus locis, qui legere voluerint, inuenient, vnde *et Ps. 36.* dicitur, melius est modicum iusto super Diuitias peccatorum multas, *et Ps. 118* Bonum mihi lex oris tui super millia Auri, & Argenti.

REMEDIVM III.

Spes in Deo.

SVMMARIVM.

1 *Spes in Deo. Remedium paupertatis præseruatiuum lenitiuum, curatiuum, nec in secundis confidendum, nec desperandum in aduersis.*

Maledictus, qui confidit in homine, & non in Deo.

2 *Spes in Deo, est etiam remedium ad Diuitias comparandas.*

3 *Sperans in Diuitijs, & non in Deo, Diuitias amittit. Sperans super Infideli, amittet pallium in die frigoris. Non sperandum in baculo Arundineo.*

4 *Rari Diuites, qui non confidant in Diuitijs suis, & magis quam in ijs est.*

5 *Deus vult, & potest adiuuare, ac adiuuat sperantes in eo, et præsumentes, Sperandum in Deo in æternum, et vltra.*

6 *Disputare, vel dubitare de Principis potestate, sacrilegum, de Dei vero, hæreticum, Dæmoniaci, qui pro opibus ad Dæmonis opem confugiunt.*

7 *Diuitiæ, et paupertas à Deo sunt, quicquid dixerit Plinius.*

8 *Fortuna nomen conuenit etiam Deo.*

9 *Diuitiæ sperandæ sunt potius quam postulandæ.*

10 *Quia non sunt absolute bona, non sunt absolute petenda.*

11 *Spes non debet Ignauiam parere, ne expectatio Diuitiarum, sit causa paupertatis, sic age, ac si nil speres, sic spera, ac si nil agas.*

1 Remedium lenitiuum, præseruatiuum, & curatiuum paupertatis, est spes, & confidentia in prouidentia Dei, vnde, *Ps. 54.* Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, *& Ps. 32.* ecce oculi Domini super iustos, & in eos, qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte Animas eorum, & alat eos in fame, *& Ps. 30.* infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, Ego dixi Deus meus es tu, in manibus tuis fortes meæ, *& Ps. 22.* Dominus regit me, & nihil mihi deerit, *& Ps. 36.* Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, *& Ps. 106.* Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Confert tex. Euangelicus *Lucæ 12.* si fœnum Deus sic vestit, si Coruos pascit, quibus non est horreum, neq; cellarium, quanto magis vos pusilli fidei, *accedat Sen. in Thebte act. 3.* nemo confidat nimium secundis, nemo desperet meliora lapsus.

Et sicut maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem bracchium suum, & à Domino recedit cor eius *Hierem. 17.* Ita Beatus, cuius est nomen Domini spes eius *Ps. 36.*

2 Amplia pr. vt spes in Deo sit remedium etiam ad diuitias comparandas, *vnde Ps. 36.* spera in Deo, & fac Bonitatem, & pasceris in Diuitijs eius *& Ps. 38.* & nunc, quæ est expectatio mea, non ne Dominus, & substantia mea apud te est, *& Ps. 22.* Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, *& Ps. 29.* in te speraui Domine, in manibus tuis fortes meæ.

Confert, *tex. 2. ad cor. 6.* sicut egentes, multos autem loquupletantes, sicut nihil habentes, & omnia possidentes, *& p. ad Tim. 6.* Diuitibus huius sæculi precipe non sublime sapere, nec sperare in incerto Diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad faciendum.

3 Amplia 2. vt qui non sperant in Deo, sed in Diuitijs, amittant Diuitias, & incidant in paupertatem, *vnde pro. 11.* qui confidit in Diuitijs suis corruet, Iusti autem quasi virens folium germinabit *& Ps. 48.* qui confidunt in virtute sua, & in multitudine Diuitiarum suarum gloriantur, relinquent alienis Diuitias suas, & sepulcra eorum, Domus illorum in æternum, *& Ps. 51.* ecce homo, qui sperauit in multitudine Diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua, *& Ps. 36.* Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas, *& pro. 25.* qui sperat super Infideli, amittet pallium in die frigoris, & huc etiam trahi potest, *tex. 4. Reg. 17.* An speras super baculo arundineo, atque confracto Ægypto super quem si incubuerit homo ingredietur manum eius, & perforabit eam? sic Farao omnibus sperantibus in eum.

4 Declara, quod rari sint Diuites, qui non confidant

dant in diuitijs suis, *vnde Eccli. 31.* Beatus Diues, qui non sperauit in pecuniæ Thesauris, quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.

Immo sæpe de facultatibus suis amplius, quam in ijs est sperant homines, vt loquitur, *tex. in §. in fraudem inst. tit. quib. ex caus. man. non lic.*

Et, vt dixit *Petr. 2. de rem. D. 13.* iam frustra Diuitibus huius sæculi præcipitur non sublime sapere, nec sperare in incerto Diuitiarum suarum.

5 Ratio principalis Conclusionis, ac Remedij prædicti, est, quia Deus vult, & potest adiuuare, & efficaciter adiuuat sperantes in eo, *vnde Ps. 90,* quoniam in me sperauit, liberabo eum, *& ad Rom. 5.* spes non confundit, *& Ps. 30.* In te Domine speraui non confundar in æternum, & plus dicitur *Michea 4.* ambulabimus in nomine Domini in æternum, & vltra, *& Iob. 30.* etiam si occiderit me, in ipso sperabo, *& Iudit. 6.* non derelinquis præsumentes de te.

6 Supposita autem Dei voluntate, disputare, vel dubitare de potestate, non modo Sacrilegum, vt dicitur de Principe *in leg. 2. C. de Crim. Sacril.* sed Hæreticum foret in Deo, & Demoniaci videntur qui pro consequendis Diuitijs, & opibus ad Dæmonis opem confugere non erubescunt, & quicquid dixerit,

7 *Plinius lib. p. nat. histor. ibi,* singulis sydera tributa sunt nobis, clara Diuitibus, minora pauperibus.

Veritas tamen est, quod Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat, suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, vt dicitur *p. Reg. 2.* & Diues, & pauper obuiauerunt sibi, vtriusque operator est Dominus *pro. 22.* & pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualis est illi cura de omnibus *Sap. 6.* & Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas, a Deo sunt, *Eccli. 11.* & Dominus dat escam esurientibus *Ps. 145.* & dat niuem sicut lanam, *Ps. 146.*

Vnde *& Iob. c. p.* dixit, si Bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit, & consonat *Horat. lib. p. Ep.* ad quintum, sed satis est orare Iouem, qui donat, & aufert *& Sen. 4. de benef.* Virgilianum illud referens ait, si gratus es dices, Deus nobis hæc otia fecit.

8 Quod si Diuitiæ dicuntur bona fortunæ, vt dixi *p. p. q. 3.* etiam fortunæ nomen conuenit Deo secundum ibid. dicta ex D. Aug. & D. Thom. & secundum hoc, saluari posset, Virgilianum illud 8. en. fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum, & agnouit *Sen. 4. de benef.* natura, fatum, fortuna omnia Dei nomina sunt, varie vtentis sua potestate.

9 Limita pr. prædictam Conclusionem, quia Diuitiæ sunt à Deo sperandæ, sed non postulandæ saltem determinate, *vt per D. Thom. 22. q. 83. art. 5. vnde 2. Reg. 3.* dixit Dominus Salomoni, quia postulasti verbum hoc, nec petisti dies multos, nec Diuitias, nec animas inimicorum, dabo tibi cor sapiens, *& eod. lib. 2. Reg. c. tamen 10.* dicitur, magnificatus est Rex Salomon super omnes Reges Terræ Diuitijs, ac sapientia, Confert ad idem, *tex. Matt. 6.* quærite primum Regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.

10 Et generaliter quæ non sunt simpliciter, & absolute bona, sed indifferentia, quæ possunt esse Bona, simul, & mala, non sunt a Deo simpliciter, & absolute petenda, *D. Thom. 22. q. 83. ar. 5.* sed potius Deo est exponenda, & repræsentanda necessitas, vt est exemplum, *Matt. 8. ibi,* Puer meus iacet in Domo Paraliticus, *& Ioa. 11.* ecce, quem amas infirmatur, *& Matt. 15.* filia mea male a Domino vexatur, & Socrates ipse solo naturæ lumine ductus, nihil a Dijs petendum esse docebat, quam, vt Bona tribuerent, vt refert *Val. Max. lib. 7. memor. c. 2.*

11 Limita 2. quia non ita sperare debes in Deo, vt tu nihil agas, ne sic spes ignauiam pariat, tunc enim expectatio Diuitiarum, est causa paupertatis, vt dixit *Tacit. lib. 16. an c. p.* ergo sic enixe operari, ac agere debes, ac si nihil aliunde sperares, & econtra debes, ita fiducialiter sperare in Deo, ac si tu nihil egisses, *& vide, quę dixi in Remedio proximo.*

REMEDIVM IV.

Labor.

SVMMARIVM.

1 Labor, Remedium præseruatiuum, & curatiuum paupertatis.
Desideria occidunt pigrum.
Formica, sapientiam docet.
Ventum obseruans, non seminat.
Mercator per mare pauperiem fugit, vide versus.
Qui non curat laborare, non meretur manducare.
Monachi possunt Diuitias ore cauere, & manibus operari ex Aug.
Expectatio Diuitiarum, est causa paupertatis.
Homo natus ad laborandum, Auis ad volandum.
Labor omnia vincit.

2 *Negligentia, capitalis in milite, omnis homo miles, & magis pauper, si labor deterret, merces inuitet.*

3 *Ignauus vmbra gaudet, & igne, Eæ qui non curat habere, vide versus.*

4 *Labor Diuitias acquirit, vult, & non vult piger, Ars census est.*
Quęsita à tutore non præsumuntur quęsita ex bonis pupilli.
Diuitię acquiruntur cum labore, possidentur cum timore, amittuntur cum dolore.

5 *Prohibetur Iuramentum, vt euitetur periurium.*

6 *Melius fieri, quam nasci nobilem, vel Diuitem.*

Pauper

7 *Pauper sum ego, & in laboribus à Iuuentute mea n quomodo intelligatur hoc dictum, remissiue.*
8 *Labor præcipitur, sollicitudo prohibetur, vide ibi.*
9 *Vnus est, & secundum non habet. & laborare non cessat, nemo vnum esse se cogitat, licet quilibet vnicum esse se putet.*
10 *Impius laborans non abundabit, non tam quærere debes, vt habeas, quam, vnde habeas, vide versus.*
11 *Noli laborare, vt diteris, quomodo intelligatur hic, & n. 4. sub fin.*

1 Remedium præseruatiuum, & curatiuum paupertatis, est labor, operatio, opus, & negotium, *vnde pro. c. 20.* dicitur, noli diligere somnũ ne te egestas opprimat (vt genus ignauum, quod lecto gaudet, & vmbra, de quo, *Iuuen. sat. 7. & pro. 28.* qui operetur terram suam, satiabitur panibus, qui sectatur otium, repelebitur egestate, *& pro. 18.* desideria occidunt pigrum, Animæ autem effeminatorum esurient, *& pro. 21.* desideria occidunt pigrum, noluerunt enim quicquam manus eius operari, omnis piger semper in egestate, *& pro. 6.* vade ad Formicam o Piger, & considera vias eius, & disce Sapientiam, *vnde, & Horat.* Impiger extremos curris mercator ad Indos, per Mare pauperiem fugiens per saxa per Ignes, *& Eccles. 11* qui obseruat ventum, non seminat, & qui considerat nubes, non metit, *& Matt. 11.* venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & Ego reficiam vos, *& Ap. ad Thessal. 3.* gratis panem non manducauimus, sed in labore, & fatigatione, si quis non vult operari, nec manducet, & vere, qui non curat laborare, non meretur manducare, & quod, qui non laborat, non manducat, inquit, *gl. 2. in l. quamuis alienus ff. de damn. infect. & Neurzzan. in Sylua lib. 4 n 13.* & quamuis Monachi, illud Apostoli, qui non vult laborare, nec manducet, de operibus spiritualibus intelligerēt, eorum tamen intellectum confutat, *D. Aug. lib. de oper. Monach. c. p. & 16.* vbi, quod cantica Diuina cātare, & manibus operari facile potuit.

Ad idem confert, *Plut. in opu. c. de profectu morum ibi,* pecunia pressi, dum per fastum Diuitibus se comparant (intelligo etiam non laborando) eo magis egent, *& Tacit. lib. 16. an. c. p.* Diuitiarum expectatio, inter causas paupertatis erat, *& iterum Plut. de grecal. en. vitan.* At dices, quomodo alar Haccine inquit te rogare æquum est, qui habeas manus, pedes, vocem, qui homo sis, adde tu *ex Iob. 5.* natus ad laborandum, vt auis ad volandum adde, *& tex. gen. 2.* posuit Deus hominem in Paradiso voluptatis, vt operaretur. *& Virg. pr Georg.* Labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egestatas, At si labor omnia vincit, ergo, & paupertatem vincit.

2 Accedat ratio, quod segnitiæ crimen, capitale est in Milite, *l. omne delictum 6. ff de re milit. vnde, et Ouid. 2. de Arte Aman.* Militiæ species Amor est, discedite segnes, At non solum omnis homo Miles dici potest lato sumpto vocabulo, quoniam Militia est vita hominis super terram, *Iob. 7.* & viuere, militare est, *Sen. Ep. 96.* sed in specie pauper, Militi æquiparatur, *vt dixi p 2. in V. Miles,* quod si in eo gloriabatur Agesilaus, quod nemini in labore cederet, & sibi ipsi magis, quam aliis imperaret, vt refert, *Plut. in lacon. Apopht.* pauper laborare, ac operari non dedignetur. quod si labor fortasse deterret, merces inuitet, vt dixit *D. Bern. de consid. ad Eug. lib. 2. c. 6.* merces autem non temporalis modo, sed, & æterna, *iuxt. tex. Matt. 24* Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit facientem, super omnia Bona sua constituet eum.

3 Sed stultus, vt genus ignauum, quod lecto gaudet, & vmbra æstiua, vel igne hiemali) complicat manus suas dicens, melius est pugillus cum requie, quam plena vtraq; manus cum labore, & afflictione spiritus, *Eccle. 4.* &, vt cecinit, *Horat. lib. 2. Ep. ad Iul. Flor.* sunt, qui non habeant, est, qui nō curat habere, & est, qui mori, potius eligit, quam laborare, *vt ille apud Ouid 9. met.* dum deprecatur dicens, Ægram inuitam animam natamq; laboribus aufer.

4 Amplia, vt labor non solum sit Remedium ad paupertatem vitandam, sed, & ad Diuitias comparandas, *vnde 2. met.* Ars illi sua census erat, Accipe quas habeo studij successor, & hæres dixit opes moriensque mihi nihil ille reliquit præter Aquas, vnum hoc possum appellare paternum, *& pro. 13* vult, & non vult Piger, Anima, autem operantium impinguabitur, *& pro. 21.* Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger, semper in egestate, *& ad Ephes 4.* qui furabatur, iam non furetur, magis autem operetur manibus suis, vt habeat vnde tribuat. necessitatem patienti, *& Eccli. 31.* laborauit Diues in Congregatione substantiæ. *& tex in l. si defunctus 10. C. Arbitr. tut.* vbi quæsita à Tutore, non præsumuntur acquisita ex bonis Pupilli, & subditur ratio ibi, nec pauperibus industria, vel Augmentum patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est, *& Sen. Ep 95.* te nter illos numera, quos Diuitiæ per summum acquisitæ sudorem male habent, & *ex Aug. Bonaue. in Solilog. exerc. 2. c. p. & Bellarm. de Acens. ment. in Deum c. 3.* res temporales acquiruntur cum labore, possidentur cum timore, amittuntur cum dolore.

Idem comprobat etiam, *tex. Eccli. 31.* noli laborare, vt diteris, supponitur enim ibi ex labore Diuitias proficisci, & laborem esse medium ad cōsequendum finem Diuitiarum, & sapiens, vt alienet animum ab immodicis Diuitijs, alienat à labore ordinato ad huiuscemodi Diuitias capessendas, & remouet causam, seu medium, vt effectum, seu finem remoueat.

5 Sic in simili prohibetur iuramentum, vt euitetur periurium, *in c. & si Christus de Iureiur. ibi,* sit sermo vester, est est, non non, *& in c. in nouo 22. q. p*

vbi sic Aug. dictum est, ne omnino iuremus, non quia iurare peccatum sit, sed quia peierare, immare peccatum est, à quo longe nos esse voluit, qui sic commonuit.

6 Adde, quod sicut *ex Sen.* gloriosius est nobilem fieri, quam nobilem nasci, ita gloriosius, vel saltē laudabilius videtur, Diuitem fieri, præsertim laborando, & operando, quam Diuitē nasci, & quamuis, *Martialis lib.* 10. *Ep.* 47. scribens ad se ipsum primum felicitatis gradum constituat in Diuitijs aduentitijs, dicens, vitam, quæ faciunt Beatiorem Iucundissime Martialis hæc sunt, res non parata labore, sed relicta, &c. econtra tamen *cecinit Guarinus*, Qell' e vero gioire, che nasceda virtù doppo il soffrire, *& Eccles.* 4. dicitur, hoc visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo.

7 Sed Conclusionibus supra firmatis, obstare videtur primo *tex. Ps.* 87. pauper sum Ego, & in laboribus a iuuentute mea, ergo labor non est Remedium paupertatis, sed pro responsione, *vide Iac. de Valentia in expos. Ps. prædicti.*

8 Secundo videtur obstare, textus Euangelicus, *Matt. c.* 6. nolite solliciti esse quid manducetis, aut bibatis, *& tamen gen.* 3. dicitur, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, Respondetur hæc non esse contraria. nam hic labor præcipitur, ibi sollicitudo prohibetur, *vnde, & Sen. de vit. Beat.* Phylosophus opes contemnendas dixit, non ne habeat, sed ne sollicitus habeat.

9 Tertio obstare videtur, *tex. Eccles.* 4. reperi aliam vanitatem, vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiatur oculus eius Diuitijs, nec recogitat dicens, cui laboro, nec mirum, quia nemo vnum esse se cogitat, vt dixit *Sen. Ep.* 114. & Ego dico, quod non est vsque ad vnum, qui se cogitet esse vnum, licet vnusquisque vnicum esse se putet qualitatiue magis, quā quantitatiue, sed respondeo quod in contrario non damnatur labor, nisi ad quęrendas immodicas, & superuaquas opes vt patet ibi, non satiatur, &c.

10 Quarto obstare videtur, *tex. Eccli.* 11. est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit, sed Respōdetur, quod in contrario damnatur labor illicitus ad diuitias iniuste quærendas, vt patet ex verbo impius &c. quem damnat etiam in Satyra, *Iuuen. ibi*, vnde habeas quærit, nemo, sed oportet habere, & forsan etiam *Io. Eudomen. lib.* 3. *Ep. ad enricum Ep.* 114. vndiq; fluminibus currentibus in mare magnum, non ait, vnde venis æquor, at vnda veni.

11 Quinto demum videtur obstare *tex. pro.* 23. noli laborare, vt diteris quasi ad Diuitias acquirendas, remedium sit non laborare, prout forsan aliquando contingit, sed respondetur dicta verba non esse sumenda in sensu ignauo, vt videlicet sensus sit, Diuitias acquiri sine labore, immo acquiri cum labore, ibi supponitur, *vt dixi sup. n.* 4. & Germanus hic est sensus non esse Diuitias immodicas immodice affectandas, vt & innuunt verba *in eod. tex. sequentia ibi*, sed prudentię tuæ pone modum.

REMEDIVM V.

Parsimonia.

SVMMARIVM.

1 *Remedium preseruatiuum paupertatis, est Parsimonia.*
Herba, seruituti hominum nascitur, sed, & homini.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli, naturę satis est parum.
Cibus nec patrimonio grauis, nec corpori est eligendus.
Prudens modico viuit, & laute, vide versus.
Forti patria Mundus, Sapienti Orbis totus, et patria, & Domus, vide versus.
Paupertas etiam imaginaria prodest, mitridates toxica vertit in cibum, vide versus.
Superuaqua facta sunt necessaria, Delicię debilitatem iudicant, paupertatis etiam memoria prodest. Lacedemoniorum inuentum ad quærendam pecuniam Galba, pecunię aliena non appetens, sua parcus, publica auarus, virtuti modicum, vitio nil sufficit, non possunt multa deesse cui pauca sufficiunt.

2 *Parsimonia Diuitias comparat, substantia festinata minuitur, lenta felicitas durat, parsimonia est scibia. Viuens vt pauper ditabitur, Remedium, vt diu sedeas sis.*

3 *Parsimoniam deserens, deseritur à Diuitijs, & pauper fit, vita si scias vti, longa est, parsimonia, parua Res crescunt. Cribro haurire, quid sit.*

4 *Argentea supellex olim non admittebatur, nec vestis serica, vestium luxus interdictus, sed non restrictus sericis vti vxores artificum, indecens ex D. Antonin.*

5 *Parsimonia nimia idest Auaritia, Diuites ipsos, pauperes reddit.*

1 REmedium præseruatiuum, & curatiuum paupertatis, est Parsimonia & quemadmodum qui viuit, vt Ægrotus, nunquam ægrotat, ita, qui viuit, vt pauper, nunquam est pauper, necessitati enim parua sufficiunt, immo, & rerum ad vitam tolerandam sufficientium, nemo est pauper, vt dixit, *Plut. de cupid. Diuitiarum*, & quamuis *in Ps.* 146. dicatur producit in Montibus Fænum, & hærbam seruituti hominum, scias tamen, vt inq. *Sen Ep.* 110. Herbas, vbi necesse est. non pecori tantum, sed, & homini nasci, & necessarijs rebus exilia sufficiunt, superuaquis vero, nec Regna, immo cupiditati nihil satis est, naturæ satis est, etiā, parum, vt dixit idem, *Sen. de consol. ad Matrem* &, vt dixit, *Pet.* 2. *de Remed. D.* 9. si necessitatibus

bus obsequeris, pauper nunquam esse potes, si cupiditati, nunquam Diues, immo, & cupiditati, etiam quod nimis est, satis non est, vnde, *Mart. lib. 10. Ep. 10.* fortuna multis dat nimis, satis nulli, & tamen, vt legitur, *Eccli. 29.* initium vitæ hominis, Aqua, & panis, & vestimentum, & Domus protegens turpitudinem, vnde, *Sen. de Tranq. Anim.* Dicam, quod in me accidit, tenet me summus Amor Parsimoniæ placet cibus, vbi libet non defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, *& Ep. pen.* necessarium, paruo assuescere multæ difficultates locorum, multæ temporum, etiam Regibus, *& de cons. ad matrem,* qui te intra naturalem modum continebit, paupertatem nõ sentiet, vnde, *& Tacit. lib. 4. Hist. c. 2.* prætores publicam paupertatem quæsti, modum impensis postulauerunt, *& Plut. de Prof. mor.* pecunia pressi dum per fastum Diuitibus se comparant (intelligo minus parce viuendo) eo magis egent, *& Hor. lib. p. Ep. 10. ad Fuscum* seruiet æternum, qui paruo nesciet, vti, & econtra, exiguo pulcram ducit solertia vitam, *vt dixit gl. in Clem. p. de offic. deleg. in V. Solertem, quam refert Nenizzan. in Sylua nupt. lib. 4. n. 7. & Martial. lib. 10. Ep. 96.*

Illa placet Tellus, in qua res parua Beatum.
Me facit, & tenues luxuriantur opes.

Sed tu dic, quod sapienti, omnis tellus talis est, vnde, *Sen. Ep. 28.* illud, quod quæris, bene viue, e omni loco positum est, *et Ep. 87.* quis sit summi boni locus, quæris, animus, *& Ep. 66.* virtus omni loco nascitur, sic in simili cecinit, *Ouid. lib. p. fast.*

Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor.
Vt volucri vaquo quicquid in orbe patet.

Et Guarinus, Che il Mondo tutto al valent' huomo e Patria.

Vnde, & Phylosophus se huius mundi Ciuem esse dicebat, & vt refert, *Pet. de Remed. vtriusq; fort. lib. 2 Dial. 67.* Interrogatus Socrates cuius, esset mundanus, inquit sum Socrati Patria omnium mundus erat, non hic solum, quem vulgo mundũ dicitis cum pars vltima mund. sit, Sed Cælum ipsum, quod hac rectius appellatione comprehenditur, vnde, & tu adde si placet, quod mundus hic, seu terrarum orbis sapienti viro non solum patria totus, sed Domus dici potest, vnde *D. Petr. Crisol. Serm. 148.* nonne tota ista, quam vides tibi facta est mundi Domus, & ex his Ego cecini.

Omne solum forti Patriam dixere Poetæ.
Magna Domus iusto, totus, at orbis erit.

Ad id ex quo paulo digressi sumus, confert, *Sen. Ep. 17. ibi,* frugalitas est voluntaria paupertas, *et Ep. 20. ibi,* necessarium Iudicio) quod magni viri sæpe fecerunt, aliquos dies interponere, quibus imaginaria paupertate nos exerceamus ad veram sic in simili, *Mart. lib. 5. Ep. 77.*

Profecit potomitridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæua nocere sibi.
Tu quoq; cauisti cenando, tam male semper.
Ne posses vnquam Cinna perire fame.

Et econuerso, debilitatem nobis indixere deliciæ, et quod diu noluimus, posse desiuimus, vt inquit, *Sen. Ep. 55.* & prius, *Ep. 39.* miserrimi ait, eo peruenerunt, vt quæ superuaqua fuerant, facta sint eis necessaria.

Ad idem confert, *tex. Eccli 28.* memento paupertatis in tempore Abundantiæ, & necessitatum pauperiatis in die Diuitiarum, *et tex Eccli. 10. in fine,* qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Conferre potest ad prædicta, quod scribit, *Aristoteles de Re fam. lib. 2. c. seu n. 9. ibi,* Lacedemonij pecunias sibi ad reditum in patriam postulantibus Samijs, Decreto sanxerunt, vnum diem, & se, & seruos, & Iumenta nihil omnino gustare, quantumq; in cibis solitus esset vnusquisq; impendere, tantum Samijs dare.

Ad idem præceptum illud, quod legitur, *in Methodo confessionis* sic vtere tuo, vt alieno non egeas, quod opere videtur impleuisse Galba, *apud Tac. lib. p. Hist. c. 12. ibi* pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ Auarus.

Adde, *Pet. 2. de Rem. D. 9.* virtuti modicum vitio nil sufficit, & eod. Dial. multa mihi ad vitã desunt inquis, cui pauca sufficiunt, quomodo desint multa, non video, *et D. 105.* si naturam, si corpus, si vitæ breuitatem respicias, videbis te paucorum egentem, multa desiderare.

2 Amplia pr vt Parsimonia non solum sit remedium ad paupertatem euitandam, sed ad Diuitias, etiam acquirendas, vnde, *Tullius in paradoxis,* exclamat dicens, O Dij Immortales nesciunt homines, quam magnum vectigal sit Parsimonia, non esse cupidum pecunia est, non esse emacem, vectigal est, contentum vero suis rebus esse, maximæ sunt certissimæq; Diuitiæ, *& pro. 13.* dicitur, substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim manu colligitur, multiplicabitur, cui concinit, *Sen. de cons. ad Polyb.* non durat, nec ad vltimum exit, nisi lenta felicitas, *& Sen. Ep. 101.* quærendi inquit, & custodiendi scientia, locupletem facit, nulla autem alia videtur esse huiusmodi scientia, quam Parsimonia, nam idem, *Sen. 2. de benef.* parsimonia inquit est scientia vitandi sumptus superuaquos, vel Ars re familiari moderate vtendi, & hanc scientiam, non solum speculatiue, ac theorice, sed etiam practice, tenuit idem, *Sen. dum in opusc. de tranq. animi,* sic ait, tenet me summus Amor Parsimoniæ placet cibus vbilibet non defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, & si verũ est, quod Alchimia, fieri quidem potest, sed non fit, verius videtur dici posse, Parsimoniam esse veram, ac facilem Alchymiam, confert, *Ouid. 7. met.* parcum genus est patiensq; laborum, quæsitique tenax, & credo dici posse, viue, vt pauper, & ditaberis, viue, quasi Infirmus, & sanus semper eris, viue, vt senex, & ad senectutem peruenies, quod vltimum, refert etiam, *Tullius in lib. de senect. ibi,* veteri laudatoq; prouerbio, oportet maxime fieri senem

ſenem, ſi vel's diu ſenex eſſe, ego vero me minus diu ſenem eſſe vellem, quam eſſe ſenem, antequã eſſem.

3 Amplia 2. vt, qui Parſimonia non vtitur, facile Diuitijs euaquatis, incidat in paupertatem, *vnde Eccli. 19.* qui ſpernit modica, paulatim decidet, *& pro. 21.* Theſaurus deſiderabilis in habitaculo iuſti, imprudens homo, diſſipabit illud, *& pro. 14.* ſapiens Mulier ædificat Domum ſuam, inſipiens extructam quoq; manibus dextruet, *& Sen. de Breuit. vitę,* vita ſi ſcias vti, longa eſt, ſic amplæ opes, ſi ad malum Dominum peruenerint, momẽto diſſipantur, at modicæ, bono cuſtodi traditæ creſcunt, quod ſi verum eſt, quod dixit, *Saluſt. de Bello Iugurtino,* Concordia paruæ res creſcunt, Diſcordia maximæ dilabuntur, verius eſt, Parſimonia paruas res creſcere, & prodigalitate, ac luxu, maximas dilabi, ac penitus euaneſcere, *vnde Claudian. lib. p. in Rufinum.*

Et luxus populator opum, cui ſemper ad hærens.
Infelix humili greſſu comittatur egeſtes.

Adde Sen. de conſ. ad matrem, qui ſe intra naturalem modum continebit, paupertatem nõ ſenſiet, qui vero naturalem modum excedet, ei m in ſummis opibus quoq; paupertas ſequetur, adde *Ariſtotelem lib. p. de re fam.* Patrem familias inquit, non minus ad ſeruandum, quam ad comparandum idoneũ eſſe oportet, alioquin vanus fuerit omnis comparandi labor, Cribro enim haurire hoc ipſum fuerit, & perforatum, quod dicitur Dolium.

4 Vnde nil mirum ſi ſeculi ſeueritas olim non admittebat Argenteam ſupellectilem, adeo, vt Craterem Argenteum in ſupellectili eſſe negaret, *l. labeo 7. ff. de ſup. leg. & apud Tac. 2. an. c. 5.* Decretum ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent, ne veſtis ſerica viros fœdaret, *& apud D. Bern. de conſ. ad Eug. lib. 3. c. 11.* veſtium luxus interdictus, ſed non reſtrictus, *& apud Tac. lib. 3. an. c. 9.* Ædiles diſſeruerant ſperni ſumptuariam legem, de quo conqueritur etiam *Val. max. lib. 4. memorab. c. 3. de abſtinentia,* dicens, nunc quo ventum eſt, A ſeruis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilẽ faſtidiant, qua vti Conſul non erubuit, *& D. Antoninus in 3. p ſummę tit. 8. c. 4. §. 5. de ſericheis, ſeu ſetarolis,* hæc ars inquit honorabilis eſt in humana Ciuilitate, & quamuis de ſe non illicita, tamen deſeruiens vanitati in multis, nam ſericis vtuntur hodie, etiam ſtipendiarij, & Vxores artificum, quod eſt ſatis indicens.

5 Declara, vt Parſimonia non ſit nimia, adeo, vt in Auaritiam vergat, hæc enim diuerſum, immo aduerſum, & contrarium operatur effectum, nam Diuites ipſos, pauperes reddit, *vt probant p. p. 4. 3.* & nunc hic adde, *Aggei tex. c. p.* reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus, *& Eccli. 11.* eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit, *& Eccli. 14.* qui aceruat iniuſte non iucundabitur in bonis illius alius luxuriabitur, *& Eccleſ. 4.* Auarus non implebitur pecunia, & qui amat Diuitias, fructum non capiet ex eis, *& pro. 11.* Alij diuidunt propria, & Diuites fiunt, Alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt, *& Iacob. 5.* Aurum, & Argentũ veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit, *& pro. 22.* qui calumniatur pauperem, vt augeat Diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.

REMEDIVM. VI.

Aſſueſcentia.

SVMMARIVM.

1 *Paupertatis lenitiuum ſaltem Remedium eſt Aſſueſcentia, per quam etiam amara dulceſcunt, Vinum fit bonum bibendo.*

2 *Fortuna quod vexat, indurat contra ſe ipſam. Miſer qui nunquam fuit, & neſcit eſſe miſer, mitridates venena vertit in cibos, vide verſus.*

3 *Prodeſt, ficta paupertate ſe ad veram exercere, mala diu patiendo, ac etiam diu cogitando, leuia fiunt.*

1 REmedium paupertatis ſaltem lenitiuum dici poteſt etiam Aſſueſcentia, *vnde D. Bern. de conſid. ad Eug. lib. p. c. 2.* primum tibi impoſſibile videbitur aliquid; proceſſu temporis ſi Aſſueſcas, iudicabis non adeo graue, paulo poſt et leue ſenſies, paulo poſt nec ſenſies, paulo poſt etiam delectabit, *& Petr. 2. de Rem. D. 90.* Conſuetudo præſtabit, vt quod Thedioſiſſimum ſentis, quadam cum voluptate percipias, *& Sen. Ep. 108.* Abſtinere Animalibus cæpi, & anno peracto non tantũ facilis erat mihi conſuetudo, ſed dulcis, *& Mart. lib. 5 Ep. 79.* vinum tu facies bonum bibendo, &

2 iterum *Sen. de conſ. ad matrem* Hoc habet aſſidua infelicitas boni, quod quos ſæpe vexat, nouiſſime indurat, *& in opuſc. quare bonis viris mala accidant,* tradendi fortunæ ſumus vt contra ipſam ab ipſa duremur, & ibid. miſerum te iudico, quod nunquam fuiſti miſer, & de conſ. ad matrem perdidiſti tot mala ſi non dum miſera eſſe didiciſti, & confert hic etiam *Mart. lib. 5. Ep. 77.*

Profecit poto mitridates ſæpe veneno
Toxica ne ponent ſæua nocere ſibi.
Tu quoq; cauiſti cænando tam male ſemper
Ne pones vnquam Cinna perire fame.

3 Et in his terminis *Sen. Ep. 20.* neceſſarium iudico, quod magni viri ſæpe fecerunt, aliquos dies interponere, quibus imaginaria paupertate nos exerceamus ad veram.

Immo adde quod hęc ipſa ab initio cogitare, & apprehendere, quod temporis proceſſu leuior fiet paupertas, anticipate illam alleuiabit, vnde *Sen. Ep. 76.* ſapiens aſſueſcit futuris malis, & quæ

alij

alij diu patiendo, leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando.

REMEDIVM VII.

Societas.

SVMMARIVM.

1 *Remedium paupertatis, multitudo pauperum, qui si non semper fuerunt, semper erunt in hac vita.*
2 *Pauperes plures, quam Diuites, multitudo tollit pudorem.*
3 *Dolorem diuidere, est loco solatij, licet forte leuis, damnati non minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.*
4 *Similitudo miseriæ, efficax consolatio, & aliquando, etiam gloriatio, gratum cum Phocione mori.*
5 *Miser inuenit in miseriore solatium, non inuidet ei, qui lectica gestatur, qui baiulos contemplatur, aspiciat quot præcedant, cogitet quot sequantur.*
6 *Non videmus à tergo, non tam gratum est multos videre post se, quam graue aliquem ante se, felix non est, quam torquet felicior, pauperes consolantur Diuites, immo, & alunt.*
7 *Paupertas ad veras Diuitias via, eam Christus Dominus sanctificauit, is, qui creare, & recreare potest.*

1 Remedium, saltem lænitiuum paupertatis est multitudo Sociorum, scilicet aliorum pauperum, qui semper fuerunt, ac semper erunt, vt probat, *tex. Deut.* 15. non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, *& Matt.* 26. *& Io* 12. pauperes semper habebitis vobiscum, *vnde*, *& Strozzius lib. p. de Rep. ad Arist.* Ciuitas nulla, quamuis fortunæ abundantia maxime florens, paupertatis expers, nec omnino, nec ex parte, nec semper fuit, hominumq; egestate laborantium, & oportet huic etiam hominum generi esse prospectum, *& D. Aug. tract.* 24. *in Ioan. post medium*, vitam præsentem à futura distinguit, quod illa pauperes habet, hæc non habet, & vt, ipse loquitur, vna subuenit indigenti altera ibi est, vbi nullũ inuenit indigentem.

2 Immo pauperes si non pondere, ac qualitate, saltem numero, & quantitate, Diuites superant, & pàtet, etiam ex eo, quod vnicus sæpe Dominus multos retinet seruos, & quod plures sunt species pauperum, quam Diuitum, vt suis locis ostendi, & longe plures, etiam pauperes, quam Diuites putatiui apud se ipsos, videlicet plures sunt, qui cum sint Diuites, se pauperes putant, quam, qui cum sint pauperes, se Diuites credant.

Vnde, *Sen. Ep.* 24. se ipsum consolando dixit pauper fiam, inter plures ero, immo plus dixit, *Tullius p. de off.* Copiæ paruæ singulorum sunt, eorum, autem, qui his egeant, infinita est multitudo.

Prima huius Remedij ratio esse potest, quia multitudo tollit pudorem, *Sen. lib.* 3. *de Benef. Neuizzan. in Sylua nupt. lib.* 4. *n.* 82.

3 Secunda, quoniam est loco solatij dolorem suum inter plures diuidere, *Sen. de consl. ad Polyb.* immo solatium est miseris socios habere dolorum, seu pœnarum, *vt dixit Bart. in tract. inter Virg. & Diab. sub initium, & Neuizzan. in Sylua lib.* 4. *n.* 91. *in fine, & Petr.* 2. *de Remed.* solatij genus est perire cum plurimis.

Et quamuis, *ex Tullio*, Leuis sit ex aliorum miserijs consolatio, consolatio tamen est, & nimis in hoc videtur cecinisse, *Petr. in Triump. mortis*, non e' minor il duol, perche altri 'l prema, ne maggior per andarsi lamentando, per fittion non crefce il ver ne scema, nisi primum illud saluetur in Damnatis, de quibus, *D. Thom. in supplemento q.* 86. *art.* 2. sensit, quod quilibet in Iudicio vniuersali legere poterit in Conscientia alterius, vt omnes agnoscant Sententiæ iustitiam, nec tamen minuetur confusio peccatorum, quia socios habeant, *& D. Aug. relatus in can. multi* 2. *q. p* non quærant (inquit) sibi comites ad supplicia, non gaudeant, quia plures inueniant sibi similes non propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

4 Sed loquendo de præsentis vitæ statu, sibi, quòdam Poetæ canenti, audi parum consonantem, Phylosophantem, *Petrarcham* 2. *de Remed. D.* 21. *ibi*, habet haud spernendam consolationis efficaciam similitudo conspecta miseriæ, ac paritas ærumnarum, non quod alieno quisquam, nisi maleuolus delectetur malo, sed quod humilioris fortunæ hominem indignanter pati, quæ toties mundi Dominos passos nouit, vel non ferenda mollicies, vel superbia videatur, Adde iterum eundem, *Petr.* 2. *de Rem. D.* 35. non possunt ignoti tibi esse, quam plurimi, quorum comitatu non tantum consoleris, sed, & glorieris, *vnde*, *& apud Plut. in opusc. qua quis ratione laudare se possit*, Phocio vna morituro eiulanti, quid inquit non tibi gratum est cum Phocione mori?

5 Ampliatur, et efficitur efficacius hoc remedium ex consideratione pauperiorum, *vnde Sen. de consl. ad Marciam*, nulla est tam misera Domus, quæ non inueniat in miseriore solatium, *& Aug. Serm. p. de consl. mortuorum relatus à Barbosa de off. Parochi c.* 26. *n.* 3. potest (inquit) qui ęgrotat maiorem in alijs miseriam cogitando, se consolari, & moraliter, & argute *Plut. in opusc. de tranq. animi*, vbi te magna cæperit admiratio eius, qui lectica gestatur, oculis paululum demisis, Baiulos contemplare, *& Sen. Ep.* 15. cum aspexeris quot te præcedant (adde tu ne superbias) cogita quot sequantur (adde tu ne desperes) & idem *Sen.* 3. *de Ira*, Considera quanto antecedas plures, quam sequaris.

6 Sed nos econuerso Dijs irascimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantum à tergo sequatur ingentis inuidiæ, vt inquit idem *Sen. eod. lib.* 3. *de Ira*, *& vt Catullus*, cecinit, non videmus mantice,

quod

quod in tergo est, *&, vt iterum Sen. Ep. 72.* nemo quos vincat, sed à quibus vincatur aspicit, & non tam incuudum est multos post se videre, quam graue aliquem ante se, *& vt idem Ep. 92.* nemo tam lætus est proprio, quam tristis alieno, atq; vt *vt iterum idem ipse 3. de Ira*, vnde posset, quis permulcere paupertatem, corrumpit felicitatem, quia numquam erit felix quem torquebit felicior, & nulla ad aliena respicienti sua placent, nam capiunt animos plus aliena suis, *vt Ouid. cecinit.*

Colligi potest ex prædictis, quod pauperiores consolantur pauperes, & pauperes consolantur Diuites, sed, quod plus est, Diuites etiam alunt, *iuxta illud Eccli. 13.* Pasqua Diuitum pauperes.

7 Adde quod Christus Dominus nasci in hoc Mundo per Diuites noluit, sed parentes pauperes elegit, *vt loquitur D. Greg. hom. 2. in Euang.* & dici rectissime potest, quod paupertatem ipse quodammodo canonizaait, & consecrauit, *vnde Petr. 2 de Remed.* non iam Poetice, seu Phylosophice, sed Theologice loqueas *2. de Rem. D. 9.* sic ait, ipse Cœli Dominus hic pauper fuit, vt exemplo doceret, hanc inopiæ viam esse, qua tamen ad veras Diuitias pergeretur: Tu homuncio Domini tui sortem fers moleste quisquis illum cog tans, se virtute vallauerit, in ipsa paupertate ditissimus opes Regias non requiret.

Et vere potest hic vnus socius, omnes licet innumerabiles pauperes consolari, & qui potuit creare, poterit facilius recreare, vnde merito *Matt. 11.* venite, inquit ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, quod si amabat ille cum Phocione mori, quāto magis diligere lætari, & gloriari debet Christianus homo, pauper esse cum Christo.

REMEDIVM VIII.

Amicitia

SVMMARIVM.

1 *Amicitia, paupertatis Remedium, secunda auget aduersa minuit, vide versus.*

2 *Amicorum omnia communia, sed male seruatur vide versus, & quare.*

3 *Amicitia plusquam Diuitiæ sunt æstimanda. & Diuitibus plusquam pauperibus necessaria vt n. 4.*

1 Remedium paupertatis saltem lenitiuum, & aliquando etiam curatiuum, est Amicitia, vnde *Arist. lib. 9. moral. nicom. c. 9. sub initium*, in paupertate & reliquis infortunijs amicos esse vnicum refugium, dixit *& Plut. de exilio* in rebus miseris nullis lacrymis opus est, sed his, qui nos ingenue admoneant, & libere doceant, *& idem Plut. in opusc. cuius tit. est*, quo pacto possis adulatorem ab amico distinguere, Amicitia (inquit) non minus voluptatem addens bonis, quam molestiam adimens malis, *& Cic. de Amicitia*, & secundas res splendidores facit amicitia, & aduersas partiens, communicans que leuiores, *vnde Tibull.* sit mihi paupertas tecum iucunda Neera, At sine te Regum munera nulla volo, confert *Sen. de cons. ad Polyb.* est loco solatij inter multos, dolorem suum partiri, & quod clamabat *Iob. c. 19.* miseremini mei saltem vos amici mei, & magis confert *Tullius lib. 9. de offic. ibi*, in Græcorum pro-

2 uerbio est amicorum omnia esse communia: Quiuis id male seructur apud Grecos, atq; Latinos, vnde *Martialis conqueritur lib. 2. Ep. 43. ibi*

Ex tantis opibus veteri, fidoque sodali
Das nihil, & d cis Cardide, Communia.

Et magis seruatur illud iuuenalis Sat 10. esto esto, vt nunc multi, Diues tibi pauper amicis, & sæpe contingit, vt cogamur amicis dicere, quod dixit *Iob. c. 16.* Consolatores onerosi omnes vos estis, sed non mirum, quoniam huiusmodi amici solo nomine sunt amici, & diligunt lingua, & verbo, sed non ope e, & veritate, vt loquitur de lectionis prædicator, *Ioan. Ep. 16. c. 3.* nec sunt imitatores eorum de quibus *D. Ambros. de virginib. lib. 2* ait, admiratus Tyrannus Chariorem Phylosophis amicitiam, quam vitam fuisse, petijt vt ipse ab ijs, quos damnauerat, in amicitiam re-

3 ciperetur, vnde nec mirum si amicitias plusquam Diuitias æstimandas dixerit sapiens iustus æstimator, *Eccli. 21* perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum, & prius *Eccli 6.* qui inuenit amicum fidelem, inuenit thesaurum, amico fideli nulla est comparatio, sed tu dic etiam quod amici fidelis vel nulla, vel rara est comparatio hoc est acquisitio, Ad quod vide quæ infra dixi *c. 2. in Remed. ad amicitiam Dignoscendam.*

4 Adde hic *Arist. lib. 9. moral. nicom. c. 9 ibi*, in quæstionem venit vtrum in aduersa an in prospera fortuna Amicis magis opus sit, eo quod & qui in infortunio est constitutus, ijs indiget, qui beneficia conferant, & qui fortunati sunt ijs, quibus benefaciant, *& prius lib 8. eorumdem moral. c. 9. sub initium*, & Diuites, & Principatus maxime indigere amicis videntur, quid enim prodest huiusmodi prosperitas si Beneficium tollatur, quod erga amicos, & Principes fit, & maxime laudatur, aut quomodo sine Amicis custodiri conseruarique posset, quanto enim amplior, tanto etiam periculosior est, accedat *Plut. in opusc. quo pacto possis Adulatorem ab Amico distinguere ibi*, Euripidi dicenti, quid opus Amicis, quando Res sunt prosperæ, non inutile fuerit respondere, quibus Res secundæ sunt, ijs maxime Amicis opus est qui libere admoneant, & immodicum animi fastū subruant, perpauci sunt enim, quibus contingit & felices esse, & sapere, & tu dic difficile est simul capere, & sapere, quamuis in orbe nostro multum forte sapit, qui sibi multa capit.

Patet ergo, quod hoc remedio indigent fortasse

tasse magis Diuites quàm pauperes, & quod plus est, facilius hoc Remedium inueniunt pauperes, quam Diuites, vt ostendimus infra, *c. 2. in Rem. ad amicitiam dignoscendam*, vbi vide si placet etiã ad declarationem eorum quæ hic diximus.

REMEDIVM. IX.

Patientia.

SVMMARIVM.

1 *Patientia, Remedium paupertatis.*
2 *Dura, durior patientia mollit, patientia est ars, & scientia, sed practica.*
3 *Patientia, vniuersale Remedium, superatur fortuna ferendo.*
4 *Patientia non solum dura mollescunt, sed dulcescunt impatientia exasperat, et est morbi accessio.*
5 *Patientia prodest ad acquirendas Diuitias.*
6 *Validiora sunt impatibiliora, patientia est pars, et partus fortitudinis generice sumptæ. Ignis aurum probat, miseria fortes, vide versus.*
7 *Fortius est sustinere, quam aggredi, patiens viro forti præfertur. Immo, et à Seneca quodammodo præfertur Deo, dicitur magnanimus, et Martyr.*
8 *In prosperis continentia, in aduersis patientia postulanda est à Deo.*
9 *A Deo Bona suscipienda, et mala sustinenda sunt.*
10 *Remedium patientiæ Phylosophia, et magis sapientia. Socrates æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ, potentes, fortunæ manus, sapiens omnia fert, vt sorte accidentia, vel naturæ mala, nec solum patienter, sed libenter.*
11 *Gloriosum est pati, vir bonus non quid possurus, sed quid facturus sit, cogitat.*
12 *Meritorium pati, et martyrium mitius, sed longius.*

1 Remedium saltem lenitiuum paupertatis, est patientia, *vnde Ouid. 8. met.* contemnere casa, paupertatemque ferendo (effecere leuem, nec iniqua mente ferendam) nec refert Dominos illic famulosque requiras (tota domus duo sunt ijdẽ parẽtq; iubẽtq;) *& Sen. Ep. pen.* paupertas malum nõ est, nisi repugnãti, & Plut. de exilio, exiliũ, inopia, bonorum amissio, & contra Coronæ magistratus, & primi consessus. non sua natura, sed nostro ipsorum iudicio, affligendi, vel delectandi modum habent, vnusquisque autem hæc sibi leuia, vel grauia, tolerabilia, vel dura, toleratu facit, nec dissentit *Tacit. lib. 5. an. c. 4.* multi, qui conflictari aduersis videntur, Beati, at plerique quãuis magnas per opes, miserrimi, si illi grauem fortunam constanter tolerẽt, hi prosperis inconsulte vtantur, vnde *& Alciat. in emblemat.*

Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est
Et nimium felix sæpe timenda fuit.

Confert *tex. ps. 9.* patientia pauperum non peribit in fine.

2 Et quamuis dura videatur, & dicatur esse paupertas, *vnde Virg. p. Georg.* duris vrgens in rebus egestas, attamen ferendi artificio omnis mitescit asperitas, *vt docuit Pet. 2. de Rem. D. 30.* & dura, atq; aspera, ferẽdi scientia mollit, *vt dixit Sen. Ep. 98* & nota, quod patientiam, quam Petrarca vocat artem, Seneca sciẽtiam appellat, intellige non speculatiuam, sed practicam, & quam in hac specie practicasse se refert *Apostolus ad Phylip. 4. ibi,* scio saturari, & esurire, abundare, & penuriam pati, accedat *Pet. 2. de Rem. D. 8.* paupertas, vt resistentibus permolesta, ita cedentibus periucunda, *& D. 118.* sapientibus omnis vita iucunda est lætam libenter, tristem ferunt patienter, & si rebus ipsis non possunt, patientia delectantur.

3 Amplia pr. vt patientia non solum paupertatis, sed malorum idest infortuniorum omnium remedium sit, & dici sane potest, vniuersale remedium, & veluti Diacatholicon, de quo infra dixi *c. 2. in remed. ad perfectionẽ*, quod fortasse, vt Alchymia dari potest, sed non datur, in morbis corporis, at erit in morbis animi patientia, *vnde Petr. lib. 2. de Rem. Dial. 84.* patientia in aduersis, efficacissimum, atque optimum, & sæpe vnicum Remedij genus est, & iterum, *eod. lib. D. 85.* si nec ista profuerunt, ad patientiæ medicinam recurrendum est illa omnibus morbis vtilissima est, *& D. 7.* si speras mali remedium minuat spes, si desperas patiẽtia, *& D. 95.* Dolorem cuspidi patientiæ clipeum oppone, perpetuum in omni anxietate documentum, *& D 114.* Amicus noster Cicero nos redudet in gratiam, non enim dolorem inquit, dolorem esse nego, sed eum opprimi dico patientia, & paulo post ibid. dixit Petr patientia non modo animi vim augeri, sed asperitatem doloris imminui, & pene ad nihilum redigi, & Virgilius Maro dicere solitus scribitur in eius vita, nullam esse commodiorem homini virtutem, quam patientiã, & nullam asperam adeo esse fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat, *& 5. Eneid. cecinit.*

Nate dea quo fata trahunt retrahuntq; sequamur
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Et si *Sen. dixit Ep. 24.* effugere non potes necessitates, at potes vincere, tu dicas patiendo vinci, *vnde, & idem Sen. Ep. 76.* sapiens assuescit futuris malis, & quæ alij, diu patiendo, leuia faciunt, hic leuia facit, diu cogitando, ad idem *Sen. 3. de Ira*, vnum est leuamentum malorum ingentium, pati, & consonat, *Ouid. lib. p. Amor eleg. p.* Cedamus, leue fit, quod bene fertur onus, *& Plut. de exilio*, vnusquisque, leuia, vel grauia, tolerabilia, vel dura, tolleratu facit, *& Sen. de cons. ad Marciam*, multi lenierunt aspera, ferendo placide, *& Ep. 98.* dura, atque aspera, ferendi scientia mollit, *& Petr. 2. de Rem. D. 31.* ferendi artificio omnis mitescit asperitas.

4 Amplia 2. vt per patientiam, duriora, & grauiora

uiora mala, non solum mollia, ac leuia efficiantur, sed etiam dulcia, & delectabilia si non solum patienter, sed libenter ferantur, *vt loquitur Sen. Ep. 76. vnde idem Sen. de cons. ad Marciam,* habes ex filio duas filias, si male fers, magna onera, si bene fers, magna solatia, *& D. Bern. de Consid. ad Eug. lib. p. c. 2.* primum tibi impossibile videbitur aliquid, processu temporis si assuescas, iudicabis non adeo graue, paulo post, & leue sensies. Paulo post nec sensies, paulo post etiam delectabit.

Econtra vero, impatientia, molesta non minuit sed acceruat, vt loquitur *Petr. 2. de Rem. D. 39.* & impatientia Res cũctas exasperat, vt dixit *idem Petr. 2. de Rem. D. 118.* & indignatio, & querelæ, nil aliud, quam accessio mali sunt, quid morbo corporis addere animi morbum iuuat? vt inquit idem ipse *Petr. 2. de rem. D. 114.*

5 Amplia 3. vt non solum ad paupertatem ferendam, sed etiam ad acquirendas Diuitias, patientia prosit, *vnde Ps. 36.* sustinentes autem Dominum non minuentur omni bono, *& p. Mach. b. 8.* Romani possederunt omnem locum consilio suo, & patientia, *& Tac. 3. an. c. 11.* Brutidias si rectum iter perageret ad Clarissima iturum, festinatio extimulabat, dum æquales, superiores, ac suas ipse spes anteire parat, quod multos etiam Bonos pessum dedit, qui spretis, quæ tarda cum securitate, præmatura, vel cum exitio properant; Audiui ego frequenter quod ad acquirendũ m Romæ, duo necessario requiruntur, panis, vide licet, & patientia, sed credo præponendam esse patientiam pani, & patientia ipsa, panem acquiri, quam si Poetę, qui dam exercuissent, non sic Aulæ detraxissent.

6 Nec dicat aliquis patientiam esse virtutem, quandam quasi fæmineam, *vnde Aristoteles s. et. 19. prob. 49.* sunt inquit patibiliores, qui inualidiores, *& sec. 20. prob. p.* impatibilius est, quod validius.

Nam respondeo, quod immo patientia, virilis est virtus, & quamuis fortitudo in specie sumpta distinguatur a patientia, *vt pro. 16. ibi,* melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium, *& Ps. 6* Deus fortis, & patiens, attamen in genere sumpto vocabulo, appellatione fortitudinis cõtinetur, etiã patientia, nã cum munera fortitudinis generice sumptæ, sint aggredi, & sustinere, sequitur, patientiam esse fortitudinis partem, vel partum, *vnde Val. Max. lib. 3. memorab. c. 3.* patientia ita fortitudini similitudine iuncta est, vt cum ea, vel ex ea nata videri possit, *& Sen. Ep. 67.* patientia, perpessio, tolerantia, fortitudinis rami sunt, *& Aug. in lib. octoginta trium quæstionum q. 31.* fortitudo inquit est confidentia, patientia, perseuerantia, *& ex D. Thom. 22. q. 136. art. 4.* patientia est pars fortitudinis, & virtus secundaria, *& Sen. in opusc. quare Bon. vir. mal. accid.* fortiter inquit omne ferendum est, ignis aurum probat, miseria fortes, *& Mart. lib. 11. Ep. 53.*

Rebus in angustis facile est contemnere vitam
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Et Petr. 2. de Rem. D. 114. forti animo ferre mortalia, speciosum, ac virile est, & paulo post ibid. Alij quorum quidam seruili conditione, sed animorum ingenuitate mirabili, omne supplicium pertulerunt, non modo fortiter, sed iucunde.

7 Immo sustinere, & immobiliter stare in periculis, est maior actus fortitudinis, quam aggredi, quia, qui sic sustinet, habet, & sentit pericula præsentia, & diuturnius, *vt docet D. Thom. 22. q. 123. art. 6.* & non est sane parum secundis rebus bene vti, attamen aduersas moderate perferre, multo maius est existimandum, nam in magnis calamitatibus, & iniurijs nihil abiecte facere, celsi est animi, *vt docet Aristoteles 2. econom. c. p.* immo, & radix, ac omnium custos virtutum, patientia dicta est, *a D. Greg. hom. 35. in Euang.* & viro forti patientem prætulit sapiens, *pro. 16.* melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.

Immo, & ipsi met Deo patientem quodammodo præferendum, *dixit Sen in opusc. quare bon. vir. mala accid. ibi,* forte fortiter hoc est, quo Deum antecedatis ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam, hoc tamen intellige, ita vt non pugnet, cum *Ps. 85.* & tu Domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordię, & verax, *& Ps. 7.* Deus Iudex Iustus fortis, & patiens, nam, *& D. Thom. p. p. q. 25. art. p.* docuit in Deo esse potentiam actiuam, sed non passiuam. Adde quod, *idem Sen. dixit Ep. 71.* non mirum est in tranquillitate non concuti, illud mirum, ibi extolli aliquem, vbi omnes deprimuntur, ibi stare, vbi omnes cadunt, quod docuit *Arist. lib. 2. economic. c. p.* non est sane parum secundis rebus bene vti, attamen aduersas moderate perferre, multo maius est existimandum, nam in magnis calamitatibus, & iniurijs, nihil abiecte facere, celsi est animi, vel si magis placet, dic est animi magnanimi, idemq; comprobat, *Sen. 3. de Ira ibi,* nullum est Argumẽtum magnitudinis certius, quam quod nihil possit, quo instigeris accidere, & proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percussum, sic immanis fera ad latratum Canis lenta respexit, nec aduersatur, quod dixit, *idem Sen. de cons. ad Polyb. ibi,* non sentire sua mala non est hominis, & non ferre non est viri, *& D. Greg. hom. 35. in Euang.* radix inquit omnium custosque virtutum patientia est, & paulo post ibid; nos ait sine ferro Martyres esse possumus si patientiam veraciter in Animo custodimus.

8 Quod si quæras Remedium ad consequendum hoc patientiæ Remedium, Respondeo, quod primum est, illam a Domino postulare, *iuxt. Ps. 61.* verumtamen Deo subiecta est Anima mea, quoniam ab ad ipso patientia mea, *vnde D. Aug. in medit. c. p.* in prosperis continentiam, in aduersis patientiam a Domino deprecabatur, confert,

tex.

sex. p. Petr. 5. Deus modicum passos ipse perficiet, solidabitque.

9 Secundum ad patientiam quærendam remediũ est, cogitare quod dixit *Iob. c. 2.* si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? *vnde, & Petr. 2. de Rem. D. 84.* senex ille, bonis de manu Dei læte acceptis, mala quoque patienter suscipienda censebat. quamuis mali aliquid dare, vel facere manus illa non nouerit, sed humanam respexit opinionem, prodest ad idem, cogitare, quod dixit *idem Petr. 2. de Rem. D. 57.* nihil ad tolerantiam asperarum rerum efficacius, quam cogitare eadem multos fortibus animis fuisse perpessos.

10 Tertium ad patientiam remedium sit, Phylosophia, vnde, *vt refert Plut. in Apophe.* Rogatus Dionisius Iunior, quid tibi Plato, & Phylosophia profuit amisso Regno, respondit, vt tantam fortunæ mutationem æquo animo feram. prout fecit etiam Socrates, qui æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ, *vt refert Sen. Ep. 104.* quod si Phylosophia quæ, vt inquit Tullius. Si interpretari velis, nihil est aliud, quam amor Sapientiæ ad patientiam comparandam prodest, multo magis proderit sapientia ipsa, à qua nunquam patientia seiungitur, *vnde Sen. in opusc. cuius tit. est, In sapientem non cadit iniuria,* sic ait, si fortunæ iniurias moderate fert Sapiens, quanto magis hominum potentium, quos scit fortunæ manus esse, omnia ergo sic patitur, vt hiemis rigorem, vt intemperantiam Cœli, vt morbos, vt cætera forte accidentia, cui simile est, quod legitur, *apud Tacit. lib. 4. hist. c. 17.* quomodo sterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum, vel Auaritiam Dominantium tolerate, *& Petr. 2. de Rem. D. 118* sapientibus, inquit, omnis vita iucunda est, lætam libenter, tristem ferunt patienter, immo sæpe non solum patienter, sed libenter, *vt loquitur Sen. Ep. 76.* & non solum fortiter, sed iucunde, vt loquitur *idem Petr. 2. de Rem d. D. 114.*

11 Quartum Remedium sit, cogitare, quod etiam in hoc seculo non solum virtuosum est, vt supra probaui, sed etiam gloriosum, pati, etiam in hac specie, *vnde Tacit. lib. 4. an. c. 6* Gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, immo plus dixit *Sen. Neroni apud eumdem Tacit. lib. 14. an. c. 7.* hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui, & modica tolerarent, confert *idem Sen. Ep. 66. ibi,* vir bonus non quid passurus, sed quid facturus sit, cogitat.

12 Quintum sit, cogitare, quam satisfactorium, & meritorium sit apud Deum, & in alio seculo, pati in hoc seculo, & sane si meritoria est vita contemplatiua, & vita actiua, vtique non minus vita passiua, si sic eam liceat appellare, ac distinguere, *vnde Conc. Trid sess. 14. c. 9. de satisfact.* inquit temporalibus flagellis a Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis Deo satisfacimus, *& ex D. Thom. 22. q. 136. art p.* patientia est virtus, qua mala toleramus, vt perueniamus ad fruitionem bonorum in patria, *& D. Ambros. relatus in can. sicut 47. D.* sic ait, numquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, vt tu quidem abundes, alius egeat, an idcirco, & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare, tu die corona martyrij mitioris quidem, sed longioris, vnde & dixit, *D. Greg. hom. 35. in Euang.* nos sine ferro, & flammis, Martyres esse possumus, si patientiam in Animo veraciter custodiamus.

REMEDIVM X.

Lætitia.

SVMMARIVM.

1 *LÆtitia, paupertatis Remedium, vide versus.*
2 *Lætitia, Diuitias, magis; quam paupertatem comitari videtur, sed non semper.*
3 *Fugiēda est, & fuganda tristitia, exiccat ossa, est sicut tinea vestimento, & vermis legno, multos occidit, viuere est lætari, vide versum.*
4 *Lætitia exigitur, etiam in Bonis operibus, Cantus Psalmorum cur institutus.*
5 *Sapientia, Remedium Lætitię, Lætitia est in animo, sapiens est se ipso contentus, & ex se ipso voluptatē capit, & lætam sortem fert libenter, tristem patienter, & patientia ipsa delectatur, nunquam perturbatur ex Sen. vel raro ex peripat. sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium.*
6 *Bonitas, Remedium Lætitię, vir bonus semper festum agit, non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, nec fluctuabit. vis nunquam esse tristis? bene viue, bene operare, & lætare, vis non timere potestatem, Bonum fac. recte factorum fructus, & merces est, fecisse, Bonum opera um anticipatione lætificat.*
7 *Non solum bene agere, sed, & agere. est Remedium tristitię, coniunguntur operari, & lætari, otiari, & contristari: quod quiescit, putrescit, otium, animū, & corpus infirmat. quies, est finis motus, sed, & in motu aliquando, quies, Deus semper agens, & semper quietus, otium, mors est, & viui hominis sepultura, quies aliquando inquieta, felicitas videbatur Epicuro, nihil agere, homo nihil agendo, ad male agendum instruitur.*
8 *Oratio, Remedium lætitia, est eleuatio mentis in Deum, possumus laborare, & orare.*
9 *Elemosina, Remedium Lætitia, Sapiens Beneficio dato gaudet, magis quam alius accepto, pauperes satisfaciunt Elemosina cordis, voluntas bona nō est quę non operatur, quod potest.*
10 *Cibus, & potus, lætificant, vinum pauperibus dandum, vt obliuiscantur egestatis, bibendum, cum sobrietate, vel vsq; ad ebrietatem exclusiue, ieiunium est cibi condimentum, secura mens iuge conuiuium,*

panis malus, expectando Bonus fit, vinum fit bonũ bibendo.

11 *Musica, est naturalis medicina molestię, vnde, & paruuli audientes modulos, vagire cessant, Bacchus musicis, ac Poetis Amicus, Lętitię, Remedium est aliquando paupertas, Borrago lętificat, vide versus.*

12 *Medicamenta corporis prosunt ad animum lętificandum, sed animus est ad id principaliter curandus, quod paupertatem grauem facit, hoc, & Diuitias graues faciet, non refert ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces.*

13 *Tristitia pœnitentialis est laudabilis, & lętitiam operatur, Anima de peccato dolet, & de dolore gaudet, Illicita committens, debet à licitis abstinere.*

14 *Lętitia, mortalis, magis quam tristitia, vide exemplum, & rationem.*

1 REmedium lenitiuum paupertatis, est Lętitia, eamq; ferre, non solum patienter, sed libenter, *vt loquitur Sen. Ep. 76. vnde idem Sen. Ep. 2.* Epicurus ait, honesta res est, Læta paupertas, illa vero non est paupertas, si læta est, *& gl. in Auth. de Tabellion. in V. Caute, quam refert Neurzen. in Sylua lib. 3. n. 5.* paupertas si læta venit, letissima res est, immo melior est Bucella panis cũ gaudio, quam plena vtraq; manus cum iurgio, *pro. 16* cõfert, *Tib. eleg. p.* sic mihi paupertas tecum iucunda neera, sed sine te. Regium munera nulla volo.

2 Dices hoc esse difficile Remedium, nam raro conueniunt, & in vna sede morantur, paupertas, & hylaritas, seu lætitia, *vnde Ps. 68.* Ego sum pauper, & dolens, *& Ps. 87.* pauper sum Ego oculi mei languerunt præ Inopia, *& Clau. Ep. 3.* an miseros tristis fortuna tenaciter vrget? *& Sen. in Thyeste actu. 3.* proprium hoc miseros sequitur vitium, nunquam rebus credere lætis, redeat felix fortuna licet, tamen afflictos gaudere piget, *& tex. in l. cum non solum §. ipsum autem C. de Bon. quę lib. ibi,* sed nec filius de aduentitiorum proprietate disponit, melius est enim coarctare iuuenales calores, ne cupidini debiti, tristem sentiant exitũ, qui post dispersum expectant patrimonium. *et tex. pro. 31.* noli Regibus dare vinum, date siceram merentibus, & qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suę.

Immo Lætitia, Diuitias potius quam paupertatem, sequi videntur, *vnde in Ps. 118.* lætabor Ego super eloquia tua, sicut, qui inuenit spolia multa, *& eod. Ps 118,* in via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus Diuitijs, *& Mart. lib. Ep. 79.* tristis es, & Diues, sciat hoc fortuna caueto, ingratum dicet te Lupe, si scierit.

Sed Respondeo, quod neque Diuitibus contingunt gaudia solis, vt cecinit, *Horat. lib. p. Ep. 17.* nec semper coniunguntur Diuitiæ, & Lætitiæ, & cum vulgo loquendo, contenti, & contãti, immo sæpe lætos videbis in tugurio, mestos in Regia, inq. *Petr. de Rem. lib. 2. D. 12. vnde Ps. 68.* videant pauperes, & læteretur, *& Ps. 67.* exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius Patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum, *& Ezech. 7.* qui emit non lætetur, & qui vendit non lugeat, *& Boet. de cons. Phyl. lib. 2. metr. 4.* quamuis tonet Ruinis, miscens æquora ventus, tu conditus quieti, Redes æthereas iras, *& Sen. in trag.* stet quicunque volet potens, me dulcis saturet quies, obscuro positus loco, leni perfruar otio, *& Sen. de cons. ad eluiam,* fleant diuites. quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas, conferunt quæ infra dixi, *c. 2. in Remedio sollicitudinis, & periculorum,* præterea adducam hic infra plura Remidia, quibus etiam pauper possit fugere, & fugare tristitiã, & exercere lętitiam, & facilius fortasse, quam Diues.

3 Præmitto tamen ad hoc, quod, tristitiam esse fugiendam, vel fugandam, & lætitiam quærendam, & amplexandam, vbiq; testatur sapiens, *vnde Eccli. 38.* ne dederis in tristitia cor tuum, nam nihil proderis, & te ipsum pessimabis, *et pro. 17.* spiritus tristis exiccat ossa, Animus gaudens ætatem floridam facit, *et pro. 25.* sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia hominis, nocet cordi, *et Eccles. 3.* cognoui nihil esse melius. quam lætari, & benefacere in vita sua, & iterum ibid. deprehendi, non esse melius, quam lætari hominem in opere suo, *et Eccles. 5.* hoc visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, *et Eccles. 8.* Laudaui Lætitiam, & quod non esset homini Bonum sub sole, nisi comedere, bibere, & gaudere, *et Eccles 9.* comede ergo cum Lętitia panem tuum, bibe cum gaudio vinum tuum, *et Eccli. 30,* multos occidit tristitia, & nõ est vtilitas, in illa, non est oblectamentum super cordis gaudium, iucunditas, hæc est vita hominis, & exultatio. viri est longæuitas, & consonat secundum vnum intellectum, *Ps. 37.* inimici autem mei viuunt. idest lætantur, *et Mart. lib. p. Ep. 104.* aut viue, aut centum millia redde Deis. accedat, *Sen. de tranq. anim.* Democritum imitemur, potius quam Heraclitum. ille omnia, quæ agimus ridebat, tanquam Ineptias, hic flebat, tanquam miserias, *et Imperator in l. 4. C. de pagan* inquit, festos Conuentus Ciuium, & communem hominum lętitiam non patimur submoueri, *et in l. p. C. de spectac. lib. 10.* non inuidemus, sed hortamur felicis populi studia, &, vt integra voluntas sit, quæ volentium celebratur impensis, ita tamen ne quæratur à miseris pretium gaudiorum, vt dicitur, *in l. vnic. C. publicę lętitię.*

4 Immo Deus ipse. diligit Lætitiam nostram, & hylaritatem, etiam in Bonis nostris operibus exigit, *vnde Leuit. 10.* dicitur, quomodo potui placere Deo in ceremonijs mente lugubri, *et Deut. 28.* erunt in te signa, & semine tuo, quia non seruieris Deo in gaudio cordisq; lætitia, *et Hieronim. relatus in can. non mediocriter de cons. D. 5.* melior est, inquit quinque Psalmorum Decantatio cum serenitate,

nitate, & hylaritate spiritus, quam totius psalterij modulatio cum Anxietate cordis, atq; tristitia, *et Eccli. 35.* in omni dato, hylarem fac vultum tuum, *et 2. cor. 9.* hylarem datorem diligit Deus, *et ad Rom. 12.* qui miseretur in hylaritate, *et Aug. 9. conf.* 7. ne populus mærore, ac tædio contabesceret, institutum est Mediolani, vt secundum morem orientalium, Hymni, & Psalmi canerentur, & concordat, *Petr 2. de Rem. D. 24. ibi*, Athanasius vanitates fugiens, canendi vsum in Ecclesijs, interdixit, Ambrosius, pietatis exercitium appetēs, vt caneretur instituit.

Dices, optassem Ego sapientem, qui docuit repellendam esse tristitiam, & lætitiam amplexandam, docuisse remedia, quibus id consequi valeamus, præsertim cum tristitia videatur, aliquando esse in nobis, sine nobis, & lætitia videatur supra nos, vel extra nos esse, ac si in nostra potestate non esset, *vnde, et Sen. Ep. 23.* hoc ante omnia fac mi Lucille, disce gaudere, sed respondetur, quod, neq; in hoc sapiens defecit.

5 Primum ergo ad fugandam tristitiam, & captādam lætitiam, remedium ex ipso sapiente, est sapientia ipsa, *vnde Eccli.* 40 dixit, vinum, & musica lætificant cor hominis, sed super vtraq; dilectio sapientiæ, & sapientiæ dilector, *Sen. Ep. 23.* hoc ante omnia fac mi lucille, disce gaudere, non ille gaudet, qui ridet, animus, debet esse Alacer, & super omnia erectus, *et Ep. 59.* sapiens & ille est, qui est plenus gaudio, hylaris, placidus, inconcussus, *et Ep. 9.* vide, quam sit se contentus sapiens, vt aliquando sui parte contentus sit, vt si illi manum, aut oculum, morbus, aut hostis exciderit, Reliquię illi satisfaciant, & erit imminuto corpore, tam lætus, quam integro fuit, vnde, *et idem Sen. Ep. 20.* hoc opta, vt contentus sis temet ipso, quasi hoc sit esse sapientem, & innuit, *Horat. Ep. 10 ad fuscum*, lætus sorte tua, viues sapienter Ariste, *et Sen. Ep. 55* homo se contentus, ac sibi viuens, esse non potest, nisi sapiens, sicerat Democritus, qui assueuerat ex se, voluptatē accipere, vt dixit, *Plut. de profect. mor.* & iterum magistraliter, *Sen. Ep. 85.* peripateticorum quidam, imperturbatum, & sine tristitia interpretantur, qui raro perturbatur, & modice, non qui nunquam, illud enim humanā naturam negare, alicuius animum immunem esse tristitia; sapientem non vinci mærore, cæterum tangi, non tollunt affectus, sed temperant, sanum vocant, leuiter febricitantem, falsum est, non diminutionem malorum in Bono viro intelligo, sed vacationem, *& idem Sen. in opusc. de vit. Beat.* liberum animum, ac stabilem, extra metum, & cupiditatem, necesse est, velit nolit, sequatur hylaritas continua, & Beatus dici potest, qui nec cupit, nec timet, *& Petr. 2. de Rem. D. 118.* sapientibus omnis vita iucunda est, lætam libenter, tristem ferunt patienter, & si in rebus ipsis non possunt, patientia delectantur.

Hoc Remedium facilius contingere pauperib⁹ quam Diuitibus, probant ea, quæ diximus infra, *c. 2. in Rem. ad Phylosophum*, & probat, præsertim, *tex. Iob. 28.* sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium, & confert *Ps. 18.* sapientiā præstans paruulis, *& Horat.* stultitiam patiuntur opes.

6 Secundum huic proximum, & quasi confine remedium, est integritas vitæ, *vnde ex Diog. Plut* vir probus, quemuis diem, festum agit, immo *D. Io. Crisost. in Orat. de S. Phylogonio.* sic ait, Paulus dixit fieri posse, vt semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamq; suam recte composuerit, *& Eccli. 1. p.* dicitur, Religiositas, iucunditatem, & gaudiū dabit, Timor Domini delectabit cor, & dabit Lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum, *& Ps. 93* consolationes tuæ lætificaue:unt Animam meam, *& Ps. 118.* in via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus Diuitijs, *et eod. Ps. 108.* seruus autem tuus lætabitur, *& Ps 67.* & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, *& Ps. 96.* lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, *& pro. 10.* non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, & vt refert, *Plut. de consl. ad Apoll.* Crantor ait, vacare culpa in calamitatibus, magnum esse solatium.

Et quamuis, *in Ps. 38.* dicatur, verumtamen vane conturbatur omnis homo, sed, & frustra conturbatur, iustus tamen eximi videtur ab hac regula dum, *Ps. 58.* dicitur, non dabit in æternum fluctuationem iusto, quod quidem agnouisse videtur, etiam *Sen. Ep. 20.* dum dixit, maximum indicium malæ mentis est, fluctuatio, *& in Ep. 85.* suprac tata, vbi contra peripateticos, Bonum virū asserit imperturbabilem.

Accedat, *D. Bern. de interiori Domo c. 45.* vis nunquam esse tristis? bene viue, cui simile est, quo ad loquendi formam, illud, *Apost. ad Rom. 13.* vis non timere potestatem? Bonum fac.

Ad idem, *Eccles. 3.* Cognoui nihil esse melius, quam letari, & facere bene in vita sua, vbi lætitia, & bona opera coniunguntur, quasi dicatur, vis lætar? benefac, Bene operare, & lætare.

Ad idem, *ex Diog. Plut. de tranq. anim.* vir probus, quemnis diem, festum censet, & vt ibid. subdit Apostilla, Bonorum, perpetuæ sunt feriæ.

Ad idem confert *Sen. 2. de Ira*, gaudere, proprium est, & naturale virtutis, *& Ep. 81.* sapiens magis beneficio dato gaudet, quam alius accepto, *& Ep. 27.* sola virtus præstat gaudium perpetuū, & securum, & si quid obstat, nebium modo interuenit, quæ infra feruntur, & diem non vincunt vnde & idem *Sen. p. de Clem.* nullum virtutum pretium dignum illis est extra se ipsas, iuuat tamē inspicere, & circuire bonam conscientiam, recte factorum verus fructus est, fecisse, vel vt idem dixit *Ep 81.* Recte facti merces, est fecisse.

Ad idem *tex. Luc. 6.* gaudete, quia merces vestra multa est in Cælo, vel vt legitur *Matt. 5.*

copiosa est in Cælo, *& ad Rom. 12.* in tribulatione patientes, spe gaudentes, nec mirum si temporaliter gaudeant iusti ex spe, & memoria æterni gaudij, nam si illud, est gloria consumata, gratia dicitur, gloria initiata, adde *Petr. 2. de Rem. D. 93.* huius vitæ miserijs mæstus sum, felicitas te lætificet alterius vitæ, neque enim tam hæc misera, quam illa felix, *& D. 109.* verum bonum speratum, anticipatione lætificat.

Hoc remedium facilius esse pauperibus, quam Diuitibus, probant ea, quæ copiose dicta sunt, *p. 2. in V. Salus.*

7 Tertium remedium præseruatiuum, & curatiuum tristitiæ, & consequenter operatiuum Lætitiæ, est operatio, & sic non solum bene agere, vt supra, sed etiam indifferenter agere, ad id prodest, *vnde Eccles. 5.* deprendi non esse melius, quam lætari hominem in opere suo, *& gen. 2.* posuit Deus hominem in Paradiso voluptatis, vt operaretur, quasi, vel voluptas sit, operari, vel sicut coniungitur operari, & lætari, sic & simul esse solent, otari, & contristari, & ego mecum aliquādo caoebam, operare, nam putrescit, quicquid nimium quiescit, & substantias naturales existere in actiuas, impossibile esse scribitur, *lib. 7. Theol. mistic post Arist. c. 3.* & sunt quos otium in animi conijcit ægritudinem, inquit *Plut. de tranq. anim.* & tu dic etiam, corporis, *vnde Azzo* nunquam infirmabatur, nisi tempore vacationum, *vt refert Neurizan. in Syl. nupt. lib 4. n. 15.* nec mirum, quoniam industrio, otium pæna est, *ex Sen in opusc. quare bon. vir. mala accid.* & tu dic, quod huic non solum, qui es est finis motus, sed est in ipso motu, quies quædam licet non perfecta, vt in Deo, de quo dixit *Aug. lib. p. conf. c. 3.* quod est semper agens, & semper quietus, *& lib. 13. earumdem confess. c. 33.* quod semper operatur, & semper requiescit.

Et in otio esse, videtur esse, idem quod de numero viuorum exire antequam moriaris, quod vltimum malorum appellauit *Sen. de tranq. anim. & Petr. p. de Rem D. 21.* Iners inquit, & languidus solam requiem complectitur, quo o l sepulcro similius, & iterum *Sen. Ep 82.* delicati timent mortem, cui vitam suam fecere similem, otium, sine litteris, mors est, & viui hominis sepultura, *& Ep. 121* & hi mortem timent, in quam se viui condiderunt, *& Ep. 93.* Alter post mortem est, alter ante mortem perijt, *& Ep. 60.* is viuit, qui se vtitur, qui vero latitant, & torpent, mortem suam antecesserunt, *vnde, & Salust. in probem. Hist.* is mihi viuere, & frui anima videtur, qui negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonę famam quærit.

Et certe nihil ita vitæ remouet thedium sicut operatio, *vnde Sen. Ep. 122.* nullus agenti dies longus est, *& Ep. 56.* interdum quies inquieta est inertia, sui impatiens, & ego aliquando cecini, tu quietem habes in otio, ego in motu, & in negotio, *& apud Tac. lib. 4. an. c. 3.* Tiberius negotia pro solatijs accipiebat.

Et qui contra hæc sentit, ostendit se cum Epicuro sentire, cui maxima videbatur felicitas, nihil agere, vt refert, sed non sequitur *Sen. 4. de Benef.* & minus eum sequitur Cato, qui dixit homines nihil agendo, ad male agendum instrui, & qui cōtra sentit, pigrum se, ac desidiosum esse fatetur, nam, *vt inq. Sen. Ep 71.* sicut luxurioso frugalitas pæna est, ita pigro, supplicij loco labor est, & desidioso, studere, torquere est, & vt dixit *Petr. 2. de Rem. D. 56* Ignauo labor omnis est nimius, nullus industrio.

Hoc remedium facilius esse pauperibus, quam Diuitibus, probant ea, quæ infra dicemus *c. 2. in Rem. vij.*

8 Quartum Remedium ad fugandam tristitiam, & quærendam lætitiam, est oratio, vocalis scilicet, & menta is, quæ est eleuatio mentis in Deum, *D. Thom. 22. q. 83. art. vlt vnde Iac. c. 5.* tristatur aliquis in vobis? oret. *& Ps. 118.* letabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa.

Dices huius remedij praxim difficilem esse pauperibus, qui operari coguntur, vnde magis laborare, quam orare posse videntur, sed respondeo, *ex Aug. lib. de oper Monach. c. p. & 16* quod Cantica Diuina canere, & manibus operari facile possumus præterea mentalis oratio, & manualis operatio fac lius coniungi possunt, sed in paupere facillime etiam vocalis coniungitur, quoniam paupertas, quæ reputatur species tribulationis, est orationis causa saltem impulsiua, *iuxt. Ps. 119.* ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Habent etiam aliam specialem orandi causam motiuam pauperes, quoniam facile exaudiuntur à Domino, vt diximus *p. 2. in V. Oratio.*

9 Quintum Remedium ad extinguendam tristitiam, & lætitiam excitandam, est misericordia, & elemosina, *vnde Ps. 111.* Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, *& ad Rom. 12.* qui miseretur in hylaritate, & confert *Sen. Ep. 81.* sapiens beneficio dato magis gaudet, quam alius accepto.

Dices, pauperibus hoc Remedium non congruere, cum ipsis misericordia passiue magis, quam actiue conueniat, & cum ipsi elemosinam valeant recipere potius, quam elargiri, in eis deficiente materia, sed respondeo, quod facultas elemosinandi commun s est etiam pauperibus, *vt ostendi p. 2. in V. Elemosina,* Immo est in eis aliquando facilior, quoniam in pauperibus omnino impotentibus suffic t elemosina cordis, quæ non sufficit in diuitibus, vt ibid. diximus, quia voluntas bona nō est, quæ non operatur, quod potest *D. Bern. de interiori Domo c. 8.*

10 Sextum veluti naturale Remedium est, comedere, & bibere, *vnde Ruth. 3.* dicitur, cum comedisset, & bibisset, factus est hylarior, *& Eccles. 4.* Laudaui lætitiam, & quod non esset homini bonum, sub sole, nisi comedere, bibere, & gaudere.

quasi

quasi hoc tertium, fit consequentia quædam ex duabus illis præmissis, vnde *& Eccles. 4.* comede ergo in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, *& pro. 31.* noli Regibus dare vinum date syceram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, *& 3. E. dr 3.* vinum non meminit omnem tristitiam, & debitum.

Et Petr. 2. de Rem. D. 90 vinum lætificare cor hominis, & Bacchum lætitiæ datorem, & si Dauid Virgiliusque non dicerent, notum est, sed vt subdit, ebriosorum lætitia, nil tristius, vnde intelligebibendum, cum sobrietate, vel aliquando vsq; ad ebrietatem, sed exclusiue, *& vt sequitur Sen. de tranq. animi,* non vt mergat nos, sed vt deprimat curas, quod tamen adhuc a tam rigido ingenio dictum, miratur, *Petrarcha p. de Rem. D. 24.*

Nec dicas hoc Remedium, vel non applicari, vel male congruere pauperibus, qui male comedunt, & bibunt, nam respondeo, quod immo, quo minus comedunt, magis gaudent, *vnde D. Ambr. de elia, & ieiunio c. 9.* condimentum cibi ieiuniū est, dulciores post famem epulæ fiunt, & quanto auidior appetentia, tanto esca iucundior, *& D. Io. Crisost. relatus in can. nihil de consf. D. 5.* nihil ita iucundum est sicut cibus bene digestus, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic egritud nem fugat sicut moderata refectio, *& Eccli 31* exultatio animæ & cordis, vinum mode ate potatum.

Præterea, maiori cum gaudio comedunt pauperes, quia non subiacent tot periculis, ac sollicitudinibus, quot diuites subiectantur, vt diximus *inf. c. 2. in Rem. periculorum, & in Rem. sollicitudinis,* & ad hoc confert ensis ille perpendiculariter respiciens caput conuiuæ, qui propterea ieiunus e mensa discessit, & hic verum est, quod melior est pugillus cum requie, quam plena, vtraque manus cum labore, & afflictione animi, *vt dicitur Eccles. 4.* & melior est Buccella panis, cum gaudio, quam plena vtraque manus cum iurgio, *vt dicitur pro. 16.* & secura mens quasi iuge conuiuium, *pro. 15.*

Et sic patet, quod licet quantitate minor, qualitate tamen sæpe melior est cibus pauperum, & fauet littera *Ps. 67.* parasti in dulcedine tua pauperi Deus, habent præterea pauperes commune remedium, quo panem, ac vinum, bonum efficiant primum videlicet *ex Sen Ep. pen.* malum panem inquis, expecta, bonus fiet etiam illum tenerum, ac saligineum fames reddet, secundum *ex Mart. lib. 5. Ep. 79.* vinum tu facies bonum bibendo.

11 Septimum Remedium, sit musica, *vnde Arist. lib. 8. polit. c. 5.* musica est medicina molestiæ, & est ex iucundissimis, *& ex Aphrodis lib. p. prob. 121.* Musica, essentiæ nostri animi indita est a natura, vnde etiam infantes, cum modulos audiunt vagitu cessant, & dormire incipiunt, *& Eccli. 4.* vinum, & musica lætificant cor hominis, vbi obiter nota, quod vinum, & musica coniunguntur, vnde percipitur non male vulgo dici, Pibite Cantores, sed non satis percipitur, cur vulgo habere Musicam, idem sit, quod habere cerebrum, cum tamen multi, quo magis Musica, eo minus cerebro pollere videantur, adeo, vt soleant æquiparari Pictoribus, atq; Poetis, qui sine furore non satis valent, nec sine vino, vnde Poeta ipse Propertius fatetur, Bacche soles Phebo fertil s esse tuo.

Sed vnde digressa est, eo reuertatur, Oratio, dices hoc Remedium nō esse commune pauperibus, cum Musicos, & Spadones habere, sit de Diuiti reseruatis, sed Respondetur, pauperes, aliena Musica non indigere, sed magis propria lætari, *iuxt. illud Virg. egl. p.* Hinc alta sub Rupe canet frōdator ad auras, *& aliud Iuuen. sat. 10.* Cantabit Vacuus coram Latrone viator.

Adde, quod sicut lætitia, est Remedium paupertatis, ita paupertas ipsa, est sæpe Remedium Lætitiæ, *vnde Petr. 2. de Rem. D. 12.* in tugurio sæpe lætos videas, sæpe mæstos in Regia, *& D. 79.* loquens de amisso Regno, ait, gaudendum de perditis, quæ te perdere potuissent.

Alia Remedia ex Medicorum offi inis petenda sunt qui inter cætera Boragini tribuunt, vt lætificet, vnde de illa cecinit Castor Durantes.
Gaud a fe t Cordi, minu t Borargo Rigores
Febris, & horrores, tussibus hostis erit.

12 In quo quidem credo quod Medicamenta Corporis in animum influant, cum, & nihil sit in intellectu, quod prius non fuerit in sensu teste Phylosopho, sed quia tristitia, & lætitia in Animo sita est, ideo curandus, & sanandus est Animus, magis a mora i Phylosopho, quā a Phisico Medico, & ad effectum prædictum, magis proderunt remedia, quæ inmediate, vel principaliter Animum tangunt, præsertim, quia non est in rebus vitium, sed in Animo, vnde, & quod paupertatem grauem fecerat, hoc, & Diuitias graues facit, nec enim interest Ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces, vt dixit *Sen. Ep. 17.* & vt idem *ipse Ep. 78* in remedium cedent honesta solatia, & quicquid animum erigit, corpori prodest, *& prius Ep. 23.* hoc ante omnia fac mi Lucilli, disce gaudere, non ille gaudet qui ridet, Animus debet esse Alacer, & super omnia erectus.

13 Nunc, quæ dicta sunt de tristitia vitanda, Limita in tristitia illa, que inducitur ex pænitentia peccatorum, nam, *ex D. Thom. p. 2. q. 39. art. p.* tristitia licet sit ex se mala attamen ex suppositione fit Bona, vt cum quis tristatur de malo culpæ, idemq; asserit de verecundia, *vnde Ap. 2. ad cor. 7.* si contristauit vos Epistola, non me pænitet, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pænitentiam, *& Greg hom 20. in Euang.* qui lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto se nouerit illicita perpetrasse, Ad idem confert, *tex. Eccles. 7.* melior est ira, risu, quia per tristitiam vultus, corrigitur Animus delinquentis, Cor Sapientis, vbi tristitia, Cor Stulti, vbi lætitia, & iterū, *Ap. 2.*

Ap. 2. ad cor. 7. tristitia seculi, mortem operatur, tristitia, secundum Deum, salutem operatur.

Immo tristitia haec, laetitiam, etiam operatur, & parit, *unde Aug. in c. si Apost. de pænit. D. 3.* Anima non doluisse, dolet, & de peccato dolet, & de dolore gaudet, *& Ps. 29.* Convertisti planctum meum in gaudium mihi, Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me laetitia, sic Mulier dum parit tristitiam habet, sed post quam peperit, nō meminit pressurae, propter gaudium.

Adde pro moderatione huius tristitiae, *Petrarcham 2. de Rem. D. 93. ibi,* Tristitia de peccato, utilis est, modo non desperationi manum det

14 Nunc etiam, quae dicta sunt de capienda, & amplexanda Laetitia, limita, & tempera, ita, ut non sit nimia, quia nimia laetitia, magis, quam tristitia, mortem operatur, *unde Val. max. lib. 9. memorab. c. 12.* Mater, inquit, cum falso morte filij nuncio maesta sederet, ad primum conspectum redeuntis, exanimata est, & quam dolor non extinxerat, laetitia consumpsit.

Et Physica est ratio, quia in dolore spiritus comprimuntur, & confugiunt ad cor, & aliquando, sed non ita facile, suffocant, sed in laetitia immodica, spiritus abeunt, & vitales partes penitus derelinquunt, unde mors sequitur.

REMEDIVM XI.

Scientia.

SVMMARIVM.

1 *Scientia, Remedium paupertatis præsertim medica, & legalis.*

Ordinari quis non potest ad titulum litteraturæ.

2 *Labores legales effugerunt Poeta, unde eius. Medici, & Legista numerositate vilescunt, etiam Poesis paupertati medetur, sed vide versus.*

1 Remedium paupertatis, est Doctrina, seu Scientia, praesertim medica, & Legalis, & quidem quo ad medicam, experimentum docet, quod dat Galenus opes, quo vero ad Legalem, id probare videtur, *tex. in §. fin. Auth. de hered. & Falcid. ibi,* Legalis sapientia non permittit quemquā in paupertate vivere, vel in Anxietate mori, sed nostris temporibus, textus ille mentitur, inquit, *Hypolitus, Marsilius in Rub. de sicariis in fine, & refert Cevall. in Thesaur. comm. con. com. in praefat. nu. 153.*

Confert ad hoc, quod non potest quis ordinari ad titulum litteraturae, etiam Legalis ex declaratione congregationis Concilij, quamuis plures Doctores contrarium senserint, *quos refert Garzia de Benef. p. 2. c. 5. n. 127. & seq.* sed illud fortasse procedit, quia Canones exigunt titulum, seu patrimonium certum, & praesentaneum, at negari non potest, quin Legalis scientiae professores, qui praxis labores non effugiant, ut fecit, *Ovid. 4. de trist. eleg. 9.* dicens, Curia restabat, &c. impar erat nostris viribus illud onus, nec corpus patiens, nec mens erat apta labori, *& Mart. qui lib. 3. Ep. 4.* non poterat vanę taedia ferre togae) negari inquā non potest, quod, qui, vel legendo, vel consulendo, vel iudicando se exercent, non solum paupertatem effugiant, sed etiam Divitias comparent.

Fateri tamen etiam necesse est, quod sicut Hypocrates in eius lege impressa post Aphorismata, conqueritur ignorantiam eorum, qui Medicinam exercent, sic, & legum Doctores numerositate quandoq; vilescunt, praesertim cum fortasse plures sint, qui legere, ac scribere nesciunt, hoc est legere in Cathedra, & scribere in Iure, sed haec non artium, sed Artincum, culpa est.

2 Amplia, ut etiam Poesis, sit Remedium paupertatis, *unde Hor. lib. 2. Ep. ad Iul. Flor.* & laris, & fundi paupertas impulit audax, ut versus facerem, *& Plut. in Apophr.* refert Poetam quemdam qui se pauperem esse conquerebatur, & Homerum caecubat a Hierone respolum hoc accepisse, Homerus, cui tu detrahis, Decem millia hominum alit, vel mortuus.

Sed haec olim fuere dicet aliquis, *unde Ovid 3. de Arte,* A Doctis pretium scelus est sperare Poetis, & Guarinus, La maggior parte Amica fu delle sacre Muse, Amore, & studio, Beato un tempo, hor infelice. & vile, & ante eum, *Petr.* Povera, & nuda vai Phylosofia, Dice la Turba al vil guadagno intesa. Sed quicquid sit de Phylosophis qui si non paupertatem, saltem Divitias, contemptum profitentur, ut infra diximus in Remedio Phylosophiae, & ad Phylosophiam, certum est, quod Poetae facilius laurum, quam aurum assequuntur, unde cecinit expertus ille. Già non pensare, & al mio esempio impara) di cumular i thesori a suon di Cetra, Trarran forse i tuoi carmi ò pianta, ò pietra, O mò non già troppo e l'etade Auara. Sed nimis est Divitias cumulare, satis est paupertatem vitare, vel mitigare.

REMEDIVM XII.

Phylosophia.

SVMMARIVM.

1 *Phylosophia, Remedium lenitiuum paupertatis, & fuit Diogeni, & Socrati, qui aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunę, necessitates non effugit, sed vincit, & calcat, vel patienter, ac libenter ferendo, vel cogitando graviora.*

2 *Phylosophia, etiam Remedium curatiuum paupertatis, pauper non qui parum habet, sed qui plus cupit, Phylosophus cōtemnit Divitias, potest tamē eas possidere, dūmodo non possideatur ab illis, vide ibi.*

Phylo-

3 *Phylosophia. Remedium ad veras Diuitias. vide versus, nostrum sit, quod calcamus, Alexander poterat fortuna manere Alexander, & affectu fieri Diogenes, rari possunt aperto ostio viuere, rari Phylosophi.*

4 *Vera Phylosophia, est moralis, non quę docet, potius disputare, quam viuere, & quę melius Phylologia dicitur, exoptabilius est bene viuere, quam viuere.*

1 REmedium, saltem lenitiuum paupertatis, est Phylosophia, *vnde apud Plut. in Apophe.* Interrogatus Dionisius, quid tibi Plato, & Phylosophia profuit amisso Regno, respondit, vt tantam fortunæ mutationem æquo animo ferrem, prout fecit, etiam Socrates, qui æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ, *vt dixit Sen. Ep. 104.* Ad idem, *Sen. Ep. 37.* effugere non potes necessitates, At potes vincere, quæ via? Dabit Phylosophia, *& Ep. 12.* malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere, necessitas nulla est calcare, ipsas necessitates licet, ad *idem Plut. de liber. educ.* Phylosophia docet, minime seruire cũ seruis, & quod maximum est, in prosperis fortunæ successibus, lætitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia deprimi, *& in opusc. de tranq. animi,* paupertas tibi grauis est, verum Egidi non obstitit, quin Græcorum clarissimus fuerit, & in opusc. cuius titulus est, num improbitas ad infelicitatem sufficiat, peram, & mendicitatem diurni victus, adiges fortuna, at qui, fuerunt hæc felicitatis auspicia Diogeni, libertatis, & gloriæ Crateti, *& Arist. lib. 2. polit. c. 5.* si quis inquit velis exiguo patrimonio delectari, non aliunde, quam ex Phylosophia Remedium quærat.

Id autem contingere potest, vel patienter, ac libenter ferendo, *vt loquitur Sen. Ep. 76.* vel quia cogitando peiora, & grauiora, mala efficiuntur leuiora, immo minus malum, tam naturale, quam morale, comparatiue ad maius malum, dici potest aliqua ratione Bonum.

2 Amplia pr. vt Phylosophia, non solum sit paupertatis Remedium lenitiuũ, sed etiam curatiuũ, quoniam pauper est, non qui parũ habet, sed qui plus cupit, *Sen. Ep. 2.* Phylosophia vero, ab Animo cupiditates eradicat, & sic cum Phylosophus amplius non cupiat, sequitur eum dici non posse pauperem.

Probatur hoc ipsum etiam à fortiori, quoniam Phylosophus, non solum opes non cupit, vel quęrit, sed contemnit, *tex. est in l. in honoribus 8. §. Phylosophis ff. de mun. & honor. ibi,* vere Phylosophantes pecuniam contemnunt, *& in l. p. ff. de var. & extraord. cogn. ibi,* Phylosophos, profiteri primum oportet mercenariam operam spernere, *& in l. sed, & reprobari 7. §. de Phylosophus ff. de excus. tut. ibi,* si de substantia loquuntur iam manifeste fient non Phylosophantes, & concordat, *tex. in l. professio 7. C. de mun. & honor. ibi,* professio, & desiderium tuum, inter se pugnant, nam Phylosophum te dicis, & vinceris Auaritia.

Ex quibus nota, quod in hoc Phylosophi æquiparari videntur Imperatoribus, *ad tex. in Auth. de Consulib. ibi,* Consuli Argentum spargere permittimus, Aurum solius Imperatoris est spernere, immo, & plus *dixit Sen. Ep. 120.* Fabritius, Pyrri Regis aurum repulit, maiusq; Regno iudicauit, Regias opes posse contemnere.

Non tamen paupertatem vouent omnes Phylosophi, immo possunt absq; læsione Phylosophię possidere Diuitias iuxta formam *à Seneca* præscriptam, *in opusc. de vit. Beat.* vbi dixit, quod Phylosophus, ait opes debere contemni non ne habeat, sed ne sollicitus habeat, & ita vt apud ipsum aliquem locum, sed non summum locum habeant, & ita vt sint apud ipsum, sed extra ipsum, & ita vt sint in seruitute, non in Imperio, & ita vt in Domum, non in animum recipiantur, vnde, & idem *Sen. Ep. 18.* opum possessionem tibi non interdico, sed illas intrepide possideas, & tanquam exituras aspicias, à quo, nec dissentire videtur, *Apost. p. ad cor. 7.* reliquum est, vt qui emunt, tanquam non possidentes sint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes.

3 Amplia 2. vt Phylosophia, non solum sit Remedium lenitiuum, & eucatiuum paupertatis, sed etiam ad comparandas Diuitias, adeo, vt verus Phylosophus non solum dici pauper non possit, sed immo Diues semper esse videatur, *vnde Tullius* omnes sunt Diuites dicunt Stoici, qui Cælo, & Terra frui possunt, adde versus.

Hærodoti hoc Dogma est quisquis miser indiget ęre.
Phylosophi assumat pallia, Diues erit.

Ita ex *Lucillo lib. 2. epig. Græc. transtulit Alciatus in l. etiam ff. de verb. sig. & refert Tiraq. de Retract. lignag. §. p. gl. 7. n. 10.*

Et Sen. de vit. Beat. terras inquit omnium aspiciam tamquam meas, meas tanquam omnium, *& Ap. 2. ad cor. 6.* sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, & iterum *Sen. Ep. 62.* Breuissima ad Diuitias per contemptum Diuitiarum via est, & in hunc etiã sensum trahi potest, *tex. Ios. 14.* terra, quam calcauerit pes tuus, erit possessio tua, *& prius Ios. p.* omnem locum, quem calcauerit vestigiũ pedis vestri, vobis tradam, *& Ruth. 11.* omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.

Vnde non mirum si sua felicitate onustus, Alexander dixit, nisi Alexander essem, Diogenes essẽ, licebat tamen ei Phylosophanti, & affectu fieri Diogenem, & fortuna manere Alexandrum, *vt dixit Plut. in opusc. cuius tit. est, In Principe requiri Doctrinam.*

Nec prædictis obstat in Triumphys Petr. Pouera, & nuda vai Filosofia, nam. quod sequitur soluit obiectum, Dice la turba al vil guadagno intesa, cui consonat, *Horatianum illud Ep. p. ad Mecen.* O Ciues, Ciues, quęrenda pecunia primum

est,

est, virtus post nummos, & statim subdit, hæc recinunt Iuuenes Dictata senesque.

Confert ad dicta Petrarchæ, quod narrat I. C. noster Traianus Boccalinus in Relationibus Parnasi, quod cū Rex Galliç, Phylosophię, quā nudatam respexerat in Monte Parnasi, sui Regalis Pallij partem obtulisset, illa repudiauit dicens, se nō habere pudenda, vel turpitudines, quas tegeret, vnde Pallio non indigere, & nudam incedere posse, cum tamen ad tegendas hominum turpitudines, non solum vestimenta, sed Domus adhibeantur, *vnde Sen. Ep.* 45. parietes nobis circumdatos iudicamus, non vt tutius viuamus, sed, vt peccemus occultius, & vix quemquam inuenies, qui possit aperto hostio viuere, nec mirum, quia rari sūt, qui phylosophentur, *l. sed, & reprobari 7. §. de Phylosophis ff. de excus. tut.* immo non solum, quod Plato exoptabat, rari Principes phylosophantur, sed rari sunt, etiam apud Principes Phylosophi.

4 Declara, vt quæ dicta sunt, intelligantur, non de Phylosophia speculatiua, sed de practica, non de disputatiua, seu contemplatiua, sed de actiua, non de verbali, sed de reali, ac morali, sic enim Phylosophorum Princeps Socrates, Phylosodhiā vniuersam reuocauit ad mores. vt refert *Sen. Ep.* 71. Alij vero, qui, *vt loquitur Sen. Ep.* 95 *&* 108. non Phylosophiam, sed Phylologiam profitentur, & docent, *teste eod. Sen. ead. Ep.* 108. disputare, non viuere, & Phylosophiam, oblectamentum faciunt cum Remedium sit, vt inquit, *idem ip e Sen. Ep.* 117.

Hoc ipsum confirmat, *idem Sen. Ep.* 90. *ibi*, quis dubitare potest quin Deorum immortalium munus sit, quod viuimus, Phylosophiæ quod bene viuimus, itaque tanto plus nos debere huic, quam Diis, quanto maius beneficium est, bona vita, quam vita, nisi ipsam Dij Phylosophiam tribuissent, cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus.

Adde *Petr. in pręfat. ad primum de Remedijs*, Hęc est vera Phylosophia, non quę sterilium disputationum ventosa iactantia per inane cirumuoluitur.

Pauperes autem non solum facultatem, vt supra, dixit *Sen.* sed facilitatē consequendi hoc Phylosophię remedium habent, vt ostendimus infra *c. 2. in Remedio ad Phylosophiam.*

REMEDIVM. XIII.

Sapientia.

SVMMARIVM.

1 *Sapientia, Remedium lenitiuum paupertatis, sapiens nihil inuitus agit, vel patitur ei omnis vita iucunda, non est in paupertate vitium, sed in paupere, non differt ęger in ligneo, vel in aureo lecto.*

2 *Sapientia, Remedium curatiuum paupertatis, occidere se, non licet, tam miser est quisq; quam credit.*

3 *Sapiens semper Diues, & felix, & se ipso contentus & ei tenues luxuriantur opes, & totus orbis est ei patria, vide versus.*

4 *Sapientia exoptabilior, quam Diuitię, & n. 11.*

5 *Sapientes, Regibus rariores, Sapiens tanquam Fenix vel non nascitur, vel semel anno quingentesimo nascitur, vir bonus, & sapiens Deo similis, immo in aliquo, plusquam Deus, ex Sen.*

6 *Sapientia, Remedium efficacius contra paupertatem quam contra Diuitias. Difficilius, prosperę fortunę Regimen, quam aduersę.*

7 *Sapientiam obtinet à Deo, qui postulat, nihil hæsitans, credens, & non exitans si dixerit fiat, fiet ei.*

8 *Sapientiam quasi pecuniam quęrens, inueniet eam, vide ibi duplicem intellectum.*

9 *Sumitur Sapientia pro virtute, quę, nec est adeo difficilis, vt dicitur, non quia difficilia sunt, non audemus, sed quia non audemus, difficilia sunt.*

10 *Facilius est pauperi, quam Diuiti, sapientiam consequi, duplex causa lucratiua, nec legaliter, nec moraliter concurrit, rari capiunt, & sapiunt, raro talentum, & talenta coniunguntur.*

11 *Exoptabilius est talentum siue talentis, quam contrarium, vide rationes, authoritates, & versus, Sapientia non emitur, Clauis aurea non prodest, si non aperit, melior est homo, qui pecunia indigeat, quam pecunia, quę homine, Diuites ignari, pecudes cum aureo vellere.*

1 REmedium lenitiuum paupertatis, est sapientia, *vnde Sen. Ep* 87. Dolor, egestas, ignominia, & cætera horrenda cum ad sapientem peruenere, mansuescunt, *& idem de vit Beat.* quicquid ad ille veniet, Bonum fiet, *& Ep* 54. nihil inuitus facit Sapiens, necessitates effugit, quia vult, quod ipsa coactura est, *& Ep.* 61. da operam, ne quid vnquam inuitus facias, repugnanti, non volenti necessitas est, & de Consol. ad Eluiam, nec secunda sapientem euehunt, nec aduersa demittunt, *& Ep* 98 Rectus, atq; integer corrigit praua fortunę, & sane dici potest, vero sapienti erunt praua in directa, & aspera in vias planas, *iux. tex. Isaię* 40 *& Luc.* 3. & Sapientibus omnis vita iucunda est, lætam libenter, tristem ferunt patienter, & si rebus ipsis nequeunt, patientia delectantur, *vt inq. Petr. 2. de Rem. D.* 118. *adde eumd. Petr. 2. de Rem. D* 9. virtus vna contra fortunam omnem, contraq; pauperiem, Ars optima, & iterum ibid, vt animo inopi, ac deiecto nullę sufficiūt opes, sic Diuiti, atq; erecto, nulla non sufficit paupertas, *& Dial.* 25. Leuem Sarcinam, ferentis imbellicitas grauem facit, & tu dic, quod non est in paupertate vitium, sed in paupere, *& vt dixit Sen. Ep.* 16, non est in rebus vitium, sed in animo, quod paupertatem grauē fecerat, hoc, & Diuitias

graues

graues faciet, nec differt Ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces.

2 Amplia pr. vt Sapientia, sit etiam Remedium curatiuum paupertatis, quia Sapiens non potest dici pauper, sicut nec miser, *vnde Sen. Ep.* 9 Crisippus ait Sapientem nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus esse; contra, stulto, nulla re opus est, nulla enim re scit vti, sed omnibus eget, egere necessitatis est, *& Ep.* 74. quaeris, quare virtus nullo egeat praesentibus gaudet, non concupiscit absentia, nihil nō illi magnū est, quod satis, *& in opusc. quare bon. vir. mal. accid.* persuadebo tibi, ne vmquam boni viri misereris, potest enim miser dici, non miser esse, & rationem adducit, *Ep.* 70. nemo, nisi vitio suo miser est, & rationem huiusce rationis, subdit dicēs, nemo de vita conqueri potest, neminem tenet, nil melius aeterna lex fecit, quam, quod vnum introitum, dedit omnibus ad vitam, exitus multos placet viue, non placet, licet eo reuerti, vnde venisti, quae tamen ratio rationis, Christiano viro placere non potest, quia videtur permittere sibi mortem consciere, quod non solum humanae leges prohibent, *tot. tit. ff. de ijs, qui sibi mortem consciuerunt*, sed, & Diuinae, vt probat, *D. Aug. in c. non licet 23. q. 5.* placet tamen alia ratio, *Sen. Ep.* 78 *ibi*, tam miser est quisq; quam credit, & vertit Sanazar. E tanto è miser l'huom, quant' ei si reputa.

3 Amplia 2. vt Sapiens, non solum non possit esse pauper, aut miser, sed sit semper Diues, & felix, probat, *Tullius in paradox.* contentum suis rebus esse, maximae sunt, certissimaeq; Diuitiae, *& Plut. de virt. & vitio.* contentus eris te ipso, si didiceris, quid bonum sit, quid honestum, luxuriabis in paupertate, & Rex eris, vitamq; priuatam, & ociosam (intellige quietam) non minus gratam habebis, quam, quae in Imperijs, & Magistratibus agitur, & comprobat ratio eiusdem, *Plut. de tranq. anim.* recta ratio, quoduis vitae genus, felix reddit. Cecinit, *Mart. lib.* 10. *Ep.* 79 illa placet tellus, in qua res parua Beatum me facit, & tenues luxuriantur opes, sed tu adde, quod sapienti omnis tellus est talis, prout, & omnis tellus est ei patria, *vt Ouid. cecinit p. fastor.* omne solum forti Patria est, vt Piscibus aequor, vt volucri vaquo, quicquid in orbe patet, & quod dixi, probat, *Sen. Ep.* 87 quis sit summi boni locus quaeris? Animus, Adde *Sen. de vit. Beat.* Ego terras omnium aspiciam, tanquam meas, meas tanquam omnium, *& 7. de Benef.* non existimes Sapientem paruo esse contentum, omnia illius sunt, Sapiens, vniuersa Animo possidet iure, ac Dominio sua, nihil cupit, quia extra omnia, nihil est, *& Ap. 2. ad cor. 6.* quasi nihil habentes, & omnia possidentes.

4 Amplia 3. vt longe exoptabilior sit Sapientia, quam Diuitiae, agnouit hoc, *Horat. Ep. p. ad Mecen.* vilius Argentum est auro, virtutibus Aurum, probauit Sapiens, *pro. 3.* melior est Acquisitio Sapientiae negociatione Argenti, & Auri primi, pretiosior est cunctis opibus, & omnia, quae desiderantur, huic non valent comparari, *& Sap.* 7 Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, *& vide, quae infra dixi in quart. notab.*

5 Limita, quod hoc Remedium rarum sit, & inuentu difficile, *vnde Petr. 2. de Rem. D.* 83. sunt fateor Sapientes Regibus rariores, *& Sen. Ep.* 42. vir Bonus, seu Sapiens primae notae, tanquam Phenix semel anno quingentesimo nascitur, *& Petr. de Rem. D. 11.* fuere, qui dixerunt sapientem nullum, id quam verum, falsumq; sit non disputo, certe nimis praerupta Sententia est, & ad desperationem prona, & studio aduersa sapientiae, Adde *Sen. Ep.* 53. est aliquid, quo Sapiens antecedat Deum, ille naturae Beneficio, non suo sapiens est, ecce res magna, habere imbellicitatem hominis, & securitatem Dei, *& Ep.* 73. Iuppiter, quo antecedit virum bonum? Diutius Bonus est, Deus non vincit sapientem felicitate, sed vincit aetate, Sapientiam aequo animo, omnia apud alios videt contemnitq; quam Iuppiter, & hoc se se magis suspicit, Iuppiter illis vti non potest, Sapiens nō vult, *& in opusc. quare bon. vir. mal. accid.* forte fortiter hoc est, quo Deum antecedatis, ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam sed ad Declarationem huius Limitationis, *vide quae infra dicam in tertio notab.*

6 Interim tamen nota, quod Sapientia, magis prodest contra paupertatem, quam contra Diuitias, *vnde Aug lib.* 17. *de Ciuit. Dei c.* 20. Salomon Bonis initijs, malos exitus habuit, quia secundae res, magis ei obfuerunt, quam profuerit Sapientia, & fortasse facilius est, & periculosius, vt Diuitiae, sapientiā fugent, vel corrumpant, quam, vt Sapientia Diuitias moderetur, & temperet, & saltem negari non potest, quin difficilius sit prosperae fortunae Regimen, quam aduersae, vt sensit, & comprobauit, *Petr. de Rem. vtriusq; fort. in praefat. ad lib. p.*

Si autem pro consequendo hoc Sapientiae Remedio, Remedium quaeras.

7 Nota pr. *tex. Iac. p.* si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei, postulet autem in fide, nihil haesitans, cui contonat, *tex. Marc.* 11. qui crediderit, & non haesitauerit, quodcunq; dixerit fiat, fiat ei.

8 Secundo nota, *tex. pro.* 2. si quaesieris sapientiā, quasi pecuniam, inuenies eam, hoc est si quaesieris eo modo, quo pecunia quaeritur, idest totis virib⁹, sic in simili, *Deut.* 4. si quaesieris Dominum, inuenies eum, si tamen toto corde quaesieris, vel certe dic, si quaesieris, quasi pecuniam, hoc est pro pecunia, vel loco pecuniae, vt fecit Salomon, qui sapientiam, & non pecuniam postulauit, *vnde 2. Reg.* 3. Responsum accepit, quia postulasti hanc rem, nec petisti dies multos, aut Diuitias, aut animas inimicorum, Dabo tibi Cor Sapiens, &c.

9 Tertio nota, quod si pro sapientia, virtutem intelligamus, prout Seneca videtur intellexisse,

uiora mala, non solum mollia, ac leuia efficiantur, sed etiam dulcia, & delectabilia si non solum patienter, sed libenter ferantur, *vt loquitur Sen. Ep. 76. vnde idem Sen. de consl. ad Marciam*, habes ex filio duas filias, si male fers, magna onera, si bene fers, magna solatia, *& D. Bern. de Consid. ad Eug. lib. p. c. 2.* primum tibi impossibile videbitur aliquid, processu temporis si assuescas, iudicabis non adeo graue, paulo post, & leue sensies. Paulo post nec sensies, paulo post et am delectabit.

Econtra vero, impatientia, molesta non minuit sed aceruat, vt loquitur *Petr. 2. de Rem. D. 39.* & impatientia Res cūctas exasperat, vt dix t *idem Petr. 2. de Rem. D. 118.* & indignatio, & quærelæ, nil aliud, quam accessio mali sunt, quid morbo corporis addere animi morbum iuuat? vt inquit idem ipse *Petr. 2. de rem. D. 114.*

5 Ampl a 3. vt non solum ad paupertatem ferendam, sed etiam ad acquirendas Diuitias, patientia prosit, *vnde Ps. 36* sustinentes autem Dominum non minuentur omni bono, *& p. Mach. b. 8.* Romani possederunt omnem locum consil.o suo, & patientia, *& Tac. 3. an. c. 11.* Bruti lias si rectum iter perageret ad C.arissima iturum, festinatio ext mulabat, dum æquales, superiores, ac suas ipse spes anteire parat, quod multos etiam Bonos pessum dedit, qui spretis, quæ tarda cum securitate, præmatura, vel cum ex tio properant; Audi i ego frequenter quod ad acquirend m Ron æ, duo necessario requiruntur, panis, vide licet, & patient a, sed credo præponendam esse patientiam pan, & patient a ipsa, panem acquiri, quam si Poetæ, qui dam exercuissent, non sic Aulæ detraxissent.

6 Nec dicat aliquis pat entiam esse virtutem, quandam quasi fœmineam, *vnde Aristoteles f. B. 19. prob. 49.* sunt inqu t patibiliores, qui inualid ores, *& sec. 20. prob. p.* impatibilius est, quod va id.us.

Nam respondeo, quod immo patientia, virilis est virtus, & quamuis fortitudo in specie sumpta distinguatur a patientia, *vt pro. 16. ibi*, melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium, *& Ps. 6* Deus fortis, & patiens, attamen in genere sumpto vocabulo, appellatione fortitud nis cōtinetur, etiā patientia, nā cum munera fort tudinis generice sumptæ, sint aggredi, & sustinere, sequitur, patientiam esse fortitudinis partem, vel partum, *vnde Val. Max. lib. 3. memorab. c 3.* patientia ita fortitudini similitudine iuncta est, vt cum ea, vel ex ea nata videri possit, *& Sen. Ep. 67.* patientia, perpessio, tolerantia, fortitudinis rami sunt, *& Aug. in l. b. octoginta trium quæstionum q 31.* fortitudo inquit est confidentia, patientia, perseuerantia, *& ex D. Thom 22. q. 136. art. 4.* patientia est pars fortitudinis, & virtus secundaria, *& Sen. in opusc. quare Bon. vir. mal. accid.* fortiter inquit omne ferendum est, ignis aurum probat, miseria fortes, *& Mart. lib. 11. Ep. 53.*

Rebus in angustis facile est contemnere vitam
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Et Petr. 2. de Rem. D. 114. forti animo ferre mortalia, speciosum, ac virile est, & paulo post ibid. Alij quorum quidam seruili condit one, sed animorum ingenuitate mirabili, omne supplicium pertulerunt, non modo fortiter, sed iucunde.

7 Immo sustinere, & immobiliter stare in periculis, est maior actus fortitudinis, quam aggredi, quia, qui sic sustinet, habet, & sentit pericula præsentia, & diuturnius, *vt docet D. Thom: 22. q. 123. art. 6.* & non est sane parum secundis rebus bene vti, attamen aduersas moderate perferre, multo maius est existimandu n, nam in magnis calamitatibus, & iniurijs nihil abiecte facere, celsi est animi, *vt docet Aristoteles 2. econom. c. p.* immo, & rad x, ac omnium custos virtutum, pat entia dicta est, *a D. Greg. hom. 35. in Euang.* & viro forti patientem prætulit sapiens, *pro. 16.* melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.

Immo, & ipsi met Deo patientem quodammodo præferendum, *dixit Sen in opusc. quare bon. vir. mala accid. ibi*, forte fortiter hoc est, quo Deum antecedatis ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam, hoc tamen intelige, ita vt non pugnet, cum *Ps. 85.* & tu Domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax, *& Ps. 7.* Deus iudex Iustus fortis, & patiens, nam, *& D. Thom. p. p. q. 25. art. p.* docuit in Deo esse potentiam actiuam, sed non passiuam. Adde quod, *idem Sen. dixit Ep. 71.* non mirum est in tranquillitate non concuti, illud mirum, ibi extolli aliquem, vbi omnes deprimuntur, ibi stare, vbi omnes cadunt, quod docuit *Arist. lib. 2. economic. c. p.* non est sane parum secundis rebus bene vti, attamen aduersas moderate perferre, multo maius est existimandum, nam in magnis calamitatibus, & iniurijs, nihil abiecte facere, celsi est animi, vel si magis placet, dic est animi magnanimi, idemq; comprobat, *Sen. 3. de Ira ibi*, nullum est Argumētum magnitudinis certius, quam quod nihil possit, quo instigeris accidere, & proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percussum, sic immanis fera ad latratum Canis lenta respexit, nec aduersatur, quod dixit, *idem Sen. de consl. ad Polyb. ibi*, non sentire sua mala non est hominis, & non ferre non est viri, *& D. Greg. hom. 35. in Euang.* radix inquit omnium custosque virtutum pat entia est, & paulo post ibid; nos ait sine ferro Martyres esse possumus si patientiam veraciter in Animo custodimus.

8 Quod si quæras Remedium ad consequendum hoc patientiæ Remed um, Respondeo, quod primum est, illam a Domino postulare, *iuxt. Ps. 61.* verumtamen Deo subiecta est Anima mea, quoniam ab ad ipso patientia mea, *vnde D. Aug. in medit. c. p.* in prosperis continentiam, in aduersis patientiam a Domino deprecabatur, confert,

tex.

tex. p. Petr. 5. Deus modicum passos ipse perficiet, solidabitque.

9 Secundum ad patientiam quærendam remediũ est, cogitare quod dixit *Iob. c. 2.* si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? *vnde, & Petr. 2. de Rem. D. 84.* senex ille, bonis de manu Dei læte acceptis, mala quoque patienter suscipienda censebat, quamuis mali aliquid dare, vel facere manus illa non nouerit, sed humanam respexit opinionem, prodest ad idem, cogitare, quod dixit *idem Petr. 2. de Rem. D. 57.* nihil ad tolerantiam asperarum rerum efficacius, quam cogitare eadem multos fortibus animis fuisse perpessos.

10 Tertium ad patientiam remedium fit, Phylosophia, vnde, *vt refert Plut. in Apopht.* Rogatus Dionisius Iunior, quid tibi Plato, & Phylosophia profuit amisso Regno, respondit, vt tantam fortunæ mutationem æquo animo feram, prout fecit etiam Socrates, qui æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ, *vt refert Sen. Ep. 104.* quod si Phylosophia quæ, vt inquit Tullius. Si interpretari velis, nihil est aliud, quam amor Sapientiæ ad patientiam comparandam prodest, multo magis proderit sapientia ipsa, à qua nunquam patientia seiungitur, *vnde Sen. in opusc. cuius tit. est, In sapientem non cadit iniuria,* sic ait, si fortunæ iniurias moderate ferrt Sapiens, quanto magis hominum potentium, quos scit fortunæ manus esse, omnia ergo sic patitur, vt hiemis rigorem, vt intemperantiam Cœli, vt morbos, vt cætera forte accidentia, cui simile est, quod legitur, *apud Tacit. lib. 4. hist. c. 17.* quomodo sterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum, vel Auaritiam Dominantium tolerate, *& Petr. 2. de Rem. D. 118* sapientibus, inquit, omnis vita iucunda est, lætam libenter, tristem ferunt patienter, immo sæpe non solum patienter, sed libenter, *vt loquitur Sen. Ep. 76.* & non solum fortiter, sed iucunde, vt loquitur *idem Petr. 2. de Rem d. D. 114.*

11 Quartum Remedium fit, cogitare, quod etiam in hoc seculo non solum virtuosum est, vt supra probaui, sed etiam gloriosum, pati, etiam in hac specie, *vnde Tacit. lib. 4. an. c. 6* Gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, immo plus dixit *Sen. Neronem apud eumdem Tacit. lib. 14. an. c. 7.* hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui, & modica tolerarent, confert *idem Sen. Ep. 66. ibi,* vir bonus non quid passurus, sed quid facturus sit, cogitat.

12 Quintum fit, cogitare, quam satisfactorium, & meritorium fit apud Deum, & in alio seculo, pati, in hoc seculo, & sane si meritoria sit vita contemplatiua, & vita actiua, vtique non minus vita passiua, si sic eam licet appellare, ac distinguere, *vnde Conc. Trid sess. 14. c. 9. de satisfact.* inquit temporalibus flagellis a Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis Deo satisfacimus, *& ex D. Thom. 22. q. 136. art p.* patientia est virtus, quæ mala toleramus, vt perueniamus ad fruitionem bonorum in patria, *& D. Ambros. relatus in can. sicut 47. D.* sic ait, numquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, vt tu quidem abundes, alius egeat, an idcirco, & tibi voluit benignitatis tuæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare, tu dic corona martyrij mitioris quidem, sed longioris, vnde & dixit, *D. Greg. hom. 35. in Euang.* nos sine ferro, & flammis, Martyres esse possumus, si patientiam in Animo veraciter custodiamus.

REMEDIVM X.

Lætitia.

SVMMARIVM.

1 *Lætitia, paupertatis Remedium, vide versus.*
2 *Lætitia, Diuitias, magis, quam paupertatem comitari videtur, sed non semper.*
3 *Fugienda est, & fuganda tristitia, exiccat ossa, est sicut tinea vestimento, & vermis ligno, multos occidit, viuere est lætari, vide versum.*
4 *Lætitia exigitur, etiam in Bonis operibus, Cantus Psalmorum cur institutus.*
5 *Sapientia, Remedium Lætitiæ, Lætitia est in animo, Sapiens est se ipso contentus, & ex se ipso voluptatẽ capit, & lætam fortem feri libenter, tristem patienter, & patientia ipsa delectatur, nunquam perturbatur ex Sen. vel raro ex peripat. sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium.*
6 *Bonitas, Remedium Lætitiæ, vir bonus semper festum agit, non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, nec fluctuabit, vis nunquam esse tristis? bene viue, bene operare, & lætare, vis non timere potestatem, Bonum fac. recte factorum fructus, & merces est, fecisse, Bonum opera non anticipatione lætificat.*
7 *Non solum bene agere, sed, & agere, est Remedium tristitiæ, coniunguntur operari, & lætari, otiari, & contristari: quod quiescit, putrescit, otium, animũ, & corpus infirmat. quies est finis motus, sed, & in motu aliquando, quies, Deus semper agens, & semper quietus, otium, mors est, & viui hominis sepultura, quies aliquando inquieta, felicitas videbatur Epicuro, nihil agere, homo nihil agendo, ad male agendum instruitur.*
8 *Oratio, Remedium lætitiæ, est eleuatio mentis in Deum, possumus laborare, & orare.*
9 *Elemosina, Remedium Lætitiæ, Sapiens Beneficio dato gaudet, magis quam alius accepto, pauperes satisfaciunt Elemosina cordis, voluntas bona nõ est quæ non operatur, quod potest.*
10 *Cibus, & potus, lætificant, vinum pauperibus dandum, vt obliuiscantur egestatis, bibendum, cum sobrietate, vel vsq; ad ebrietatem exclusiue, ieiunium est cibi condimentum, secura mens iuge conuiuium,*

panis malus, expectando Bonus fit, vinum fit bonũ bibendo.

11 *Musica, est naturalis medicina molestię, vnde, & paruuli audientes modulos, vagire cessant, Bacchus musicis, ac Poetis Amicus, Lętitię, Remedium est aliquando paupertas, Borrago lætificat. vide versus.*

12 *Medicamenta corporis prosunt ad animum lętificandum, sed animus est ad id principaliter curandus, quod paupertatem grauem facit, hoc, & Diuitias graues faciet, non refert ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces.*

13 *Tristitia pęnitentialis est laudabilis, & lętitiam operatur, Anima de peccato dolet, & de dolore gaudet, Illicita coommittens, debet à licitis abstinere.*

14 *Lętitia, mortalis, magis quam tristitia, vide exemplum, & rationem.*

1 REmedium lenitiuum paupertatis, est Lętitia, eamq; ferre, non solum patienter, sed alacriter, *vt loquitur Sen. Ep. 76. vnde idem Sen. Ep. 2.* Epicurus ait, honesta res est, Læta paupertas, illa vero non est paupertas, si læta est, *& gl. in Auth. de Tabellion. in V. Caute, quam refert Neurzzen. in Sylua lib. 3. n. 5.* paupertas si læta venit, letissima res est, immo melior est Bucella panis cũ gaudio, quam plena vtraq; manus cum iurgio, *pro. 16* cõfert, *Tib. eleg. p.* sic mihi paupertas tecum iucunda neera, sed sine te. Regium munera nulla volo.

2 Dices hoc esse difficile Remedium, nam raro conueniunt, & in vna sede morantur, paupertas, & hylaritas, seu lætitia, *vnde Ps 68.* Ego sum pauper, & dolens, *& Ps 87.* pauper sum Ego oculi mei langueuunt præ inopia, *& Ouid. Ep. 3.* an miseros tristis fortuna tenaciter vrget? *& Sen. in Threste actu. 3.* proprium hoc miseros sequitur vitium, nunquam rebus credere læta, redeat felix fortuna licet, tamen afflictos gaudere piget, *& tex. in l. cum non solum §. ipsum autem C. de Bon. quęlib. ibi,* sed nec filius de aduertitiorum proprietate disponit, melius est enim coarctare iuuenales calores, ne cupidini debiti, tristem sent ant exitũ, qui post dispersum expectant patrimonium. *et tex. pro. 31.* noli Regibus dare vinum, date siceram merentibus, & qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suę.

Immo Lætitia, Diuitias potius quam paupertatem, sequi videntur, *vnde in Ps. 118.* lætabor Ego super eloquia tua, sicut, qui inuenit spolia multa, *& eod. Ps 118,* in via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus Diuitijs, *& Mart. lib. Ep. 79.* tristis es, & Diues, sciat hoc fortuna caueto, ingratum dicet te Lupe, si scierit.

Sed Respondeo, quod neque Diuitibus contingunt gaudia solis, vt cecinit, *Horat. lib. p. Ep. 17.* nec semper coniunguntur Diuitiæ, & Lætitiæ, & cum vulgo loquendo, contenti, & contẽti, immo sæpe lætos videbis in tugurio, mestos in Regia, inq. *Petr. de Rem. lib. 2. D. 12. vnde Ps. 68.* videant pauperes, & lætentur, *& Ps. 67.* exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius Patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum, *& Ezech. 7.* qui emit non lætetur, & qui vendit non lugeat, *& Boet. de cons. Phyl. lib. 2. metr. 4.* quamuis tonet Ruinis, miscens æquora ventus, tu conditus quieti, Redes æthereas iras, *& Sen. in trag.* stet quiquunque volet potens, me dulcis saturet quies, obscuro positus loco, leni perfruar otio, *& Sen. de cons. ad eluiam,* fleant diuites. quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas, conferunt quæ infra dixi, *c. 2. in Remedio sollicitudinis, & periculorum,* præterea adducam hic infra plura Remidia, quibus etiam pauper possit fugere, & fugare tristitiã, & exercere lętitiam, & facilius fortasse, quam Diues.

3 Præmitto tamen ad hoc, quod, tristitiam esse fugiendam, vel fugandam, & lætitiam quærendam, & amplexandam, vbiq; testatur sapiens, *vnde Eccli. 38.* ne dederis in tristitia cor tuum, nam nihil proderis, & te ipsum pessimabis, *et pro. 17.* spiritus tristis exiccat ossa, Animus gaudens ętatem floridam facit, *et pro. 25.* sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia hominis, nocet cordi, *et Eccle. 3.* cognoui nihil esse melius, quam lætari, & benefacere in vita sua, & iterum ibid. deprehendi, non esse melius, quam lætari hominem in opere suo, *et Eccles. 5.* hoc vitium est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, *et Eccles. 8.* Laudaui Lætitiam, & quod non esset homini Bonum sub sole, nisi comedere, bibere, & gaudere, *et Eccles 9.* comede ergo cum Lætitia panem tuum, bibe cum gaudio vinum tuum, *et Eccli. 30.* multos occidit tristitia, & nõ est vtilitas, in illa, non est oblectamentum super cordis gaudium, iucunditas, hæc est vita hominis, & exultatio. viri est longæuitas, & consonat secundum vnum intellectum, *Ps. 37.* inimici autem mei viuunt, idest lætantur, *et Mart. lib. p. Ep. 104.* aut viue, aut centum millia redde Deis, accedat, *Sen. de tranq. anim.* Democritum imitemur, potius quam Eraclitum, ille omnia, quæ agimus ridebat, tanquam Ineptias, hic flebat, tanquam miserias, *et Imperator in l. 4. C. de pagan* inquit, festos Conuentus Ciuium, & communem hominum lętitiam nõ patimur submoueri, *et in l. p. C. de spectac. lib. 10.* non inuidemus, sed hortamur felicis populi studia, &, vt integra voluntas sit, quæ volentium celebratur impensis, ita tamen ne quæratur à miseris pretium gaudiorum, vt dicitur, *in l. vnic. C. publicę lętitię.*

4 Immo Deus ipse diligit Lætitiam nostram, & hylaritatem, etiam in Bonis nostris operibus exigit, *vnde Leuit. 10.* dicitur, quomodo potui placere Deo in ceremonijs mente lugubri, *et Deut. 28.* erunt in te signa, & semine tuo, quia non seruieris Deo in gaudio cordisq; lætitia, *et Hieronim. relatus in can. non mediocriter de cons. D. 5.* melior est, inquit quinque Psalmorum Decantatio cum serenitate,

nitate, & hylaritate spiritus, quam totius psalterij modulatio cum Anxietate cordis, atq; tristitia, *et Eccli.* 35. in omni dato, hylarem fac vultum tuum, *et* 2. *cor.* 9. hylarem datorem diligit Deus, *et ad Rom.* 12. qui miseretur in hylaritate, *et Aug.* 9. *conf.* 7. ne populus mærore, ac tædio contabesceret, institutum est Mediolani, vt secundum morem orientalium, Hymni, & Psalmi canerentur, & concordat, *Petr* 2. *de Rem. D.* 24. *ibi*, Athanasius vanitates fugiens, canendi vsum in Ecclesijs, interdixit, Ambrosius, pietatis exercitium appetēs, vt caneretur instituit.

Dices, optassem Ego sapientem, qui docuit repellendam esse tristitiam, & lætitiam amplexandam, docuisse remedia, quibus id consequi valeamus, præsertim cum tristitia videatur, aliquando esse in nobis, sine nobis, & lætitia videatur supra nos, vel extra nos esse, ac si in nostra potestate non esset, *vnde, et Sen. Ep.* 23. hoc ante omnia fac mi Lucille, disce gaudere, sed respondetur, quod, neq; in hoc sapiens defecit.

5 Primum ergo ad fugandam tristitiam, & captādam lætitiam, remedium ex ipso sapiente, est Sapientia ipsa, *vnde Eccli.* 40 dixit. vinum, & musica lætificant cor hominis, sed super vtraq; dilectio sapientiæ, & sapientiæ dilector, *Sen. Ep.* 23. hoc ante omnia fac mi lucille, disce gaudere, non ille gaudet, qui ridet, animus, debet esse Alacer, & super omnia erectus, *et Ep.* 59. sapiens & ille est, qui est plenus gaudio, hylaris, placidus, inconcussus, *et Ep.* 9. vide, quam sit se contentus sapiens, vt aliquando sui parte contentus sit, vt si illi manum, aut oculum, morbus, aut hostis exciderit, Reliquię illi satisfaciant, & erit imminuto corpore, tam lætus, quam integro fuit, vnde, *et idem Sen. Ep.* 20. hoc opta, vt contentus sis temet ipso, quasi hoc sit esse sapientem, & innuit, *Horat. Ep.* 10 *ad fuscum*, lætus sorte tua, viues sapienter Aristie, *et Sen. Ep.* 55 homo se contentus, ac sibi viuens, esse non potest, nisi sapiens, sicerat Democritus, qui assueuerat ex se, voluptatē accipere, vt dixit, *Plut. de profect. mor.* & iterum magistraliter, *Sen. Ep.* 85. peripateticorum quidam, imperturbatum, & sine tristitia interpretantur, qui raro perturbatur, & modice, non qui nunquam, illud enim humanā naturam negare, alicuius animum immunem esse tristitia; sapientem non vinci mærore, cæterum tangi, non tollunt affectus, sed temperant, sanum vocant, leuiter febricitantem, falsum est, non diminutionem malorum in Bono viro intelligo, sed vacationem, *& idem Sen. in opusc. de vit. Beat.* liberum animum, ac stabilem, extra metum, & cupiditatem, necesse est, velit nolit, sequatur hylaritas continua, & Beatus dici potest, qui nec cupit, nec timet, *& Petr.* 2. *de Rem. D.* 118. sapientibus omnis vita iucunda est, lætam libenter, tristem ferunt patienter, & si in rebus ipsis non possunt, patientia delectantur.

Hoc Remedium facilius contingere pauperibus quam Diuitibus, probant ea, quæ diximus infra, *c.* 2. *in Rem. ad Phylosophiam*, & probat, præsertim, *tex. Iob.* 28. sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium, & confert *Ps.* 18. sapientiā præstans paruulis, *& Horat.* stultitiam patiuntur opes.

6 Secundum huic proximum, & quasi confine remedium, est integritas vitæ, *vnde ex Diog. Plut* vir probus, quemuis diem, festum agit, immo *D Io. Crisost. in Orat. de S. Phylogonio*, sic ait, Paulus dixit fieri posse, vt semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamq; suam recte composuerit, *& Eccli.* 1. dicitur, Religiositas, iucunditatem, & gaudiū dabit, Timor Domini delectabit cor, & dabit Lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum, *& Ps.* 93 consolationes tuæ lætificauerunt Animam meam, *& Ps.* 118. in via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus Diuitijs, *et eod. Ps.* 108. seruus autem tuus lætabitur, *& Ps* 67. & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, *& Ps.* 96. lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, *& pro.* 10. non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, & vt refert, *Plut. de cons. ad Apoll.* Crantor ait, vacare culpa in calamitatibus, magnum esse solatium.

Et quamuis, *in Ps.* 38. dicatur, verumtamen vane conturbatur omnis homo, sed, & frustra conturbatur, iustus tamen eximi videtur ab hac regula dum, *Ps.* 58. dicitur, non dabit in æternum fluctuationem iusto, quod quidem agnouisse videtur, etiam *Sen. Ep.* 20. dum dixit, maximum inditium malæ mentis est, fluctuatio, *& in Ep.* 85. supra citata, vbi contra peripateticos, Bonum virū asserit imperturbabilem.

Accedat, *D. Bern. de interiori Domo c.* 45. vis nunquam esse tristis? bene viue, cui simile est, quo ad loquendi formam, illud, *Apost. ad Rom.* 13. vis non timere potestatem? Bonum fac.

Ad idem, *Eccles.* 3. Cognoui nihil esse melius, quam letari, & facere bene in vita sua, vbi lætitia, & bona opera coniunguntur, quasi dicatur, vis lætari? Benefac, Bene operare, & lætare.

Ad idem, *ex Diog. Plut. de tranq. anim.* vir probus, quemnis diem, festum censet, & vt ibid. subdit Apostilla, Bonorum, perpetuæ sunt feriæ.

Ad idem confert *Sen.* 2. *de Ira*, gaudere, proprium est, & naturale virtutis, *& Ep.* 81. sapiens magis beneficio dato gaudet, quam alius accepto, *& Ep.* 27. sola virtus præstat gaudium perpetuū, & securum, & si quid obstat, nebium modo interuenit, quæ infra feruntur, & diem non vincunt vnde & idem *Sen. p. de Clem.* nullum virtutum pretium dignum illis est extra se ipsas, iuuat tamē, inspicere, & circuire bonam conscientiam, recte factorum verus fructus est, fecisse, vel vt idem dixit *Ep.* 81. Recte facti merces, est fecisse.

Ad idem *tex. Luc.* 6. gaudete, quia merces vestra multa est in Cælo, vel vt legitur *Matt.* 5.

copiosa est in Cælo, *& ad Rom. 12.* in tribulatione patientes, spe gaudentes, nec mirum si temporaliter gaudeant iusti ex spe, & memoria æterni gaudij, nam si illud, est gloria consumata, gratia dicitur, gloria initiata, adde *Petr. 2. de Rem. D. 93.* huius vitæ miserijs mæstus sum, felicitas te lætificet alterius vitæ, neque enim tam hæc misera, quam illa felix, *& D. 109.* verum bonum speratum, anticipatione lætificat.

Hoc remedium facilius esse pauperibus, quam Diuitibus, probant ea, quæ copiose dicta sunt, *p. 2. in V. Salus.*

7 Tertium remedium præseruatiuum, & curatiuum tristitiæ, & consequenter operatiuum Lætitiæ, est operatio, & sic non solum bene agere, vt supra, sed etiam indifferenter agere, ad id prodest, *vnde Eccles. 5.* deprendi non esse melius, quam lætari hominem in opere suo, *& gen. 2.* posuit Deus hominem in Paradiso voluptatis, vt operaretur, quasi, vel voluptas sit, operari, vel sicut coniungitur operari, & lætari, sic & simul esse soleant, otiari, & contristari, & ego mecum aliquãdo canebam, operare, nam putrescit, quicquid nimium quiescit, & substantias naturales existere in actiuas, impossibile esse scribitur, *lib. 7. Theol. mistic. post Arist. c. 3.* & sunt quos otium in animi conijcit ægritudinem, inquit *Plut. de tranq. anim.* & tu dic etiam, corporis, *vnde Azzo* nunquam infirmabatur, nisi tempore vacationum, *vt refert Neuizzan. in Sylu. nupt. lib 4. n. 15.* nec mirum, quoniam industrio, otium pæna est, *ex Sen in opusc. quare bon. vir. mala accid.* & tu dic, quod huic non solum, quies est finis motus, sed est in ipso motu, quies quædam licet non perfecta, vt in Deo, de quo dixit *Aug. lib. p. conf. c. 3.* quod est semper agens, & semper quietus, *& lib. 13. earumdem confess. c. 33.* quod semper operatur, & semper requiescit.

Et in otio esse, videtur esse, idem quod de numero viuorum exire antequam moriaris, quod vltimum malorum appellauit *Sen. de tranq. anim. & Petr. p. de Rem. D. 21.* Iners inquit, & languidus solam requiem complectitur, quo nil sepulcro similius, & iterum *Sen. Ep 82.* delicati timent mortem, cui vitam suam fecere similem, otium, sine litteris, mors est, & viui hominis sepultura, *& Ep. 121* & hi mortem timent, in quam se viui condiderunt, *& Ep. 93.* Alter post mortem est, alter ante mortem perijt, *& Ep. 60.* is viuit, qui se vtitur, qui vero latitant, & torpent, mortem suam antecesserunt, *vnde, & Salust. in probem. Hist.* is mihi viuere, & frui anima videtur, qui negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.

Et certe nihil ita vitæ remouet thedium sicut operatio, *vnde Sen. Ep. 122.* nullus agenti dies longus est, *& Ep. 56.* interdum quies inquieta est inertia, sui impatiens, & ego aliquando cecini, tu quietem habes in otio, ego in motu, & in negotio, *& apud Tac. lib. 4. an. c. 3.* Tiberius negotia pro solatijs accipiebat.

Et qui contra hæc sentit, ostendit se cum Epicuro sentire, cui maxima videbatur felicitas, nihil agere, vt refert, sed non sequitur *Sen. 4. de Benef.* & minus eum sequitur Cato, qui dixit homines nihil agendo, ad male agendum instrui, & qui cõtra sentit, pigrum se, ac desidiosum esse fatetur, nam, *vt inq. Sen. Ep 71.* sicut luxurioso frugalitas pæna est, ita pigro, supplicij loco labor est, & desidioso, studere, torquere est, & vt dixit *Petr. 2. de Rem. D. 56* Ignauo labor omnis est nimius, nullus industrio.

Hoc remedium facilius esse pauperibus, quam Diuitibus, probant ea, quæ infra dicemus *c. 2. in Rem. otij.*

8 Quartum Remedium ad fugandam tristitiam, & quærendam lætitiam, est oratio, vocalis scilicet, & mentalis, quæ est eleuatio mentis in Deum, *D. Thom. 22. q. 83. art. vlt. vnde Iac. c. 5.* tristatur aliquis in vobis? oret. *& Ps. 112.* lętabor ego super eloquia tua. sicut qui inuenit spolia multa.

Dices huius remedij praxim difficilem esse pauperibus, qui operari coguntur, vnde magis laborare, quam orare posse videntur, sed respondeo, *ex Aug. lib. de oper Monach. c. p. & 16* quod Cantica Diuina canere, & manibus operari facile possumus præterea mentalis oratio, & manualis operatio facilius coniungi possunt, sed in paupere facillime etiam vocalis coniungitur, quoniam paupertas, quæ reputatur species tribulationis, est orationis causa saltem impulsiua, *iuxt. Ps. 119.* ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Habent etiam aliam specialem orandi causam motiuam pauperes, quoniam facile exaudiuntur à Domino, *vt diximus p. 2. in V. Oratio.*

9 Quintum Remedium ad extinguendam tristitiam, & lætitiam excitandam, est misericordia, & elemosina, *vnde Ps. 111.* Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, *& ad Rom. 12.* qui miseretur in hylaritate, & confert *Sen. Ep. 81.* sapiens beneficio dato magis gaudet, quam alius accepto.

Dices, pauperibus hoc Remedium non congruere, cum ipsis misericordia passiue magis, quam actiue conueniat, & cum ipsi elemosinam valeant recipere potius, quam elargiri, in eis deficiente materia, sed respondeo, quod facultas elemosinandi communis est etiam pauperibus, *vt ostendi p. 2. in V. Elemosina,* Immo est in eis aliquando facilior, quoniam in pauperibus omnino impotentibus sufficit elemosina cordis, quæ non sufficit in diuitibus, vt ibid. diximus, quia voluntas, bona nõ est, quæ non operatur, quod potest *D. Bern. de interiori Domo c. 8.*

10 Sextum veluti naturale Remedium est, comedere, & bibere, *vnde Ruth. 3.* dicitur, cum comedisset, & bibisset, factus est hylarior, *& Eccles. 4.* Laudaui lætitiam, & quod non esset homini bonum, sub sole, nisi comedere, bibere, & gaudere.

quasi

quasi hoc tertium, fit consequentia quædam ex duabus illis præmissis, vnde *& Eccles.* 4. comede ergo in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, *& pro.* 31. noli Regibus dare vinum date syceram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, *& 3. & dr* 3. vinum non meminit omnem tristitiam, & debitum.

Et Petr. 2. de Rem. D. 90 vinum lætificare cor hominis, & Bacchum lætitiæ datorem, & si Dauid Virgiliusque non dicerent, notum est, sed vt subdit, ebriosorum lætitia, nil tristius, vnde intelligebibendum, cum sobrietate, vel aliquando vsq; ad ebrietatem, sed exclusiue, *& vt loquitur Sen. de tranq. animi,* non vt mergat nos, sed vt deprimat curas, quod tamen adhuc a tam rigido ingenio dictum, miratur, *Petrarcha p. de Rem. D.* 24.

Nec dicas hoc Remedium, vel non applicari, vel male congruere pauperibus, qui male comedunt, & bibunt, nam respondeo, quod immo, quo minus comedunt, magis gaudent, *vnde D. Ambr. de elia, & ieiunio c.* 9. condimentum cibi ieiuniũ est, dulciores post famem epulæ fiunt, & quanto auidior appetentia, tanto esca iucundior, *& D. Io. Chrysost. relatus in can. nihil de consf. D.* 5. nihil ita iucundum est sicut cibus bene digestus, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic egritud nem fugat sicut moderata refectio, *& Eccl.* 31 exultatio animæ & cordis, vinum mode ate potatum.

Præterea, maiori cum gaudio comedunt pauperes, quia non subiacent tot periculis, ac sollicitudinibus, quot diuites subiectantur, vt diximus *inf. c. 2. in Rem. periculorum, & in Rem. sollicitudinis,* & ad hoc confert ensis ille perpendiculariter respiciens caput conuiuæ, qui propterea ieiunus e mensa discessit, & hic verum est, quod melior est pugillus cum requie, quam plena, vtraque manus cum labore, & afflictione animi, *vt dicitur Eccles.* 4. & melior est Buccella panis, cum gaudio, quam plena vtraque manus cum iurgio, *vt dicitur pro.* 16. & secura mens quasi iuge conuiuium, *pro.* 15.

Et sic patet, quod licet quantitate minor, qualitate tamen sæpe melior est cibus pauperum, & fauet littera *Ps.* 67. parasti in dulcedine tua pauperi Deus, habent præterea pauperes commune remedium, quo panem, ac vinum, bonum efficiant primum videlicet *ex Sen Ep. pen.* malum panem inquis, expecta, bonus fiet etiam illum tenerum, ac siligineum fames reddet, secundum *ex Mart. lib. 5. Ep.* 79. vinum tu facies bonum bibendo.

11 Septimum Remedium, sit musica, *vnde Arist. lib. 8. polit. c.* 5. musica est medicina molestiæ, & est ex iucundissimis, *& ex Aphrodis lib. p. prob.* 121. Musica, essentiæ nostri animi indita est a natura, vnde etiam infantes, cum modulos audiunt vagitu cessant, & dormire incipiunt, *& Eccli.* 4. vinum, & musica lætificant cor hominis, vbi obiter nota, quod vinum, & musica coniunguntur, vnde percipitur non male vulgo dici, Bibite Cantores, sed non satis percipitur, cur vulgo habere Musicam, idem sit, quod habere cerebrum, cum tamen multi, quo magis Musica, eo minus cerebro pollere videantur, adeo, vt soleant æquiparari Pictoribus, atq; Poetis, qui sine furore non satis valent, nec sine vino, vnde Poeta ipse Propertius fatetur, Bacche soles Phebo fertil s esse tuo.

Sed vnde digressa est, eo reuertatur, Oratio, dices hoc Remedium nõ esse commune pauperibus, cum Musicos & Spadones habere, sit de Diuiti reseruatis, sed Respondetur, pauperes, aliena Musica non indigere, sed magis propria lætari, *iuxt. illud Virg. egl. p.* Hinc alta sub Rupe canet frõdator ad auras, *& aliud Iuuen. sat.* 10. Cantabit Vaquus coram Latrone viator.

Adde, quod sicut lætitia, est Remedium paupertatis, ita paupertas ipsa, est sæpe Remedium Lætitiæ, *vnde Petr. 2. de Rem. D.* 12. in tugurio sæpe lætos videas, sæpe mæstos in Regia, *& D.* 79. loquens de amisso Regno, ait, gaudendum perditis, quæ te perdere potuissent.

Alia Remedia ex Medicorum officinis petenda sunt, qui inter cætera Boragini tribuunt, vt lætificet, vnde de illa cecinit Castor Durantes. Gaudia fert Cordi, minuit Borago Rigores Febris, & horrores, tussibus hostis erit.

12 In quo quidem credo quod Medicamenta Corporis in animum influant, cum, & nihil sit in intellectu, quod prius non fuerit in sensu teste Phylosopho, sed quia tristitia, & lætitia in Animo sita est, ideo curandus, & sanandus est Animus, magis a morali Phylosopho, quã a Phisico Medico, & ad effectum prædictum, magis proderunt remedia, quæ immediate, vel principaliter Animum ipsum tangunt, præsertim, quia non est in rebus vitium, sed in Animo, vnde, & quod paupertatem grauem fecerat, hoc, & Diuitias graues faciet, nec enim interest Ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces, vt dixit *Sen. Ep.* 17. & vt idem *ipse Ep.* 78 in remedium cedent honesta solatia, & quicquid animum erigit, corpori prodest, *& prius Ep.* 23. hoc ante omnia fac mi Lucilli, disce gaudere, non ille gaudet qui ridet, Animus debet esse Alacer, & super omnia erectus.

13 Nunc, quæ dicta sunt de tristitia vitanda, Limita in tristitia illa, que inducitur ex pœnitentia peccatorum, nam, *ex D. Thom. p. 2. q. 39. art. p.* tristitia licet sit ex se mala attamen ex suppositione sit Bona, vt cum quis tristatur de malo culpæ, idemq; asserit de verecundia, *vnde Ap. 2. ad cor.* 7. si contristaui vos Epistola, non me pænitet, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam, *& Greg. hom 20. in Euang.* qui lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto se nouerit illicita perpetrasse, Ad idem confert, *tex. Eccles.* 7. melior est ira, risu, quia per tristitiam vultus, corrigitur Animus delinquentis, Cor Sapientis, vbi tristitia, Cor Stulti, vbi lætitia, & iterũ,

Ap. 2.

Ap. 2. ad cor. 7. tristitia seculi, mortem operatur, tristitia, secundum Deum, salutem operatur.

Immo tristitia hæc, lætitiam, etiam operatur, & parit, *vnde Aug. in c. si Apost. de pœnit. D. 3.* Anima non doluisse, dolet, & de peccato dolet, & de dolore gaudet, *& Ps. 29.* Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, Conscid sti saccum meu, & circumdedisti me lætitia, sic Mulier dum par t tristitiam habet, sed post quam peperit, nō meminit pressuræ, propter gaudium.

Adde pro moderatione huius tristitiæ, *Petrarcham 2. de Rem. D. 93. ibi,* Tristitia de peccato, vtilis est, modo non desperationi manum det

14 Nunc etiam, quæ dicta sunt de capienda, & amplexanda Lætitia, limita, & tempera, ita, vt non sit nimia, quia nimia lætitia, magis, quam tristitia, mortem operatur, *vnde Val. max. lib. 9. memorab. c. 12.* Mater, inquit, cum falso mortis filij nuncio mæsta sederet, ad primum conspectum redeuntis, exanimata est, & quam dolor non extinxerat, lætitia consumpsit.

Et Physica est ratio, quia in dolore spiritus comprimuntur, & confugiunt ad cor, & aliquando, sed non ita facile, suffocant, sed in læt tia immodica, spiritus abeunt, & vitales partes penitus derelinquunt, vnde mors sequitur.

REMEDIVM XI.

Scientia.

SVMMARIVM.

1 *Scientia, Remedium paupertatis præsertim medica, & legalis.*
Ordinari quis non potest ad titulum litteraturæ.

2 *Labores legales effugerunt Poetæ, vnde versus. Medici, & Legistæ numerositate vilescunt, etiam Poesis paupertati medetur, sed vide versus.*

1 Remedium paupertatis, est Doctrina, seu Scientia, præsertim medica, & Legalis, & quidem quo ad medicam, experimentum docet, quod dat Galenus opes, quo vero ad Legalem, id probare videtur, *tex. in §. fin. Auth. de hæred. & Falcid. ibi,* Legalis sapientia non permittit quemquā in paupertate viuere, vel in Anxietate mori, sed nostris temporibus, textus ille mentitur, inquit *Hypolitus, Marsilius in Rub. de fideiuss. in fine, & refert Ceuall. in Thesaur. comm. con. com. in præfat. nu. 153.*

Confert ad hoc, quod non potest quis ordinari ad titulum litteraturæ, etiam Legalis ex declaratione congregationis Concilij, quamuis plures Doctores contrarium senserint, *quos refert Garzia de Benef. p. 2. c. 5. n. 127. & seq.* sed illud fortasse procedit, quia Canones exigunt titulum, seu patrimonium certum, & præsentaneum, at negari non potest, quin Legalis scientiæ professores, qui praxis labores non effugiant, vt fecit, *Ouid. 4. de trist. eleg. 9.* dicens, Curia restabat, &c. impar erat nostris viribus illud onus, nec corpus patiens, nec mens erat apta labori, *& Mart. qui lib. 3. Ep. 4.* non poterat vanę tædia ferre togæ) negari inquā non potest, quod, qui, vel legendo, vel consulendo, vel iudicando se exercent, non solum paupertatem effugiant, sed etiam Diuitias comparent.

Fateri tamen etiam necesse est, quod sicut Hypocrates in eius lege impressa post Aphorismata, conqueritur ignorantiam eorum, qui Medicinam exercent, sic, & legum Doctores numerositate quandoq; vilescunt, præsertim cum fortasse plures sint, qui legere, ac scribere nesciunt, hoc est legere in Cathedra, & scribere in Iure, sed hæc non artium, sed Artincum, culpa est.

2 Amplia, vt etiam Poesis, sit Remedium paupertatis, *vnde Hor. lib. 2. Ep. ad Iul. Flor.* & laris, & fundi paupertas impulit audax, vt versus facerem, *& Plut. in Apophi.* refert Poetam quemdam qui se pauperem esse conquerebatur, & Homerum carpebat a Hierone responsum hoc accepisse, Homerus, cui tu detrahis, Decem millia hominum alit, vel mortuus.

Sed hæc olim fuere dicet aliquis, *vnde Ouid 3. de Arte,* A Doctis pretium scelus est sperare Poetis, & Guarinus, La maggior parte Amica fù delle sacre Muse, Amore, & studio, Beato vn tempo, hor infelice, & vile, & ante eum, *Petr.* Pouera, & nuda vai Phylosofia, Dice la Turba al vil guadagno intesa. Sed quicquid sit de Phylosophis qui si non paupertatem, saltem Diuitiarum contemptum profitentur, vt infra diximus in Remedio Phylosophiæ, & ad Phylosophiam, certum est, quod Poetæ facilius laurum, quam aurum assequuntur, vnde cecinit expertus ille. Già non pensare, & al mio esempio impara) di cumular Thesori a suon di Cetra, Trarran forse i tuoi carmi ò pianta, o pietra, Om non già troppo e l'etade Auara. Sed nimis est Diuitias cumulare, satis est paupertatem vitare, vel mitigare.

REMEDIVM XII.

Phylosophia.

SVMMARIVM.

1 *Phylosophia, Remedium lenitiuum paupertatis, & fuit Dionisio, & Socrati, qui æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunę, necessitates non effugit, sed vincit, & calcat, vel patienter, ac libenter ferendo, vel cogitando grauiora.*

2 *Phylosophia, est, etiam Remedium curatiuum paupertatis, pauper non qui parum habet, sed qui plus cupit, Phylosophus cōtemnit Diuitias, potest tamē eas possidere, dūmodo non possideatur ab illis, vide ibi.*

Phylo-

3 *Phylosophia, Remedium ad veras Diuitias, vide versus, nostrum fit, quod calcamus, Alexander poturat fortuna manere Alexander, & affectu fieri Diogenes, vari possunt aperto ostio viuere, rari Phylosophi.*

4 *Vera Phylosophia, est moralis, non quæ docet, potius disputare, quam viuere, & quæ melius Phylologia dicatur, exoptabilius est bene viuere, quam viuere.*

1 Remedium, saltem lenitiuum paupertatis, est Phylosophia, *vnde apud Plut. in Apopht.* Interrogatus Dionisius, quid tibi Plato, & Phylosophia profuit amisso Regno, respondit, vt tantam fortunæ mutationem æquo animo ferrem, prout fecit, etiam Socrates, qui æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ, *vt dixit Sen. Ep.* 104. Ad idem, *Sen. Ep.* 37. effugere non potes necessitates, At potes vincere, quæ via? Dabit Phylosophia, *& Ep.* 12. malum est in necessitate viuere, sed in necessitate viuere, necessitas nulla est calcare, ipsas necessitates licet, ad *idem Plut. de liber. educ.* Phylosophia docet, minime seruire cũ seruis, & quod maximum est, in prosperis fortunæ successibus, lætitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia deprimi, *& in opusc. de tranq. animi,* paupertas tibi grauis est, verum Egidi non obstitit, quin Græcorum clarissimus fuerit, & in opusc. cuius titulus est, num improbitas ad infelicitatem sufficiat, peram, & mendicitatem diurni victus, adiges fortuna, at qui, fuerunt hæc felicitatis auspicia Diogeni, libertatis, & gloriæ Crateti, *& Arist. lib.* 2. *polit. c.* 5. si quis inquit velis exiguo patrimonio delectari, non aliunde, quam ex Phylosophia Remedium quærat.

Id autem contingere potest, vel patienter, ac libenter ferendo, *vt loquitur Sen Ep.* 76. vel quia cogitando peiora, & grauiora, mala efficiuntur leuiora, immo minus malum, tam naturale, quam morale, comparatiue ad maius malum, dici potest aliqua ratione Bonum.

2 Amplia pr. vt Phylosophia, non solum sit paupertatis Remedium lenitiuũ, sed etiam curatiuũ, quoniam pauper est, non qui parũ habet, sed qui plus cupit, *Sen. Ep.* 2. Phylosophia vero, ab Animo cupiditates eradicat, & sic cum Phylosophus amplius non cupiat, sequitur eum dici non posse pauperem.

Probatur hoc ipsum etiam à fortiori, quoniam Phylosophus, non solum opes non cupit, vel quærit, sed contemnit, *tex. est in l. in honoribus* 8. *§. Phylosophis ff. de mun. & honor. ibi,* vere Phylosophantes pecuniam contemnunt, *& in l. p. ff. de var. & extraord. cogn. ibi,* Phylosophos, profiteri primum oportet mercenariam operam spernere, *& in l. sed, & reprobari* 7. *§. de Phylosophis ff. de excus. tut. ibi,* si de substantia loquuntur iam manifeste fient non Phylosophantes, & concordat, *tex. in l. professio* 7. *C. de mun. & honor. ibi,* professio, & desiderium tuum, inter se pugnant, nam Phylosophum te dicis, & vinceris Auaritia.

Ex quibus nota, quod in hoc Phylosophi æquiparari videntur Imperatoribus, *ad tex. in Auth. de Consulib. ibi,* Consuli Argentum spargere permittimus, Aurum solius Imperatoris est spernere, immo, & plus *dixit Sen. Ep.* 120 Fabritius, Pyrri Regis aurum repulit, maiusq; Regno iudicauit, Regias opes posse contemnere.

Non tamen paupertatem vouent omnes Phylosophi, immo possunt absq; læsione Phylosophiæ possidere Diuitias iuxta formam *à Seneca præscriptam, in opusc. de vit. Beat.* vbi dixit, quod Phylosophus, ait opes debere contemni non ne habeat, sed ne sollicitus habeat, & ita vt apud ipsum aliquem locum, sed non summum locum habeant, & ita vt sint apud ipsum, sed extra ipsum, & ita vt sint in seruitute, non in Imperio, & ita vt in Donaum, non in animum recipiantur, vnde, & idem *Sen. Ep.* 18. opum possessionem tibi non interdico, sed illas intrepide possideas, & tanquam exituras aspicias, à quo, nec dissentire videtur, *Apost. p. ad cor.* 7. reliquum est, vt qui emunt, tanquam non possidentes sint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes.

3 Ampl. 2. vt Phylosophia, non solum sit Remedium lenitiuum, & cueatiuum paupertatis, sed etiam ad comparandas Diuitias, adeo, vt verus Phylosophus non solum dici pauper non possit, sed immo Diues semper esse videatur, *vnde Tullius* omnes sunt Diuites dicunt Stoici, qui Cœlo, & Terra frui possunt, adde versus,

Hærodoti hoc Dogma est quisquis miser indiget ere.

Phylosophi assumat pallia, Diues erit.

Ita *ex Lucillo lib.* 2. *epig. Grec. transtulit Alciatus in l. etiam ff. de verb. sig. & refert Tiraq. de Retract. lignag. §. p. gl.* 7. *n.* 10.

Et Sen. de vit. Beat. terras inquit omnium aspiciam tamquam meas, meas tanquam omnium, *& Ap.* 2. *ad cor.* 6. sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, & iterum *Sen. Ep.* 62. Breuissima ad Diuitias per contemptum Diuitiarum via est, & in hunc etiã sensum trahi potest, *tex. Iol.* 14. terra, quam calcauerit pes tuus, erit possessio tua, *& prius Iol. p.* omnem locum, quem calcauerit vestigiũ pedis vestri, vobis tradam, *& Ruth.* 11. omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.

Vnde non mirum si sua felicitate onustus, Alexander dixit, nisi Alexander essem, Diogenes essẽ, licebat tamen ei Phylosophanti, & affectu fieri Diogenem, & fortuna manere Alexandrum, *vt dixit Plut. in opusc. cuius tit. est, In Principe requiri Doctrinam.*

Nec prædictis obstat in Triumphys Petr. Pouera, & nuda vai Filosofia, nam. quod sequitur soluit obiectum, Dice la turba al vil guadagno intesa, cui consonat, *Horatianum illud Ep. p. ad Mecen.* O Ciues, Ciues, quærenda pecunia primum est,

est, virtus post nummos, & statim subdit, hæc recinunt Iuuenes Dictata senesque.

Confert ad dicta Petrarchæ, quod narrat I. C. noster Traianus Boccalinus in Relationibus Parnasi, quod cũ Rex Galliæ, Phylosophię, quã nudatam respexerat in Monte Parnasi, sui Regalis Pallij partem obtulisset, illa repudiauit dicens, se nõ habere pudenda, vel turpitudines, quas tegeret, vnde Pallio non indigere, & nudam incedere posse, cum tamen ad tegendas hominum turpitudines, non solum vestimenta, sed Domus adhibeantur, *vnde Sen. Ep. 45.* parietes nobis circumdatos iudicamus, non vt tutius viuamus, sed, vt peccemus occultius, & vix quemquam inuenies, qui possit aperto hostio viuere, nec mirum, quia rari sũt, qui phylosophentur, *l. sed, & reprobari 7 §. de Phylosophis ff. de excus. tut.* immo non solum, quod Plato exoptabat, rari Principes phylosophantur, sed rari sunt, etiam apud Principes Phylosophi.

4 Declara, vt quæ dicta sunt, intelligantur, non de Phylosophia speculatiua, sed de practica, non de disputatiua, seu contemplatiua, sed de actiua, non de verbali, sed de reali, ac morali, sic enim Phylosophorum Princeps Socrates, Phylosophiã vniuersam reuocauit ad mores vt refert *Sen. Ep. 71.* Alij vero, qui, *vt loquitur Sen. Ep. 95 & 108.* non Phylosophiam, sed Phylologiam profitentur, & docent, *teste eod. Sen. ead. Ep. 108.* disputare, non viuere, & Phylosophiam, oblectamentum faciunt cum Remedium sit, vt inquit, *idem ipse Sen. Ep. 117.*

Hoc ipsum confirmat, *idem Sen. Ep. 90. ibi*, quis dubitare potest quin Deorum immortalium munus sit, quod viuimus, Phylosophiæ quod bene viuimus, itaque tanto plus nos debere huic, quam Diis, quanto maius beneficium est, bona vita, quam vita, nisi ipsam Dij Phylosophiam tribuissent, cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus.

Adde *Petr. in præfat. ad primum de Remedijs*, Hęc est vera Phylosophia, non quę sterilium disputationum ventosa iactantia per inane circumuoluitur.

Pauperes autem non solum facultatem, vt supra, dixit *Sen.* sed facilitatẽ consequendi hoc Phylosophię remedium habent, vt ostendimus infra *c. 2. in Remedio ad Phylosophum.*

REMEDIVM. XIII.

Sapientia.

SVMMARIVM.

1 Sapientia, Remedium lenitiuum paupertatis, sapiens nihil inuitus agit, vel patitur ei omnis vita iucunda, non est in paupertate vitium, sed in paupere, non differt eger in ligneo, vel in aureo lecto.

2 Sapientia, Remedium curatiuum paupertatis, occidere se, non licet, tam miser est quisque, quam credit.

3 Sapiens semper Diues, & felix, & se ipso contentus, & ei tenues luxuriantur opes, & totus orbis est ei patria, vide versus.

4 Sapientia exoptabilior, quam Diuitiæ, & n. 11.

5 Sapientes, Regibus rariores, Sapiens tanquam Fenix vel non nascitur, vel semel anno quingentesimo nascitur, vir bonus, & sapiens Deo similis, immo in aliquo, plusquam Deus, ex Sen.

6 Sapientia, Remedium efficacius contra paupertatem, quam contra Diuitias.

Difficilius, prosperę fortunę Regimen, quam aduersę.

7 Sapientiam obtinet à Deo, qui postulat, nihil hæsitans, credens, & non exstans si dixerit fiat, fiet ei.

8 Sapientiam quasi pecuniam quęrens, inueniet eam, vbi ne ibi duplicem intellectum.

9 Sumitur Sapientia pro virtute, quę, nec est adeo difficilis, vt dicitur, non quia difficilia sunt, non audemus, sed quia non audemus, difficilia sunt.

10 Facilius est pauperi, quam Diuiti, sapientiam consequi, duplex causa lucratiua, nec legaliter, nec moraliter concurrit, rari capiunt, & sapiunt, raro talentum, & talenta coniunguntur.

11 Exoptabilius est, talentum siue talentis, quam contrarium, vide rationes, authoritates, & versus, Sapientia non emitur, Clauis aurea non prodest, si non aperit, melior est homo, qui pecunia indigeat, quam pecunia, quę homine, Diuites ignari, pecudes cum aureo vellere.

1 Remedium lenitiuum paupertatis, est sapientia, *vnde Sen. Ep. 87.* Dolor, egestas, ignominia, & cætera horrenda cum ad sapientem peruenere, mansuescunt, *& idem de vit. Beat.* quicquid adaine veniet, Bonum fiet, *& Ep. 54.* nihil inuitus facit sapiens, necessitates effugit, quia vult, quod ipsa coactura est, *& Ep. 61.* da operam, ne quid vnquam inuitus facias, repugnanti, nnn volenti necessitas est, & de Consol. ad Eluiam, nec secunda sapientem euehunt, nec aduersa demittunt, *& Ep. 98.* Rectus, atq; integer corrigit praua fortunę, & sane dici potest, vero sapienti erunt praua in directa, & aspera in vias planas, *iux. tex. Isaię 40 & Luc. 3.* & Sapientibus omnis vita iucunda est, l. tam libenter, tristem ferunt patienter, & si rebus ipsis nequeunt, patientia delectantur, *vt inq. Petr. 2. de Rem. D. 118. adde eund. Petr. 2. de Rem. D. 9.* virtus vna contra fortunam omnem, contraq; pauperiem, Ars optima, & iterum ibid, vt animo inopi, ac deiecto nullę sufficiũt opes, sic Diuiti, atq; erecto, nulla non suffic t paupertas, *& Dial. 25.* Leuem Sarcinam, ferentis imbellicitas grauem facit, & tu dic, quod non est in paupertate vitium, sed in paupere, *& vt dixit Sen. Ep. 16,* non est in rebus vitium, sed in animo, quod paupertatem grauẽ fecerat, hoc, & Diuitias

graues faciet, nec differt Ægrum in ligneo lecto, an in aureo collóces.

2 Amplia pr. vt Sapientia, fit etiam Remedium curatiuum paupertatis, quia Sapiens non potest dici pauper, sicut nec miser, *vnde Sen. Ep.* 9 Crisippus ait Sapientem nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus esse; contra, stulto, nulla re opus est, nulla enim re scit vti, sed omnibus eget, egere necessitatis est, *& Ep.* 74. quæris, quare virtus nullo egeat, præsentibus gaudet, non concupiscit absentia, nihil nõ illi magnũ est, quod satis, *& in opusc. quare bon. vir. mal. accid.* persuadebo tibi, ne vnquam boni viri miserearis, potest enim miser dici, non miser esse, & rationem adducit, *Ep.* 70. nemo, nisi vitio suo miser est, & rationem huiusce rationis, subdit dicẽs, nemo de vita conqueri potest, neminem tenet, nil melius æterna lex fecit, quam, quod vnum introitum, dedit omnibus ad vitam, exitus multos placet viue, non placet, licet eo reuerti, vnde venisti, quæ tamen ratio rationi, Christiano viro placere non potest, quia videtur permittere sibi mortem consciscere, quod non solum humanæ leges prohibent, *tot. tit. ff. de ijs, qui sibi mortem consciuerunt*, sed, & Diuinæ, vt probat, *D. Aug. in can. si non licet* 23. q. 5. placet tamen alia ratio, *Sen. Ep.* 78 *ubi*, tam miser est quisq; quam credit, & vertit Sanazar. E tanto è miser l'huom, quant' ei si reputa.

3 Amplia 2. vt Sapiens, non solum non possit esse pauper, aut miser, sed sit semper Diues, & felix, probat, *Tullius in paradox.* contentum suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæq; Diuitiæ, *& Plut. de virt. & vitio.* contentus eris te ipso, si didiceris, quid bonum sit, quid honestum, luxuriabis in paupertate, & Rex eris, vitamq; priuatam, & ociosam (intellige quietam) non minus gratam habebis, quam, quæ in Imperijs, & Magistratibus agitur, & comprobat ratio eiusdẽ, *Plut. de tranq. anim.* recta ratio, quoduis vitæ genus, felix reddit. Cecinit, *Mart. lib.* 10. *Ep.* 79 illa placet tellus, in qua res parua Beatum) me facit, & tenues luxuriantur opes, sed tu adde, quod sapienti omnis tellus est talis, prout, & omnis tellus est ei patria, *vt Ouid. cecinit p. fastor.* omne solum forti Patria est, vt Piscibus æquor, vt volucri vaquo, quicquid in orbe patet, & quod dixi, probat, *Sen. Ep.* 87 quis sit summi boni locus quæris? Animus, Addẽ *Sen. de vit. Beat.* Ego terras omnium aspiciam, tanquam meas, meas tanquam omnium, *& 7. de Benef.* non existimes Sapientem paruo esse contentum, omnia illius sunt, Sapiens, vniuersa Animo possidet iure, ac Dominio sua, nihil cupit, quia extra omnia, nihil est, *& Ap.* 2. *ad cor.* 6. quasi nihil habentes, & omnia possidentes.

4 Amplia 3. vt longe exoptabilior sit Sapientia, quam Diuitiæ, agnouit hoc, *Horat. Ep. p. ad Mecen.* vilius Argentum est auro, virtutibus Aurum, probauit Sapiens, *pro.* 3. melior est Acquisitio Sapientiæ negociatione Argenti, & Auri primi, pretiosior est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderãtur, huic non valent comparari, *& Sap.* 7 Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, *& vide, quę infra dixi in quart. notab.*

5 Limita, quod hoc Remedium rarum sit, & inuentu difficile, *vnde Petr.* 2. *de Rem. D.* 83. sunt fateor Sapientes Regibus rariores, *& Sen. Ep.* 42. vir Bonus, seu Sapiens primę notę, tanquam Phenix semel anno quingentesimo na citur, *& Petr. de Rem. D.* 21. fuere, qui dixerunt sapientem nullum, id quam verum, falsumq; sit non disputo, certe nimis prærupta Sententia est, & ad desperationem prona, & studio aduersa sapientiæ, Adde *Sen. Ep.* 53. est aliquid, quo Sapiens antecedat Deum, ille naturæ Beneficio, non suo sapiens est, ecce res magna, habere imbellicitatem hominis, & securitatem Dei, *& Ep.* 73. Iuppiter, quo antecedit v. rum bonum? Diutius Bonus est, Deus non vincit sapientem felicitate, sed vincit ætate, Sapientiam æquo animo, omnia apud alios videt contemnitq; quam Iuppiter, & hoc se se magis suspicit, Iuppiter illis, vti non potest, Sapiens nõ vult, *& in opusc. quare bon. vir. mal. accid.* forte fortiter hoc est, quo Deum antecedatis, ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam, sed ad Declarationem huius Limitationis, *vide, quę infra dicam in tertio notab.*

6 Interim tamen nota, quod Sapientia, magis prodest contra paupertatem, quam contra Diuitias, *vnde Aug lib.* 17. *de Ciuit. Dei c.* 20. Salomon Bonis initijs, malos exitus habuit, quia secũdæ res, magis ei obfuerunt, quam profuerit Sapientia, & fortasse facilius est, & periculosius, vt Diuitię, sapientiã fugent, vel corrumpant, quam, vt Sapientia Diuitias moderetur, & temperet, & saltem negari non potest, quin difficilius sit prosperæ fortunæ Regimen, quam aduersæ, vt sensit, & comprobauit, *Petr. de Rem. vtriusq; fort. in præfat. ad lib. p.*

Si autem pro consequendo hoc Sapientiæ Remedio, Remedium quæras.

7 Nota pr. *tex. Jac. p.* si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei, postulet autem in fide, nihil hæsitans, cui consonat, *tex. Marc.* 11. qui crediderit, & non hæsitauerit, quodq; dixerit fiat, fiat ei.

8 Secundo nota, *tex. pro.* 2. si quęsieris sapientiã, quasi pecuniam, inuenies eam, hoc est si quæsieris eo modo, quo pecũa quæritur, ideft totis virib⁹, sic in simili, *Deut.* 4. si quæsieris Dominum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris, vel certe dic, si quæsieris, quasi pecuniam, hoc est pro pecunia, vel loco pecuniæ, vt fecit Salomon, qui sapientiam, & non pecuniam postulauit, *vnde* 2. *Reg.* 3. Responsum accepit, quia postulasti hanc rem, nec petisti dies multos, aut Diuitias, aut animas inimicorum, Dabo tibi Cor Sapiens, &c.

9 Tertio nota, quod si pro sapientia, virtutem intelligamus, prout Seneca videtur intellexisse,

qui virum Bonum, & sapientem, vt sinonima, sępius vsurpauit, *vnde, & Ep.* 88. sapientia non est in litteris, *& Petr. p. de Rem. D.* 12. est sapiens vitam, qui tenet innoquam, *& idem Sen. Ep.* 2d. sapientia est semper idem velle, atq; idem nolle, licet illam exceptiunculam non adiciam, quod rectum sit, quod velit, non potest vmquam semper placere, nisi rectum, si res inquam, ita se habet, non erit, adeo difficilis, vt communiter reputatur acquisitio huius sapientiæ, *vnde Tullius de Amicitia*, non sunt audiendi, qui dicunt, adeo durá, & quasi ferream esse virtutem, *& Sen. 2. de Ira*, non, vt quibusdam visum est durum, atq; asperū in virtutes, iter est, plano adeuntur, & dici potest, quod volenti, erunt parua in directa, & aspera in vias planas, *Is.* 40. *Luc.* 3. & non, quia difficilia sunt, non audemus, sed quia non audemus, difficilia sūt, *vt dixit idem Sen. Ep.*104. *& vt idem Ep.* 80. quãto facilius animus corroborari potest, vt fortunæ ictus inuictus excipiat, Corpus multis eget, vt valeat, Animus ex se se crescit, se ipse alit, se exercet virtus tibi, sine impensa contingit, quicquid facere te bonum potest, tecum est, quid tibi opus est, vt sis bonus? velle.

10 Quarto nota, quod omni in casu, facilius pauperes, quam Diuites, possunt ad sapientiam peruenire, ex ijs, quæ late diximus, *p.* 2. *in V. salus*, & quia sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium, *Iob.* 28. *vnde, & Plut. in opusc.* quo pacto possis amicum ab adulatore distinguere, perpauci sunt (inquit) quibus contingat, & felices esse, & sapere, *& Reg tex. in §. si res aliena inst. tit. de Legat.* quod duplex causa lucratiua non concurrit, plerumq; vera videtur, etiam moraliter, & inter sapientiam, & fortunam raro est pax, *inquit Petr. p. de Rem. D.* 49. & ego dicam, raro talentū & talenta coniungi.

11 Exoptabilius autem videtur, talentum habere sine talentis, quam talenta, sine talento, ex supra dictis, & quia cum talento, talenta possunt acquiri, at non econtra, non enim Diuitijs virtus, sed virtute Diuitiæ quæruntur, *Petr. 2. de Rem. D.*9. *vnde Mart. lib.* 5. *Ep* 13.

Sum fateor semperq; fui Callistrate pauper
Sed non obscurus, nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens, & dicitur hic est
Quodq; cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt, tecta columnis
Et libertinas Arca flagellat opes.
Hoc ego tuq; sumus, sed quod sum, non potes esse
Tu quod es, e populo quilibet esse potest.

Ad idem, *Horat. lib. p. Ep. p. ad Mecenat.*

Vilius Argentum est auro, virtutibus Aurum.

Et Mart. lib. 8. *Ep.* 18.

Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus
Qui velit Ingenio cedere, rarus erit.

Quamuis hæc male seruentur, *vnde idem Horat. ead. Ep. p. ad Mecenat.*

O Ciues, Ciues, quærenda pecunia primum
Virtus post nummos.
Hæc recinunt Iuuenes dictata, senesq;

Et quicquid fuerit in illo tempore, & in diebus illis, verius, quam Martialis hac tempestate canere nos possumus.

Aurum crede mihi, nullus donabit Amicus
Qui velit Argentum cedere, rarus erit.

Sed ad rem redeundo, adde, *tex. pro. c.* 17. quid prodest stulto habere Diuitias cum sapientiam emere non possit? & neq; Diuitiæ prudentem reddere possunt, vt cecinit, *Horat. lib.* 2. *Ep. ad Iul. Florum. ve. e. & pro.* 8. Doctrinam magis, quam aurum eligite, *& Eccles.* 4. melior est puer pauper, & sapiens, rege sene, & stulto, qui nescit in posterum prouidere, *& Sap.* 7. Diuitias nihil esse dux in comparatione illius, & vt dixit, *Author. Method. Confess.* quid prodest, Clauis aurea, si aperire, quod volumus, non potest, vnde nil mirum si *apud Tull. um* 2. *de offic.* Cum Themistocles consuleretur vtrum bono viro pauperi, aut minus probato Diuiti filiam collocaret, Ego inquit malo hominem, qui pecunia indigeat, quam pecuniā, quæ homine, & merito Diogenes, Diuites Ignaros, appellabat pecudes cum aureo vellere, merito inquam, cu pecud. aureum vellus, ne dum prodest, imo obsit tanquam onerosum, *& Aug. lib.* 8. *conf. c.* 7. Ciceronis Hortentio excitatus eram studio sapientiæ, cuius non inuentio, sed sola inquisitio præponenda erat inuentis Thesauris.

REMEDIVM XIV.

Vanitas Diuitiarum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium leuitiuum paupertatis, vanitas Diuitiarum, Beatitudo non est in Diuitijs, sed in Deo, opes sunt, circa nos, sed in nobis, Beatitudo est status omnium Bonorum aggregatione perfectus, cor hominis cęteris preter Deum occupari potest, impleri non potest, Beatitudo sublunaris, est compositum, & sedatas animas, Beare, est prodesse.*

2 *Diuitię non sunt Bona, nec Bona, quia Bonos non faciunt, & apud malos deprehenduntur, & forte frequentius, Phylosophus Bona secum portat, Diuitia mala pariunt, vide versus, commoda dicuntur, sed incommoda pariunt, Bona non sunt, quę plus habent incommodi, quam commodi, Diuitię Bona per antiphrasim, quia non bona, vt parcę, lucus, Bellum.*

3 *Diuitię non sunt Bona stabilia, sed instabilia, & mobilia, & caduca, & fugacia, & recessura, & recedentia.*

4 *Diuitię sunt Bona aduentitia, & maiore cursu fugiūt, quam veniunt, vel suae profectitia, proficiscentia, videlicet á Deo, vel Castrentia, idest sudore quęsita, vel castrata, & mutila.*

5 *Diuitię sunt sępe mala, vel Bona mixta malis, & plus*

plus habent mali quam Boni, etiam delectabilis, & plus amaritudinis quã dulcedinis in acquirendo, retinendo, et amittendo. Temporalis delectatio, molestia quaritur, Bona nostra habent annexa mala præuenientia, concomitantia, & subsequentia.

6 *Diuitiæ, nec sunt vere Bona, nec nostra, licet nostra dicantur, nostra non erant, nostra non erunt, nostra non sunt, vsusfructus noster est, sunt veluti cõmodata, vel deposita, nos coloni Dei sumus, Deus verus est, & solus Dominus, quare dicatur Iube Domne.*

7 *Omnia vanitas, sed in specie Diuitiæ, mundana omnia vana somnia, homo, nudus est æstimandus.*

1 REmedium, saltem lenitiuum paupertatis, est consideratio vanitatis Diuitiarum, Ad consolationem ergo pauperum, ostendam ego hic primo, quod in Diuitijs, non est Beatitudo, secundo, quod immo Diuitiæ nõ sunt Bona, tertio, quod immo sunt vana.

Quo ad primum, Beatitudinem, in Diuitijs non posse consistere, docet, *D. Thom. p. 2. q. 2. art. p.* quia videlicet quæruntur, propter hominem, & earum vsus, est in dando, & quia Beatitudo est status omnium Bonorum aggregatione perfectus, sed cum Diuitijs, non stant omnia Bona, & præsertim sapientia, & opes non sunt in nobis, sed circa nos, vt dixit, *Sen. Ep. 41.*

Et contraria opinio, tanquam penitus errorea damnatur, *in Ps. 141 ibi,* opes eorum fætosę abũdantes in egressibus suis, Boues eorum crassæ, &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, Beatus populus, cuius Dominus Deus eius, & consonat, *Ps. 32.* Beata gens, cuius Dominus Deus eius, quem elegit in hæreditatem sibi.

Nec mirum, nam ad Imaginem Dei creata est Anima rationalis, & cæteris omnibus præter Deum, occupari potest, impleri non potest, *Bern. in tract.* ecce nos reliquimus omnia, vnde, & iure homini non sufficit, quod Deus non est, *Greg. lib. 26. moral. c. 36.* & omnis opulentia rerum creatarum, afficere cor humanum potest, satiare non potest, *ex Vgone. de S. Victore Bonan. in soliloq. exerc. p. c. p.* & per vana, & fallacia mundi oblectamenta Vagabundus Animus discurrens, fatigatur, non satiatur, nec prius saturatur auro, quam corpus aura, *Author. method. confess.* & fecisti Domine nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te, *Aug. confes. lib. p. c. p.*

Immo Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas, *Ps. 39.* & Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, *Ps. 40.*

Immo etiam paupertas, magis, quam Diuitiæ conferre videtur, non solum ad consequendam futuram, & consumatam Beatitudinem, vt diximus *p. 2. in V. Salus,* sed etiam ad præsentem felicitatem, quę dici aliquo modo fortasse possit inituata, vel impropria beatitudo, & dixi aliquid ad hoc *sup. in Rem. lætitię.*

Et si verum est, quod scripsit, *Budeus in pref. ad Iulium secundum in opusc. Plut. de tranq. animi,* quod scilicet Beatitudo sublunaris, & quam mortalium capere conditio potest, est compositus, & sedatus Animus omni perturbatione vacans, vtiq; ad id longe magis, confert paupertas, quam pecunia, quæ est veluti Mater perturbationum, & sollicitudinum, vt ostendimus infra cap. 2. in Remedio sollicitudinum, & periculorum, &c.

Ad idem videtur, *tex. in l. Bonorum appellatione 49 ff. de verb. sig. ibi,* Beare est prodesse, at paupertas prodest *gl. in §. sed, & propter inst. tit. de excus. tut. & diximus p. 2. in V. malum,* ergo beat.

Ad idem confert, *Tac. lib. 6. an. c. 4. ibi,* multi, qui conflictari aduersis videntur, Beati, ac plerique quamuis multas per opes, miserrimi, si illi grauem fortunam constantes tolerent, hi prosperis inconsulte vtantur.

2 Quo ad secundum, quod Diuitiæ non sint bonę probaui *p. 2. in V. malum, & in V. Salus,* sed quod non sint Bona, nunc probo, nam summum, immo vnum Bonum, est, quod honestum, cætera falsa, & adulterina Bona sunt, *Sen. Ep. 71.* & maiores nostri hæc imbecilla, & commutabilia pecunię membra solo verbo Bona putauerunt appellanda, re autem, aut factis aliter iudicarunt, potest enim bonum cuiquam malo esse, aut potest quisque in abundantia Bonorum, ipse esse non Bonus? *Cic. in paradox. vnde, & Sen. de vit. Beat.* Diuitias inquit, nego Bonum esse, quia Bonos non faciunt, & apud malos deprehenduntur, & forte frequentius apud malos, *vt ex Arist.* qui rationes adducit in problemat; & retuli *p. 2. in V. malum, & idem Sen. Ep. 74.* Aut ista Bona non sunt, quæ vocantur, aut homo felicior est Deo, aut bona Deo desunt *& idem Sen. Ep. 76.* si ista Bona sunt, quibus per corpora vtimur, emissis animabus erit peius, quod contra fidem est, *& Petr. 2. de Rem. D. 55.* Bias (vt omnes volunt) seu Stylbon (vt vult Seneca) increpitus, quod ex patriæ incendio, nihil suorum bonorum efferret, bona inquit mea omnia mecum porto, & adde, quæ dixi *d. p. 2. in V. malum.*

Immo qua ratione Bona dici possunt, quæ tot mala pariũt, ac nutiunt quot: *dixi p. 2. in V. salus,* & agnouit *Ouid. p. metam.* effodiuntur opes irritamenta malorum.

Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum.

Vnde *& Sen. Ep. 87.* Diuitiæ inquit, inter commoda numerantur, per illa tamen, multa nobis veniunt incommoda, proprie autem Bona dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent, inquit *tex. in l. proprie bona 83. ff. de verb. sig. & idem Sen. Ep. 110.* intuere quid sint res nostræ, non quid vocentur, nisi forte Diuitias vocare velimus bona per Antifrasim, quia minime Bona, sicut dicuntur parcæ, quia non parcunt

lucus, quia non lucet, Bellum, quia minime Bellū.

3 Quod ſi bona ſunt certe ſtabilia nō ſunt, quæ tot ſubiacēt caſibus, nec ſubſtantiæ dici poſſunt, quæ tot ſubiectantur accidentibus vt diximus *p. p. q. 4 vnde Sen. de tranq. anim.* nouerā me Diuitias poſſidere inſtabiles, *& Petr. p. de Rem. D. 14.* nihil ſub Cœlo ſtabile, quis in tanta vertigine, firmum aliquid, & manſurum ſperet, & in Triumphis, Ma poiche ſotto 'l Ciel coſa non vidi ſtabile, & ferma, &c. *& Plut. de conſol. ad Apollon* non eſt, recte rationes rerum putantis, firmum aliquid in rebus inſtabilibus ponere, *& Petr. 2. de Rem. D. 91.* ſtultum eſt, firmam in re tremula ſpem habere, *& Sen. 6. de Benef.* mobilia ſunt, quæ caſus dedit, & maiore curſu fugiunt, quam veniunt, *& Boet. lib. 3. de conſol. Phyl. metr. 2.* Crede fortunis hominum caducis, Bonis crede fugacibus, & bene nos admonet *Sen. de conſ. ad Marciam*, dicens, admonendus eſt Animus, amet, vt receſſura, immo vt recedentia, vnde non ſolum non ſunt ſtabilia, ſed mobilia, ſed ſe mouentia, ſed fugacia, ſed volantia.

4 Quod ſi velis, adhuc Bona credere, quæ non ſunt, crede ſaltem, quod omnia ſint, Aduentitia, quoniam adueniunt, & maiore curſu fugiunt, quam veniunt vt dixit ſupra *Sen 6 de Benef* vnde, & fortunæ melius, quam ſubſtantiæ nuncupantur, vt diximus, *p. p. q. 4.*

Vel crede, quod omnia ſint profectitia, quia proficiſcuntur à patre, hoc eſt a Deo, prout omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens à patre luminum, *Iacob. p.* quod agnouit, etiam ille, qui apud *Virg. egl. p.* cecinit, Deus nobis hęc otia fecit, & ingratum dicit, *Sen. 4. de benef.* Diuitem, qui ſic non loquitur ibi, vnde iſta quies in qua putreſcis, & marces nonne ſi gratus es, dices, Deus nobis hæc otia fecit, & quo ad diuitias *eſt tex. p. Reg c. 2.* Dominus pauperem facit, & ditat, cum aliis adductis, *ſup. hoc eod. c. Rem. 3.*

Vel crede, quod ſint omnia caſtrentia, ſeu quaſi caſtrentia, hoc eſt ſudore quæſita, *vnde Horat. Ep. p. ad mecenat.*

Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiē fugiens, per ſaxa, per ignes

Et fere quiqunq; Diuitias cumulant, non ſunt alieni à labore caſtrorum, prout de Aulicis, dixit *tex. in l. vnic. C. de Caſtrenſ. Palatin. peculio.*

5 Quod ſi non ſunt omnia bona Caſtrentia, ſunt ſaltem omnia bona Caſtrata, non ſunt enim integra, ſed mutila, manca, & defectiua. & nulla abſolute ſtabilia, ſed vel mobilia, vel ſe mouentia, fallacia, fugacia Bona, immo, nec Bona temporalia, ſed mala mortalia, vel ſi non mala, certe malis commiſta, *vnde pro. 14.* riſus dolore miſcebitur, & non tam Poetice, quam Phyloſophice canam, hæc Bona, vel mala ſunt, vel bona mixta malis, & plus ineſſe videtur in eis mali, quam boni, etiam delectabilis, præſertim cum plus poſſit, & ſenſibilius ſit malum in ratione mali, quam bonum in ratione boni, & plus habent amaritudinis, quam dulcedinis, & in acquiſitione, & in poſſeſſione, ſeu retentione, & in amiſſione, quandoquidem acquiruntur cum labore, poſſidentur cum timore, amittuntur cum dolore *vt ex D. Greg. dixit D. Bonau. in ſoliloq.* immo dulcedo ipſa, amaritudine quæritur, nec poteſt hęc ſequi, niſi prius illa præcedat, *vnde Aug. lib. 8. confeſ. c. 3.* ſic ait, voluptates humanæ, vitæ moleſtijs homines acquirunt. Edendi, & bibendi voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriendi, & ſitiendi moleſtia: ebrioſi, quędam ſalſiuſcula comedunt, quo fiat moleſtus ardor, quem dum extinguit potatio, fit delectatio, & vbique maius gaudium, moleſtia maior præcedit, ſed tu adde, quod extrema gaudij luctus occupat, *pro. 14 vnde Petr. p. de Rem. D. 90.* quid amplius expectet Animus lætus in hac tanta rerum vertigine. niſi vt lætus eſſe deſinat, eſſe triſtis incipiat, vnde, & dici poteſt, quod humanæ feſtiuitates ſeculares, duplices videantur habere vigilias anticipatas, videlicet, & poſticipatas, & quod non ſolum vni Bono, ſemper duo mala ſint annexa, vt cecinit *Pyndarus relatus à Plut. de conſ. ad Apoll.* ſed, & quod Bona hæc noſtra, habeant annexa mala præuenientia, concomitantia, & ſubſequentia, adde, *Petr. 2. de Rem. D. 88.* in hac vita non facile reperies mel, cui non ſit admixtum fel, & ſæpius amara præponderant.

6 Sed quod plus eſt, hæc quæ Bona noſtra dicuntur, non ſolum non ſunt Bona, vt diximus, ſed nec noſtra ſunt, licet abuſiue noſtra dicantur, vt innuit *Plut. de exilio ibi*, natura nullam nobis patriam dedit, nec Domum, nec Agrum, vt Ariſton inquit ſed hæc prout quiſque incolit, & eis, vtitur, eius ſunt, vel potius dicuntur, *& D. Petr. Criſol. ſerm. 123.* Demus noſtra, ſi tamen noſtra, Demus, quæ putamus noſtra, & expreſſius *Cic. in paradox.* ille hæc ludibria fortunæ, nec ſua quidem putauit, quæ nos etiam bona appellamus, & nihil neque meum eſt, neque cuiuſpiam, quod auferri, quod eripi, quod amitti pot *& Petr. p. de Rem. D. 58.* locis gloriaris quę tua nudiuſtertius non erant, & tua forſitā cras nō erūt, ac ſi rite cōſideres, tua etiā nunc nō ſunt, *& 2 de Rem. D. 13* qui virilius phyloſophantur aurū, & argentū inter Bona non numerant, qui mollius, Bona dicunt, ſed non animi horum quicquid elegeris, ſiue non bonum, ſiue non tuum. ſed fortuna bonum, *& Sen. de conſ. ad Marciam*, non eſt, inquit, quod nos ſuſpiciamus, tanquam inter noſtra poſiti, mutuo accepimus, vſusfructus noſter eſt, *& Ep. 120.* non Domus eſt hoc corpus, ſed hoſpitium breue, & paulo poſt nihil ex his, quæ circa ipſum ſunt, ſuum iudicat, ſed tanquam commodatis vtitur, *& Sen. 6. de Benef.* non ſunt noſtra, in depoſiti cauſa ſunt, *& Leuit. 25.* terra non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni mei eſtis, vnde, & in recitandis horis matutinis ad hominē imperfecte dicimus. Iube Domne benedicere, ad

Deum

Deum vero totis l'tteris. Tu autem Domine miserere nobis, quia videlicet folus Deus, est perfectè Dominus, prout hanc rationem adducit, *Durand. in Rational. Diuinorum offic. lib. 4 c. 2. & probat Ps. 67.* Cantate Deo, &c. Dominus Nomen illi, *& Is. 42.* Ego Dominus hoc est nomen meū, cum alijs adductis, *p. 2. in V. æqualitas, quibus adde Bern. de consid. ad Eug. lib. 3 c. p.* Dominium Orbis cede Deo huic tu curam habe, vel si magis placet, huius tu curam habes.

Et male nos, nostra facimus, quæ vere nostra nō sunt, male seruantes, *Ps 61.* Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, *vnde Sen. Ep. 42.* nos nostri essemus, si hæc nostra non essent, non sic Stylpon vir fortis, ac strenuus, qui amissa patr a, liberis Vxore dixit, nihil perdidi, omnia mea mecum sunt vt refert *Sen. Ep. 9.* cui consonat, quod idem ipse scripsit, *Ep. 42.* qui se habet, nihil perdidit, adde eumd. *Sen. Ep 98.* quicquid est, cui Dominus inscriberis apud te est, tuum non est, cui consonat, quod idem di it *in opusc. de vit. Beat.* opes, apud me, extra me tamen sunt.

Quo ad tertium, vanitas van tatum, & omnia
7 vanitas, dixit generaliter sapiens *Eccles. c. p.* & in spec. *c. 5.* Auarus non implebitur pecunia, & qui amat Diuitias, fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas, *& Ps. 51.* sed sperauit in multitud ne Diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua, & vt dixit, *ex Bern. Bonau.* quid sunt mundana omnia, nisi quædam vana somnia? *vnde, & Sen. Ep. 76.* cum velis veram hominis æstimationem inire, nudum inspice, ponat honores, ponat patrimonium, & alia fortunæ mendacia corpus ipsum exuat animum intuere, & consonat, *Ps. 4.* vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, *& Ps 39.* Beatus, qui non respex t in vanitates, & insanias falsas, & ad D n tias recte trahi potest quod dicitur *Ps. 38.* & substantia mea, tanquam nihilum ante te.

REMEDIVM XV.

Auferre Superfluum.

SVMMARIVM.

1 *Necessarium prouenit ex superfluo, & ex copia Inopia, superflua Diuiti, sunt pauperi necessaria, sed aliquando superflua pauperi, sunt Diuiti necessaria.*

2 *Diuites vtantur superfluis, dent inopibus necessaria, quomodo intelligatur hoc dictum Aug. & concordetur cum Bern.*

3 *Tollere de mundo paupertatem, an expediret, Ciuitas sine pauperibus, non est perfecta.*

1 VLtimum, vniuersale Remedium paupertatis foret Auferre superflua, *vnde D. Bern. de interiori Domo c. 26.* tolle, inquit, superfluum & nemini deerit necessarium, nam ex superabundanti aliorum copia, prouenit aliorum Inopia, immo tu adde, quod aliquando, vnius copia, est multorum Inopia, & quod ille cecinit, apud, *Ouid. 3. met.* Inopem me copia fecit, verius canere potest pauper, *vnde & Bellarmin. de Arte ben. mor. lib. p. c. 5.* hic (inquit) iniuria magna multitudini pauperum, quibus deest, quod alijs superest, & *c. 9.* superflua Diuiti, necessaria sunt pauperi, Confert ad hoc tex. *Apost. p. ad cor. 11.* alius esurit alius ebrius est, quasi dicat, ideo alius esurit, quia alius ebrius est, confert etiam in simili, *Sen. Ep. 88.* ideo necessaria non discunt, quia superflua didicerunt.

Adde etiam, quod licet superflua Diuiti, necessaria sint pauperi, aliquando tamen ex incontinentia, vel intemperantia multorum, contingit oppositum, vt superflua pauperi, sint necessaria Diuiti, *vnde Sen. Ep. 39.* miserrimi ait, eo peruenerunt, vt quæ superflua fuerant, facta sint eis necessaria.

2 Sed dices, quod D. Bernardo, obstare videtur, *D. August. relatus in can. non cogantur 41. D.* in primo dicto ibi, Diuites vtantur superfluis, Dent Inopibus necessaria, responderi tamē potest, quod Bernardus loquitur in vniuersali, Aug. in particulari, vel quod Bern. loquitur quo ad honestatem, Aug. quo ad necessitatem, vel quod Bern. loquitur de consilio, Aug. de præcepto, vel quod Aug. loquitur permissiue tanquam minus malum sit, aliquid dare, quam nihil, prout simile est illud, *Hieronim. de Virgin. ad Demetriad. ibi,* melius est hoc facere, quam repositis opibus incubare, *& aliud eiusd. Hieron. lib. p. in Matteum relatum in can. considera 22. q. p. ibi,* in lege Deo victimas immolabant, ne eas Idolis immolarent, quia melius est Deo id exhibere, quam Demonijs.

3 Non est tamen omittendum, quod hoc Remedium in vniuersali, videtur speculatiuum potius, quam practicum, quia, tollere de hoc mundo paupertatem, & consequenter pauperes, non solum forte foret Reip. damnosum, & politicæ repugnaret, quia sine pauperibus Ciuitas, non est perfecta, *ex leg. 2. ff. de nundinis, & alijs, quæ dixi p. 2. in V. Ciuitas, & in V. æqualitas,* sed forte repugnaret, etiam Sacræ Scripturæ, *Matt. 26. ibi,* pauperes semper habebitis vobiscum, cum alijs, quæ dixi *sup. hoc eod. c. Rem. 7.*



CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Optabile, est malum, quod sit Remedium maioris mali, paupertas non est morbus, sed medicina, aliquando morbis, peiora Remedia.*

PAupertas, quatenus dici possit esse, quid malũ, non est, tamen insanabile malum, habet enim multa Remedia lenitiua, præseruatiua, & curatiua, vt ostendimus in antecedenti capite.

1 Et omni in casu dici potest optabile malum, quod sit Remedium mali maioris, vt in simili dixit, *Petr. p. de Rem. D. 4.*

Sed immo tanquam aliquod Bonum, est ipsa paupertas Remedium ad multa mala corporis, atq; animi mitiganda, atq; curanda, vt infra dicemus, vnde non solum non est paupertas, morbus, sed medicamen. licet forsan aliquibus Amariusculum, nec dicas hæc esse morbis peiora Remedia; *vt loquitur Petr. 2. de Rem. D. 35. & in simili Hypocrates sect. 2. Aphor. 46.* duobus doloribus simul obortis (inquit) non eadem, tamen in parte vehementior alterum obscurat, quoniam respondetur, quod ex infradicendis omnino contrarium meridiana luce clarius apparebit.

REMEDIVM PRIMVM.

Amoris.

SVMMARIVM.

1 *Amor, dicitur incurabilis morbus, vide versus, si omnia vincit amor, etiam Remedia vincet, amor fortis, vt mors, cum Remedio careat, sed mors fortior amorem occidens, quod semel placuit, amplius displicere non potest, non solum legaliter, sed sæpe moraliter, vide ibi, quæ non possunt esse Vxores, sint sorores.*

2 *Absentia, dicitur, Amoris Remedium, sed aliquando abest ardoris causa, sed ardor adest, non Cœlum, sed animum mutare, necesse est, vide ibi.*

Corpus, nec fugere, nec fugare possumus, & qui illud impinguat hostem nutrit, pauper facile fugit.

3 *Paupertas est Amoris Remedium lenitiuum, & præseruatiuum, & curatiuum, vide versus. Auaritia muliebre vitium dicitur.*

4 *Amor est passio animi cura vacantis, in vaquo pectore regnat Amor.*

Amor pauperis, fame perit.

5 *Amor an sit bonum, vel malum, Themistocles quærebat artem obliuionis,*

6 *Amor est morbus corporis, atque animi, & maximus morborum.*

7 *Amor est vigilia, Vigilia sicut somnus modum excedens morbus ex hyp. quo principes laborant.*

8 *Amor inappetentiam inducit, est febris n. 9. est vulnus n. 10. est dolor, et dolorum congregatio n. 11. est surditas n. 12.*

13 *Amor est cæcitas miserior, quam communis cæcorum. Si Cæcus Cæco ducatum præstet, vterque cadit, aduersitas oculos aperit, quos prosperitas claudit.*

14 *Amor est ignis non lucens, sed ardens, et consumens.*

15 *Amor dicitur stultitia, insania, furor, quem frenare perfectæ Phylosophiæ est.*

Amans, et amens æquiparantur, Amore nimio delinquenti, pæna mitigatur.

Amor, sapientes insanire, immo et apostatare facit, uide ibi exempla.

16 *Amor alius concupiscentiæ. alius amicitiæ, exempla utriusque, seruum corrupesse dicitur, qui fecit ut Amator fieret, Vt ameris Ama, qui amicus est amat, non semper qui amat amicus est.*

1 QVot quot Amoris naturam scientia, vel experientia sunt assequuti, senserunt illũ esse incurabilẽ morbum, insanabile vulnus, inextinguibilem ignem, & sic omnino carere humano Remedio, *vnde Præceptor Amoris 10. Met. cecinit.*

Nec modus, & requies, nisi Mors reperitur Amoris, *& Virg. Egl. 2.* me tamen vrit amor, quis enim modus adsit amori.

Et consonat, *gl. in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. in §. illud in V. vehementius ibi,* Igneus ille furor, nescit habere modum.

Ad idem induci potest, *idem Virg. eg. 10. ibi,* omnia vincit Amor, & nos cedamus Amori, *& D. Crisol serm. 40.* Amor, si Amor est, vincit omnia; nam si omnia vincit, ergo, & Remedia vincit, prout de incurabili etiam morbo dicitur ab eod. *Ouid p. de Ponto.*

non est in Medico semper releuetur, vt æger.
Interdum docta plus valet arte malum.

Idem expresse firmat comprouincialis meus, *Propertius, vmbria quem genuit lib. 2. eleg. ad mecenatem.*

Omnes humanos sanat Medicina dolores
Solus Amor morbi non amat artificem.

Et eod. lib. Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit, & ibid.

Errat, qui finem væsani, quærit Amoris
Verus Amor nullum nouit habere modum.

Idem docet Magnus Præceptor Amoris, *Ouid. p. Met.*

Hei mihi, quod nullis Amor est sanabilis herbis
Et Ep. 5. me miseram, quod Amor non est medicabilis herbis.

Quod

Quod si contra vim mortis non est medicamen in hortis, fortis erit in hoc etiam, vt mors dilectio *ad tex. cant. 8.* sed mors fortior in eo, quod amorem, de quo loquimur occidit ex supradictis.

Et recte trahetur ad hoc ipsum, *tex. in c. quod semel 21. de Reg. iur. in sex.* quod semel placuit, amplius displicere non potest. Idque ostendit nobilissima fabula Apollinis diligentis Daphnem, quā etiam conuersam in laurum osculabatur, vt narrat *Ouid. p. Met. ibi,*

In frondem Crines, in ramos Bracchia crescunt
Hanc quoq; Phæbus amat, &c.
Oscula dat ligno, &c.
Et quoniam Coniux mea non potest esse
Arbor eris certe dixit mea.

Et vtinam sæpius non contingeret, vt qui Puellam, vel iuuenculam turpiter adamauerit, senescentem quoq; ac vetulam, licet ligno, etiam sicco simillimā, eodem tamen amore prosequeretur, atq; vtinam, tunc saltem amor concupiscentiæ in amorem Amicitiæ, honestissima quadam Metamorphosi verteretur, vt in simili dicitur, *in c. consolationi 4. de de frigidis* quas habere non possunt, vt vxores, habeant, vt sorores.

2 Et quamuis inter Amoris Remedia, absentiam & fugam primo loco receperit, qui respondit, absentia, fames, gladius, *vnde, & Quarin. cecinit.*

La lontananza ogni gran piaga salda. *et Claudian in Ep. ad Olibrium.* spatio debilitatur Amor; *& Ouid ipse de Remed. amoris,* mitius Medicus, morbi tamen amantior, quam salutis.

Sic nisi vetaris quicquid reuocabit Amorem
Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.

Et 10. Met. ire libet procul patriæq; relinquere fines.
Vt scelus effugiam.

Et Ego aliquando cecini, si gestis venerem vincere, carpe fugam.

Attamen quid prodest, absentia Amorem vnū corrumpi, & alterum generari, *iuxta illud Ouid. 2. de Arte.*

Vanescitq; absens, & nouus intrat Amor.

Id vtique non est sanare, sed veterem in nouū morbum transfundere, ac immutare, & veluti renouare.

Præterea, neq; absentiam, neq; fugam, etiam veteri veri amoris morbo mederi, supponit, *Ouid. lib. 2. amorum eleg. 15. ibi.*

At meus Ignis abest, verbo peccauimus vno
Quæ mouet ardores est procul, ardor adest.

Quod eleganter, & fideliter vertit Italicus *Naso Marinus.*

Il Foco, hai no, che per cangiar di loco
Da me non si disgiunge
Sol la cagion del Foco è da me lunge.

Idemq; probat *Propert. lib. 2. eleg. ad Cynthiā.*

Quo fugis ah demens, nulla est fuga, tu licet vsq;
Ad Tanaim fugias, vsq; sequetur Amor.

Et Ratio est, quam adducit Venusinus, *Horat. Ep. 10. ad Fuscum.* Cœlum, non animum mutant, qui transmare currunt.

Eumque imitatus *Sanazarrus.*

Che Chi fugge e'l suo mal si tira appresso.
Cielo può ben cangiar, ma non se stesso.

Et cæteris omnibus moralius, & argutius *Sen. Ep. 28.* Animum debes mutare, non Cœlum, quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cū te circūferas, premit eadē causa, quę expulit, quęris quare te fuga nō adiuuet, tecū fugis. & paulo post, nō peregrinaris, sed erras, *& Ep. 104.* Socrates querenti, quod nihil sibi peregrinationes profuissent, Respondit, quia tecum peregrinaris, si vis ista, quibus vrgeris effugere, nō alibi sis oportet, sed alius, *& Paulo post in ead. Ep. 104.* peregrinaris cum affectibus tuis, & mala te tua sequuntur, vtinam sequerentur, longius abessent, nunc fers illa non ducis, fugam tibi non prodesse miraris, tecum sunt, quæ fugis, omnem ex animo erade nequitiam, si vis peregrinationes habere iucundas, tuum comitem sanā, intelligo animum.

At ille, *apud Ouid 3. Met.* sui ipsius amore correptus, vt ab eo se posset eximere, exoptabat à proprio corpore abesse, ac fugere ibi, O vtinam à nostro secedere corpore possem.

Frustra tamen id exoptabat, *vnde Bernard. medit. 14.* A corpore fugere non possum, nec ipsum à me fugare, circumferre necesse est, sustentare cogor, & cum corpus impinguo, hostem meum aduersum me nutrio.

3 Sed ad non impinguanda, immo ad extenuenda etiam corpora, nihil magis, quam paupertas prodest, & esto fuga medeatur amori, quis facilius fugiet, quam leuis, quam nudus, quam pauper Innanis? sed quod plus est, etiam absq; vlla fuga sola paupertas est Amoris Remedium, non lenitiuum solum, sed & preseruatiuum, & curatiuum, docuit hoc non minor sane Phylosophus, quam Poeta *Franciscus Petr. de Remed. vtriusque fort. lib. p. D. 69. in fine ibi.* Amoris causæ primæ, ac maxima; valetudo, forma, opes, otiū, iuuenta, vt corporis ergo sic animi morbis, contraria optime medebuntur, ægritudo, deformitas. Inopia, negotium senectus errorum iuuenilium castigatrix eximia.

Docuit hoc idem, qui respondit, Amoris Remedium esse absentium, si absentia non prodesset famem, si nec fames, laqueum.

Docuit, & hoc ipsum, ipse etiam præceptor amoris, *lib. 2. de Remed. ibi,* non habet, vnde suū paupertas, pascat Amorem, *& ibi.*

Cur nemo est Hecaten, nulla est, quæ cæperit irū,
Nempe, quod alter egens, altera pauper erat.

Huc spectat, & illud *Georgij Veneti,* non Ego peccabam, nummus adulter erat.

Et si verum est, quod iterum *Ouid. cecinit p. de arte.*

Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamen esse rogatæ, maxime verum est cum preces sunt Aura, tę, nam *vt cecinit idem Georgius,* nunquā Auratæ non

non valuere preces, & in hoc etiam sensu magis verum est, quod *idem Ouid cecinit* Casta est, quam nemo rogauit, *& retulit D. Antonin. in sum. 7 heol. p. 3 tit. p. c. 25.* præsertim si suppleamus dicentes, Casta est, quam sic, nemo rogauit.

Ad idem, *illud Propertij*, hæc etiam Castas expugnant Arma pudicas, Aurea nunc vere sunt sæcula, plurimus auro venit honos, Auro conciliatur Amor, *& Ouid. 2. de Arte.*

Ipse licet venias musis comitatus Homere
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Et idem 3. de Arte.

A doctis pretium scelus est sperare Poetis
Hei mihi scelus hoc nulla puella timet.

Et ratio est, quoniam fæmina non laurum, sed Aurum quærit, & vt cecinit, *id Ouid. p. de Arte,* inuenit Artem Fęmina, qua cupidi carpat Amantis opes. & Auarissimum est genus mulierum, & Auaritia dicitur muliebre vitium, *vt post gl. Sen. D. Antonin. diximus infra in Remed. Auaritia.*

4 Probatur eadem veritas ea ratione, quod amor est passio animi vacantis cura, *vt docet Jo. Crisostom. hom. 40. in c. 21. Matt. quem refert Tiraq. de leg. connub. leg. p. gl. p. p. 9. n. 89. vnde Hor. lib. p. Ep. 2. ad Lollium.*

Si non intendes animum studijs & rebus honestis
Inuidia, vel Amore torquebere.

Et Ouid. p. de Rem. Amor.

Otia si tollas, periere cupidinis Arcus.

Et prius lib. p. de Rem. Amor,

Quæritur ægistus, quare sit factus adulter
In promptu causa est, desidiosus erat.

Et hos duos vltimos versus, refert etiam *gl. in can. nunquam de cons. D. 5. in V. Otiosus, quamuis alibi scilicet lib. p. amor eleg. 9. idem Ouid. canat,* qui non vult fieri desidiosus, amet.

Ad idem confert *D. Hieron. in d. can. nunquam de cons. D. 5.* facito inquit aliquid operis, vt semper te Diabolus inueniat occupatum.

Ad idē *Ouid. lib. p. eleg.* Vror, & in vaquo pectore regnat Amor, intellige vaquo a cogitationibus, sollicitudinibus, & curis, quod non contingit in paupere, qui cogitare, & curare cogatur, & sollicitus esse, quid manducet, & quomodo panem lucretur, vnde & paupertas est Remedium otij, vt infra dicemus.

Non sic intelligitur hoc verbum vaquus in illo, *Iuuen. sat. 10.* Cantabit Vaquus coram Latrone viator, nam ibi intelligitur vaquus à pecunia.

Vltimo hoc ipsum dixit *Sen. in Octauia,* Amor gignitur luxu, otio nutritur inter læta fortunæ bona, vnde inter angustias paupertatis, fame pereat, necesse est, quoniam vt, & initio diximus, non habet, vnde suum paupertas pascat Amorem.

5 Sed retorquendo dices, quod Amor non solum non est quid malum, sed omnium mortalium bonorum optimum, ideoque *D. Seuerin. Boet. lib. 2. metr. 8. de cons. Phyl. sic cecinit.*

O felix hominum genus
Si vestros Animos Amor
Quo Cœlum regitur, regat

Et Magister Amorum p. de Remed.

Quisquis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

Vnde non solum non videtur quærendum Remedium Amori, quasi malo, & quasi morbo, sed immo quærendum potius medicamentum amatorium, Amoris videlicet conciliatiuum, & fugiēda, vel fuganda, tanquam Amoris inimica paupertas, sic in simili, *Themistocles,* ei, qui Remediū ad conseruandam memoriam offerebat, ego inquit, quæro artem potius obliuionis, quam memoriæ.

Sed respondetur negando suppositum, est enim Amor, de quo loquimur, quid malum, vt fatetur ipsemet præceptor amoris *lib. p. de Rem. ibi*. hæc sunt iucundi causa cibusq; mali.

Et est malum, vtiq; maius, quam paupertas, si tamen hoc malum est, *vnde Claudian. de paupere Amante, sic cecinit.*

Esuriens pauper telis incendor Amoris
Inter vtrumq; malum, diligo pauperem.
Paupertas me sæua domat, Dirusque cupido.
Sed toleranda fames, non tolerandus Amor.

6 Est amor morbus corporis, *vnde Ouid. Ep. 11.*

Fugerat ore color, maciesq; obduxerat artus,

Et Terent. in eunuco.

Dij Boni, quid hoc morbi est. Adeon homines immutari ex Amore, vt non cognoscas eundem esse.

Et Petr. p. de Rem. D. 69. naso mirus Medicus, morbi tamen amantior, quam salutis.

Et Ouid. p. de Rem. Amor.

Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi.
Nam mora dat vires,

Quod cōsonat cum alio, *euisdem p. de Rem. Am.* de hoc morbo pariter loquentis.

Principijs obsta, sero Medicina paratur
Cum mala per longas inualuere vias.

Et Propert. lib. 2. eleg.

Omnes humanos sanat Medicina dolores.
Solus amor morbi non amat artificem.

Sed quod deterius est, Amor, est etiam morbus animi, *vnde Ouid. 2. de Arte.*

Quod iuuat exiguum est, plus est, quod lædit Amantes
Proponant Animo multa ferenda suo.

Immo est Amor maximus morborum, *vnde, & Petr. 2. de Rem. D. 86.* morbus est enim Amor, & morborum maximus.

7 Est Amor vigilia, *vnde Pet. d. lib. 2. de Rem. d. 86.* somnum Amor exclusit.

Et Terent, in octauia loquens de amante, somni immemor noctem querelis ducit.

Et Ouid. Ep. 11.

Nec somni faciles, & nox erat annua nobis.

Vigiliam vero esse malum, & esse morbum, docet

docet, *Hypocrates sect. 2. Aphor. 3. ibi*, somnus, & vigilia; vtraq; modum excedentia, malum, *et sect. 7. Aphor. 71. ibi*, somnus, & vigilia, modum si excesserint, morbus.

Et Ego aliquando dicebam, vigiliam esse nobile malum, morbum videlicet proprium Principũ, nam, vt *Seneca retulit* in, Eteo, Aurea rumpunt tecta quietem, vigilesq; trahit purpura noctes, sed est vere grauissimum malum, vnde, & atrocissimũ Criminalium tormentorum, vigilia nuncupatur.

8 Est etiam Amor inappetentia, vel est in Amore inappetentia; *vnde Ouid. Ep. 11* sumebant minimos ora coacta cibos.

Et Virg. egl. 3. Te sine vh; misero mihi lilia nigra videntur

Nec sapiunt fontes, & arescunt vina bibenti.

Et Sen. in hypolito, nulla iam Ceceris, subit cura

Et iterum Virg. 3 Georgic. loquendo de Brutis ipsis animantibus.

Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quam venerem, & Cæci stimulos auertere Amoris.
Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
Fæmina, nec nemoris patitur meminisse, nec herbæ.

9 Estet Amor, febris, *vnde D. Ambros. lib. 4. in c. 4. Luc. sub finem*, nec minorem inquit febrem Amoris esse dixerim, quam caloris, illa animum hæc corpus inflammat, febris enim nostra libido est, febris nostra Luxuria est.

10 Est Amor, & vulnus, *vnde Virg. 4. Eneid.*

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni, *& ibid.*
Et Tacitum viuit sub pectore vulnus.

Et Propert. lib. 1. eleg. ad Cintiam.

Non tot Achemenijs armantur fusa sagittis
Spicula quot nostro pectore fixit amor.

Et Dan. c. 13. senes vulnerati erant ambo amore Susannæ.

11 Est Amor ipse Dolor, immo dolorum Congregatio, *vnde Ouid. lib. 2. de arte* Littore quot Conchæ tot sunt in Amore dolores.

12 Est surditas, *vnde Propert. lib. 2. eleg. ad Cintiam.*

Turpis Amor surdis auribus esse solet.

13 Est Cæcitas, *vnde Virg. 3. Georg.* & Cæci stimulos auertere Amoris, *& 4. eneid.* & Cæco carpitur igni.

Et Ouid. Ep. p. heroic. quid deceat, non videt vllus Amans:

Et Propert. lib. 2. eleg. scilicet Insano, nemo in Amore videt.

Et Io. Eudomen. lib. p. Ep. 50.

Non videt Vxoris delicta Maritus Amator
Nullus amat vere Vir, nisi Cæcus amat.

Immo amans, est omni Cæco miserior, *ex Bellarm. c. 6. de Ascention. ment. in Deum*, quia scilicet est de ijs, qui oculos habent, & non vident, *Ps. 113.* & tamen putat se videre, quod non videt vnde Ducem nõ quærit, vel si ducitur talis amans, ducitur ab amore, & sic a Cæco, & si Cæcus Cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt, *Matt. 15.* quod si quis sic amans in paupertatem incidat, dicat *cum Ps. 111.* Exortum est in tenebris lumen, aduersitas enim oculos aperit, quos prosperitas clauserat, *teste D. Greg.*

Quod vidit etiam *Sen. in opusc. de Breuit. vit. ibi,* O quantum caliginis mentibus humanis obicit magna felicitas.

14 Est amor etiam ignis, *vnde Ouid. Ep. 15.*

Sed male dissimulo, quis enim celauerit ignem

Et 4. met. quoque magis tegitur tectus magis æstuat ignis.

Et lib. 2. Amor eleg. 15.

At meus ignis abest, verbo peccauimus vno
Quæ mouet ardores est procul, ardor adest.

Et gl. in Auth. quib. mod. nat. eff. leg. in §. illud in V. vehementius.

Igneus ille furor nescit habere modum.

Et Ouid. p. de Rem. Am.

Vtile propositum est sæuas extinguere flammas, *& ibidem.*

Interea Tacitæ serpunt in viscera flammæ.

Immo amor est ignis ardens, & non lucens, & male consumens.

Vnde Virg. 4. Eneid.

Vulnus alit, & Cæco carpitur igni.

Et lib. 3. Reg. c. 11. his copulatus est Salomon ardentissimo amore.

Et Dan. 13. Senes exarserunt in concupiscentiam Susannæ.

Et Ouid. 4. met. Ex æquo captis ardebant mẽtibus ambo.

Et 3. eiusd. met. vror amore mei.

Et Virg. egl. 2. me tamen vrit amor.

Et 4. Eneid. vritur infelix Dido.

Et 3. Georg. Carpit enim vires paulatim, vritque videndo, fæmina, &c.

Et iterum Ouid. p. met. Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem?

Et eleg. p. vror, & in vuaquo pectore regnat amor.

Et Petrarcha, cui etiam tamquam experto credendum est magis *p. de Rem. D. 69.* est amor latens ignis, gratum vulnus, aspidum venenum, dulcis amaritudo, delectabilis morbus, iucundum supplicium, blanda mors.

15 Sed dicitur etiam, & est amor stultitia, insania furor, & amantes, & Amentes æquiparari posse, videntur, *vnde Propert. lib. 2. eleg.*

Scilicet Insano, nemo in Amore videt.

Et Ou. 2. de Arte.

Mors Pater insano veneris turbatus amore
De duce terribili, factus amator erat.

Et Virg. 4. Eneid. vritur infelix Dido totaq; vagatur Vrbe furens.

Et Ouid. Ep. 15.

Qua licet, & possum luctor celare furorem
Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Confert, *tex. in Anth. quib. mod. nat. eff. leg. in §. illud ibi.* nihil est furore amoris vehementius, quem retinere, perfectæ est Phylosophiæ, *& ibi gl. in V. vehementius,* subdit, Igneus ille furor nescit habere modum.

Accedat, *Arist. 7. Etic. c. 2.* asserens hos venereorum appetitus, non nullos in insaniam, ac furorem adigere.

Immo voluptate venerea nullam esse vehementiorem, ac furiosiorem dixit, *Socrat. lib. 3. Platonis de Rep.*

Confert, *Tiraq. de pan. temper. caus. quarta*, vbi comprobat ex Amore nimio delinquenti, quasi furioso, vel parci, vel pœnam minorari, & adducit etiam, *tex. in c. cum in Iuuentute pen. de pres.* dicens *in d. tex.* Amorem appellari furorem, sed ego id ibi non inueni, nisi loco Litteræ fætores libidinis, legamus furores libidinis, vel loco litteræ passionis ignominiam, legamus passionis Insaniam.

Confert etiam, *tex. 2. Reg. 13.* vbi cum Amnon filius Dauid dixisset Tancar, veni cuba mecũ soror mea, illa respondit, noli frater mi, noli facere hanc stultitiam, *& tex. Iudic. 19.* nolite fratres, nolite facere malum hoc, Cessate ab hac stultitia, habeo filiam Virginem, & Concubinam, humilietis eam, &c.

Demum si placet, adde, *Merlinum in Eroicomico, quem refert Guicciardinus in fine opusc. cui titulus est, hore di Ricreatione.*

Heu, quia troppus Amor Sauios mattescere facit, &c.

Idq; probat exemplo Cæsaris, Hærculis, & Psansonis, quibus addi fortasse potest Salomon cui fuerunt Vxores Reginæ, quasi septingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius, & ædificauit Fanum Idolo *Moabab. 3. Reg 11.* nec mirum, quoniam vinum, & Mulieres apostatare faciunt sapientes, vt fatetur ipse, vel alius sapiens, *Eccli. 19.*

16 Neq; his obstat allegatus ex aduerso Boetius, quia loquitur in amore Diuino, qui semper optimus est, in humano vero tu distingue inter Amorẽ malæ concupiscentiæ, & Amorem Bonæ Amicitiæ, *ad trad per D. Thom. p. 2. q. 26. art. 4.*

De primo loquitur, *Propert. lib. 2. eleg.* scilicet Insano, nemo in amore videt, & ibid. errat, qui finem Vesani credit amoris, *& eod. lib. eleg. ad Cintiam.* Turpis Amor, surdis auribus esse solet.

Et tex. in l. 1. §. fin. ff. de seru. corrupt ibi, seruum corrupisse, & deteriorem fecisse, intelligitur, qui fecit, vt amator fieret.

Et Arist. 7. Etic. relatus à Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 1. n. 110. Concupiscentię venereorum, quibusdam Insanias faciunt.

De secundo loquitur, *Mart. lib. 6. Ep. 11.*

Vt prestem Phyladen, Aliquis mihi prestet Orestẽ
Hoc non fit verbis Marce, vt ameris, ama.

Et Sen. Ep. 9. ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine veneficæ carmine, si vis amari, ama.

Et Plaut. in Mostellaria.

Bene igitur ratio accepti, atque expensi inter nos conuenit.
Tu me amas, ego te amo, merito id fieri vterq; existimat.
Hęc, qui intelligunt gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono.

Et Ouid. p. de Rem. Am.

Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

Vel tu dic tutius, & castius. si quis amat, quod amare decet, vel si quis amat, quod amare licet.

Nec dicas, *vt Georg. ille Venetus,* sed tu Cæce puer sexus discrimina nescis, & quod amas, sequeris, nam quod amare licet.

Nec etiam dicas, quod Iuuenis ille non minus amens, quam Amans euomuit, *apud Ouid. 9. met.*

Iura senes norint, & quid liceat que nefasque
Fasque sit inquirant. legumq; examina seruent.
Conueniens venus est annis temeraria nostris,
Quid liceat nescimus adhuc, & cuncta licere
Credimus, & sequimur magnorum exempla Deorum.

Et de vtroq; Amoris genere loquitur, *Sen. Ep. 35.* qui Amicus est amat, qui amat non semper amicus est, amicitia semper prodest, Amor aliquando nocet.

Malus igitur, & turpis est Amor malę concupiscentię, & ad hunc effugiendum, seu fugandum Remedium est paupertas ex prædictis, Bonus autem, & honestus est amor verę amicitiæ, & ad hunc adipiscendum, & retinendum, Remedium, est eadem ipsa paupertas ex infradicendis.

REMEDIVM II.

Mortis.

SVMMARIVM.

1 *Mortis Remedium preseruatiuum non datur, vide versus, aliqui bis mortui sunt, mortem aliqui nimis crediderunt.*

2 *Mors occidit, & non occidit. mortis remedium non peremtorium, sed dilatorium datur, abstinentia vitam prorogat, Galenus nunquam satur a mensa discessit, Crassi citius moriuntur, vita potentium breuior.*

3 *Auaritia, Zelus, Iracundia, cogitatus, mortem accelerant.*

4 *Remedium leuitiuum mortis, paupertas, quo vita dulcior eo mors amarior.*

5 *Priuatio non recipit magis, & minus, Diues moriens plures patitur priuationes, Qui non est accommodatus, non potest excommodari, priuatio supponit habi-*

habitum, pauperes iustos tanget mors, sed non tormentum mortis, solus timor in morte timetur.

1 MOrtis, Remedium præseruatiuum non datur, vnde ei, qui cecinit, & morietur homo, cui saluia viuit in horto? responsum fuit, contra vim mortis, non est medicamen. in hortis, *& ad Heb. 9.* statutum est hominibus, semel mori, intellige saltem semel, quia, qui Diuino Miraculo surrexerunt, semel, & iterum mortui sunt, in reliquis statutum illud vere strictè, &, vt iacet, intelligitur, nec admittit, aut patitur interpretationem aliquam, etiam passiuam, & regula illa nullam omnino limitationem, nullam omnino fallentiam recipit, *& Sap. 3.* iustis non dicitur, non tanget illos mors, sed non tanget illos tormentū mortis, & Iesus de Ioanne, *Io. 21.* non dixit, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te, vel, vt legunt alij, si eum volo manere donec veniam, quid ad te, *& Eccles. 9.* nemo est, qui semper viuat, vel, qui huius rei habeat fiduciam, & licet mortem, pauci cogitent, tamen omnes credunt, nec inuentus est aliquis, qui mortem non crediderit, immo inuenti sunt, qui nimis eam crediderunt, vt Epicurei, qui non solum corporis, sed animæ mortem crediderunt, immo prius senserunt, animam dissolui, quam corpus, quos ideo confutat, *Augustinus in opusc. de Stoicis, & Epicureis c. 5. et ego dixi de hoc latius p. 2. priuil. p.* immo Animam ecipe, non solum homines omnes, sed etiam humana omnia moriuntur, *vnde Sen. de consol. ad Polyb.* ita est, nihil perpetuum, pauca Diuturna, quicquid cæpit, desinit.

2 Sed licet non detur mortis Remedium peremptorium, quod scilicet mortem perimat, quia mors non moritur, semper occidit, & nunquam occidit excepto casu Christi Domini, qui mortem nostram moriendo dextruxit, dari tamen potest mortis remedium dilatorium, quod scilicet mortem auferre non potest, sed differre potest, saluo tamen *Iob. 14.* constituisti terminos eius, qui præteriri non possunt, huiusmodi autem videtur esse paupertas, ea enim, ex ijs, quæ dixi in subsequenti remedio sanitatis, valde confert ad temperantiam, & abstinentiam, quæ etiam tantundem confert ad vitam prorogandam, seu protrahendam, *vnde Eccli. 37.* qui abstinens est adjicit vitam & Galenus vixisse scribitur vsque annos centum viginti, quia nunquam satur e mensa discessit, *& Mart. lib. 6. Ep. 29. cecinit* immodicis breuis est ætas, & rara senectus, *& vt refert D. Hieron. aduersus Iouinianum relatus in can. ne tales de consf. D. 5.* Galenus vir Doctissimus Hypocratis interpres, Atlethas, quorum vita, & Ars, sigina est, diu viuere non posse ait, sic etiam natura valde crassi citius moriuntur, quam graciles, vt ante Galenum scripsit *Hypocrates sect. 2. Aphor. 44.* confert ad idem si sumatur in concreto, *tex. Eccli. 10.* omnis Potentatus, breuis vita, *& Ouid. lib. 2. Met.* nulla potentia, longa est, & clarius *Petr. lib. p. de Rem. D. 107.* vita hominum Breuis, Regum Breuior, pontificumq; breuissima, *et Propert. lib. 3. eleg. 7.*

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es
Per te immaturum mortis, adimus iter.

Ad idem conferre pot. *tex. pro. 28.* qui odit Auaritiam, longi fienet dies eius, cum ex ijs, quæ diximus *infra Rem. 6.* paupertas, sit Remedium præseruatiuum, & curatiuum Auaritiæ.

3 Ad idem etiam confert, *tex. Eccli. 30.* Zelus, & Iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducunt cogitatus, cum paupertas sit Remedium ad curas, & sollicitudines, & cogitatus effugiendos, *vt infra dicemus Rem. 7.*

4 Præterea licet non detur Remedium mortis præseruatiuum, dari tamen potest lenitiuum, iuxt. *illud Sap. 3.* secundum vnum intellectum, non tanget illos tormentum mortis, & eiusmodi dici potest esse paupertas, magis enim metuunt mortem, etiam longinquam, qui domi habent, vnde possint suauiter viuere, & magis eam sentiunt proximam, nam, *vt inquit Aug. lib. 19. de Ciu. Dei c. 8.* fieri non potest, vt eius mors amara non sit, cuius dulcis est vita, & expressius sapiens, *Eccli. 40.* o mors, quam Amara est memoria tua homini habenti pacem in substantijs suis, & paulo post, o mors, Bonum est Iudicium tuum homini indigenti, *et in l. quisquis §. C. ad leg. Iul. mai.* egeno dicitur, mors esse solatium, & vita supplicium, adde *Petr. 2. de Rem. D. 9. in fine,* pauperior es in vita, eris lętior in morte, nemo tam pauper vixit, vt moriens nollet vixisse pauperior.

5 Et quamuis priuatio non recipiat magis, & minus ex Phylosopho, *et D. Thom. p. p. q. 11 art. 4. vnde Sen. de tranq. anim.* maximis, minimisq; corporibus, par est dolor, nec minus molestum est comatis, quā caluis pilos velli, *et Ep. 66.* mors nulla maior, aut minor est, habet eumdem in omnibus modum, finisse vitam.

Attamen Diues, plures patitur priuationes scilicet vitæ, & Diuitiarum, vnde plures eum morientem sustinere dolores, non est vtique denegandum, nec fieri potest, vt qui viuens multa parauerat commoda; moriens, multa non patiatur incōmoda.

6 E contra vero (vt moraliter magis, quam grāmaticaliter loquamur) pauper, qui non est in vita accōmodatus, non potest à morte excommodari, seu incommodari, quoniam priuatio supponit habitum, vt post Phylosop, docent *Legista ex l. decem ff. de verb. oblig.* cum similibus, & Euerard. in loco à priuatione ad habitum.

Et forte de pauperibus dici pot. quod de iustis dicitur, *Sap. 3.* non tanget illos tormentum mortis præsertim cum à paupertate ad iustitiam facilior sit transitus, vnde pauper saluatur facilius, vt late diximus p. 2. in V. Salus, ex quo etiam, moriens pauper potest spem magis concipere, quam

timorem, qui solus est in morte timendus, & qui solus mortem terribilem, horribilemq; facit.

REMEDIVM III.

Sanitatis.

SVMMARIVM.

1 *PAupertas, Remedium ad sanitatem conseruandam & recuperandam, & n. 2. & seq.*

2 *Superfluus cibus, & potus, sanitatem destruit, Animal viuere non potest, nisi crescendi, vel decrescendi capax sit.*

3 *In cibo, & potu, non solum superfluitas, sed etiam satietas est euitanda, Galenus nunquam satur e mensa discessit, & vixit vsq; ad an. 120. cibus bene digestus sensum acuit.*

4 *Vitandi sunt cibi, qui non esurientes ad edendum pelliciunt, quod diu noluimus, posse desinimus, deliciæ, mentes eneruant, & corpora.*

5 *Sobrietatem paupertas docet, honorandus Medicus, error Anabatistarum medicinam damnantium, sui corporis temperiem ignorans, in eo cæcus inhabitat.*

6 *Paupertas, Remedium inappetentiæ, vide versus, condimentum cibi ieiunium, panis sit bonus expectando.*

7 *Paupertas, Remedium somni, qui contingit, vel ex temperantia, vide versus, vel ex securitate, quastante etiam mollem somnum dura tellus dat, vel ex labore, & lassitudine, vel ex tristitia, Lis est inimica somno, vide versus.*

8 *Paupertas, Remedium Podagræ præseruatiuum, & curatiuum, pauper plus laborat quam comedat, Diues contra: Mulieres podagricæ, vel calua non erant tempore Hypocratis, nunc sunt, & quare, non est mutata fæminarum natura, sed vita, (apti Podagra laborant; morbos innumerabiles non miratur, qui cocos numerat, pauperes sibi imperant, & obediunt, vide versus*

9 *Curæ, & Ira sanitati aduersantur, vide versus. Diadema dolorem capitis generat, plus habet oneris, quam honoris, Episcopatus.*

10 *Ad curandas aliquas corporis infirmitates vtilior pecunia, ad præcauendas tutior paupertas, quæ ad sanitatem mentis, magis etiam, quam corporis prodest.*

1 PAupertas, est Remedium sanitatis conseruandæ, seu retinendæ, ac etiam aliquando adipiscendæ, & recuperandæ, atq; ita præseruatiuum, & curatiuum, respectiue, vnde *Eccli.* 30. dicitur, melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam Diues imbecillis, & Sen. in opusc. quod in sap. non cadit iniuria, scit sapiens omnes hos, qui togati purpuratique incedunt coloratos, maleque sanos esse.

2 Probatur Conclusio, quoniam ad sanitatem tuendam, nihil est tutius, quam in cibo, & potu vitare superfluum, vnde *Plut. in opusc. de sanit. tuen.* ne quam superfluorum copiam in corpore relinquamus, non sum nescius, febres hominibus, & ob fatigationes, & ob nimium cum æstum tum algorē accidere, sed absque humorum in corpore redundantia, causæ extrinsecæ, nihil mali inferunt *et Hieron. in can. ne tales de cons. D.* 5. Hypocrates inq in Aphorismis docet crassa corpora, nisi sanguine minuantur in Paralypsim, & pessima morborum genera erumpere, nec posse Animal viuere, nisi crescēdi, vel decrescēdi capax sit, Adde versus, Pone gulæ metas, vt sit tibi longior ætas esse cupis sanus? sit tibi parca manus.

3 Immo non solum superfluitatem, sed etiam satietatem esse vitandam, docet vbi *sup. Plut. ibi,* saluberrima hæc sunt, inquit, Alimenti citra sacietatem vsus, alacritas impigra ad labores, naturæ seminis conseruatio, *et Hieron de virginit. ad Eustoch.* sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens, *et refertur in can. non dico de cons. D.* 5. *vel vt in lib meo.* sit tibi moderatus cibus, & nunquā venter expletus, & Galenus vixisse dicitur vsq; ad annos centum viginti, quia nunquam satur e mensa discessit, *et refert Author. methodi conf ß. tit. de Rem. contra Gulam,* immo quod ad annos centum quadraginta peruenerit, & nullo morbo correptus interierit, ex fulgosio, *refert Menoch. lib 6. præs. 46. n. 12. et Sen. Ep. 8.* cibus inquit famem sedet, potio sitim, vestis arceat frigus, *et Io. Crisost. relatus in can. nihil de cons. D.* 5. nihil inq. ita iucundum est, sicut cibus bene digestus, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio, & sufficientia voluptatem, Abundantia vero morbum facit, ad idem *tex. Eccli.* 31. sanitas Animæ & corporis, sobrius potus.

4 Ad eu tandam vero superfluitatem in quantitate ciborum, nihil est tutius, quam vitare delicias in qualitate, vnde *vt refert Plut. in opusc. prædicto de sanitate tuen.* Socrates hortabatur, vt caueremus a cibis, qui non esurientes ad edendum inuitant, & a potu, qui non sitientes ad bibendum pellicit, *et idem ibid. Plut.* expedit, inq. ciborum habere notitiam vtilium, magis, quam suauium, *et Sen. Ep.* 55. debilitatem inquit nobis indixere deliciæ, & quod diu noluimus, posse desiuimus, & fleant, quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas, nec mentes solum, sed etiam corpora eneruant Delitiæ, vnde & idem *Sen. Ep.* 51. Annibalem virum indomitum niuibus, atq; Alpibus eneruauerunt fomenta Campaniæ.

5 Sed ad effugiēdā vtramq; superfluitatem, tam in quantitate, quam in qualitate ciborum, paupertatem esse veluti naturale remedium, quis non videt? vnde *Petr. 2. de Rem. D.* 58. sobrietatem te doceat Ager tuus, & quod libri vberes nequiuere, glebæ faciant Aridulæ, & videtur hic animaduerti posse, quod si *tex. Eccli.* sic legas, Honora

Medi-

Medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus, vt sensus sit honorandum esse Medicum propter necessitatem, bene est, sed adhuc potes intelligere honorandum propter superfluitatem, quæ in huiusmodi necessitatem conijcit ex prædictis.

Si vero sic legas, Honora Medicum, propter necessitatem etenim creauit illum Altissimus, vt sensus sit creatum esse Medicum à Deo propter necessitatem, potes etiam intelligere etiam propter superfluitatem, quæ necessitatem gignit, Abundantia enim morbum facit, *vt supra dixit Io. Crisost.* & cum hoc secundo intellectu consonat, *tex. eiusd. Eccli. 38. ibi*, da locum Medico, etenim illum Dominus creauit, quia opera eius sunt necessaria, vterque tamen intellectus confundit errorem Anabatistarum, qui Medicam facultatem, tanquam Diuino repugnantem Consilio damnarunt, *vt refert Eminent. Paleott. de bono senectutis p. 3. vers. illud quidem pag. mihi 13.* non est tamen hic à me tacendum, quod non tacuit *Tacit. lib. 6. ann. c. 9.* solitus, inquit, Tiberius eludere Medicorum artes, atque eos, qui post trigesimum ætatis annum ad internoscenda suo corpori vtilia, vel noxia, alieni Consilij indigerent, à quo non videtur dissentire, *Plut. de sanit. tuen. ibi*, se ipsum non sentit, suoq; in corpore Cæcus inhabitat ignorans, qua temperie corpus sit, & quibus iuuetur, aut lędatur.

Probatur etiam eadem Conclusio ex eo, quod effectus potissimi, immo & causę, respectiue, perfectę, sanitatis, sunt, bene, scilicet appetenter comedere, & bibere, & bene dormire, vtrumque autem paupertas mirabiliter operatur.

6 Nam quo ad primum, est paupertas Remedium præseruatiuum, ac etiam curatiuum inappetentię, vnde *Io. Ouuen. in Append. ae Ep 6.*

Mittere personę vis conuenientia cuique?

Mitte cibos miseris, dixit busque famem.

Et Hieron. relatus in can. Gloria 12. q. 2. natus inq. in paupere tecto, & in tugurio Rusticano, qui vix milio rugientem ventrem saturare poteram, nunc mella fastidio, *et pro 27.* Anima saturata calcabit fauum, Anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet, *et D. Ambros. de elia, et ieiunio c. 9.* dulciores post famem Epulę fiunt, condimentum cibi Ieiunium, & quanto auidior appetentia, tanto esca iucundior, *& ps. 65.* parasti in dulcedine tua pauperi Deus, *et ps. 21.* edent pauperes, & saturabuntur, *et ps. 131.* pauperes eius saturabo panibus, *et Sen. Ep. 123.* quæ est pen. ad Lucillum, malum panem inquis, expecta, bonus fiet, etiam illum tenerum, & siligineum fames reddet, Ad idem confert, *Plut. in Apophe.* vbi respondit Alexander, mihi meliores sunt coqui, ad prandium nocturnum iter, ad Cęnam vero, prandij mediocritas, & quod exilitas prandij dulcem faciat Cœnam, dixit *idem Plut. in opusc. de sanit. tuen.*

7 Quo vero ad secundum, est etiam paupertas remedium, quo somnus absque alio papauero conciliatur.

Idq; primo contingit ratione temperantiæ, quę facile cum paupertate coniungitur, *vnde Eccles. 31.* dicitur, somnus sanitatis in homine parco, dormiet, vsq; mane, *et Eccles. 5.* saturitas Diuitis, non finit eum dormire, vnde, & Medicus versiculus circumfertur, vt sis nocte leuis, sit tibi Cęna breuis

Secūdo cōtingit pauperi somnus ratione securitatis, *vnde Sē. in Hypolito*, prebetq; somnos casa securos, & idē in ęteo, Cespes Tirio mollior ostro solet impauidos ducere somnos, Aurea rumpunt tecta quietem, vigilesq; trahit purpura noctes, ad idem, *Sen. sed Phylosophus Ep. 90.* sollicitudo nos in nostra purpura versat, mollem somnum illis dura tellus dabat, ad hoc vide, quæ diximus infra in remedio sollicitudinum.

Tertio contingere somnus potest, ratione laboris, quia plerunque pauperes exercentur, *iuxt. Ps. 87.* pauper sum Ego, & in laboribus à iuuentute mea, dicitur autem *Eccles. 5.* Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat, saturitas autem Diuitis, non finit eum dormire, *& Sen. de tranq. anim.* hi, quibus difficilis somnus est, versant se donec sollicitudine quietem inueniant, & *ex Afrodiseo lib. 2. prob. 76.* Lassitudo somnum affert.

Quarto forsan aliquando somnus contingit ratione tristitię, quæ sępe forsan paupertatem, vel pauperes sequitur, *iuxt. Ps. 68.* ego sum pauper, & dolens, *& Lucę 22.* dicitur, inuenit eos Dormientes prę tristitia, ad quod confert, *etiam Ps. 87* pauper sum Ego, &c. & paulo post oculi mei languerunt præ inopia.

Quinto ad idem confert, quod Lites diurnæ, nocturnum somnum eripiunt, *vnde Mart. lib. 2 Ep. 90.*

Sit mihi verna satur, sit non doctissima Coniux

Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

Quasi difficile sit habere somnum nocte, & litem die, pauperes autem, plerumq; litibus carent ad quod vide quæ diximus infra in Remedio litium.

8 Vltimo, licet, *Ouid. p. de ponto*, cecinerit. Tollere, vel vt legunt alij, soluere nodosam nescit medicina podagram, paupertas tamen, videtur esse Remedium, etiam curatiuum huius, qui, dicitur incurabilis morbus, *vnde Hieron. lib. 2. ad Iouinianum relatus in can. legimus de consec. D. 5* legimus, inquit, quosdam morbo articulari, & podagrę humoribus laborantes, proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse, *& Petr. 2. de Rem. D. 84.* pedum premor ęgritudine, si salutem cupis, aut pauper, sis oportet, aut viuas vt pauper, multos hac ægritudine liberasse traditur paupertas.

Multo autem magis paupertas, est preseruatiuum Remedium podagræ, vnde paucissimi pauperes

peres hoc morbo laborantes conspiciuntur, qu ia fortasse plus laborant, quam comedant, econtra vero Diuites plus comedunt, quam laborent, illud autem plus intellige quantitatiue, & qualitatiue, quia Capos comedunt, qui & ipsi podagra laborant, vt scribit *Castor. Durantes in Thesauro sanitatis, vnde, & prius scripsit Hypocrates sect. 7. Aphor. 29.* Mulierem podagra non laborare, nisi ipsam menstrua defecerint, & verum scripsit ratione, etiam Temperantiæ, quam eius tempore fæminæ seruabant, vnde audi quid hac in re scripserit, *Sen. Ep. 95.* ad Lucillum, Maximus ille Medicorum, & huius scientiæ conditor, fæminis, nec Capillos defluere dixit, nec pedes laborare, At hæ iam, & capillis destituuntur, & pedibus ægræ sunt non mutata fæminarum natura, sed vita est, nam cum virorum licentiam æquauerint, corporum, quoque virilium vitia æquauerunt, libidine, nec Maribus cedunt, Niuem rodunt, solatium Stomachi æstuantis &c. quid mirandum, maximum Medicorum, & naturæ peritissimum in mendacio prehendi, cum tot fæminæ podagricæ caluæque sint, Beneficium sexus sui, vitijs perdiderunt, & quia feminam exuerunt, damnatę sunt morbis virilibus, & paulo ante *in ead. Ep.* innumerabiles morbi, supplicia luxuriæ, intellige in genere, prout etiam Gulam comprehendit, *sic, & D. Hieron. de custod. Virg. ad Eustoch.* Monachis etiam languentibus, coctum aliquid comedisse, luxur a erat, vnde *Sen. ead. Ep. 95.* immunes erant ab istis malis, qui non dum se delicijs soluerant, qui sibi imperabant, & sibi ministrabant, quod vltimum optime congruit paupertati, ex ijs, quę *cecinit Ouidius 8. met. ibi.*

Consenuere Casa, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam,
Nec refert Dominos illic famulosque requiras
Tota Domus duo sunt ijdem parentque iubentque.

Et sic consonat, *cum Sen. ibi.* qui sibi imperabant, & sibi ministrabant. Ad idem *Sen. in ead. Ep. 95. ibi,* innumerabiles morbos miraris? Cocos numera,

Accedat, & alia ratio ad comprobandum, paupertatem esse remedium pręseruatiuum sanitatis, quia videlicet, vt infra probabitur.

9 Est Remedium ad effugiendas graues curas, & sollicitudines, quæ sanitati grauiter aduersantur, vnde verius *apud Castor. Durant. in Thesauro sanitatis* Si vis incolumem, si vis te reddere sanum.
Curas tolle graues, irasci crede profanum.

Et Eccli. 30. Zelus, & Iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducunt cogitatus, vnde parum dixit *Plut. de tranq. anim.* nec calceus podagra, nec anulus pretiosius Reduuia, nec Diadema dolore capitis liberabit, parum inquam dixit, quia immo Diadema dolorem capitis potius augebit si non pondere materiali certe formali curarum, & sollicitudinum cum inseparabilia hæc videantur, honos, & onus, immo soleat dignitatibus inesse plus oneris, quam honoris, vt de Episcopatu expresse dixit *Hieron. relatus in can. illud pen. 8. q. p. ibi,* sunt qui de Episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed Imperium consequtos; considerans autem, quod potentes potenter tormenta patientur, retrahit se ab hoc non tam honore, quam onere.

10 Vltimo fateor ad curandas aliquas corporum infirmitates, vtiliorem esse pecuniam, ad præcauendas tamen assero longe tutiorem esse paupertatem, immo etiam ad sanandas eas, quibus potest dieta prodesse.

Et quia, *vt Horat. cecinit.*
Optandum est, vt sit mens sana in corpore sano.

Vnde, & Ecclesia deprecatur, vt mentis, & corporis sanitate gaudeamus.

Adde, quod ad sanitatem mentis, etiam magis, quam corporis prodest paupertas, vt patet ex ijs, quæ diximus infra in Remedio sollicitudinum sub finem, & in Remedio perfectionis, *& p. 2. in V. salus* & adde etiam, *D. Petr. Crysol. serm. 124. ibi,* ęgrotabat pauper corpore, mente Diues, sed tu adde, quod longe frequentius Diues ęgrotat mente, quam corpore pauper.

REMEDIVM IV.

Amicitia.

SVMMARIVM.

1 *AD dignoscendam veram Amicitiam, verum remedium est, paupertas, Amicus certus in re incerta cernitur, amanda paupertas, à quibus ameri, ostendens, vide versus.*

2 *Diuitiæ Amicos parant, sed fictos, videntes irridentes rodentes, qui non Amicum, sed Argentum, & sępe mortem diligunt amici, vide versus.*

3 *Amicitia, semper prodest, Amor aliquando nocet, pratium est in pretio, Diuitum omnes sunt Consanguinei.*

4 *Vera Amicitia, est ex bonorum morum similitudine, malus, nec sibi amicus est, quia nihil habet amabile.*

5 *Amico vero, nil carius, nil rarius, est niger cygnus, & Coruus albus, vide versus.*

6 *Verus Amicus si datur, facilius inuenitur apud pauperem, quam apud Diuitem, qui indiget eo, qui verum dicat, Amicus ibi, magis deest vbi magis creditur abundare, verbum dulce multiplicat Amicos, & mitigat Inimicos.*

7 *Paupertas, Remediũ ad vitãdos fictos amicos, qui sunt veri inimici, ac inimicis, etiam peiores, & quare.*

8 *Susurratio, peccatum grauius, quam murmuratio Amicus, Bonum, super, cetera bona exteriora.*

Ad

1 AD dignoscendam veram amicitiam, verum Remedium est paupertas, *vnde Petr. p. de Rem. D 50.* crescat siue adueniat egestas, decrescent, seu abibunt, immo verius detegentur amicitiæ, qui amici tui fuerint, qui fortunæ, illa videtur abeunte, te tui sequentur, illam sui, *& Tull. de Amic. ex Ennio*, amicus certus in re incerta cernitur, *& Petr. p. de Rem. D. 51.* Difficile est amicum, nisi in magna aduersitate cognoscere, & operosius est illum nosse, quam quærere, *& Sen. Ep. 20.* est ob hoc vnum amanda paupertas, quod à quibus ameris, ostendit; *& Petr. p. de Rem. D. 50.* verum est illud, felix se nescit amari, & si licet hic italica commiscere latinis, prout commiscuit aliquando Thesaurus Decis. vltima, accedat hic Areostus Ferrariæ gloria, Alcun non può saper da chi sia amato. Quanto felice in su la Rota siede, peroch' ha i veri, & finti amici al lato, che mostran tutti vna medesima fede, Ma se si cangia in tristo il lieto stato, volta la turba adulatrice il piede. Et quel che di cor ama riman forto, & ama il suo signor fin doppo morte.

Vnde Budeus ad Plut. in opusc. de tranq. anim. Amicum inquit secundæ Res parant, aduersæ probant,

2 Intellige tamen, quod Diuitiæ amicos parant, sed plerunque fictos, & non veros, *vnde Petr. 2. de Rem. D. 9.* Carebis opibus simulque muribus, ac furibus, hisque quibus solent abundare Diuitiæ fictis amicitijs sequacibus, atque tenacibus parasitis, totoque illo domestico grege arridentium tibi, teque ridentium, atque rodentium, *vnde, & Mart. lib. 11. Ep. 45.*

Orbus es, & loquples, & Bruto consule natus
Esse tibi veras credis amicitias?
Sunt veræ, sed quas Iuuenis, quas pauper habebas
Qui nouus est, mortem diligit ille tuam.

Et idem lib. 9. Ep. 15.

Hunc quem Cœna tibi quē mensa parauit Amicū
Esse credis fidæ pectus Amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea nō te
Tam bene si Cœnem, noster Amicus erit.

Et consonat. *Io. Eudomen. in Elect. Ep. 71.*

Quem tibi Diuitiæ peperere, est falsus amicus
Argentum non te, diligit ille tuum.

Et consonat, *tex. Eccli 13.* si largitus fueris, assumet te, & si non habueris, derelinquet te; si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, *& Ouid.*

Aspicis, vt veniant ad candida tecta Columbæ
Accipiet nullas sordida turris aues.

Et idem.

Dum fueris felix, multos numerabis amicos
Ibit ad amissas nullus amicus opes.

Et Io. Eudomen. lib. 3. Ep. 95.

Te bona dum splendet fortuna, sequuntur amici
Vt te dum lucet sol, solet vmbra sequi.

Et incertus ille, sed argutus.

Tempore felici, multi numerantur Amici
Si fortuna perit, nullus Amicus erit.

3 Adde, *Sen. Ep. 34.* qui Amicus est, amat, qui amat non semper Amicus est, Amicitia semper prodest amor aliquando nocet.

Et de fictis Amicis pariter intelligitur sapiens, *pro. 19.* Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem, & illi quos habuit separantur, *& Ouid. p. fastorum.*

In pretio pretium nunc est, dat census honores
Census Amicitias, pauper, vbiq; iacet.

Et Hor. lib. p. Ep. 5.

Vxorem, fidemque, & amicos
Et genus, & formam Regina pecunia donat.

Ex eadem etiam ratione, Diuitum omnes sunt Consanguinei, ex veteri Græcorum prouerb. *vt refert Tiraq. de Retract. Lignag. §. 1. gl. p. nu. 8.* Ad idem confert *Arist. moral Nicomac. lib. 8. c. 8.* ex contrarijs, inquit, videtur fieri amicitia, quæ ob vtilitatem existit, vt pauper Diuiti Amicus sit,

4 At non est hæc vera Amicitia, sed illa, quæ ex bonorum morum similitudine comparatur, vt docet *Tullius in Dialog. de Amicitia*, & amicitia, aut virtus est, aut cum virtute *Arist. lib. 8. mor. Nico. c. p. vnde, & Sen. de vit. Beat.* dixit, non dum mihi ipsi amicus sum, *& Hecaton. cod. Sen. referente Ep. 6.* desidum esse mihi cœpi, & qui sibi amicus est, amicus omnibus erit, vt ibid. sen. subdit *& Arist. lib. 9. moral. Nicomach. c. 4. in fine*, prauus, nec erga se ipsum amore affectus esse potest, quia nihil in se habet, quod sit amabile, *& Plut. de Amicitia in plures diffusa* amicitia firmos mores expostit, & eandem vitæ societatem, quæ

5 causa potissima est, cur tam rara Auis sit, inuentuq; difficilis constans amicus, *& Petr. p. de Rem. D. 50.* nil amico carius, nil rarius, & *Sen. 6. de Benef.* amicus, res seculis rara, & de vero amico dici potest, quod cecinit *Iuuenalis* rara auis in terris nigroque simillima Cygno, *vnde, & Io. Eudomen. in Monosticis Ep. 33.* millibus ex multis vnus vir fidus amicus, hic Albo Coruo rarior esse soles, *& plus cecinit Sanazzar.* Nel Mondo hoggi gli amici non si trouano, la fede è morta, & regnano l'inuidie, e i mai costumi ogn' hor piu si rinouano, *& Eccli. 6.* dicitur, Beatus, qui inuenit amicum fidelem, inuenit Thesaurum, *& Eccli. 25.* Beatus, qui inuenit amicum verum.

6 Quod si verus amicus datur, facilius in paupere, & apud pauperem reperietur ex prædictis, & apud Diuitem difficillime, & rarissime, probat id *Guglielm. Bud. in præfat. ad Iul. 2. ad Lib. Plut. de trāq. anim.* nihil, inquit, homini rarius contingit, quam verus amicus, sic alijs, præstantissimarum rerum, summa raritas esse consueuit, & vt scite differit, *Hieron. Xenophonticus*, hanc tantam felicitatis partem, nulli magis desiderant, quam Principes alias felicissimi, *& Sen. 6. de Benef.* neminem inquit, tam alte secunda posuerunt, vt non illi eo magis amicus desit, quam nihil absit, amicus, res seculis rara, quæ non alicubi magis deest, quam vbi creditur abundare, monstrabo tibi, cuius rei

inopia

inopia laborent magna fastigia, & quid omnia possidentibus desit, scilicet ille, qui verum dicat. Ad idem confert *idem Sen. Ep. 3. ad Lucillum* ; nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est amicus, confert *etiam. tex. Eccli. 6.* verbum dulce multiplicat amicos; & mitigat inimicos, iuncto *tex. pro. 18.* cum obsecrationibus loquitur pauper, Diues effabitur rigide.

7 Patet ergo, quod paupertas est remedium non solum ad dignoscendam, sed & ad acquirendam veram amicitiam, immo, & remedium ad euitandos fictos, ac falsos amicos, quibus Diuites abundant, & qui non sunt Amici expraedictis, quibus adde, *Petr. p. de Rem. D. 120.* amicum patrimonio tuo, & tibi, ne credas, *& Plut. in opusc. quo pacto possis Adulatorem ab Amico distinguere*, refert Antipatro dixisse Phocionem, nō potes me amico, vti & Adulatore, hoc est amico, & non amico, & *prius in eod. opusc.* Adulator, amicus non est, nec ei similis, sed se similem mentitur. Immo huiusmodi adulterini fictitij, & falsi amici sunt veri inimici, vnde, & aliquando dicebam, non est hic falsus amicus, sed est verus inimicus; & ab his facilis offensio, & difficilis est defensio, & propterea peiores sunt hi falsi amici, quam veri inimici, vel hostes, *vnde Petr. 2. de Rem. D. 97.* peior, est falsus amor, odio vero, *& Ouid.* Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen, *vnde, & Eccli. 25.* dicitur, ab inimicis separare, & ab amicis attende, nam qui inuenit amicum fidelem, inuenit Thesaurum, amico fideli, nulla est comparatio, qui metuunt Deum, inuenient illum, accedat, quod amici falsi semper nocent, at veri inimici, & hostes, aliquando prosunt, vt comprobat, *Plut. in opusc. de vtilitate capienda ex inimicis.* Adde Erasm. Rotorodam, *ad Plut. in opusc. de Amico, & Adulatore*, non est, inq. pestilentior, quam, qui amici titulo personatus obrepit.

Quantum vero Bonum sit amicus verus, collige ex praedictis, quibus adde *D. Thom. 22. q. 7. art. 2.* vbi concludit susurrationem esse peccatum grauius, quam detractionem, quoniam amicus est
8 Bonum supra caetera bona exteriora, & est melior quam honor, sed susurratio tollit amicum, & sic grauior ratione finis, licet detractio disponat ad finem, concordat, *Arist. lib. 9. moral. Nicomac. c. etiam 9.* absurdum, inq. videtur cum bona omnia felici attribuamus, amicos non tribuere, quod ex bonis externis esse maximum videtur, his etiam adde, quae dicam *hoc eadem p. 3. c. 2. Rem. 8.*

REMEDIVM V.

Inuidia.

SVMMARIVM.

1 PAupertas, Remedium inuidię, quod communiter possidetur, communiter negligitur. Aliquando morbis peiora Remedia.

1 REmedium praeseruatiuum, & curatiuum inuidię, est paupertas, probat *tex. in l. 2. sub finem C. quand. & quib. quar. par. deb. lib. 10. ibi*, Durum, atque inhumanum est, publicatione, pompaque rerum familiarum, & paupertatis detegere vilitatem, & inuidiae exponere Diuitias, & *tex. in ead. l. sub medium ibi*, naturale vitium est negligi, quod communiter possidetur; vtque se nihil habere, qui non totum habeat arbitretur, denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienae, *& Salust. de Coniurat. Catil. ibi.* Inuidia, ex opulentia orta est, *& Sen. Ep. 44.* pecuniam minorem habebis, nempe, & inuidiam *& idem Sen. apud. Tacit lib. 14. an. c. 7.* ad Neronem loquendo de suis opibus ait, haec inuidiam augent, quae vt omnia mortalia infra tuam magnitudinem iacent, at mihi incumbit, &c. *& Pet. p. de Rem. D. 53* de Diuitiarum copia, Anceps, inquit, & onerosa felicitas, quae plus inuidiae sit habitura, quam gaudij, ad idem confert *Tacit. lib. 2. Histor. c. 2* insita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem aegris animis introspicere, *& Val. Max. lib. 4. memorab. c. 7.* nulla est, tam modesta felicitas, quae malignitates dentes vitare possit, & iterum *Tacitus lib. 16. an. c. 2.* prohibetur Cassius officio exequiarum nullo alio crimine, nisi quod opibus, & grauitate morum praecellebat, Adde, *Petr. 2. de Rem. D. 35. ibi*, & profugum, & latentem etiam, liuor insequitur, tolle mali materiem, malum omne sustuleris, nimijs opibus modum pone, & paulo post, sunt quae illam extinguant efficacia quidem, sed morbo peiora Remedia, miseria scilicet, & infamis vita, & paulo post, constat magnos interdum viros vt securi viuerent, & virtutem ad tempus, & ingenium occultasse.

REMEDIVM. VI.

Aeris Alieni.

SVMMARIVM.

1 PAupertas, Remedium pręseruatiuum ęris Alieni, appellans debitorem, qui non est, iniuriarum tenetur, ob pudorem ęris alieni, aliqui se necauere.
2 Paupertas, Remedium curatiuum ęris alieni, in pauperem

perem actio, immo, & eius obligatio videtur inanis, spoliatus spoliari non potest.

1 REmedium præseruatiuum ab ære alieno est paupertas, nam egeno pecuniam, nemo credit, si credimus *Plut. in opusc. de ere alieno vitando,* vbi reperies, quam graue sit hoc malnm, & quod nihil turpius, & nihil molestius, quam audire hanc vocem, persolue. quod debes, & quod seruiunt fæneratoribus, qui debent ijs, immo ne ipsis solis seruiunt, sed & seruis eorum, *& Solomon pro. 22. dixit*, qui accipit mutuum, seruus est fænerantis, & adde, quod si quis non debitorem, debitorem appellauerit, iniuriarum tenetur, *vt inquit tex. in l. item 15. §. si quis bona ff. de iniurijs*. & non defuerunt qui ob pudorem æris alieni, sibi mortem consciuerunt, vt supponit *tex. in leg. infraudem 45. §. p. ff. de iure fisci.*

2 Immo non solum præseruatiuum, sed & curatiuum remedium æris alieni, est paupertas, quia si quis fortasse Diues, debita contraxerit, si is pauper efficiatur, ab ære alieno liberatur, quoniam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, *leg. nam is 6. ff. de dolo c. olim nobis 16. de rest. spol.* & habet hoc priuilegium spoliatus, vt non possit exui, iam nudatus, ita loquitur *tex. in c. frequens p. de rest. spol.* & non solum actio, sed, & obligatio videtur inanis, quam inopia debitoris excludit, *vnde Mart. lib. 2. Ep. 3.*

Sexte nihil debes, nil debes Sexte fatemur.
Si quis enim debet soluere, Sexte potest.

Sed ad hoc priuilegium, vide si placet, quæ dixi plenius *p. 2. in V. æs alienum, & in V. Actio.*

REMEDIVM VII.

Auaritia.

SVMMARIVM.

1 *PAupertas, Auaritiæ Remedium præseruatiuum, & curatiuũ, Auaritia, vnde dicatur, & quid sit, vide versus. Diuitias aliqui curant, vt proprias vtuntur, vt alienis.*

2 *Auaritia, muliebre vitium, animum virilem effeminat, auarissimum genus mulierum, & quare, fœmina auidum animal, in muliere minus præsumitur donatio, potest Mulier donare, at non fideiubere.*

3 *Senex auarior ex defectu naturæ, prodigalitas senectute sanatur, memoria in sene minuitur, sed fallit, vt ibi, vitia in sene senexunt, sed auaritia iuuenescit, dicitur incorrigibile vitium, mostrum est deficiente via augere viaticum, Senex liberalis est in morte, sed aliquando nec tunc.*

4 *Auaritia, Clericos afficit, & aliqui, titulorum sunt magis auari, quam ambitiosi, ignominiosum est studium diuitiarum Sacerdotibus præsertim, Diuitijs, qui non apponit Cor, manus apponit.*

5 *Auaritia Romã olim afficiebat, Raptores Orbis Romani, multi importuni vt accipiant, ingrati vbi acceperint.*

6 *Auaritię vitium commune, & fere vniuersale, fortuna multis dat nimis satis nulli, vide versus, Pecunię obediunt omnes, & omnia.*

7 *Auaritia abominabilis, licita tamen est auaritia temporis, & pecuniæ publicę.*

1 PAupertas, est Remedium præseruatiuum, & curatiuum auaritiæ, ad quod vide quæ dixi *p. 2. in V. Salus in litt. S. V. sordida, & in litt. V. V. Auara*, quibus adde *Sen. Ep. 16.* congregentur in te, liceat tibi calcare Diuitias, maiora cupire ab his disces, *& Hor. lib. 2. Ep. ad Iul. Flor.*

Si tibi nulla sitim finiret copia Lymphæ
Narrares medicis, quod quanto plura parasti
Tãto plura plura cupis, nulli ne faterier audes?

Et Alciat. in Emblemat. cui similem dicã hunc inopem, quem copia reddit *& Boet. lib. 2. de cons. Phyl. Metr. 2.* nil iam parta videntur, sed quæsita vorans sæua rapacitas alios pandit hiatus, *& Petr. 2. de rem. D. 8.* auaritię, vel prodigalitatis infamia raro alibi, quam loqupletum sedet in limine, & quamuis auaritia dicatur ab Aueo idest cupio ex *Isidor. in lib. Ætymolog. & refert. Nouar. de elect. for. sect. 2, q. 19. n. 4. vnde, quod dixit Ap. & legitur Hier. 5.* Radix omnium malorum est cupiditas, *Aug. Ps. 119. concione 11.* legit radix omnium malorum est auaritia, & licet auaritia sit inordinatus amor habendi, *ex D. Thom. 22. q. 118. art. 2.* vnde, & pauperibus possit esse communis, cum & ipsi cupere possint, & amare Diuitias, attamen si verum est, quod *Iuu. cecinit.*

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Deficiet etiam amor pecuniæ, quo magis pecunia deficit, quoniam, quod operatur propositũ in proposito, operatur oppositum in opposito, *l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. vnde Tassus.* Ne gl' auidi Soldati à preda alletta, la nostra pouerta vile, & negletta, Altrui vile, & negletta, à me si cara, che non bramo Tesor, ne Regal verga, ne cura à voglia ambitiosa, ò auara, mai nel tranquillo del mio petto alberga, &c.

Præterea pauperi, potest aliquo modo esse communis Auaritia mentalis, sed actualis, est omnino propria Diuiti, quatenus præsertim consistit in nimis auide retinendo, quam reprehendit *Tull. lib. p. de officijs ibi*, non est, ita claudenda res familiaris, vt eam Benignitas aperire non possit, & Bion dum referente Manutio dixit, Diuites, facultates curant, vt proprias, vtuntur, vt alienis.

Accedat, quod, quæ in Diuite, dicitur Auaritia, dicitur, & est in paupere Parsimona, & sic, quod in Diuite vitium, est in paupere virtus.

2 Nota tamen pr. quod hoc vitium, magis afficit fæminas, quam masculos, vnde Auaritiam esse muliebre vitium, *ex Sen. in lib. Declamat. dixit D.*

Antonin. in summa Theol. p. 3. tit. p. c. 25. de diuers. vit. mul. quæ ibi, enumerat ordine Alphabetico, & primo mulierem appellat, Auidum Animal, & quod Auaritia, corpus animumq; virilem effeminet, dixit *Salust. de Coniur. Catilin.* & auarissimum esse genus mulierum, dixit *gl. in l. quę Dotis ff. sol. matrim. & in l. fin C. de his, qui ven. ęt. impetr. & Neuizzan. in Sylua Nupt. lib. 2. n. 9.* vbi adducit rationem Pusillanimitatis, ob quam dubitant, vt ipse, ait, ne terra eis deficiat sub pedibus.

Hinc est, quod in muliere minus præsumitur donatio, *ad trad. post gl. Ias. & alios per Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 2. n. 95. & confert tex. in l. 4. ff. ad S. C. Velleian.* vbi prohibetur mulier fideiubere non donare, quia facilius (inquit) ibi tex. mulier se obligat, quam donet, & tu adde, quod longe facilius accipit, quam det, *vnde Ouid. p. de Arte*

Inuenit artem fæmina, qua cupidi carpat amantis opes.

3 Nota 2. quod auaritia magis afficit senes, quã iuuenes, admittit hoc, *D. Thom. 22. q. 118. art. p.* sensiens, quod senex ex defectu naturæ, auidius quærit exteriora subsidia, sed si excedat mensuram rationis, peccat, *& q. subseq. art 3.* sensiens prodigalitatem senectute sanari, cui contraria est, idq; sensit etiam, *Arist. lib. 4 mor. c. 5.* confert ad idem, *Tull. de senect. ibi,* at memoria certe minuitur, credo si eam non exerceas, vel si sis natura tardior, nec quemquam senem audiui oblitũ, quo loco Thesaurum obruisset, Omnia, quæ curant, meminerunt, & sane seni dici potest Euangelicum illud, vbi est Thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum, immo ibi est, & memoria tua, & quia forsan est ibi tota, ideo non est alibi, & dicto Tullij, omnia quæ curant meminerunt, tu iunge *Sen. 5. de Benef. ibi,* tu illos non ingratos vocas, sed oblitos, tanquam ea res ingratum excuset, quæ facit, memoria nihil perdit nisi quod non sæpe respexit.

Et quod in senibus semper Auaritia iuuenescit *post Card. in Clem vt professores de Decim. dixit Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 2. n. 19.* & quod omnia vitia in sene senescunt, & sola Auaritia iuuenescit, *dixit ex D. Hieron. Nouar. de elect. for. sect. 2. q. 19. n. 4.* nec mirum, si *apud Tacit. Hyst. lib. p. c. 2.* non deerant sermones, senium, atq; Auaritiam Galbæ increpantium.

Et quia hoc vitium crescit crescentibus annis, reputatur Incorrigibile vitium, incurabilis morbus, immedicabile vulnus, vt probat *Arist. lib. 4. mor. Nuomach. c. 5. sub finem,* & tamen nihil turpius est Auaritia senili. est enim quasi monstrum deficiente via, augere viaticum, *vt ex Sen. refert Omot. in §. peculium n. 7. inst. tit. de Legat. & dixit Cic. de senec.* sub his verbis, Auaritia vero senilis, quid sibi velit non intelligo, potest enim quicquam absurdius esse, quam quo minus viæ restat eo plus viatici quærere?

Dicitur, quod auarus nisi cum moritur, nil ratione agit, *vt ex Sen. refert Omot. in d. §. peculium n. 4. inst. tit. de Legat.* vbi subdit, quod Auari constituti in mortis articulo, tunc sunt largi, dantes quod retinere non possunt, sed tu dic, quod contrarium, etiam aliquando contingit, *vt apud Tacit. lib. 2. Histor. c. 12.* pecunias distribuit parce, nec, vt moriturus.

4 Nota 3 quod hoc Auaritiæ vitium aliquando magis videtur inficere Clericos, quam Laicos, vnde Auarissimum esse genus Clericorum, & eorũ animos auaritiam excæcare dixit *Crauett. cons. 10 n. 16. allegando tex. in c. Auaritię de elect. in sex. & gl. in c. si pluribus in verb. maioris de pręben. in sex. & Io. Andr. in c. peruenit de Censibus, Animaduerte tamen, quod gl. non dicit id, quod Crauetta, sed cum tex. in d. c. si pluribus dicat,* quod gratia facta motu proprio de primo vacaturo, pluribus, simul vacantibus, intelligitur de eo, quod sit maioris valoris, inquit. glosa, quod maioritas consistit in multis, sed quod Pontifex ibi, iussit, respici maioritatem valoris, quia, vt subdit, scit, quod Clerici hoc magis cupiunt, tu adde si placet, quod aliqui magis cupiunt Beneficij valorem, quam honorem, magis essentiam, quam præeminentiam, magis vtilitatem, quam aliam maioritatem, & magis sunt auari quam ambitiosi, huiuscemodi titulorum, *tex etiam in c. Auaritię 5. de elect. in sex.* solum dicit, quod Auaritiæ cæcitas, & ambitionis improbitas aliquorum animos occupat, & demum subsequitur loquendo de nonnullis ad Ecclesiarum Regimen electis

Ad Conclusionem, tamen prædictam conferre potest, *tex. in c. quanto 3. de translat. Episc. ibi,* neq; his præsidet quos per superbiam spreuit, neque his, quos per Auaritiam concupiuit, *& tex. in c. p. in fine de Decim. ibi,* quod in pentateuco dubium relictum est, definitur propter auaritiam Sacerdotum, ne plus exigant in primitijs. *& tex. in c. inter cętera 10. q 3. ibi,* quærimonias Parochialium præsbiterorum contra Pontificum suorum rapacitates in publicum examen deferre, necessitas compulit, *& D. Greg. homil. 17. in Euang. ibi,* plerumq; (quod est grauius) Sacerdotes qui propria dare debuerant, aliena diripiunt, *& Hom. 14.* qui non dat pro ouibus substantiam suam, quomodo daturus est animã suam? *& tex. Euang. Lucę 10.* vbi Sacerdos, & leuita videntes proximum vulneratum præterierunt, & publicanus curauit.

Et tamen quicquid habent Clerici, pauperum esse dicitur, & domus illorum omnibus debet esse communis, *vt inq. Ambros. in can. quoniam 16. q. p.* & glôria Episcopi est pauperibus prouidere, & ignominia Sacerdotis est, proprijs studere Diuitijs, *vt inq. Hieron. ad Nepotianum de vita Clericorum, relatus in can. gloria 12. q. 2.* & vtinam non magis studio Diuitiarum, quam litterarum incumberent, de quo studio meminit etiam *Hieremias c. 6 ibi,*

ibi, A minore, vsq; ad maiorem, omnes Auaritiæ ſtudent. at non ſolum Auaritia, ſed eius, etiam ſuſpicio, horrenda Clericis eſſe debet, *c. Auaritiæ 5. de elect. in ſex. Neurzan. lib. 4. Syluæ nupt. n.* 144 eſt enim quaſi monſtrum, Clericos theſaurizare ignorantes cui, & ſæpe contra *tex. Eccleſ.* 4. vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, &c. & tamen laborare non ceſſat, ſed nemo vnum eſſe ſe cogitat, *inq. Sen. Ep.* 114. & præter ſapientem, nemo vnum agit, *vt idem Sen. dixit Ep.* 120.

Vltimo dic, quod Clerici bene ad tertiam canonicam horam, quotidiana oratione clamant ad Dominum recitantes, *Pſ.* 118. & vtinam ex corde repetant verſiculum illum, Inclina cor meum, Deus in teſtimonia tua, & non in auaritiam, & perpendant, *illud Pſ.* 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, quod tamen aliqui, ſic ſeruant, ac ſi profecta, cum dixit, nolite cor apponere, dixiſſet, nolite manus apponere, & tamen immo, qui non apponit cor, manus apponit, *iuxt. illud pro.* 31. manum ſuam aperuit Inopi, & Palmas ſuas extendit ad pauperem, *& aliud Eccli.* 4. *in fine*, non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta.

5 Nota 4. quod hoc vitium, olim maxime Romam afficiebat, probat *gl. in l.* 4. *in V. animum poſſidendi ff. de vſur. ibi,* Auaritiæ caput Roma cunctos Pupillos doli capaces generat, & conſonat *Horat. de arte Poet.* Romani Pueri longis rationibus aſſem, diſcunt in partes centum deducere, *& Tacit. lib.* 3. *hiſtor. c.* 14. Immenſas Populi Romani opes ornarent potius, quam augerent, & melius idem *Tacit. in vit. Agricolæ c.* 10. *ibi*, Raptores orbis Romani, ſi locuples hoſtis eſt, auari, ſi pauper, ambitioſi, ſoli omnium opes, atq; inopiam concupiſcunt, quos non oriens, non occidens ſatiarit, Ad idem conferre videtur, *D. Bernard de conſid. ad eugen. lib.* 4. *c. p. &* 2. *ibi,* Romana Gens ubdi, adhuc neſcia, niſi cum reſiſtere non valet, ſubeſſe nolunt, preeſſe non norunt, ſuperioribus infideles, inferioribus importabiles, importuni, vt accipiant, ingrati, vbi acceperint, ſed vt verum fatear hoc vltimum præſertim, videtur antiquum, & commune hominum vitium, atque vtinam non etiam recens, idque oſtendit ſapiens, *Eccli.* 24 *ibi,* donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuã. At in tempore redditionis murmurabunt, & poſtulabunt tempus, & pro pecunijs maledicta reddent.

6 Sed, & hoc vitium Auaritiæ, eſſe valde commune, probat *Petr.* 2. *de Rem. D.* 15. *ibi,* omnem ætatem, omnem ſtatum, omnem ſexum inuaſit auaritia, & eleganter *Hor. lib. p. ſat. p. ibi,* at bona pars hominum decepta cupidine falſi, nil ſatis eſt inquit, *vnde Sen. Ep.* 88. metiri me docet Geometra latifundia, potius doceat, quomodo metiar quantum homini ſatis eſt, immo fortuna multis dat nimis, ſatis nulli, vt cecinit *Mart. lib.* 12. *Ep.* 10. *& Sen. Ep.* 108. cui aſſequto ſatis eſt, quod optanti nimium videbatur? & ad exametrum, *Horat. Ep.* 2. *ad Lollium.* Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet.

Adderem hunc pentametum.

Contigit hoc nulli, quilibet omne cupit.

Ad idem, *Ia. Eudomen. lib.* 3. *Ep.* 35.

Pauper in orbe parum, mendicus nil habet vſquã
Diues habet nimium, quis, niſi nemo ſatis?

Ad idem *Horat. lib.* 2. *ſat.* 3.

Qui nummos aurumq; recondit, neſcius vti
Compoſitis, metuenſq; velut contingere ſacrũ,
Inſanus nimium paucis videatur eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Et iane tolerabile foret, ſi quilibet, *cum tib. eleg. p* caneret

Iam modo non poſſum contentus viuere paucis
At nos canere cogimur.
Non poſſunt multi contenti viuere multis.

Ad idem, *Eccleſ.* 6. vidi aliud malum in terris, & quidem frequens, vir cui dedit Deus Diuitias, nec dedit poteſtatem, vt comedat ex eis.

Immo non ſolum frequens, & commune, ſed vniuerſale videtur hoc vitium, nam à minore ad maiorem, omnes Auaritiæ ſtudent *Hierem.* 6. & à minimo ad maximum, omnes auaritiam ſequuntur *Hierem.* 8. nec ſolum omnes, ſed omnia pecuniæ obediunt, *Eccleſ.* 10. vnde parum dixit, *tex. in d. c. auaritia* 5. *de elect. in ſex. ibi,* aliquorum animos occupat, *vnde & Apoſt. p. ad cor.* 5. ſcripſi vobis in Epiſtola ne cõmiſceamini fornicarijs, non vtique fornicarijs huius Mundi, aut auaris, aut rapacibus, alioquin debueratis ex hoc mundo exijſſe.

7 Quam vero abominabilis ſit Auaritia, dicat *ſapiens Eccleſ.* 5 eſt alia infirmitas peſſima, Diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui, *& Eccli.* 10. Auaro, nihil eſt ſceleſtius, nihil iniquius, quã amare pecuniam, vnde dicitur, *Lucę* 10. Cauete ab omni Auaritia, *& Aug. in pſ.* 119. *concione* 11. dum Apoſtolus dixit ad Timot. radix omnium malorum, eſt Auaritia, intelligendum eſt genus ſignificaſſe per ſpeciem, & per amorem pecuniæ, generalem, vniuerſalemque auaritiam.

Nota tamen duobus in caſibus, permiſſam, immo laudabilem eſſe Auaritiam, & non ſolum non eſſe prohibitam, ſed præceptam, primus *eſt apud Sen. in opuſc de vit. Beat. ibi,* profuſiſſimi ſumus in tempore, cuius vnius honeſta eſt Auaritia, & licet hunc ille vnicum caſum vocet, ſecundus tamen eſt *apud Tacit. lib. p. Hyſt. c.* 12. *ibi,* pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus, publicę Auarus, cui ſimile eſt *illud Sen. de breuit. vit. ibi,* Terrarum Orbis rationes adminiſtras, tam abſtinenter, quam alienas, tam diligenter, quam proprias, tam religioſe, quam publicas.

REMEDIVM VIII.

Prodigalitatis.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, Remedium prodigalitatis, quæ senectute, & egestate sanatur.*
2 *Potest etiam pauper esse liberalis.*

1 Accedat quod paupertas non solum auaritiæ, vt dixi supra, sed & multo magis prodigalitatis, tutissimum est Remedium præseruatiuum, & curatiuum saltem ex defectu materiæ, vt diximus *etiam p. 2. in V. Salus,* vnde prodigalitatem senectute, vel egestate sanari, dixit *D. Thom. 22. q. 119. art. 3. & Petr. 2. de Rem. D.* 8. Auaritiæ, vel prodigalitatis insania raro alibi, quam loquepletum sedet in limine.

2 Non tamen admitto, quod pauper amittat ex defectu materiæ, liberalitatis virtutem, licet forsan aliquando amittat actuale eius exercitium extrinsecum, nam, vt dixit *Sen. p. de Benef.* inuenit animus liberalitatis materiem etiam inter angustias paupertatis, & vide, quæ dixi *p. 2. in V. Elemosina, & in V. Salus,* & adde, quod quoties amico Diuiti nihil donat, liberalis est pauper, vt dixit *Mart. lib. 5. Ep.* 18. ad Quintianum, quod est nouum liberalitatis genus, & pauperi proprium, non commune cum Diuite.

REMEDIVM IX.

Sollicitudinum.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, Remedium aduitandas curas, & sollicitudines. Diuitiæ sunt spinę, Dominus aliquando fit ex Domino Procurator. Alexãder concupiuit esse Diogenes. Corona, nobilis, magis, quam felix. si sceptri miseriam nossent homines, plura essent Regna quam Reges.*
2 *Diuitię sunt onerosę, infirmi animi, est eas sustinere non posse, paupertas, seruorum dolis, & fastidio liberat, maius opus gubernare, quam acquirere Imperium. vide versus.*
3 *Diuitię subiacent casibus, vide versus, & furibus, & muribus, opibus curę non leuantur, sed augentur.*
4 *Pauper sollicitus esse non debet, quid manducet, quia Dominus pro eo sollicitus est, & quia pedes, manus, vocem habet, Diues plures semper habet sollicitudines, quam pauper, ad felicitatem exigitur corpus sine dolore, animus sine perturbatione.*

1 Remedium ad curas, & sollicitudines euitandas, est paupertas, probat hoc tex. *Euangelicus Lucę 8. ibi,* quod in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & sollicitudinibus, & Diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum, vbi patet Diuitias inter sollicitudines, & voluptates collocari, confirmat hoc ipsum *D. Greg. homil. 15. in Euang. ibi;* quis mihi vnquam credidisset, si spinas Diuitias interpretari voluissem, maxime cum illæ pungant, istæ delectent, & tamen spinæ sunt, quia cogitatio num suarum punctionibus mentem lacerant, &c. sed tu dic, quod multi forsan insensati inter huiusmodi spinas volutari, dulce putant, consonat autem *D. Greg. ibi,* quis credidisset, &c. quod in simili dixit *D. Bern. serm. 2. in Festo Omn. Sanct. ibi,* bene per Prophetam antea prædixerat, Aperiam os meum eructabo abscondita a constitutione Mundi, quid enim tam absconditum, quam paupertatem esse Beatam, attamen veritas, quę, nec falli, nec fallere potest dicit, Beati pauperes, & in his terminis, *idem D. Bern. lib. 2. de consid. ad Eug. c. 5.* pecunia, inquit, nec Bona, nec mala, eius vsus bonus, abusus malus, quæsitus peior, sollicitudo pessima, *& Propert. in eleg.* ergo sollicitæ tu causa pecunia vitę es, per te immaturum mortis adimus iter, *& Sen. Ep. 14.* nemo sollicito Bono vtitur, Is maxime Diuitijs fruitur, qui minime Diuitijs indiget, inq. Epicurus, qui eget Diuitijs, timet pro illis, de incremento cogitat, oblitus est vsus rationes accipit, forum conterit, Calendarium versat, fit ex Domino Procurator, & *Ep. 42.* pecuniam minorem habebis, nempe, & molestiam, *& Ep 48.* Diuitiæ torquent, vel alienæ, vel suæ, *& Ep. 115.* maiore tormento pecunia possidetur, quam quæritur, *& Ep. 90.* sollicitudo nos in nostra purpura versat, mollem somnum illis dura tellus dabat, *& Plut. de ęrę alien. vit.* noli, inq. id, quo vno Diuitijs præstat paupertas ei auferre vaquitatem sollicitudinum, nam illud quidem ridiculum est, quod prouerbio iactatur, Capram ferre non possum, imponitis mihi bouem, paupertatem ferre non potes, & fæneratorem in ceruices tuas imponis, onus, cui ferendo difficulter etiam Diues sufficiat, *& idem Plut. de Cup. Diu.* non tantum tibi reliquit, quantum abstulit, libertatem inquã & otium, intellige quietem, quæ sollicitudini opponitur, *& iterum Plut. in opusc.* cuius titulus est in Principe requiri doctrinam, onustus inquit sua felicitate *Alex. dixit* nisi Alexander essem, Diogenes essem, licebat tamen ei Phylosophanti, & affectu fieri Diogenem, & fortuna manere Alexandrum, & ob hoc magis etiam Diogenem fieri conueniebat, quod Alexander esset, vt, qui aduersus magnam fortunam, turbulentam, & procellosam, multis opus haberet fulturis, magnoq; Gubernatore, Ad idem confert, quod Rex ille sapiẽs pronuntiasse fertur. O nobilem magis quam felicem Coronam, quam si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, & periculis, & miserijs sit referta, nec humi, quidem iacentẽ tollere

vellet

vellet, & hic etiam ad ti poteſt, quod ſcripſit *Ambroſ. lib. p. de Virgin. b.* ad ſororem, felicium ſunt iſtæ miſeriæ, & quod dixit *Petr. p. de Rem. D. 96* ſceptium, claram miſeriem, fulgidas compedes eſſe, ſi omnes noſſent, non toties vno de ſolio litigarent duo, ſed plura eſſent Regna, quam Reges, & quod refert *idem Petr. 2. de Rem. D. 79.* Antiocus Aſia priuatus S. P. Q. R. gratias agabat, quod eum magna nimis ſollicitudine liberatum, ad mediocria redegiſſet, facete, quidem ille ſi ficte, ſapienter grauiterq; ſi vere.

2 Non mirum ergo ſi *Sen. apud Tacit. lib. 14. an. c. 7.* Diuitias, quas nos lucratiuas dicimus, oneroſas dixit, ego inquit in hoc itinere vitæ ſenex opes meas vltra ſuſtinere non poſſum, præſidium peto, *licet idem Sen. Ep. 5. ad Lucillum*, dixerit, infirmianimi eſt, pati non poſſe diuitias.

Nec mirum etiam, ſi Phyloſophi quidam omnia ſua temporalia bona reliquiſſe leguntur, vt ex pediti mundialibus curis, ſtudio poſſent vacare liberius nolentes cenſu abundare terreno, vt abundarent magis in ſenſu ſuo, vt dixit *D. Bern. ſerm. 2. in Feſto Omn. Sanct. Accedat iterum Petr. p. de Rem. D. 38.* ob hoc vnum etiam optanda, & amanda paupertas erat, vt eum cæteris opum malis nexibus tum vel maxime te ſeruorum dolis, ac faſtidio liberaret, & in eius vita, quam ipſe de ſe conſcripſit, ſic ait, Diuitiarum fui contemptor eximius, non quod Diuitias non optarem, ſed labores curaſq; oderam opum comites.

Ad idem confert, quod ſcripſit *Plut. in Apophth.* Ceſaris Auguſti, Cæſar inquit, primus Auguſtus, cum audiret Alexandrum magna terrarum parte ſubacta dubitaſſe, quid nam per reliquum vitæ tēpus facturus eſſet, demiratus eſt, quod non maius opus Alexander exiſtimaſſet partum gubernare Imperium, quam magnum acquiſiuiſſe. Ad *idem Lucan.* o faciles dare cuncta Deos, eademque tueri difficiles, ad quod confert etiam *Ouid. 2. de Arte.*

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.
Et Mart. lib 5. Ep. 43.

3 Callidus effractas nummos fur auferet archa
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor vſuram pariter, ſortemque negabit
Non reddet ſterilis, ſemina iacta ſeges.
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica
Mercibus extructas obruet vnda rates
Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis
Quas dederis ſolas, ſemper habebis opes.

Et Petr. p. de Rem. D. 36. iuge Bellum, non cum furibus modo, ſed cum muribus tineiſq; &c. o Diuites delicati, quibus armis hos hoſtes arcebitis? *& 2. de Rem. D. 60.* contra furta, Bona eſt vigilantia, atq; cuſtodia, ſed optima eſt paupertas, vis fures non metuere? pauper eſto.

Parum igitur dixiſſe videtur, *Tibullus eleg. p.* Non opibus mentes homini curæq; leuantur

Immo enim opibus augentur expræditis.

4 Obicies, quod immo pauper vrgetur ſollicitudine, quia cogitur eſſe ſollicitus, quid manducet & bibat, & induatur, vt indicari videtur, *Matt. 6.* ſed Reſpondeo, quod hac etiam ſollicitudine caret pauper, quia Dominus pro eo hanc ſollicitudinem aſſumit, *vt Pſ. 39. ibi*, Ego autem Mendicus ſum, & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei. *vnde, & Matt. 6.* dicitur, nolite ſolliciti eſſe, quid manducetis, aut bibatis, ſcit enim pater veſter, quod his omnibus indigetis, ex quo verbo colligitur id maxime congruere pauperibus indigentibus. Ad idem *Pſ. 22.* Dominus Regit me, & nihil mihi deerit. in loco paſcuæ ibi me collocauit, & pſ. 54. Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutiet, accedat *Plut. de gre alien. vitand.* dices, inquit, at quomodo alar, Hoccine inquam te rogare equum eſt, qui habeas manus, pedes, vocem, qui homo ſis? quod ſi quis pauper reperiatur, qui curam prædictam, & ſollicitudinem aſſumat adhuc dico, quod vnicam hanc habebit ſollicitudinem, & curam ſcilicet victum quærendi, & poterit id ipſum agere, cum cura, ſed ſine curis, At Diues quot habet bona, quod poſſeſſiones, quot pecunias, tot videt habere ſollicitudines & curas.

Ex prædictis collige, non idem ſonare, eſſe Diuitem, ac eſſe felicem, vt plures erranter opinantur, immo ſæpe paupertas ad felicitatem, magis, quam pecunia, cōfert nam ſi *vt ex Epic. refert Sen. Ep. 66.* duo Bona ſunt, ex quibus ſummum illud Beatumque componitur, nempe corpus ſine dolore, & animus ſine perturbatione, *vnde, & Hor. cecinit* optandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano, ad ſanitatem corporis magis conferre paupertatem probauimus ſupra Remed. 3. ad mentis autem ſanitatem, atq; animi imperturbabilitatem paupertatem, magis confere probauimus hic, & infra in Remed. periculorum, & ſequentibus.

REMEDIVM X.

Expoliationis.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, præſeruatiuum Remedium expoliationis, vide verſus, non poteſt exui, iam nudatus, inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit.*

2 *Hoſtium cadauera ſpoliari vetuit Licurgus, & quare fortunati, qui non incidunt in latrones, immo fortunati latrones, qui non in nos.*

1 Paupertas eſt præſeruatiuum Remedium expoliationis, *vnde Tacit. lib. 4. Hiſt. c. 27.* vobis maximum diſcrimen penes quos aurum, & opes, *& prius lib. 3. c. 6.* omnis ira victoris non in vulgus inops, ſed in tribunos centurioneſque vbi pretium cædis erat conuerteretur, *& Iuuen. ſat. 10* can-

cantabit vaquus coram latrone viator *& tex. in c. frequens p. de Rest. spol. ibi*, non potest exui iam nudatus, & Ouid. de nuce, hic timet insidias, qui scit se ferre viator (quod timeat) tutum carpit inanis iter, & inanis dicitur actio, quam Inopia Debitoris excludit, *l. nam is 6. ff. de de dolo c. olim vobis 16. de Rest. spol. Adde Tacit. an. lib. 12. c. etiam 12. ibi*, Statilium opibus Illustrem Agrippina hortis eius inhians peruertit, & si liceret hic latinis Italica commiscere, prout *Thesaurus*, aliquando commiscuit, *Decis. 170 quę est finalis*, adderem, & ego, *Tassum ibi*, Ne gl' Auidi Soldati à preda alletta, la nostra pouerta vile, & negletta, Ad quod adde etiam, quod Milites in hoc non modo viuentibus non parcunt, vt supra ex Tacito, sed nec defunctis. *vnde, vt refert Plut. in Apophr.* Hostium cadauera spoliari vetuit Licurgus, ne circa spolia Milites occupati pugnam negligerent, & vt paupertatem vna cum Aciei ordine seruarent, quod tamen male seruarunt ij, de quibus loquitur *Tac. lib. p. an. c. 13. ibi*, iussit hostium Auiditas, omissa cæde, prædam sectantium

2 Ex prædictis collige pauperes dici posse fortunatos cum nunquam incidant in latrones, *vnde Plut. in Apopht. Laconicis*, refert, quod dicenti fortunati vos estis, qui non in latrones incidistis responderunt, immo illi, qui in nos non inciderunt

REMEDIVM XI.

Bellorum.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, Remedium preseruatiuum Bellorum, opes Belli causę, propter aurum, & argentum, nunquam pacem agit ferrum, natura abscondit, & calcandum dedit id, propter quod calcamur, sed ea innita effodiunt.*

2 *Opes irritamenta malorum, ferro nocentius aurum, ferrum aurum petit, & aurum ferrum trahit, secula venerunt ab auro ad ferrum, multi veniunt ad ferrum pro auro, meum, & tuum causa Bellorum.*

3 *Paupertas, Remedium, etiam curatiuum Bellorum. Causa praesertim finali cessante, cessat effectus, pecunia sola ad Bellum exigitur, Hastis argenteis pugnans, omnia vincit aurum, in bello ferro validius.*


1 Remedium preseruatiuum Bellorum, est paupertas, *vnde Tac. lib. 4. Hist. c. 17.* vobis, inquit, maximum discrimen, penes, quos aurum, & opes, præcipuę Bellorum causæ, *& Tac. 16. an. c. p.* Cerelius expromerat Neroni in agro suo latere thesaurum conditum a Didone, ne nouus populus nimia pecunia lasciuiret, vel ne alij cupidine auri ad Bellum accenderentur, *& Salust. de Coniur. Catil.* nos non Imperium, neq; Diuitias petimus, quarum rerum causa, Bella, atque certamina omnia inter mortales sunt, *& Arist. lib. 2. politic. c. 5* facultates, inquit, nec ita magnas esse decet, vt finitimi concupiscant, quibus resisti non possit, nec rursus ita paruas, vt cum paribus, & simil bus Bellum nequeant sustinere, & idem *Arist. de admirandis Auditionibus n. 86.* apud Hiberiæ insulas, inquit, Incolæ nullo pacto diuitias asportare aiunt, quoniam Hercules maximo cum exercitu ob opulentiam illorum Hiberiam deprędatus est, *& Tacit. lib. 4. Hist. c. 17.* eadem semper causa Germanis transcendendi in Galliam, Libido, atque Auaritia, & mutandæ Sedis Amor vt relictis paludibus, & solitudinibus suis, fæcundissimum hoc solum, vosq; ipsos possideant, *& idem Tacit. lib. 6. Hist. c. 6.* ne Cremona excisa omnis ira victoris non in vulgus Inops, sed in tribunos centurionesque vbi pretium cædis erat reuerteretur, *& Tassus*, Ne gl' Auidi Soldati à preda alletta, La nostra pouertà vile, & negletta, *& Sen. Ep. 94.* Aurum, & Argentum, & propter ista, nunquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit natura, & pedibus calcandum dedit id omne propter quod calcamur, & premimur, vt alibi dixit idem Sen.

2 Sed inuita natura, *vt cecinit Ouidius p. met.* Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Vnde nocens ferrum, ferroque nocentius aurum, merito dictum est ibid. ab eodem, nescio autem, an ferrum aurum petat, vel an magis aurum, ferrum trahat, ad ferrum venistis ab auro sæcula, *cecinit idem Ouid. 15. met.* sed multis dici potest ad ferrum venistis pro auro, *Adde Petr 2. de Rem. D. 45.* vetus valde, nec verum minus verbum, magnam discordiarum bellorumq; materiã duo hæc esse pronomina, meum, & tuum, quæ si de vita hominum tollerentur, haud dubie tranquillius viueretur.

3 Non solum autem præseruatiuum, sed curatiuũ etiam Bellorum Remedium, est paupertas, tum quia cessante causa præsertim finali, cessat effectus, *c. cum cessante 60. de Appellat. Tiraq. in tract. causa cessante*, tum quia nõ potest Bellum sustineri, sine pecunijs per supradicta *ex Arist.* quibus adde, quod petitus mus ille respondit, tria ad Bellum feliciter peragendum requiri, primo pecuniam, secundo pecuniam, tertio pecuniam, cui consonat aliud oraculi responsum, Hastis argenteis pugna, & omnia vinces.

Et pecuniam esse Belli Ciuilis neruos, dictitabat Mucianus apud *Tac. lib. 2. Hist. c. 10.* & immensam pecuniam inter Ciuiles discordias, ferro validiorem, *dixit Paulinus apud eund. lib. 2. Hist. cap. 9.*



REME-

REMEDIVM XII.

Litium.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, Remedium litium, pecunia litium causa instrumentalis, & finalis, meum, & tuum causa litium.*

2 *Quod communiter possidetur, communiter negligitur communio discordias parit.*

3 *Litibus carere, felicitatis est, vide versus. Abstinentia a lite consulitur, lites secandæ sunt sicut amicitiæ dissuenda.*

1 PAupertas, est etiam Remedium præseruatiuũ, & curatiuum litium, quæ sunt veluti Bella, quædam Ciuilia, quia non nisi propter pecuniam & non nisi cum pecunia litigatur, adeo, vt pecunia sit, & medium, & finis litium, seu causa instrumẽtalis, & finalis earumdem, vnde *Tac. lib. p. hist. c. 12.* Pisonis inquit supremam voluntatem paupertas firmauerat, *& in l. 3. ff. de alien. Iud. mut. caus. fact.* non improbatur eius factum, qui voluit re carere, ne propter eam sæpius litigaret, & Plato dixit felicem, beatamque Vrbem in qua hę voces meum non meum rarissime audiuntur, vt refert, *Plut. in opusc. de præcep. coniungalibus*, & vt loquitur idẽ *Plut. in opusc. de amore fraterno*, præcipiebat Plato Ciuibus, vt meum, & tuum exterminarent, & quietissime viuerent homines in hoc Mundo si de medio sublata essent duo hęc verba, meum, & tuum, *vt ex Phyloj, refert gl. in c. dilectissimi secundo 12. q p. in V. omnium*, quod ipsum etiam dixit *Petr. p. de Rem. D. 45. ibi*, vetus valde. nec verum minus est verbum, magnam discordiarum Bellorumque materiem duo hæc esse pronomina, meum, & tuum, quæ si de vita hominum tollerentur, haud dubie tranquillius viueretur.

2 Forte tamen non ideo lites, omnino cessarent scimus enim diuisa primum fuisse dominia non solũ, quia quod cõmuniter possidebatur, communiter negligebatur, *iuxta tex. in l. 2. sub med. C. qui & à quib. 4. pars deb. lib.* 10. sed etiam communio ipsa, discordias pepererat, *iuxta tex. in l. cum pater 77. §. dulcissimis ff. de leg. 2.*

3 Litibus autem carere, inter felicitates numerat, *Martialis lib. 10. Ep. 47. ad se ipsum ibi*, vitam, quę faciunt Beatiorẽ Iucundissime Martialis, hæc sũt, &c. Lis nũquã, toga rara mẽs quieta, *& idẽ lib. 2. Ep. 90.* sit nox cum somno, sit sine lite dies, accedat, *Sap. Ecli. 28.* Abstine à lite, & minues peccata, vnde, *& Matt. 3.* si quis vult tecum in Iudicio contendere, & tunicam tollere, dimitte ei, & pallium, *& 2. ad Tim. 2.* seruum Dei, non oportet litigare, *& Hor. lib. p. Ep. ad quintum*, vir Bonus est quis? qui consulta patrum, qui leges iuraq; seruat, quo multæ magnæq; secantur Iudice lites, licet facilius sit lites dirimere, quam secare, seca enim diuidit, & non frangit, secandæ tamen sunt cum possunt, sic ex Catone dixit, Tullius dissuaendas, non discindendas esse Amicitias, nisi intolerabilis iniuria exarserit.

REMEDIVM XIII.

Vnionis, seu ad Vnionem.

SVMMARIVM.

1 *PAupertas, Remedium ad vnionem, & concordiã Diuites fratres raro communiter habitant, Bonorum, & communio, & Diuisio discordias parit.*

1 EX prædictis veluti consequens est, vt paupertas sit Remedium pacis, vnionis, & concordiæ sicut & pecunia diuisionum, & discordiarum mater fecunda dici potest, *vnde de Abraham, & Loth dicitur gen. 13.* erat substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter, *& gen. 36.* Recessit Esau a Fratre suo Iacob, Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant, & *in §. quod sæpe Auth. de trien. & sem.* Diuidunt patres, vt filios à fraterno certamine præseruent, & eos ad sæuiores contentiones adducunt.

REMEDIVM XIV.

Periculorum.

SVMMARIVM.

1 *PAupertas, Remedium ad euitanda pericula, Principes maxime amicis egent, & tempestas fortuna, & fortuna tempestas est, sæpe felicitati deest moderatio. Diuitiæ sunt onerosæ, infirmi animi est eas pati non posse.*

2 *Perdens pecuniam, inuenit securitatem, Dionisius amicis vtebatur, vt vtribus. Aurum quare pallet.*

3 *Remedium contra venena, paupertas. Pauper Ridet altercas iras, fulmina montes feriunt, Leuius ferit leuiora Deus.*

4 *Bello habiliora corpora pusilla, & quare. Diues fortunæ realiter, & personaliter expositus, pauper personaliter tantum.*

1 REmedium præseruatiuum a magnis periculis est magna paupertas, vel saltem opes magnas non possidere, vnde *Tacit. lib. 14. an c. 9.* ex mediocritate fortunę, pauciora pericula, *& Arist. lib. 8. moral nicom. c. p. sub initium*, & Diuites, & Principatus Amicis indigere videntur, quo modo enim prosperitas, sine Amicis custodiri, conseruariq; posset, quanto enim amplior, tanto periculosior est, *& Petr. p. de Rem. D. 17.* non impro-

prie

prie tempestatem, fortunam vocant nautæ, magna quoque fortuna, tempestas magna est, *& Sen. Ep. 84.* relinque Diuitias, aut periculũ, aut onus, vnde sibi velut obtemperans idem *Sen. apud Tacit. lib. 14. an. c. 7.* tentauit, opes Neroni dimittere ibi, nihil felicitati meę deest, nisi moderatio eius, ego in hoc itinere vitæ senex, opes meas vltra sustinere nõ possum, quod tamen male respondet ijs quæ dixit idem *Sen. Ep. 5. ibi*, infirmi animi est, pati non posse Diuitias, quod si hoc verum est, suo se ore Seneca iudicauit infirmum animo.

2 Confert ad propositionem *Petr. 2. de Rem. D. 13.* perdendo pecuniam, duo bona vnumquodq; præstantius amisso, securitatem, & requiem inuenisti. Confert etiam, quod dixit Diogenes, Dionisius inquit vtitur Amicis, vt vtribus, plenos suspẽdit, inanes abicit, Diuites occidit pauperes negligit, & certe melius est negligi, quam occidi, adde *Tacit. lib. 12. an. c. etiam 12. ibi*, statilium opibus illustrem Agrippina hortis eius inhians peruertit, & adde quæ dixi supra in Remedio expoliationis, *& Mart. lib. p. Ep. 4. de relatoribus.*

Turba grauis paci placidæq; inimica quieti
Quæ semper miseras sollicitabat opes.

Adde iterum *Diogenem* dicentem, quod aurum ideo pallet; quoniam plurimos habet insidiatores.

Et Ouid. in eleg. de nuce.

Hic timet insidias, qui scit se ferre viator
Quod timeat, totum carpit inanis iter.

Et *Iuuen.* cantabit vacuus coram Latrone viator, & idem *sat. 5.*

3 Vos, ego Pupilli moneo, quibus amplior est res
Custodite Animas. & nulli credite mensæ.

Et Pastor *apud Tassum* Spengo la sete mia nell' Acqua chiara, che non ten' io, che di velen s' asperga, *& Petr. 2. de Rem. D. 116.* operosum Remedium audisti, vis audire facillimum, pauper esto veneni metum, periculumq; discusseris, & paulo post, contra hanc pestem, neque poetici Regis, neque alterius efficacius Antidotum, quam paupertas quorsum pergis Auaritia, ipsum quoque venenum gemmas amat, atq; aurum, *Et Tacit. lib. 4. hist. c. 17.* vobis maximum Discrimen penes quos aurum, & opes, *& Petr. 2. de Rem. D. 39.* vir ille improbus, nec indoctus de se ipso suaque Tyrannide, quid sentiret apertissime, pendentis supra amici verticem gladij cuspide declarauit, vnde, *& horat. lib. p. Ep. 10.* hortatur dicens, fuge magna licet sub paupere tecto, quod monimentum vel prætenit, vel excepit ille, qui *apud Sen. in thieste* dixit, stet, quiqunque volet potens, me dulcis saturet quies, obscuro positus loco, leni perfruar otio, & alius ille, de quo *Boet. lib. 2. de consphyl. metr. 4.* quamuis tonet Ruinis, miscens æquora ventus, tu conditus quieti, rides æthereas iras, & vt cecinit *Horat. in ode* sæpius ventis agitatur ingens pinus, & celsæ grauiore casu decidunt turres, feriuntque summos fulmina montes, & vt cecinit Tassus folgore non cade in basso pian, ma su l' eccelse cime, *& vt cecinit etiam Sen. Poeta in Hypolito* minor in paruis fortuna furit,

4 Leuius ferit leuiora Deus, & vt docuit *Sen. Phylosoph. de tranq. animi.* Habiliora videntur Bello corpora pusilla, nam magna se vulneribus obiciunt. Ego vero dicam, quod pauperis, persona sola est exposita fortunę, at Diuitis non solum persona, sed res & pecunia, & sic, vt ita loquar, personaliter, & realiter fortunæ subiacet Diues, pauper vero personaliter tantum, sed quod deterius est ex re, & pecunia, persona ipsa periclitatur, & ex possessionibus, possessor, ex Diuitijs Diues, vt patet ex supradictis, & infra dicendis.

REMEDIVM XV.

Metus, et Doloris.

SVMMARIVM.

1 *PAupertas, præseruat à metu amittendæ pecuniæ metus amittendi patrimonij, dicitur iustus, pauperes spe magis, quam timore afficiuntur, vide versus.*

2 *Paupertas præseruat a dolore amissæ pecuniæ, quæ acquiritur cum labore, retinetur cum timore, amittitur cum dolore.*

3 *Nullum genus infelicitatis maius, quam fuisse felicem, felicitas est fuisse infelicem, Bona nisi amissa, vel intermissa non noscimus.*

4 *Metus amittendi patrimonij non cadit in verum Phylosophum, qui patienter, ac libenter ammittit, immo & sponte dimittit.*

5 *Phylosophi Rari, sapientes rariores, vir bonus primæ notę tanquam Fenix.*

EX proxime dictis quasi consequitur, quod paupertas sit remedium præseruatiuum metus, amittendæ, & doloris amissæ pecuniæ, nam.

1 Quo ad metum *Cic. in paradox.* ait Diuites non solum, quæ habent libidine augendi cruciantur sed etiam amittendi metu, & sicut res temporales acquiruntur cum labore, ita possidentur cum timore, *vt ex D. Aug. dixit Bonau. in solilog.* & metus amissionis omnium bonorum dicitur iustus metus *in c. 2. ff. de his, quę vi. Met. ca. fiunt ibi*, qui metu amittendi patrimonij, Ecclesiam suam penitus abiurauit, restituitur, & ex illo tex. ita docet, *Bart in l. si ob turpem n. 6 ff. de condic. ob turp. caus.* vbi, & hunc timorem ęquiparat timori mortis, *& post Ruin. Dec. & Francittam Menoch. de Arb. Iud. lib. 2. cas. 135. n. 9.*

Adde *Plut. in Apophţ.* vbi refert meticulosa verba Phylosophi ibi, O fortuna pro tot bonis, leui aliquo malo me affice, *& Petr. p. de Rem. D. 17. ibi*, nec in imo præcipitium metuas, nec naufragium

fragium in ficco, & D. 90. quid amplius expectet Animus lętus in hac tanta rerum vertigine, quam vt lætus esse desinat, esse tristis incipiat, & 2. de Rem. D. 60. vis fures non metuere? pauper esto, & adde hic, quæ supra diximus in Rem. sollicitudinum, & periculorum,

Econtra vero, sicut Diuites timore detinentur, & deterrentur, sic, & pauperes, spe quadam semper aluntur, fouentur, recreantur, vnde Sen. plenum te non esse, gaude, inter voluptates est, super esse, quod speres, quod sane maxime procedit quando spes fundata est in Deo, de qua dixi hac eadem p. 3. c. p. Rem. 3.

Adde hic etiam si placet, Io. Eudomen. lib. 3. Ep. 54.

Pauperis est sperare, timereq; Diuitis, esto
Quam sperare equidem, malo timere modo.

2 Quo vero ad dolorem, probat, ex Aug. Bonau. in soliloq. exerc. 2. c. p. & Bellarm. in opusc. de Ascen. ment. in Deum ibi, res temporales acquiruntur cum labore, retinentur cum timore, amittuntur cum dolore, & Petr. 2. de Rem. D. 13. pecuniam cum peccato, & labore quærendam, cum sollicitudine, ac pauore seruandam, cum querelis, ac merore perdendam, & idem Bonau. in eod. soliloq. ex Bern. desine, inquit, sequi, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant.

3 Vnde, & Iob. c. 16 conquerebatur dicens, ego ille, quondam opulentus, repente contritus sum, nec mirum, quoniam, vt dixit Boetius nullum genus infelicitatis, maius, quam fuisse felicem.

Sicut econuerso dici potest, nullum genus felicitatis, maius quam fuisse infelicem, & vt dixit Petr. p. de Rem. D. 14. eo quisq; miserior seruus est, quo felicior liber fuit, & iterum 2. de Rem. D. 54. transacti periculi, grata solet esse memoria, sicut ex diuerso, finitæ prosperitatis amara recordatio.

Huc etiam tendit, idem Petr. 2. de Rem. D. 4. ibi, ingratissimi mortales, bona vestra vix aliter, quam perdendo cognoscitis, & iterum 2. de Rem. D. 112. vos homines, Dei dona, nisi amissa, vel intermissa non noscitis, ingratum genus, & prius eod. lib. 2. D. 43. sero Bona vestra cognoscitis. O mortales, & cum nosse cœperitis, nimis agnoscitis, hinc, & præsentia fastiditis, & amissa lugetis.

Adde, Sen. Ep. 98. in æquo est dolor amissæ rei, & timor amittendæ, & D. Petr. Crisol serm. 123. non habuisse, doloris non est tanti, quanti habita mæroris est perdidisse.

Adde, Io. Eudomen. lib. 3. Ep. 153.

Dupliciter miser es, quia felix ante fuisti.
Dupliciter felix, qui fuit ante miser.

4 Ad Limitationem tamen prædictorum videtur dici posse, quod metus amittendi patrimonij, dicitur iustus metus, & grauis, & cadens etiam in grauem, & constantem virum, sed tamen is non cadit in Phylosophum virum verum, & minus in Sapientem, qui non solum patienter, sed libenter opes amittit, & si sit opus, voluntarie, ac etiam sponte dimittit, vt fecerunt Apostoli dicentes, ecce nos reliquimus omnia, & Crates ille Thebanus, ac Bias, alijque, quos retuli p. 2. in V. salus, & Stilpon. apud Sen. Ep. 9. qui amisso partimonio, nihil se amisisse, putauit dicens, nihil perdidi, omnia mea mecum sunt, vnde, & idem Sen. in opusc. de Vit. Beat. ego fortunam inquit, nec venientem sentiam, nec recedentem, mihi Diuitiæ, si effluxerint, nihil auferent, nisi se met ipsas, tu videberis, tibi sine te relictus, Diuitias, vbi tutius fortuna deponit, quam apud sapientem, à quo sine querela reddentis receptura est?

5 Sed ad Limitationem huius Limitationis animaduerte, quod Phylosophi rari sunt, leg. sed, & reprobari 7. §. de Phylosophis ff. de excus. tut. sapientes autem sunt rariores, immo sapiens, seu vir Bonus primæ notæ, tanquam Fenix, vel non nascitur, vel semel anno quingentesimo nascitur, vt dixit Sen. Ep. 42. ad Lucillum.

Sed esto, prosit ad id Phylosophia, vtiq; etiam ad quærendam, & comparandam ipsam Phylosophiam, remedium est ipsa paupertas, vt infra dicemus Remedio decimo octauo.

REMEDIVM. XVI.

Otij.

SVMMARIVM.

1 Paupertas, otium fugat, egens, ergo agens, pecuniosus, ergo otiosus, vide versus.

1 Ad fugiendũ, vel fugandũ, & tollendum torporẽ, otiũ, negligentiã, Remediũ est paupertas, & videtur, ita posse concludenter argui, est, egens, ergo agens, & econtra, est pecuniosus, ergo desidiosus, & otiosus, vnde Virg. p. Georg. labor omnia vincit improbus, & durus vrgens in rebus egestas, & Tacit. lib. 4. an. c. 6. Seianus nimia fortuna secors, & prius lib. 2. c. 5. dedit tibi Augustus pecuniam, sed non ea lege vt semper daret languescit alioquin industria, & si securi omnes aliena subsidia expectent, sibi ignaui, nobis graues.

Ad idem, Horat. Ep. p. ad Mecenat.

Impiger arcanos curnis mercator ad indos
Per Mare pauperiẽ fugiens per saxa per ignes.

Et Arist. lib. p. politic. ibi, negociosa multitudo, quia nondum multum habet.

Et de paupertate dici potest, quod legitur, apud Plut. in Apophth. non delebimus, vt sint, qui iuuenes nostros exerceant.

REMEDIVM. XVII.

Ingenij.

SVMMARIVM,

1 *PAupertas acuit ingenia.*
2 *Artes docuit indigentia. Magistra necessitas.*
3 *Pauperes præsumuntur ignari, sed responde, vt ibi remissiue.*

1 HVic proximum est, quod paupertas est Remedium ad acuenda ingenia, *vnde Hor. lib. 2. Ep. ad Iul. Florum.*

Et Laris, & fundi paupertas impulit audax.
Vt versus facerem.

Et Anaxagoras *apud Val. max. lib. 8 memorab. c. 7.* non essem, inquit, ego saluus, nisi ista perijssent, & prædiorum potius, quam ingenij culturæ vacassem.

Et Ouid. 7. Met.

Grande doloris.
Ingenium est, miserisq; venit solertia rebus.

Et de paupertate dici potest, quod legitur apud *Plut. in Apopht.* ne dextruas iuuenum cotem.

Et confert, *idem Plut. in Institutis Lacedemonum ibi,* vt egestatem propulsantes, cogantur, & audere, & astuti esse.

2 *Et Plaut. in Sticho de paupertate,* loquens, ait, nam illa omnes artes perdocet, vbi quem attingit *& Arist. 7. polit.* inquit, quæ necessaria sunt ad vsum vitæ, indigentiam docuisse, rationabile est, & *D. Petr. Crisol. serm 35.* in desperatis causis, est sæpe magistra necessitas.

Ad idem conferre potest *D. Io. Crisost. relatus in can. nihil de consec. D. 5. ibi,* nihil sensuum acumen operatur, sicut moderata refectio, hanc enim raro, difficile, ac violenter, Diuites, frequenter autem, facile, suauiter, ac fere naturaliter pauperes seruant.

3 Obstare videtur prædictis, quod pauperes præsumuntur ignari, *Rebuff. in praxi benef. tit. de rescript. in forma pauperum n. 12. Medices de casib. fort. p. 2. q. 4. n. 54. vers. 6. dicas,* sed pro responsione, *vide quę dixi p. 2. in V. Magister, & infra hoc eod. c. in Rem. subsequenti.*

REMEDIVM. XVIII.

Ad Phylosophiam.

SVMMARIVM,

1 *PAupertas est ad Phylosophiam viaticum, Philosophus paupertati gratias egit, Alius patrimoniũ patrię donauit, Alius auri pondus abiecit, Aurum solius Imperatoris est spernere.*
2 *Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium, paupertas plus etiam, quam Phylosophia docet.*
3 *Sapientia, & Diuitiæ aliquando coniunguntur, & paupertas virtutibus obstat, vide versus, sed vide etiam n. 4.*
4 *Librorum copia exoptabilis, Diuitiæ magis, quam paupertas, ac inopia, studijs aduersantur, Diuites ignari, pecudes cum aureo vellere.*

1 PAupertas est Remedium ad quærendam, & acquirendam veram Phylosophiam, *vnde Plut. in opusc. de vtilitate capien. ex inimicis,* fuere, inquit, nonnulli, quibus exilium, & pecuniarum iactura. viaticũ extitit ad studium, & Phylosophiam, *& idem Plut. de tranq. anim.* contemptus opum, est ad Phylosophiam, perquam vtile viaticum.

Vnde, & Zeno Phylosophus ille magnus, *apud Manut. lib 7. in Apopht.* fortunæ gracias egit, quod eum priuatione bonorum, & sic paupertate ad phylosophandum impelleret, dicens tunc bene nauigaui cum naufragium feci, bene facis fortuna, quæ me ad phylosophandum appellis, & Anaxagoras, perieram, nisi perijssem, vel non essem ego saluus, nisi ista perijssent, *vt refert Val. max. lib. 8. memorab. c. 7.* & Democritus, quo magis vacuo animo, studijs incumberet, pauca summa retenta, patrimonium patriæ donauit, *vt refert idem Val. max. d. lib. 8. c. 7.* & Crates ille Thebanus cum ad Phylosophandũ Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit dicens, non posse simul virtutes, ac Diuitias possideri, *vt refert Hier. relatus in can. Gloria 12. q. 2.* vnde Phylosophus vsurpasse sibi visus est, quod dicitur esse de reseruatis Imperatori, *vt in Auth. de consulib. ibi,* Consuli argentum spargere permittitur, aurum, solius Imperatoris est spernere, sed hoc per parentesim dixerim.

2 Ad propositionem tamen confert, *Hor. lib. p. Ep. 18. ibi,* stulticiam patiuntur opes, *& Iob. c. 28* sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium.

Adde, *Petr. 2. de Rem. D. 73.* nulla rerum humanarum certior Magistra, quam aduersitas, & fortius, *eod. lib. 2. D. 8.* sæpe paupertas modestiã persuasit animo reluctanti, quodque nequicquam Phylosophia tentauerat, hæc impleuit, *& D. Petr. Crisol. serm. 124.* pauperem prouehit ad Phylosophiam paupertas, necessitas ad voluntatem, fames ad ieiunium.

3 Coniunguntur tamen aliquando, Diuitiæ, & sapientia, *vt 2. Reg. 10. ibi,* magnificatus est Salomon super omnes Reges terræ, Diuitijs, & sapientia, nisi dicas id miraculo contigisse.

Sed immo aliquando difficile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi, *vt cecinit Iuuen.*

Vnde, & ingeniosus ille pauper apud Eruditissimum *Alciat. in Emblemat.* ita conqueritur.

Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet Alas
Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas, volitare per auras
Me nisi paupertas, inuida deprimeret.

Vnde est forsan, quod pauperes præsumuntur ignari, *vt ex Rebuff. & Medic. retuli in antecedenti Rem. n. 3.* ex quibus videri potest, alicui, Bonarum Artium, si non inimica, saltem aduersaria paupertas.

4 Sed responderi potest, quod nunquam paupertas, sed aliquando Inopia, studijs aduersatur, vnde Democritus, de quo supra dixi in antecedenti Remedio, non totum patrimonium patriæ donauit, sed sibi necessariam partem retinuit, *& Horatius cecinit.*

Sit Bona librorum, & prouisæ frugis in annum copia, vbi cum libris, solum panem quærebat. & consonat *D. Paul. 2. ad Tim. 4* penulam affer tecum, & libros, maxime autem membranas.

Et omni in casu, negari non potest, quin ex dictis hic, & in superiori Remedio, & alibi, magis aduersentur studio Phylosophiæ, Diuitiæ, quam paupertas, immo quam etiam Inopia, vnde, & videmus innumeros Diuites ignaros, quos pecudes cum aureo vellere Diogenes appellabat.

REMEDIVM XIX.

Libertatis.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, Remedium ad libertatem, in maxima fortuna minima licentia, magna seruitus est, magna fortuna.*

2 *Phylosophia, libertatem amplectitur, misera conditio eorum, qui ad alienum somnum dormiunt, ad alienum gradum ambulant, ad alienum comedunt appetitum, Diues comedit cum vult, pauper cum potest, sed aliquando contrarium contingit, vt ibi.*

3 *Pauper, est liber à seruis, quos non habere, libertatis, immo felicitatis est, vide ibi.*

1 Remedium, ad acquirendam libertatem, est paupertas, probat *Sen. Ep. 44. ibi,* multa acquisita nobis libertatem extorserunt, nos, nostri essemus, si hæc nostra non essent, *& Plut. in Commentano, seu opusc. cuius titulus est Num. improbitas ad infelicitatem sufficiat ibi,* peram, & mendicitatē diurni victus adigis fortuna? At qui, fuerunt hæc felicitatis auspicia Diogeni, libertatis, & gloriæ Crateti, *vnde, & Salust. de Coniur. Catilin.* in maxima fortuna, minima licentia est, *& Sen. de consol. ad Polyb.* magna seruitus est, magna fortuna, *& ex Plut. in lib. Politicorum ad Traianum,* minima Remp. administrantium errata notantur, & pro magnis habentur, & confert *idem Plut. de cupidit. Diuitiarum ibi,* non tantum tibi reliquit, quantum abstulit, otium, inquam, ac libertatem, probatur, etiam ex eo, quia paupertas est Remedium ad

2 Phylosophiam, vt supra probauimus, ergo etiam ad libertatem, cum libertatem, Phylosophia semper amplexetur, *vt inq. tex. in l. fin. C. de his, quib. vt indignis.*

Vnde, & Diogenes *apud Plut. de exilio,* dixit, aliquando, prandet Aristoteles, cum videtur Phylippo, prandet Diogenes quandoqunq; Diogeni, *& Sen. de Breuit. vit.* omnium occupatorum cōditio misera, eorum autem miserrima, qui ad alienum somnum dormiunt, ad alienum gradum ambulant, ad alienum comedunt appetitum.

Et quamuis alibi, interrogatus idem Diogenes, qua quis hora comedere debeat, responderit, Diues cum vult, pauper cum potest, contrarium tamen sæpe contingit, nam præ nimijs, sollicitudinibus, Di.es sæpe comedit cum potest, pauper dū vul, & vbi vult & quamuis pauper comedere non semper possit, quod vult, & quod Diues fortasse comedit, quia desunt vires crumenæ, & quia pecunia deficit, Diues, etiam idem aliquando patitur, & comedere non potest, quod vult, vel quod comedit pauper, quia deficiunt ei vires corporis, quia sanitas ei deest, *& Eccli. 30.* dicitur, melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam Diues imbecillis, & Ego pro paupere aliquando, sic cecini.

Che s' io non posso far quel, che tu fai
Ne meno puoi far tu, quel che facc' io
Tutto hà ben aggiustato il giusto Dio.

Et si Diues plus comedit qualitatiue, pauper plus comedit quantitatiue.

3 Accedat, quod pauper, est liber à seruis, quod ad libertatem, immo, & ad felicitatem conferre sensit senex ille senlatus *apud Tassum,* inter suas felicitates referens, quod seruos non haberet ibi.

Son figli miei questi, che addito, & mostro Custodi della Mandra, & non hò serui, *vnde, & Petr. 2. de Rem. D. 33.* Diuiti iactanti magno circumeor famulatu, respondet, obsideor dicere voluisti, & tibi iure optimo dici potest, quid fecisti miser, vt tot custodibus indigeres, & paulo post, ob vnū etiam optanda paupertas, & amanda erat, vt cum cæteris opum malis, tum, vel maxime te seruorum dolis, ac fastidio liberaret.

REMEDIVM XX.

Ad Humilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, Remedium ad humilitatem acquirendam, & retinendam, fastus inest opibus, rebus secundis egregij, etiam insolescunt, felicitas, & moderatio non cohabitant, frustra Diuitibus precipitur, non sublime sapere, nec sperare in incerto Diuitiarum, Humilitas, & paupertas, materialis in-*

clinat, & disponit ad formalem, sanat Hydropisim.

2 *Etiam sola memoria paupertatis, est Remedium ad superbiam euacuandam.*

3 *Non omnes pauperes, humiles, nec omnes Diuites, superbi.*

4 *Humilitas, magis meritoria in Diuite, quam in paupere, sed magis rara, pauper superbus odibilis, magnum est esse paruum, pecunia, vt scientia inflat, & si non necessitat, tamen inclinat ad fastum.*

5 *Humilitas, inter virtutes praecipuas, si non praecipua, & forte maior castitate, damnatur tamen eius excessus in septem casibus, quos vide ibi. Humilitatis causa mentiri non licet, nec vitia venerari, excedens in corrigendo, veniam à Deo, non à subdito petat, datur superbia sancta, hominibus aliqua de cultu Diuino, tribuuntur humilitate nimia, vel adulatione pestifera.*

1 Remedium humilitatis, seu ad humilitatem acquirendam, & retinendam, & sic praeseruatiuum, & curatiuum superbiae, est paupertas, & sicut paupertas humilitatis, sic, & pecunia superbiae Germana soror, vel etiam Mater dici potest, inquo vide, quae dixi *p. 2. in V. salus. in V. superba, & si Eccli.* 10. initium omnis peccati, superbia dicitur, initium superbiae, pecunia dici potest, *vnde D. Petr. Crysol. sermo* 121. sed Diues superbo oculo, & insatiabili corde, &c. *& Hor. odc. 4. relatus à Rain. & Cep. & post eos à Tiraq. de nob. c. 3. n. 17.* licet superbus ambules pecunia, fortuna non mutat genus, *& Ouid. 6. Met.*

In quamqunq; Domus aduerti lumina partem
Immensae spectantur opes, &c.
Quaerite nunc habeat, quam nostra superbia causam.

Et si *Ouid. ipse cecinit.*

Fastus inest pulcris, sequiturq; superbia formã.

Et ego hic canam.

Fastus inest opibus sequiturq; superbia nummum, vel si magis placet, sequiturq; superbia ditem, *vnde, & Plut. de Adulat. & Amic.* quibus res secundae sunt, ijs maxime Amicis opus est, qui libere admoneant, & immodicum animi fastum subducant, hinc *& Iuuen. sat.* 5. intolerabilius nihil est, quam faemina Diues, *& ex Bern. Bonau. in soliloq. exerc. 2. c. 2.* periclitatur Castitas in Delicijs, humilitas in Diuitijs, *& Tac. lib. 2. Hist.* rebus secundis etiam egregios Duces insolescere, *& Sen Ep. 87. ad Lucillum,* satius est paupertatem permulcere, & Diuitijs demere supercilium, & sapiens *pro. c. 22.* Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est faenerantis, *& prius pro.* 18. cum obsecrationibus loquitur pauper, Diues effabitur rigide, *& Eccli.* 11. est homo egens recuperatione, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum, & erexit ab humilitate (quod tamen vltimum verbum hic potest etiam intelligi materialiter, prout infra dicetur in illo Iuuenalis) *& D. Aug. lib. p. de serm. Dom. in Mont. sup. illo Matt.* 5. Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum Caelorum, recte inquit hic intelliguntur pauperes humiles, & timentes Deum non habentes inflatum spiritum, *& D. Greg. lib. 6. mor. c. 13.* veraciter humilis hoc loco pauper vocatur, *& Val. max. lib. 9. memorab. c.* 5. de superbia, & impotentia, faelicitatis inquit, & moderationis, diuidendum est Contubernium, *& Tacit. in vit. Agricol. c.* 10. Raptores, Orbis, Romani, si Diues hostis est, Auari, si pauper, ambitiosi.

Ad idem conferre potest, *Ps.* 9. dum superbit impius, incenditur pauper, *& eod. Ps.* cadet cum Dominatus fuerit pauperum, *& sex. Eccli.* 10. in fine, qui gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? *& Hierem.* 9. non glorietur sapiens in sapientia sua, nec Diues in Diuitijs suis *& p. ad cor.* 4. quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *& p. ad Tim.* 6. Diuitibus huius saeculi praecipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto Diuitiarum suarum, *& Petr. 2. de Rem. D.* 15. Circumquaq; sonantibus Doctorum vocibus, hominum obstruxit aures infinita cupiditas, vt iam frustra Diuitibus huius seculi praecipiatur, non sublime sapere, nec sperare in incerto Diuitiarum, & iterum *Eccli.* 21. Domus, quae nimis locuples est, annullabitur à superbia, & substantia superbi eradicabitur.

Conferre potest, etiam illud *Iuuen.*

Seruabat Castas humilis fortuna Latinas.
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat.
Tecta labor.

Quamuis ibi Intelligi possit humilis idest abiecta, & sic de humilitate materiali, non de formali, quae in animo sita est sicut paupertas spiritus, sed tamen humilitas materialis inclinat ad formalem, sicut, & paupertas temporalis ad spiritualem disponit.

Adde, *Petr. p. de Rem. D.* 8. saepe paupertas modestiam persuasit Animo reluctanti, quodque nequicquam phylosophia tentauerat, haec impleuit, *& Dial.* 116. loquendo de paupertate, Medicina haec, inquit, licet amariuscula comprimit animi tumores, & curat Hydropisim.

2 Amplia, vt non solum paupertas ipsa, sed sola memoria paupertatis, sit Remedium humilitatis acquirendae, & superbiae euacuandae, *vnde Eccli.* 18. dicitur, memento paupertatis in tempore abundantiae, & necessitatum paupertatis in die Diuitiarum, *& prius Eccli.* 11. in die malorum ne immemor sis bonorum, & in die bonorum, ne immemor sis malorum, *quod Author, Method. confessionis,* sic interpretatur, in die malorum, ne immemor sis bonorum, ne pusillanimis efficiaris, in die bonorum, ne immemor sis malorum, ne extollaris, & superbias, & confert *sex. Eccli. 10. in fine,* qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur, subintellige, ne glorietur, sed humilietur

Limi-

3 Limita, quia non omnes pauperes, humiles sunt, nec omnes Diuites, superbi, *vnde Aug. de duodecim. Abusionum gradibus, gradu* 8. non quibusqunque pauperibus, Cœli Regna promittuntur, sed his tantummodo, in quibus Diuitiarum Inopiam, animorum humilitas comitatur, *& idem Aug. eod. loco sup. tex. pro.* 13. est quasi Diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis Diuitijs, sit, hic est inquit Diues humilis spiritu, ille vero pauper superbus mentis affectu, *& iterum eod. in loco,* humiles, qui bene possessas Diuitias habent, pauperes spiritu recte possunt appellari, non autē superbi nihil habentes, *& idem Aug. ad Editiam Ep.* 179. habere potes in superbo cultu cor humile, *& D. Bern. serm.* 2. *in Festo Omn. Sanct.* diligenter attende, quod non pauperes simpliciter nominat propter plebeios pauperes necessitate miserabili non voluntate laudabili, immo, nec voluntaria paupertas omnis, laudem habet apud Deum, nam, & Phylosophi omnia sua reliquisse leguntur, vt expediti mundialibus curis, studio veritatis possent vacare liberius, Beati ergo pauperes spiritu, spirituali, scilicet intentione.

4 Extende hanc Limitationem, vt humilitas sit, etiam magis meritoria in Diuite, quam in paupere, sicut, & superbia magis damnabilis in paupere, quam in Diuite, quia videlicet, vbi stimulus est grauior, ibi culpa est leuior, probat hoc *tex. Eccli.* 25. *ibi,* tres species odiuit anima mea, pauperem superbum, Diuitem mendacem senem fatuum & insensatum, & ex Crisostomo Bonauentura in soliloquijs, sic ait, Angeli in Cœlo superbierunt, tu vero in sterquilinio, quis non tolerabiliorem in Diuite superbiam, quam in paupere asserat?

Et licet *D. Aug. in lib. de S. Virginitate,* dixerit, ita magnum est esse paruum, vt nisi à te quitam magnus es, disci non possit, Author tamen Method. Confessionis, ait, quanto maior es, tanto te geras submissius, non enim magnum est in abiectione humilem esse, humilitas in honore, ipsius honoris, honor est, & Dignitas Dignitatis.

Declara, vt licet non omnes pauperes, humiles sint, nec omnes Diuites superbi, attamen plures pauperes, quam Diuites, humiles, & facilius pauperes, quam Diuites humiliantur, & frequentius humilitatem cum paupertate, quam cum Diuitijs copulari certum est ex prædictis, *& sensit D. Leo in serm. Fest. Omn. Sanct.* Et quamuis Diuitiæ, nunquam necessitent, semper tamen vehementer inclinant ad extollentiam, ad fastum, ad superbiā, prout econuerso paupertas ad mansuetudinem ad modestiam, ad humilitatem, & si, vt inquit, *D. Paul. p. ad cor.* 8. scientia inflat, forte magis pecunia.

Vltimo nota, quod licet humilitas, sit inter
5 virtutes præcipuas si non præcipua, adeo, vt maior etiam videatur virtus, humilitatis, quam castitatis, *ad tradita per Aug. de verb. Domini serm.* 57. *ibi,* Audeo dicere superbis continentibus, expedit cadere, vt in eo, in quo se extollūt, humilientur, *& in lib. de Virginitate,* ita magnum est esse paruum, vt nisi à te, qui tam magnus es, disci non possit.

Attamen nota inquam pro coronide materiæ, quod etiam in humilitate datur nimium, ac etiam in aliquibus casibus damnatur humilitas, seu potius excessus humilitatis.

Primus est, *Eccli. c.* 13. noli esse humilis in sapientia tua, ne in stultitiam, seducaris.

Secundus est *Augustini in can. cum humilitatis* 22. *q.* 2. cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator efficeris, & quomodo est humilitas, vbi falsitas regnat?

Tertius est, eiusdem *Augustini in can. quando* 86. *D.* qui corrigendo excessit, veniam petat, sed à Deo, non a subdito, ne dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas.

Quartus est, *Gregorij in can. Admonendi* 2. *q.* 7. admonendi sunt subditi, ne plus, quam expedit, sint subiecti, ne cogantur etiam vitia venerari.

Quintus est, *Hieronimi de Virginit. ad Eustoch.* ad hominis sponsam, Dei sponsa, quid properas? disce in hac parte superbiam sanctam, scito te illis esse meliorem.

Adde sextum, *ex Aug. lib.* 10. *de Ciu. Dei c.* 4. *ibi,* multa de cultu Diuino humanis tribuuntur honoribus humilitate nimia.

Adde septimum, *ex Greg. lib.* 3. *mor. c.* 19. Demon aliquando imaginem humilitatis ostendit, vt effectum humilitatis subtrahat, vt qui se nimis indignos considerant, res, in quibus prodesse proximis poterant, ministrare pertimescant.

REMEDIVM XXI.

Ad Perfectionem.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, est Remedium ad perfectionem acquirendam: virtutibus cognata paupertas, vide septem eius Bona.*

2 *Non est perfectus, qui Bona relinquit, nisi pauperib⁹ det, nec qui Crucem portat, nisi Christum sequatur; primum tamen, via est ad secundum, virtus aliquando sumitur pro vi corporis.*

3 *Remedium vniuersale in morbis corporis, quod nam, sit, in morbis animi senectus.*

4 *Senes exarserunt in concupiscentiam Susannę, libido Iuuentutis, in senectute solet expiari, sed nō semper. Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis, non conualescit.*
Quod semel placuit, amplius displicere non potest.
Monialium negotia agentes, sint eunuchi, vel senes, & habentes testimonium castitatis.

5 *Paupertas fere vniuersale Remedium in morbis Animi, quę, nec medicamentum, nec ferrum, nec ignis sanat*

sanat, incurabilia dicuntur, paupertas contraria vitijs, vt Diuitijs.

1 REmedium ad acquirendam perfectionem, est paupertas, probat hoc *tex. Matt. 19. ibi,* si vis perfectus esse, vade, & vende ea, quæ habes, & da pauperibus, idemq; dicitur, *Marci 10. & Luc. 8. vnde, & Aug lib. 8. conf. c. 12.* audiebam, inquit, de *D. Antonio,* quod ex Euangelica lectione admonitus fuerit, tamquam sibi diceretur, si vis perfectus esse, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis Thesaurum in Cœlis, & sequere me, & tali oraculo confestim esse conuersum. Et hoc ipsum adimpleuit, nam vendita Re familiari, Antonius, pecuniam omnem pauperib⁹ distribuit, vt legitur in eius Anniuersaria lectione.

Immo, & Crates ille Thebanus cum ad phylosophandum Athenas pergeret magnum Auri pódus abiecit, dicens non posse virtutes, simul, & Diuitias possideri, *vt refert Hieron. relatus in can. Gloria 12. q. 2.*

Et ad hoc vide alia plura, quæ congessi *p. 2. in V. Salus, quib. adde D. Thom ad c. 58. Isaię in V. not.* vbi quod paupertas confert hæc septem Bona, videlicet, peccatorum recognitionem, virtutũ conseruationem, cordis quietem, desiderij impletionem, spiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & Cælestem hæreditatem, *& ita refert Medices in opusc. memorando, Mors omnia soluit n. 103 sub finem.*

Et quod sit virtutibus cognata paupertas, & terrena, & Celestis comprobat Disciplina, *vt dixit D. Petr. Crysol. serm. 28. in princ. & serm. 167.* qui de voluntate, inquit meritum non quæsiuimus, acquiramus, vel de necessitate virtutem.

Adde etiam quod legitur in Anniuersaria lectione *D. Francisci Assisiensis,* Comprouincialis mei, quod Euangelicę perfectionis cupidus, quicquid habuit, pauperibus elargi, us est.

2 Declara, quod perfectio non est in sola venditione, seu in distributione, nec ad id sufficit omnia vendere, nisi pauperibus deuir; nec sufficit quem relinquere omnia, nisi sequatur Christum, vt Apostoli fecerunt.

Vnde, *Hieron. lib. 3. in Matt.* Iesus dixit illis, vos qui sequuti estis me sedebitis super sedem, &c. non dixit, qui reliquistis omnia, hoc enim, & Crates fecit Phylosophus, & alij multi Diuitias contempserunt, sed dixit, qui sequuti estis me, quod propriũ Apostolorum est, atq; credentium.

Ita, nec sufficit Crucem portare, sed necesse est cum Cruce Dominum sequi iuxt. illud *Luc. 14.* qui non baiulat Crucem suam, & venit post me, non potest meus esse Discipulus. & ita exponit, *etiam D. Greg. homil. 37. in Euang.*

Negari tamen non potest quin abdicatio illa, & paupertas, sit via, ac medium ad huiusmodi perfectionis finem consequendum, vt probant ea, quę copiose adduxi *p. 2. in V. Salus.*

Vnde, & Christus Dominus Discipulis suis, quos ad summum perfectionis gradum vocauerat, paupertatem, vel præcepit, vel consuluit, *Matt. 10.* dicens, nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam, &c. *& Luce 14.* qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse Discipulus, quod tamen intelligit in præparatione Animi, *Bellarmin. de ętern. felic. Sanc. c. 10. & super eo D. Greg. homil. 37. in Euang.* sic, ait in fine, nolite possidere per desiderium, quæ adhuc per vsum minime reliquistis, si enim vel in hoc Mundo, iam amando possidetis, etiam possidendo, cuncta reliquistis.

Neque obst. *Ps 30.* infirmata est in paupertate virtus mea, nam ibi videtur intelligi virtus, idest vis corporis, vt indicant verba sequentia, & ossa mea conturbata sunt, sic etiam sumitur in illo.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus, nam vis est in corpore, at vera virtus in animo.

3 Nota hic, quod Remedium illud, quod omnibus fere corporalium morborum generibus mederi videtur, a Medicis Diacatholicon appellatur, licet illud vere solum sit apud Deum, *vt in Ps. 102* qui sanat omnes infirmitates tuas, *& Hierem. 17.* sana me Domine, & sanabor, quod vero morbis animi fere singulis prodest, & omnes fere sensuum perturbationes extinguit, senectus dicitur ab Eminentiss. *Paleotto in opusc. de Bono senectutis p. 3. vers. 3. est fructus, vnde, & Sen. Ep. 67. ad Lucillum,* gratias, inquit, ago senectuti, quia quod nolle debeo, non possum, vel, vt loquitur *Tull. in Dial. de senect.* quia non libet, quod non licet.

4 Sed non desunt senes fatui, & insensati, *ad tex. Eccli. 15.* immo si non sensati, certe sensitiui nimis, & sensuales, vt qui exarserunt in concupiscentiam Susannæ, *Dan. 13.* & quamuis libidinis labes, quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur, in senectute frequent us expietur, *c. cum in Iuuentute pen. de presb.* sæpe tamen, etiam in senibus verificari videtur. *tex in l. quod ab initio 30. ff. de Reg. Iur. ibi,* quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere, *& tex. etiam in c. quod semel 21. de Reg. Iur. in sex.* quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Vnde, *& in Auth. quomodo oporteat Monachos viuere c. sens. 5.* dicitur, qui Monialium causas agant, sint eunuchi si possibile est, vel senes, & habentes testimonium castitatis, & sic lex senectuti sine testimonio non credidit, & solam ætatem nõ existimauit idoneam securitatem, etiam solius continentiæ, & tamen huic morbo paupertatem medeli, supra docuimus Remed. primo.

5 Quod si Diacatholicon, seu vniuersale Remedium dari posset in morbis animi, illud ego magis, quam senectuti, paupertati adiudicarem, Ad quod comprobandum conferunt, quæ late tradidi, *p. 2. in V. salus* quibus hic adde, *Petr. 2. de Rem. D. 116.* operosum Remedium audisti? vis audi-

audire facillimum, pauper esto, medicina hæc licet Amariuscula, comprimit animi tumores, Liuores diluit, Bilem purgat, curat Hydropisim, &c. *& D. Greg. hom. 40. quæ est vltima in Euang.* quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis sanat, & paulo ante ibid, eorum vitam magistra paupertas cruciat quousque ad vitæ rectitudinem perducat, & adhuc ibid. paulo ante, sed mala Lazzari purgauit ignis inopiæ, & tu dic, quod
9 mala culpæ, quæ non sanat hic ignis, insanabilia videri possunt, & potes hic inducere Aphorismũ, *Hypocratis sect. 8. Aphorism. 6. ibi,* quæcunq; medicamentum non sanat, ea ferrum sanat, quæ ferrum non sanat, ea ignis sanat, quæ ignis non sanat, incurabilia iudicare oportet, & dici etiam potest, quod paupertas sit fere magis contraria vitijs, quam Diuitijs.

REMEDIVM XXII.

Ad Æternam Salutem.

HVic proximum, & veluti consequens est, vt paupertas sit Remedium Salutis Æternæ siue ad Æternam salutem comparandam, quandoquidem pauper facilius saluatur, quam Diues, vt copiosius ostendi *p. 2. in V. Salus, vbi vide si placet.*



F I N I S

Tertiæ, & Vltimæ Partis.

Non nobis Domine non nobis, Sed Nomini tuo da Gloriam.

